+V 58
v.2

THE GENERAL THEOLOGICAL
SEMINARY LIBRARY
CHELSEA SQUARE, NEW YORK 11, N. Y.

VARIAE LECTIONES
VULGATAE LATINAE
BIBLIORUM
EDITIONIS

QUAS

CAROLUS VERCELLONE

SODALIS BARNABITES

DIGESSIT

TOM. II.

COMPLECTENS LIBROS IOSUE, IUDICUM, RUTH ET QUATUOR REGUM.

ROMAE
APUD IOSEPHUM SPITHÖVER
ANNO MDCCCLXIV.

GEN. THEOL. SEM. LIBRARY. PROT. EPISC.

220.47
+V58
v.2

13203

EX OFFICINA LIBRARIA
S. CONSILII CHRISTIANO NOMINI PROPAGANDO

DILECTO FILIO RELIGIOSO VIRO

CAROLO VERCELLONE

SODALI BARNABITAE

PIUS PP. IX.

Dilecte Fili Religiose Vir, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Nihil certe nobis gratius, quam optimas quasque disciplinas praesertim sacras omni studio iuvare, fovere, et singulari eos prosequi benevolentia, qui utilem in illis excolendis operam ponunt et collocant. Itaque libentissimo animo excepimus primum Volumen superiore anno in hac alma urbe Nostra typis editum operis latine a te conscripti, Nobisque dicati, cui titulus: VARIAE LECTIONES VULGATAE LATINAE BIBLIORUM EDITIONIS. Gravissimae ac multiplices Supremi Nostri Pontificatus occupationes, et acerbissimae, quibus paene obruimur curae et angustiae plane obstiterunt quominus adhuc volumen idem evolvere ac legere possemus. Verum tibi, Dilecte Fili, summopere gratulamur, quod in hoc suscipiendo labore nihil antiquius habeas, quam commemoratam latinae Vulgatae Bibliorum editionem ab acatholicorum criminationibus vindicare, et quod tuum animum strenue applicueris ad opus sane doctum laboriosumque elucubrandum, ex quo apparet quantopere Romanis Pontificibus cordi fuerint divinarum Scripturarum studia, et qua mira cura, vigilantia et sollicitudine Praedecessores potissimum Nostri Pius V. Sixtus V. Gregorius XIV. et Clemens VIII. in Vulgatae latinae Biblia expolienda incubuerint. Cum autem haud igno-

*

remus qua eximia religione, pietate, ingenio et eruditione praestes, tibi addimus animos, ut inceptum opus naviter scienterque absolvendum ac perficiendum cures, omnesque ingenii tui vires in iis peragendis semper impendas, quae asperrimis hisce praecipue temporibus magno christianae et civili reipublicae usui et ornamento esse possint. Denique caelestium omnium munerum auspicem, ac paternae Nostrae in te caritatis pignus Apostolicam Benedictionem toto cordis affectu tibi ipsi, Dilecte Fili religiose vir, peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XV. Novembris anno MDCCCLX. Pontificatus Nostri anno decimoquinto.

PIUS PP. IX.

PRAEFATIO

Exacto quadriennio, ex quo primum volumen variarum lectionum Vulgatae latinae Bibliorum editionis in lucem prodiit, en alterum denique succedit. Huius autem tam diuturnae morae caussa in ipsa operis nostri laboriosa ratione adeo facile invenitur, ut apud aequos rerum iudices nulla nobis opus sit excusatione tarditatis; quae tamen in promptu esset tum ex infirma valetudine qua interdum usi sumus, tum ex aliis curis quibus hoc tempore opprimebamur. Quamquam enimvero breviori temporis spatio tantam lectionum congeriem ex innumeris testibus coacervare, eamdemque ut par erat expendere atque trutina examinare, nedum nostrae tenuitati, vix homini aliis curis vacuo licuisset. At vero ne diutius suspenso animo et sollicito tenerentur ii qui nostrum volumen praestolabantur, in aliud tempus differre decrevimus criticam disquisitionem de Vulgatae versionis historia, quam mente conceperamus praescribendam, quamque aliqua saltem ex parte, editis lucubratiunculis designavimus. Quum autem singulares illae dissertationes a nobis hactenus conscriptae, ad quas interdum vel in nostris Prolegomenis, vel in hac Praefatione lectores amandamus, haud facile iis praesto sint qui legere illas cupiunt, easdem, nonnullis accessionibus locupletatas, atque unico volumine comprehensas propediem in lucem protrahemus. Interim pauca verba facienda sunt de iis, quae nunc proferuntur. Quamvis enim in Apparatu biblico, quem Prolegomenis subtexuimus, satis ample descripserimus critica instrumenta, quibus usi sumus, nonnulla tamen accesserunt quae vel ad libros hoc volumine contentos singillatim referuntur, vel postremis hisce temporibus nobis innotuerunt; quorum proinde descriptionem necessario heic praemittere tenemur. Exceptis autem hisce paucis de quibus mox agemus, eosdem testes usurpamus, quos superiori volumine excitavimus, eamdemque methodum prosequimur.

Antequam vero ad biblici nostri apparatus supplementum veniamus, pauca dicenda sunt de singularibus additamentis in duobus prioribus Regum libris occurrentibus, quae quidem a nobis pro virili parte suis locis excussa fuerunt; at valde expedire visum est eadem simul complexa ob oculos ponere, communemque illorum caussam coniunctim discutere. Facilius enim hac ratione intelliget lector ea quae multis in locis a nobis de huiusmodi additamentis attinguntur, quaeque nec singulis vicibus repetere oportebat, nec eamdem prae se ferunt vim quum disiunctim expenduntur. Nam quamvis horum additamentorum ratio non una eademque sit, tamen complurium similis est caussa; quaedam praeterea spurios habere natales eisdem argumentis comprobatur, quibus alia expulsa fuerunt. *Neque enim,* inquit Hieronymus, *si quid scriptorum er-*

rore mutatum vel additum *est, stulta debemus contentione defendere.* (Epist. CVI. n. 12.) Attamen existimandum non est facile nobis esse de singulis additamentis ita certam proferre sententiam, ut illorum origo, aetas et patria omnino explorata sit; multoque minus id arbitrii privatis hominibus tribui posse censemus, ut quae in hodierno Vulgato custodiuntur, eadem respuere praesumant; sed argumenta critica quibus utimur, nisi forte aliter publicum legitimumque magisterium iudicaverit, plus minus probabiles sententias adstruere possunt, numquam vero nobis sacros corrigendi codices eam facultatem facient, quae nonnisi publicae potestati Ecclesiae adtributa est. Hanc vero ipsa opportune exeret quando id expedire iudicaverit. « Multa enim errata in Vulgatam latinam » lapsa esse ante Sixti V. et Clementis VIII. emendationem negat nemo; quae- » dam vero, ne dicam plura adhuc superesse, quae correctione indigerent, docti » viri consentiunt. » (Marchini, *de divin. et canon. Biblior. p.* 101.) Instituti autem nostri ratio postulat ut historice memorentur errata quae olim irrepserant, eademque paucis refutentur; et insuper momenta proferantur, quae ad perfectiorem adhuc correctionem assequendam valde conferre videntur. Qua in re adeo longe absumus ab illorum temeritate, qui Ecclesiae decreta parvipendunt, ut potius eadem nos maxima religione observemus ac tueamur. Ad horum enim auctoritatem propugnandam nil magis conducere videtur, quam Vulgatam editionem ad criticae artis leges exigere, dummodo id recte sancteque peragatur. Namque Concilium tridentinum non eo sensu *authenticam* declaravit Vulgatam editionem, ut significaret nullum vel levissimum mendum in illam irrepsisse: multoque minus ut eamdem originalibus textibus praeferret; sed ut testaretur Vulgatam prae omnibus latinis editionibus quae tunc circumferebantur, in universum egregie praeclareque originales textus reddere; numquam in substantialibus deficere; nil a revelata doctrina absonum continere, nihilque a pietate alienum (1). Hinc statuit sacrosancta Synodus et declaravit ut *hanc ipsam veterem et vulgatam editionem, longo tot saeculorum usu in Ecclesia probatam, nemo reiicere quovis praetextu audeat vel praesumat.* Ac denique post constitutum Bibliorum canonem edixit *hos ipsos libros integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica legi consueverunt, et in veteri Vulgata latina editione habentur, pro sacris et canonicis* suscipiendos esse. Novimus equidem inter theologos catholicos fuisse nonnullos, qui huic tridentino decreto sensum plus aequo stictiorem adscribentes, Vulgatam editionem vel minimis in rebus, tamquam a quibuslibet non modo interpretis sed et librariorum mendis immunem suscipiendam contendebant, perinde ac si ipsorum hagiographorum autographum esset. At vero istorum opinionem ab aliis quamplurimis doctissimisque theologis reiectam fuisse demonstravimus in Proleg. p. XIV. LXXXII. CVIII. seq. Hisce adiungere iuvat Ioachimum de Azevedo qui praeclarum edidit librum apologeticum *Pro Vulgata sacrorum Bibliorum latina editione* (*Olisipone, anno* 1792.), atque adversariorum momenta reiicit rationibus quae se-

(1) Cf. Bellarminus *de verbo Dei, lib.* 2. *c.* 10., Alfonsus Salmero *Proleg.* 3., Andreas Vega *lib. XV. c.* 9.

quuntur: Certum est in Vulgatae apographis quosdam naevos semper extitisse tum ante, tum post romanam correctionem; quod quidem aperte fatetur Bellarminus in epistola ad Lucam Brugensem data, inquiens: *Scias velim Biblia Vulgata non esse a nobis accuratissime castigata; multa enim de industria, iustis de caussis, pertransivimus, quae correctione indigere videbantur.* Idque confirmat praefatio clementinae editionis, in qua legimus: *Accipe igitur, christiane lector, ex vaticana typographia veterem ac vulgatam sacrae Scripturae editionem, quanta fieri potuit diligentia castigatam: quam quidem sicut* OMNIBUS NUMERIS ABSOLUTAM, PRO HUMANA IMBECILLITATE AFFIRMARE DIFFICILE EST, *ita ceteris omnibus, quae ad hanc usque diem prodierunt, emendatiorem puriorem-que esse, minime dubitandum. . . . In hac pervulgata lectione sicut nonnulla consulto mutata, ita etiam alia quae mutanda videbantur, consulto immutata relicta sunt; tum quod ita faciendum esse ad offensionem populorum vitandam sanctus Hieronymus non semel admonuit: tum quod facile fieri posse credendum est, ut maiores nostri, qui ex hebraeis et graecis latina fecerunt, copiam meliorum et emendatiorum librorum habuerint, quam ii, qui post illorum aetatem ad nos pervenerunt; . . . tum denique quia . . . propositum non fuit novam aliquam editionem cudere, vel antiquum interpretem ulla ex parte corrigere vel emendare; sed ipsam veterem ac vulgatam editionem latinam a mendis veterum librariorum, necnon pravarum emendationum erroribus repurgatam, suae pristinae integritati ac puritati,* QUOAD EIUS FIERI POTUIT *restituere.* Quibus positis, pergit Azevedo (pag. XVI.): « Et ne alia argumenta aliunde » congeram, in hac ipsa correcta editione Vulgata nonnulla adesse in rebus le» vioris momenti menda et errata, expressiones quoque minus accuratas, mi» nusque proprias, et alios huiusmodi defectus, abunde probant loca infra per » totum fere hoc opus annotanda, in quibus huiusmodi defectus occurrunt. Hos » autem defectus ne dicamus a Concilio fuisse approbatos et canonizatos contra » propriam mentem (non enim ignoravit Concilium in Vulgata adesse menda et » errata, quae iussit emendari, ut paulo supra dicebamus); debemus dicere Con» cilium nequaquam voluisse quaelibet etiam minima, quae in Vulgata legun» tur, approbare. Nec obstat quod Concilium approbaverit omnes sacros *libros* » *integros cum omnibus suis partibus, prout in Vulgata habentur,* quod obii» ciunt immoderati nostri Vulgatae patroni; nam haec verba, quibus Concilium » voluit coercere novatorum licentiam, qui non omnes sacros libros, qui in Vul» gata continentur, neque omnes ipsorum partes ut canonicam Scripturam sus» cipiebant, neque hodie etiam suscipiunt, apposite ad hunc Concilii scopum » sunt accipienda; ita scilicet, quasi voluerit Concilium cogere Christianos omnes » ad suscipiendos tamquam Scripturam sacram omnes libros, qui in Vulgata » continentur, cum omnibus ipsorum capitibus, et singulis partibus notabilibus » et substantialibus; de his enim erat inter catholicos et haereticos controver» sia, sive haec sint dogmatica, sive moralia, sive prophetica, sive historica; » non autem quasi voluerit canonizare singulas voces, et minima quaelibet, quae » magis particulae, quam partes dici possunt, super quibus litem non move-

» bant haeretici. Nec etiam obstat quod ex Augustino, secundo loco obiicieba- » tur, in sacris libris nulla esse admittenda mendacia, nullos errores, quod ve- » rum tantummodo est de libris autographis, qui ipsorum sacrorum Scriptorum » manu, Spiritu sancto dirigente, sunt exarati, qui hoc ipso quod Deum pri- » marium auctorem habent, nullum mendacium, nullumque errorem continere » possunt: secus dicendum est de versionibus et de libris apographis, qui hu- » mana cura et diligentia ex autographis sunt translati, qui cum facile possint » a puritate autographorum deflectere saltem in minimis, facile etiam pos- » sunt nonnullos errores saltem levioris momenti continere, quod Augustinus » (II, 190.) ipse agnoscit in epistola ad Hieronymum ubi ait: *Ego enim fateor* » *caritati tuae: Solis eis Scripturarum libris, qui iam canonici appellantur,* » *didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum auctorum scri-* » *bendo aliquid errasse firmissime credam. At si aliquid in eis offendero litte-* » *ris, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quam vel mendosum esse* » *codicem, vel interpretem non assecutum esse quod dictum est, vel me minime* » *intellexisse non ambigam.* (1) Quibus verbis solos Scriptores sacros, a quibus » canonici libri conscripti sunt, secus vero horum librorum interpretes, immunes » ab erroribus agnoscit Augustinus. Quod tertio loco obiiciebatur inconveniens, » nullam futuram fuisse in romana et catholica ecclesia canonicam et divinam » Scripturam, si in Vulgata latina, qua utitur ipsamet Ecclesia, minima vitiosa » admittantur, hoc inconveniens nullum est; non enim haec minima vitiosa, » quae in Vulgata admittuntur, pro veris et genuinis partibus canonicae et divi- » nae Scripturae, quales ab adversariis considerantur, haberi debent; sed quia » ex officina librariorum et interpretis, qui erroribus fuerunt obnoxii, prodi- » erunt, mere humana, minimeque canonica censenda sunt; ex quibus propterea » humanis et non canonicis partibus, vel potius particulis substantialium aliarum » partium, quae vere canonicae et divinae sunt, auctoritati nihil derogatur, » quamvis utraeque diversae partes in eadem Vulgata contineantur. » Iohannes Bernardus De-Rossi in disquisitione elenchtica de praecipuis caussis neglectae a nonnullis hebraicarum litterarum disciplinae (*Aug. Taurin., an.* 1769.) non modo luculentissimis testibus demonstrat plura minoris momenti errata in clementinis editionibus superesse, sed, quod magis ad rem nostram facit, *pag.* 99. proponit non pauca loca ab eruditis adnotata in Bibliis clementinis redundantia, in quibus integrae sententiae a sciolis exscriptoribus additae fuerunt.

Sed iam videamus quaenam sint additamenta, quae in duobus prioribus Regum libris occurrere diximus. *Additamentorum* nomine intelligimus quasdam sententias vel locutiones, quas latinis in Bibliis offendimus etsi illas neque hodie sacro in textu legamus, neque olim lectas fuisse probabili ulla ratione demonstretur. Haec autem additamenta, si extrinsecam illorum naturam consideremus, ad quatuor classes revocari possunt. Nam vel 1°. in manuscriptis tantum

(1) Idem Augustinus (VIII, 222.) libro undecimo contra Faustum cap. V. de libris veteris ac novi Testamenti scribit: « Ibi si quid velut absurdum moverit, » non licet dicere: Auctor huius libri non tenuit veritatem. Sed, aut codex mendosus est, aut interpres erravit, aut tu non intelligis. »

codicibus reperiuntur; vel 2°. in antiquis quoque editionibus exstant; vel 3°. servantur praeterea in Bibliis editis a Sixto V.; vel 4°. denique in clementinis quoque editionibus habentur. Quod si vero illorum originem inquiramus, rursum illa ad quatuor classes reducemus; 1°. enim pleraque ex graeco vel potius ex veteri itala derivata sunt; 2°. non pauca ex duplici unius eiusdemque periodi versione ortum habuerunt; 3°. quaedam ex marginali glossemate; vel 4°. ex aliis Bibliorum locis petita videntur. Nunc universam seriem huiusmodi additamentorum ob oculos ponimus, atque classem ad quam unumquodque, nostra quidem sententia, vel certo vel probabiliter refertur adnotamus.

I Regum IV, 1. Vulgatus ex veteri itala habet *Et factum est in diebus illis, convenerunt Philisthiim in pugnam: et egressus est Israel* etc. Pro his hieronymiani codices legunt tantum *Egressus est namque Israel* etc.

— V, 6. Quidam praemittunt *Percussit eos passione, quam graeci syringium vocant;* Vulgatus ex itala addit *Et ebullierunt villae et agri in medio regionis illius, et nati sunt mures, et facta est confusio mortis magnae in civitate.* Hieronymiani codices ista omnino praetermittunt.

— V, 9. Ex veteri itala Vulgatus legit *Inieruntque Gethaei consilium, et fecerunt sibi sedes pelliceas;* quae verba in hieronymianis codicibus non leguntur.

— VI, 1. Quidam codices ex graeco addunt *et ebullivit terra illorum mures.*

— VI, 19. Alii codices ex scholio marginali addunt *Non enim licebat ut praeter sacerdotes, arcam quispiam videret in terra.*

— VIII, 18. Vulgatus ex veteri itala habet *quia petistis vobis regem.* Haec a hieronymianis codicibus prorsus absunt.

— IX, 5. Plures codices paucaeque editiones addunt *et non invenerunt,* vel *et non invenissent;* quod ex superiori versiculo repetitum videtur.

— IX, 25. Vulgatus ex gemina versione habet *stravitque Saul in solario, et dormivit;* quae in codicibus hieronymianis non leguntur.

— X, 1. Vulgatus ex veteri itala addit *et liberabis populum suum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signum, quia unxit te Deus in principem.* Haec ignorant hieronymiani codices (1).

— X, 2. Multi codices et paucae editiones addunt *salientes magnas foveas;* fortasse ex itala, at penitus corrupte.

— XI, 1. Vulgatus ex veteri itala *Et factum est quasi post mensem, ascendit Naas.* Hieronymiani codices habent tantum *Ascendit autem Naas.*

— XIII, 15. Rursum ex itala Vulgatus *Et reliqui populi ascenderunt post Saul obviam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Beniamin.* Omnino tacent hieronymiani codices.

— XIV, 13. Codices et editiones plures addunt *Et cum vidissent faciem Ionathae;* ex graeco seu potius ex veteri itala versione.

— XIV, 22. Vulgatus ex itala habet *Et erant cum Saul, quasi decem millia virorum;* quod tacent vetustissimi optimique codices Hieronymi.

(1) Reliquis editt. quas ad h. l. excitavimus, quae omittunt hoc additamentum, addi possunt Bibl. Norimb. 1527. 1529., Lugd. 1540., Colon. 1530., Rob. Steph. 1557., Heild. 1586.; at expungenda est edit. Paris. 1566.

— XIV, 41. Hieronymi exemplaria habent tantum *da indicium*, pro eo quod Vulgatus ex veteri itala legit *Domine Deus Israel da indicium: quid est quod non responderis servo tuo hodie? Si in me, aut in Ionatha filio meo est iniquitas haec, da ostensionem: aut si haec iniquitas est in populo tuo da sanctitatem.* Haec autem ipsa in manuscriptis latinis multimodis variantur.

— XV, 3. Rursum ex veteri itala Vulgatus habet *et non concupiscas ex rebus ipsius aliquid;* quae non sunt in codicibus hieronymianis.

— XV, 12. 13. Vulgatus ex itala legit *Venit ergo Samuel ad Saul, et Saul offerebat holocaustum Domino de initiis praedarum, quae attulerat ex Amalec. Et cum venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul;* hieronymiani autem codices habent tantum *Venit ergo Samuel ad Saul, et dixit ei Saul.* (1)

— XVII, 36. Vulgatus rursum ex itala addit *Nunc vadam, et auferam opprobrium populi: quoniam quis est iste Philisthaeus incircumcisus;* quae omnia hieronymiani codices optimae notae plane omittunt.

— XVIII, 6. Sixti editio, plures codices et editiones addunt *et ferret caput eius in Ierusalem.* Horum verborum nobis abdita prorsus est origo.

— XIX, 21. Vulgatus ex veteri itala habet *et iratus iracundia Saul,* quod hieronymiani codices magna consensione praetermittunt.

— XX, 15. Multi codices et antiquiores editiones addunt *aut si non fecero;* fortasse ex itala; verum in graeca versione nusquam comparent.

— Ibidem. Ex duplici interpretatione Vulgatus addit *auferat Ionathan de domo sua, et requirat Dominus de manu inimicorum David;* quae ad Hieronymi versionem non pertinent, sed potius ad veterem italam.

— XXI, 7. Plures codices et antiquiores editiones ex gemina eiusdem hemistichii versione addunt *hic pascebat mulas Saul.*

— XXI, 11. Vulgatus ex ignoto fonte addit verba *cum vidisset David.*

— XXIII, 13. 14. Rursum Vulgatus ex duplici versione habet *et salvatus esset . . . in monte opaco,* quod hieronymianum non est.

— XXIV, 7. Sixtus, plures codices et editiones addunt *Vivit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit ut moriatur, aut descendens in praelium perierit, propitius mihi sit Dominus, ut non mittam manum meam in christum Domini.* Haec ex XXVI, 10. 11. petita sunt.

— XXV, 6. Sixtus, codices et editiones plures ex duplici versione addunt *Ex multis annis salvos faciens tuos, et omnia tua.*

— XXV, 31. Plures codices et editiones ex veteri itala addunt *et tu benefacies ei;* vel *et benefacies ei.*

— XXVIII, 3. Sixtus, multi codices et editiones complures addunt *et interfecit eos, qui pythones habebant in ventre;* quod ex marginali scholio assumtum videtur, nec ullum in antiquis versionibus praesidium habet.

— XXX, 15. Vulgatus ex veteri itala habet *Et iuravit ei David;* at istud hieronymiani codices tacent.

(1) Reliquis additamentis accenseri possunt verba quae in Vulgato leguntur XV, 32. *et tremens.*

II Regum I, 18. Quod Vulgatus ex geminata versione legit *Et ait: Considera Israel pro his, qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati;* id hieronymiani codices ignorant, et manifesto ex graeca interpretatione fluxit.

— I, 26. Vulgatus ex marginali scholio, ut videtur, habet *Sicut mater unicum amat filium suum, ita ego te diligebam;* quod optimi codices hieronymiani praetermittunt. Amiatinus vero codex, qui reliquorum additamentorum immunis est, legit tantum *Sicut mater unicum amat filium;* idque antiquissimum esse inter omnia Vulgati additamenta non dubitamus.

— III, 7. 8. Plures codices et editiones ex graecis codicibus addunt *Ingressusque est ad eam Abner . . . ipse mihi feci* (vel *fecit*) *haec* (vel *hanc rem*).

— III, 39. Nonnulli codices addunt *Nescitis quoniam dux magnus cecidit hodierno die in Israel, et quia ego hodie cognitus sum rex?* (vel *constitutus in regno fui?*) Ex duplici versione haec derivasse videntur. Cf. XIX, 22.

— IV, 5. Vulgatus ex duplici interpretatione habet *Et ostiaria domus purgans triticum obdormivit.* Hieronymi codices id omittunt.

— V, 6. Quidam codices ex glossa marginali addunt *Tanta est, inquiunt, civitas, ut etiam a debilibus arcearis. Ad quos David respondit: Facite, inquiens, et ego iubeam ut parva sublimia tangant, et exeat inde proverbium.*

— V, 23. Vulgatus ex graecis codicibus et ex vers. 19. addit *Si ascendam contra Philisthaeos, et tradas eos in manus meas?* Hieronymiani codices tacent.

— V, 24. Nonnulli codices, fortasse ex graeco arrepta occasione, addunt *loci planctus illorum, sublatum de sylvis ululatum.*

— VI, 12. Sixtus, codices et editiones plures ex veteri itala addunt *Dixitque David: Ibo, et reducam arcam Dei cum benedictione in domum meam.*

— Ibidem. Vulgatus duplicatam versionem exhibens legit *Et erant cum David septem chori, et victima vituli;* at hieronymiani codices id praetermittunt.

— VI, 14. Sixti editio, multi codices et editiones ex veteri itala addunt *percutiebat in organis armigatis* (alii *harmonizatis*, alii *armizatis*), *et.*

— VI, 21. Sixtus rursum, codices et editiones plures cum Gregorio Magno aliisque, fortasse ex graeco addunt *Vivit Dominus quia ludam.*

— VIII, 7. Nonnulli codices ex veteri itala addunt *Et haec accepit postea Susacim rex Aegypti in diebus Roboam filii Salomonis, cum ascendisset in Hierusalem de terra Mathebac ex electis civitatibus Adadezer regis.*

— VIII, 8. Sixti Biblia, veteres plures editiones paucique codices ex veteri itala vel potius ex I Paral. XVIII, 8. addunt *de quo fecit Salomon omnia vasa aerea in templo: et mare aeneum, et columnas, et altare.*

— VIII, 13. Sixtus, plures codices et antiquiores editiones, ex vitiosa interpretatione, addunt *et in Gebelem ad viginti tria millia.*

— X, 15. Sixtus, pauci codices, plures editiones cum graecis quibusdam codicibus pro *Videntes igitur Syri*, legunt *Videntes igitur filii Ammon quoniam Syrus expavit* (vel *expavisset*), *et.*

— X, 19. Vulgatus ex marginali scholio, ut videtur, addit *expaverunt et fugerunt quinquaginta et octo millia coram Israel. Et.* Haec in hieronymianis

antiquisque Vulgati codicibus non leguntur; nec apud ullos graecos habentur.

— XI, 14. Nonnulli codices addunt *manu sua, obsignavit annulo suo.*

— XII, 7. Codices et editiones plures ex itala addunt *qui fecisti hanc rem.*

— XIII, 21. Ex veteri itala Vulgatus habet *et noluit contristare spiritum Amnon filii sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei;* at vero hanc graecorum interpretationem hieronymiani codices omnino tacent.

— XIII, 27. Rursum ex veteri itala Vulgatus habet *Feceratque Absalom convivium quasi convivium regis;* quae in hieronymianis codicibus desiderantur.

— XIV, 27. Multi codices ex veteri itala addunt *Haec fuit in matrimonio Roboam filio* (vel *filii*) *Salomonis, et peperit ei Abiam.*

— XIV, 30. Vulgatus ex veteri itala habet *Et venientes servi Ioab, scissis vestibus suis, dixerunt: Succenderunt servi Absalom partem agri igni.* Hieronymiani autem antiqui ac bonae notae codices id plane praetermittunt.

— XV, 18. Item ex veteri itala seu potius ex duplici interpretatione Vulgatus legit *pugnatores validi,* quod Hieronymus, ut videtur, non posuit.

— XV, 20. Vulgatus ex geminata versione habet *et Dominus faciet tecum misericordiam, et veritatem,* quod non habent hieronymiani codices.

— XV, 34. Sixtus, plures codices et editiones veteres ex graecorum duplici interpretatione perperam addunt *patere me vivere.*

— XVII, 6. Pauci codices, fortasse ex alia versione addunt *tu quid dicis?*

— XVII, 14. Alii codices forsitan ex marginali scholio addunt *ut videretur* (vel *et videbatur esse*) *consilium Husai bonum coram Absalom.*

— XVII, 22. Codices et editiones plures, ex graeco hexaplari, ut videtur, addunt *antequam denudaretur verbum.*

— XVIII, 22. Sixtus, plures codices et editiones ex graeco addunt *veni huc.*

— XIX, 7. Nonnulli codices ex itala addunt *quia sic iuraverunt.*

— XIX, 10. Sixtus, multi codices et editiones ex duplici versione addunt *Et consilium totius Israel venit ad regem.*

— XIX, 11. Multi codices et non paucae editiones rursum addunt *ut reducerent eum (in domum eius,* vel *suam).*

— Ibidem. Sixtus, codices et editiones plures repetunt adduntque *quia dixerat rex: Haec dicetis ad populum (Iuda).*

— XIX, 43. Multi codices ex veteri itala addunt *et primogenitus ego sum.*

— XX, 18. Pauci codices ex veteri itala vel ex gemina graecorum interpretatione addunt *dixit: Rogantes rogant qui sunt in Abela et in Dan dicentes.*

— XXI, 2. Multi codices ex itala, ut videtur, addunt *ne perimerent illos.*

— XXIII, 12. Nonnulli codices ex scholio marginali addunt *iuxta Heliothorophin . . . in manu eius.*

— XXIII, 15. Sixtus, codices et editiones plures ex marginali scholio addunt *aquam de lacu.*

Novem igitur supra sexaginta numerantur additamenta in duobus prioribus Regum libris; ex his triginta in hodierna Vulgati editione adhuc servantur; nam alia quindecim, quae sixtinam editionem occupabant a gregorianis et clemen-

tinis expulsa fuerunt; Sixtus vero alia novem quae in antiquioribus editionibus occurrebant abiecerat; reliqua quindecim in manuscriptis tantum leguntur (1). Si autem pauca excipiantur, quae ex librariorum scholiis seu notis marginalibus vel ex aliis Bibliorum textibus petita videntur, ac locis non suis inserta, fere universa haec additamenta ex veteri itala vel ex graeca versione derivata sunt, atque in hieronymianam versionem non ante octavum, immo multa post nonum saeculum interiecta fuerunt (2). Idque omnino verisimile est ea aetate accidisse, qua apud latinos vetus itala ad graecorum codicum fidem elaborata, et nova Hieronymi ex hebraeo interpretatio fere promiscue usurpabatur. Recolantur quae adnotavimus p. 201. et 279. Hinc sixtini correctores, qui antiquissimis codicibus, amiatino praesertim, plurimum deferebant, ne unum quidem additamentum reliquum faciendum esse decreverant (3). Etsi porro Sixtus V. pleraque ex antiquis editionibus, quas potissimum sequebatur, instauranda statuisset, postremi tamen pontificii correctores, annuente Clemente VIII., non pauca ex iis, quae ab illo admissa fuerant rursum expunxerunt. At cur non omnia? Valde probabilis nobis videtur ratio quam affert Lucas Brugensis in libello *Romanarum correctionum*, ubi ad I Reg. V, 9. animadvertit: « Haec verba quamvis a quibusdam latinis libris, hebraeo consentaneis omittantur, tamen quia reperiuntur in quibusdam graecis, non iudicarunt romani correctores expungenda. Similis ratio inferius occurrit plurium aliorum locorum, quae non putavimus singula adnotanda. Consilium vero quo illi moti fuerunt licet ex ea quam Bibliis praemiserunt Praefatione intelligere. » Hoc enim loco Lucas Brugensis alludere videtur ad verba laudatae Praefationis ubi legimus: *Nonnulla*

(1) Minutiora alia sunt quoque additamenta in his libris a nobis suis in sedibus expensa. Horum praecipua sunt quae sequuntur: I Reg. II, 19. *et votum suum (Domino)*. VI, 2. *post haec*. XI, 5. *et vidit plorantem populum*. XIX, 11. *nocte illa*. XXI, 1. *et surrexit obviam*. 13. *et cecidit ad ostia civitatis*. XXIII, 24. *ad vesperam transierunt*. XXVIII, 14. *quem vidisti*. II Reg. VI, 6. *et declinaverunt eam*. VII, 19. *quia dilexisti me*. XII, 1. *Responde mihi iudicium*. XVI, 2. *Domine mi rex*. XX, 11. *de pueris David*. XXI, 18. *de genere gigantum*. Haec autem aliaque pauca his similia, etsi minutiora videantur, haud parvifacienda sunt iis, qui criticam disquisitionem persequentes, Vulgatam editionem omnimode excolere nituntur. Maximum enim quandoque vitium inde oritur.

(2) Vallarsius in *Praef. ad t. IX. operum s. Hier.* apposite scribit: « Cum Hieronymi versionem iam inde ab VIII. saeculo omne genus vitia depravarint, eius erat qui vellet nativam illius germanitatem repraesentare, tantam aetatis memoriam supergredi, in eamque rem primo incumbere, ut quae saeculum illud anteverterent exemplaria nancisceretur, aut quae certe criticorum id et sequioris temporis manus evasisse, manifestis indiciis dinosceret. Nam in caeteris quidem omnibus litterarum monimentis recensendis expoliendisque, exemplaris a quo petuntur, aut ad cuius exiguntur fidem, momenti plurimum aetas habet, si propiore ab auctoris temporibus intervallo absit: fieri tamen potest, atque interdum usuvenit, ut recentioris aevi apographum antiquiori longe praeferas sui merito atque emendatione, utpote quod vel a sinceriore alio, vel ab amanuensi et diligentiore et magis erudito descriptum sit. Alia est latinae huius versionis in manuscriptis codicibus ratio, de quibus vix puto id fere umquam ut eveniat, quod non ad privatam eruditionem, sed ad populi usum describerentur, atque eorum continuo labem temporum ferant, quibus exarati sunt. Non igitur ad eam pristinae integritati restituendam satis erat manuscriptos libros, ut fors tulit obvios, aut, qui sane multi superant in bibliothecis, elegantes adhibere in consilium, sed conquirendi, quanta maxima id fieri solertia potuit, vetustissimi ac pene exsoleti: iisque tota deferenda auctoritas, quibus glossatorum manus pepercerint. » Recte quidem haec a Vallarsio praescripta sunt; at si pauca excipias codicum fragmenta, de quibus infra, nullum ipse contulit antiquissimum Bibliorum exemplar.

(3) Ex omnibus additamentis supra recitatis, illud tantummodo sixtinorum diligentiam effugit, quod habetur II Reg. I, 26. Nec id mirum tibi videbitur, si reputaveris priorem huius additamenti partem in ipso codice amiatino, quem utpote antiquissimum maxime sequebantur sixtini, legi. Cf. supra pag. XI.

quae mutanda videbantur, consulto immutata relicta sunt . . . ad offensionem populorum vitandam. Nam credibile non est romanos correctores vel existimare potuisse vitiosa esse hodierna hebraica et graeca exemplaria iis in locis, quibus Vulgatus interpres duplicem interpretationem complectitur, atque hebraicum perinde ac graecum textum manifesto reddit; vel Hieronymo potius quam librariis retulisse additamenta quae in recentioribus tantum codicibus interpolata leguntur. Minus accurate de his loquitur Bukentopius p. 168. ubi scribit: « Multa » in his libris (Regum prioribus), prout et in libro Proverbiorum, a multis sae» culis, nescio per quos, aut qua auctoritate, fuisse addita ex translatione graeca » LXX. interpretum, quae illi in sua versione posuerunt, vel aliter quam Hie» ronymus transferentes hebraeum textum, vel Spiritu sancto dirigente, ea pa» raphrastice supplentes, quae in hebraeo non habebantur, illaque, ut dixi, iam » ab antiquo in nostra Vulgata versioni hieronymianae intermixta sunt, nec re» probanda. Unde s. Augustinus lib. XVIII. de Civ. Dei, cap. 43. *Quidquid » est in hebraeis codicibus, et non est apud LXX. interpretes, noluit ea per » istos, sed per illos prophetas Dei Spiritus dicere. Quidquid vero est apud » LXX., in hebraeis autem codicibus non est, per istos ea maluit, quam per » illos idem Spiritus dicere.* Quod autem talia in variis latinis desint, factum » est ex eo, quod isti latini Vulgatae libri exscripti sint ad exemplaria, quae » nondum habebant illam admixtionem, vel certe ad illa, quae Stephanus Cister» ciensis Abbas II. evulgaverat; hic enim adhibitis duobus iudaeis, e Vulgata » removit (signanter quoad libros Regum et Proverbiorum) quae iudaei isti Ste» phano dicebant non esse in hebraeo; illa vero editio Stephani passim perva» sit Galliam. » Augustini opinionem quam alii plures olim sequuti sunt, de auctoritate quae Septuaginta interpretibus tribuenda est, non moramur; illam enim post Hieronymum doctissimi scriptores catholici tanta demum consensione reiecerunt, ut vix a paucissimis nostra aetate memoretur. Quamvis autem illam sequeremur opinionem, nihil eadem conferret ad tuendam auctoritatem quorumdam additamentorum, quae vel nullum habent in graeca versione praesidium, vel ex gemina eiusdem periodi latina interpretatione orta sunt. Praeterea ex illa sententia sequeretur quamplurima alia additamenta in Vulgatam editionem admittenda esse, quae vel numquam recepta, vel legitime expulsa fuerunt.

Maioris momenti pro re nostra est documentum Stephani Abbatis a Bukentopio memoratum, quod paullo accuratius expendere oportet. Illud in primis describemus quemadmodum a Mabillonio editum fuit ad calcem operum s. Bernardi: « Frater Stephanus novi Monasterii Abbas, et praesentibus et futuris ser» vis Dei, salutem. Hanc historiam scribere disponentes, inter plurimos libros, » quos de diversis ecclesiis congregavimus, ut veraciorem sequeremur, in quem» dam fere ab omnibus multum dissonantem impegimus. Et quia illum plenio» rem caeteris invenimus, fidem ei accommodantes, hanc historiam, secundum » quod in eodem libro invenimus, scripsimus. Qua digesta, non modice de dis» sonantia historiarum turbati sumus: quia hoc plena docet ratio, ut quod ab » uno interprete, videlicet beato Hieronymo, quem, caeteris interpretibus omis-

» sis, nostrates iamiamque susceperant, de uno hebraicae veritatis fonte translatum est, unum debeat sonare. Sunt tamen quidam veteris Testamenti libri, » qui non de hebraico, sed de chaldaico sermone ab eodem nostro interprete » sunt translati, quia sic eos apud iudaeos invenit, sicut ipsemet in Prologo super Daniele scribit, nosque illos sicut caeteros libros secundum eius translationem suscepimus. Unde nos multum de discordia nostrorum librorum, quos » ab uno interprete suscepimus, admirantes, iudaeos quosdam in sua scriptura » peritos adivimus, ac diligentissime lingua romana inquisivimus de omnibus » illis Scripturarum locis, in quibus illae partes et versus, quos in praedicto » nostro exemplari inveniebamus, et iam in hoc opere nostro inserebamus, quosque in aliis multis historiis latinis non inveniebamus. Qui suos libros plures » coram nobis revolventes, et in locis illis ubi eos rogabamus, hebraicam sive » chaldaicam scripturam romanis verbis nobis exponentes, partes vel versus, » pro quibus turbabamur, minime repererunt. Quapropter hebraicae atque chaldaicae veritati, et multis libris latinis, qui illa non habebant, sed per omnia » duabus illis linguis concordabant, credentes, omnia illa superflua prorsus abrasimus; veluti in multis huius libri locis apparet, et praecipue in LIBRIS REGUM, ubi maior pars erroris inveniebatur. Nunc vero omnes, qui hoc volumen sunt lecturi, rogamus, quatenus nullo modo praedictas partes vel versus » superfluos huic operi amplius adiungant. Satis enim lucet in quibus locis » erant, quia rasura pergameni eadem loca non celat. Interdicimus etiam auctoritate Dei et nostrae Congregationis, ne quis hunc librum, magno labore praeparatum, inhoneste tractare vel ungula sua per scripturam vel marginem eius » aliquid notare praesumat. » Ex hoc insigni testimonio colligimus 1°. additamenta de quibus agimus, ineunte saeculo XII. a plerisque exemplaribus hieronymianae versionis, saltem apud Gallos, exulasse. 2°. Stephanum plures diversarum ecclesiarum codices studiose accurateque contulisse. 3°. Eumdem ut dubia ex varietatibus latinorum codicum exorta solveret, ad hebraicos et chaldaicos codices prudenter confugisse. 4°. Illam veluti germanam lectionem sapienter delegisse, quam plures latini codices, consentiente sacro textu, confirmabant. Hanc eamdem rationem paullo post sequuti sunt alii plures, quos inter Richardus Victorinus (cf. *Patrol. lat. t. CXCVI, p.* 241.) et epanorthotae quos habemus in nostris codicibus M, N, O. Ex praeclara Stephani recensione (1) fluxisse censendi sunt pauci illi, ex Vulgati codicibus post saeculum XII. conscriptis, qui aut omnia, aut saltem pleraque additamenta praetermittunt. Latinos enim codices ante saeculum VIII. conscriptos nullos reperimus additamenta illa prae se ferentes; at saeculo VIII. in quibusdam codicibus quaedam iam apparent vel ad margines descripta, vel in textum inserta; plura vero saeculo IX. et sequentibus, ita ut inter recentiores codices vix paucissimi sint, qui omnia illa additamenta non complectantur (2). Qua de re audiendus est Martianaeus

(1) De latinis Bibliis a Stephano Abbate recognitis ac quatuor magnis voluminibus comprehensis, vide sis Lelong in *biblioth. sacra, I,* 239. et auctores *Histoire litt. de la France, VII,* 12. et *IX,* 123. 124.

(2) Latinos Bibliorum codices, maxime post saeculum IX. multimodis depravatos fuisse demonstrant

(*Opp. s. Hieron. I,* 331. *ad I Reg. V,* 6.), qui multos optimae notae codices inspexit: « Quum, ait, innumera prope huiusmodi occurrant additamenta in li- » bris praecipue Regum, non abs re erit lectorem docuisse quomodo posita re- » periantur in vetustissimis codicibus sacrorum Bibliorum editionis Hieronymi. » Tria igitur supersunt adhuc genera librorum manuscriptorum latinorum, qui- » bus caussas et origines praedictorum additamentorum possumus deprehendere. » Primum in illis locum obtinent manuscripti codices qui propriam ac genuinam » lectionem Hieronymi sine additamentis repraesentant; cuius generis sunt col- » bertinus aniciensis, et corbeiensis maior n. 1.; his etiam canon hebraicae ve- » ritatis adiungendus est, utpote qui nihil spurium habeat post emendationem » suam. Exstant alii vetustiores codices in quibus equidem purus fluit Bibliorum » contextus, sed integra retinent ad margines suas aliena et insititia verba cum » signis quibusdam intra textum, ut haec, tamquam omissa sint a librariis, et » ad sacrum contextum pertineant, significent. Tertium denique genus est recen- » tiorum praesertim manuscriptorum codicum, in quorum contextum varia illa » Scripturarum additamenta errore et imperitia librariorum inducta conspiciun- » tur; ut nullo deinceps adhibito discrimine, quaenam Hieronymo, aut quae » caeteris latinis interpretibus propria fuerint, in illis minime possit agnosci. » Cf. Martianaeus ibid. p. 943. et Sabatierius in *Admon. praevia in librum Prov.* Animadvertendum tamen est codices, de quibus primo loco agit Martianaeus, non omnino a quolibet additamento immunes esse, quemadmodum ipse censuit. Nonnulla enim, uti ex nostra collatione aperte colligitur, ibidem occurrunt, quae ab ipso absque ulla animadversione incaute praetermissa fuerunt. At meminisse oportet, quod in *Prolegomenis p. LXXXVIII.* adnotavimus, Martianaeum nullum habuisse codicem saeculo IX. antiquiorem. Ex quo ea omnino confirmatur sententia, quam sequimur. Ex una enim parte exploratum est illos qui manuscriptos libros recognoscere aggrediebantur, si quaedam verba incuriosis amanuensibus in describendis libris excidisse deprehendebant, ea ad margines supplere consuevisse. Ex altera parte compertum est plures librarios circa octavum saeculum, collatis veteris italae codicibus, qui obsolescere coeperant, cum hieronymiana versione quam latinae ecclesiae dudum amplectebantur, ad istius margines conspersisse ea quae vel in veteri versione abundare, vel alium sensum reddere videbantur. Quum vero ex hisce codicibus post IX. saeculum alia describerentur exemplaria a librariis, qui sacros codices religiose pertractantes, at criticae artis expertes, intenti ac solliciti potius erant ne quid praetermitterent, quam ne verba aliena immiscerent textui auctoris describendi; nil mirum est ipsos quandoque in sacrum textum invexisse tum ea quae ex alia interpretatione in marginibus deprehendebant, tum notas a scholiastis adiectas (1).

testes quos excitavimus in *Proleg. p. XVII.*, ac praesertim Hugo a s. Victore, qui animadvertit diversas diversis sequentibus translationes, ita tandem omnia confusa fuisse, ut paene quid cui tribuendum esset ignoraretur.

(1) Missis aliis multis exemplis, quae in promptu essent ad demonstrandum quale fuerit ingenium librariorum aetatis de qua loquimur, placet testimonium proferre ex Bibliorum codice ecclesiae Foroiuliensis, circa saeculum IX., ut nobis videtur, conscripto, in quo fere omnia additamenta superius memorata occurrunt; quemadmodum accepimus a Iacobo Tomadini qui

At dicet fortasse aliquis: Ergone expungenda sunt additamenta, quae in hodierna Vulgati editione supersunt? Absit ut id nobis arrogemus, quod nulli privato concedi posse iam asseruimus, quodque ad publicum legitimumque Ecclesiae magisterium, cui divinitus commissa est cura Bibliorum, ita pertinet, ut ipsius tantum sit de his rebus supremum ferre iudicium, si quando id expedire censuerit. Nostrum erat ea proponere quae ad criticam quaestionem solvendam aliquid conferre posse videbantur; at nos ne apicem quidem e Vulgati editione expungendum iudicamus. Quod si testes quos protulimus evincere videntur aliquod librariorum vitium adhuc in vulgata editione superesse, aut saltem aliquod rationabile dubium ingerunt, nos non calumniabuntur qui reputaverint Ecclesiam numquam sanxisse menda aut vitia librariorum veluti totidem Spiritus sancti oracula, nihilque ei optabilius esse quam habere Biblia emendatissima: quin immo existimamus omnes illos bene de Ecclesia mereri, qui pro viribus congerere nituntur et comparare ea quae ad Vulgatam editionem magis magisque expoliendam conducere possunt (1). Sed de his satis.

Reliquum est ut quae diximus esse supplenda ad nostrum apparatum biblicum depromamus. Haec autem tum ad codices manuscriptos, tum ad veteres editiones referuntur.

Cod. E. Hac littera in superiori volumine praenotavimus insignem codicem, quem descripsimus in *Prolegom. p. LXXXVI.*, qui Octateuchum olim complectebatur, nunc vero explicit ad Iudic. XIII, 20. Eiusdem codicis reliquae varietates exhibentur in hoc volumine. At in quatuor Regum libris hac eadem littera alium codicem designamus, nimirum Biblia farfensia nunc in serie codicum vaticanae bibliothecae n. 5729. membran. maximi moduli, tribus columnis

codicis collationem instituit, nobisque pro sua singulari humanitate communicavit. Librarius itaque versiculum 41. capitis XIV. libri primi Regum sic describit: *Et dixit Saul ad Dominum Deum Israel:* (heic pauca abrasa sunt in codice) *Quid est quod non respondes servo tuo hodie? Si in me, aut in Ionathan filio meo iniquitas est, da ostensionem; aut si ita est in populo tuo iniquitas, da sanctitatem. Domine Deus Israel da indicium in hoc loco; vide quod ne praetermissum sit. Et deprehensus est Ionathan et Saul. Populus autem exivit foras.* Ne quid omitteret librarius in textum importavit monitum: « In hoc loco vide ne quid praetermissum sit. »

(1) Praeter auctores memoratos supra p. VI-VIII., de vitiis Vulgatae nostrae editionis loquuntur non pauci ex iis qui decreto tridentino ad Vulgatam editionem pertinenti strictiorem sensum adscribunt, ut Czuppon *Vindiciae Biblior. p.* 1175. seqq., Branca *de libror. Vulgatae ed. auctoritate t.* 1. *p.* 108. et Ioh. Morinus qui *Exercit. biblic. lib. I. exerc. VI. c.* 6. *n.* 6. scribit: « Catholica ecclesia cum nobis proposuit, atque etiam» num proponit versiones istas (graecam nempe et lati» nam vulgatam) privatim publiceque legendas, eas no» bis a quolibet errore, aut mendarum irreptione non » praestat immunes, multo minus nullibi exactiorem » textus hebraei expressionem fieri umquam posse va» dem nobis sese pollicetur. Haec ab Ecclesiae perpetua » praxi aliena sunt, quae doctores suos varias interpre» tum translationes enarrantes semper approbavit et » laudavit, modo analogiae fidei, et morum honestati » nihil praeiudicarent. Quod certe non laudasset, nisi » varias interpretationes variasque illas lectiones admo» dum utiles, modo fidei illustrandae, modo pietati in» flammandae, modo sapientiae divinae demonstran» dae, dicam etiam textu ecclesiastico paucis quibusdam » in locis ad haec confirmanda efficaciores existimas» set. » Et ibidem *cap.* 9. *n.* 8. subdit: « Licet multa » complectatur LXX. interpretum translatio, quae nec » hebraicus textus, nec Vulgata latina nobis exhibeat; » et viceversa multa complectatur textus hebraicus et » Vulgata latina, quae LXX. interpretum translatio no» bis non exhibeat, neutrius divinae auctoritati praeiu» dicare debet ista hemistichiorum et versiculorum ab » hac aut illa translatione vel absentia vel praesentia. » Dum enim Ecclesia commendat latinam vel graecam versionem, nullo pacto divinam auctoritatem librariorum mendis in utraque occurrentibus adscribere intendit. Cf. Natalis Alex. *Hist. eccl. saec. IV. diss.* 39. *art.* 5.

exarata circa saec. XI. aut saltem ineunte XII.; conf. Lelong *biblioth. sacra, I,* 235. Huius codicis lectiones manifestam habent affinitatem cum lectionibus codicis I, de quo infra. Deficit codex a I Reg. XI, 1. ad XIV, 17.

Cod. I. In tomo primo sub hac littera designavimus codicem Baveri; quem memoravimus in *Proleg. p. LXXXVIII.;* at quum vix raras post Pentateuchum suppeditaret varietates, eas in hoc volumine dedimus sub nomine *cod. Baveri;* atque sub littera I proferimus codicem ex nostra bibliotheca, membran. parvi moduli, saeculo XIII. vel sequenti, minutis litteris at elegantibus conscriptum, qui integra Biblia complectitur. Quamvis vero plerumque hic codex lectiones quae fere communes sunt recentiorum codicum sequatur, tamen non paucas servat ex his lectionibus, quae in antiquissimis bonae notae codicibus occurrunt. Habet additamentum de quo egimus ad Exod. XIX, 9. Post finem Apocalypsis librarius hanc notam apposuit: *Laus tibi Christe — Quoniam labor explicit iste — Qui scripsit scribat — Semper cum Domino vivat — Vivat in coelis — Stephaninus nomine Felix — Quia ista est quinta Biblia quam ipse complevit.*

Cod. T. Hunc codicem descripsimus in *Proleg. p. XCI.* ubi adnotavimus illum deficere ad II Reg. XIX, 19. Igitur ab initio tertii Regum libri ad finem usque voluminis sub hac littera T protulimus varias lectiones ex codice vaticano inter palatinos n. 2. qui olim fuit insignis monasterii s. Nazarii in Laurissa, ac continet libros a Genesi ad Paralipomenos. Est membranaceus in fol. ac pertinet ad saeculum XII, multasque habet correctiones.

Cod. X. Sub hac littera designavimus codicem Bibliorum membranaceum in fol. max. exaratum, qui a multis saeculis in tabulario Ecclesiae cathedralis Tuderti servabatur; at ineunte anno MDCCCLX. ab illius Ecclesiae Canonicorum Collegio dono datus fuit Pio IX. Pont. Max., qui summa benignitate eumdem nostris studiis concedens domi conferendum permisit, atque dein vaticanae bibliothecae adtribuit. Exstat Iohannis Christophori Amadutii inedita huius codicis descriptio exarata anno MDCCLXX., in qua auctor censet hunc codicem pertinere ad X. saeculum; at paullo seriori aetate illum fuisse conscriptum nos autumamus. Codex deficit Iudic. XXV, 22. usque ad Ruth IV, 14.; Ier. XLVIII, 18. usque ad L, 16.; Eccle. V, 17. usque ad Eccli. II, 22.; I Paral. XIII, 9. usque ad II Paral. XIV, 7.; Esth. II, 16. usque ad Matth. XXV, 25. (hinc desunt Cant., Sap. et Machabaeorum libri); Ioh. VII, 30. usque ad X, 39. Psalterium est in fine codicis, et desinit in Psalmo CXXXIV. Habet varias lectiones omnes, quas ex nostro codice F excitavimus ad Exod. XXXIV, 28. Levit. IV, 2. XVIII, 17. Num. III, 45. XX, 26. XXXI, 17. XXXIII, 12.; eas nempe lectiones quae recensionem, quam *romanam* (in *Proleg. p. LXXXVII.*) appellavimus, denotant. Huius codicis varias lectiones exhibemus a Iosue cap. XIII. usque ad finem libri Iudicum; in sequentibus illum dimisimus tum quia vix alias lectionum varietates nobis suppeditabat praeter eas quas nostri codices servant; tum quia insigni negligentia illum descriptum fuisse comperimus.

Cod. Y. Casinensis codex est membranaceus in folio max. saeculi X., notatus num. 515.; continet autem integra Biblia, et est antiquior inter codices

biblicos Vulgati interpretis, qui in archivo Casinensis monasterii nunc asservantur. Cf. *Proleg. pag. XCIII.* Huius codicis varias lectiones humanissime nobis oblatas a cl. p. Sebastiano Kalefati monacho casinensi, studiorumque nostrorum fautore, protulimus in libris Iudicum et Ruth. Dolemus ad nostras manus non pervenisse collationem eiusdem codicis in libros Regum, quam laudatum p. Kalefati in nostrum usum exornavisse audivimus.

Cod. bobiens. palimps. olim monasterii s. Columbani de Bobio, num. 104., nunc vaticanus n. 5763., describitur ab Arevalo in *Isidorianis II,* 289. et a Peyron *Fragm. Cic. p.* 30. *et* 205. De biblicis fragmentis quae in hoc codice continentur singularem conscripsimus dissertationem (1). Recentior codicis scriptura habet libros VI. etymologiarum s. Isidori; antiquior vero fragmenta exhibet variorum operum; nam folium 28. servat fragmentum graecum operis Galeni de quo Maius in Appendice 3. ad *Iuris civilis et Symmachi orationum partes, p.* 157. Quatuor habet folia (nempe a 49. ad 52.) ex libro Iobi; et decem folia ex aliis operibus (nimirum fol. 2. 5. 8. 10. 11. 13. 57. 60. 73. 76.); octo autem folia non sunt rescripta (a fol. 39. ad 46.). Reliqua sunt quinque supra quinquaginta folia, quae continent maiorem partem libri Iudicum et pauca ex libro Ruth. Haec litteris romanis uncialibus conscripta videntur saeculo V. aut certe ineunte VI. In adiecta tabula aere incisa habes paginam huius codicis ex folio verso 18.; quaelibet enim pagina duodeviginti lineis constat, ita ut vix tres aut quatuor ex nostris versiculis exhibeat (2). Necessarium ducimus enumerare seriem fragmentorum, quae in laudato codice bobiensi leguntur.

Iudic. Cap. III, 2—16.	fol. 38. 24.
29—IV, 11.	29. 31.
VI, 19—VII, 23.	66. 35. 32. 19. 18. 37. 34. 67.
IX, 13—XI, 1.	15. 68. 17. 75. 74. 20. 65. 22. 63.
XI, 8—35.	23. 27. 26. 30.
XII, 1—XIV, 19.	70. 71. 69. 16. 77. 72. 21. 64. 78.
XV, 5—11.	12.
XVI, 14—18.	9.
XVI, 29—XVIII, 23.	54. 1. 61. 56. 6. 47.
XVIII, 28—XIX, 4.	55.
XIX, 10—16.	7.
XIX, 27—XX, 15.	14. 25. 62.
XX, 22—33.	53. 3.
XX, 43—XXI, 6.	4. 48.
XXI, 13—23.	33. 36.
Ruth Cap. I, 7—13.	59.
II, 16—21.	58.

(1) *Di un codice biblico palimpsesto della biblioteca vaticana proveniente dal monastero di Bobbio, Roma* 1861.

(2) Ex superstitibus membranis palimpsesti bobiensis omnino colligimus integra Biblia hoc litterarum genere exarata constitisse foliis 4800. Igitur si po-

Eiusdem codicis bobiensis alia fragmenta custodiuntur in codice guelpherbytano palimpsesto, qui pariter ex variorum antiquissimorum codicum reliquiis compactus est, quas inter continentur pauca ex versione Ulphilae, ex Galeno, ex Iob et ex libro Iudicum. Cl. Tischendorf in *Anecdotis sacris et profanis, pag.* 161. ex hoc codice dedit tria folia, quae ad librum Iudicum pertinent, et continent cap. I, 28-36. IV, 16-22. VI, 13-18. Alia pauca ibidem supersunt, quae nondum lecta sunt.

Cod. veronen. complectitur libros Regum circa septimum saeculum descriptos. Ex tomo IX. operum s. Hieronymi, editionis Veronensis, varias lectiones huius codicis proferimus, quas Blanchinius collegerat, quemadmodum ipse testatur in *Vindiciis Biblior. p. CCCXLV. et seq.*, quasque edidit Vallarsius (1).

Cod. veronens. Blanchinii, seu potius perantiqui codicis fragmentum quod continet I Reg. XVIII, 4. usque ad XX, 17. Hoc fragmentum edidit Blanchinius *op. cit. pag. CCCXLII. et seq.*

Fragmentum vaticanum inter latinos codices reginae Svecae n. 1462., saeculo VI. conscriptum. Habet III Reg. XI, 15-33. a Blanchinio *op. cit. p. CCCXLI.* editum fuit; nos tamen ipsum codicem inspeximus, atque accuratiorem eius collationem damus.

Cod. palatinus vaticanus n. 3. in fol. membran., saeculi XI. continet libros a Genesi ad Ruth, prophetas minores et maiores cum Baruch. Ad libri calcem legitur: *Curata huius saeculi labentia cernens, pro remedio meae animae mente revolvens, aliquod solamen ad exustum sancti Magni offerre coenobium, hunc Dei gratia opitulante, acquisivi librum, quem ego De Dalricus summis principibus notus, Deo sanctoque Magno ad famulatum pro mea meorumque tam vivorum, quam etiam defunctorum perpeti quiete, ea tradens ratione eademque trado firmitate, quod si aliqua persona velit inde abstrahere, quislibet meae consanguinitatis rursum liberam habeat potestatem sibi suisque istum librum vendicare.* Vallarsius hunc codicem a se collatum affirmat; at qua ratione illum contulerit facile ex eo colligitur quod in libro Iosue novem varias lectiones ex eodem proferat; nos vero ultra centum.

Cod. mediolan. membranac. palimpsestus in fol. circa saec. VII. conscriptus litteris uncialibus ad formam anglo-saxonicam deflectentibus; asservatur Mediolani in bibliotheca ambrosiana, ubi praenotatus est *G. 82. partis super.*

namus singula volumina habuisse quadringentas chartas (verisimile autem est pauciores potius quam plures habuisse), duodecim voluminibus unicum Bibliorum exemplar comprehensum fuisse dicendum est. Quanto autem steterit tam magnificum atque sumptuosum exemplar divinare non possumus; at magno impendio comparatum nemo dubitabit. Litterarum specimen aenea tabula insculptum, quod publicamus, iussu Angeli Maii cardinalis praeparatum invenimus. Pauca quae ex Iobi libro in eadem tabula repraesentantur, ad eumdem bobiensem codicem pertinent, at parilis aetatis non sunt. Cogitaverat enim doctissimus vir selecta quaedam priscae palaeographiae exempla ex quamplurimis latinis et graecis ineditis vaticanis codicibus proferre; at morte praeventus id perficere non potuit.

(1) Huius codicis testimonium plurimi facimus; at longe absumus ab opinione Vallarsii qui illum labente saeculo V. conscriptum censuit, illumque *caeteris praestare omnibus quot ex Europae bibliothecis hactenus innotuere* non dubitavit; atque neminem inter hieronymianos parem eidem esse voluit. Non enim huic tantum codici, sed et aliis non paucis conveniunt illa argumenta ex quibus tantam vetustatem demonstrare conatur. Profecto codices amiatinus, palimpsestus bobiensis et mediolanensis quos descripsimus, haud minores antiquitatis notas prae se ferunt.

Antiquior scriptura saec. IV. aut V. habuit plura ex Plauto, pauciora ex Terentio, Seneca, et fragmenta biblica gothicae versionis Ulphilae. Cf. Maius et Castillionaeus *Plauti fragm. inedita, Mediol.* 1825. et *Ulphilae partium ineditarum specimen, Mediolan.* 1819. et Gabelentz et Loebe *Ulphilas tom.* 1. *pag. XXXIII.* Plures censuerunt hunc codicem olim ad bibliothecam bobiensis monasterii pertinuisse, at nulla certa indicia supersunt, nec in *inventario codd. bobiens.* a Peyronio edito codex noster apparet. Incipit I Reg. XIII, 14. et explicit IV Reg. XXII, 19.; at interdum, maxime in postremis foliis, scriptura adeo evanida est, ut vix legi possit. Iohannes Baptista Branca qui praestantiores codices ambrosianae bibliothecae utilitati publicae proponere decreverat, atque ex iis rem praecipue criticam et palaeographicam illustrare contendebat, quemadmodum ipse testatur in Prooemio operis *de sacrorum librorum latina Vulgatae editionis auctoritate,* quod morte praeventus non explevit, laudatum codicem sedulo contulerat, eiusque varias lectiones in suis schedis descripserat quae in eadem bibliotheca servantur. Has nobis perhumaniter obtulit Antonius Ceriani eiusdem bibliothecae Doctor, cui vel ex hoc nomine plurimum debemus. Lectiones omnes mediolanensis codicis, quas Branca descripserat, nos proferimus, easque plerumque cum antiquissimis optimaeque notae codicibus consentire quilibet animadvertere poterit (1).

Marg. cod. gothici legion. Quamvis instituti nostri ratio nil aliud requireret, nisi ut Vulgatae latinae interpretationi expoliendae studeremus, eiusque puritatem integritatemque, sicubi excidisset, pro viribus restitueremus; tamen si quas offendimus apud antiquos testes reliquias ex aliis latinis versionibus e graeco derivatis, operae pretium duximus easdem in medium proferre ad cumulandam syllogem a Sabatierio aliisque coacervatam. Idque haud raro nobis contigisse gaudemus; nec mirum. Quum enim veteres scriptores saepius hieronymianam cum reliquis latinis versionibus permiscuerint, aut saltem illam cum aliis componere studuerint, quisquis priorem excolere nititur, necessario in caeteras, saepe nil minus cogitans, incurrit. Si autem ea quae in superiori volumine, ac praesertim ad calcem Geneseos, Exodi et Deuteronomii, veteris italae insigniora fragmenta deprompsimus, viris doctis haud spernenda visa sunt; multo magis, ut speramus, laeto animo ab eruditis excipientur copiosiora illa documenta, quae vel ex priscis scriptoribus, vel ex ineditis codicibus altero hoc volumine proferuntur. Iis enim in locis ampliora nobis succurrunt fragmenta, in quibus Sabatierio aliisque vix tenuissima suppetebant vel penitus defuerant. Haec autem, ut saepe animadvertimus, non modo ad rem nostram criticam at-

(1) Animadverte varias lectiones quas ex codicibus proferimus repraesentare diversas codicum familias seu recensiones apud latinos olim receptas, puta *romanam*, *hispanicam*, *gallicam* atque *germanicam*. Ad rem enim criticam valde utile est tum diversarum nationum, tum etiam cuiuslibet aetatis codices conferre. Nemo enim ignorat plerasque varietates ex diversis regionum ac gentium exemplaribus recognitis ab aliis et aliis hominibus ortas fuisse: ac quandoque ex librariorum industria, ea quae ad unam vel alteram familiam referebantur permixta fuisse, vel denuo recognita atque emendata. Quapropter germana lectio modo apud hanc vel illam familiam, plerumque apud codices antiquioris aetatis, nonnumquam apud minus vetustos custodita reperitur. Ad criticam vero artem pertinet singulas lectiones expendere, illasque deligere, quae aut verae aut saltem magis proximae veris esse comprobantur.

que philologicam opportunissimam adferunt opem, sed maximam haud raro utilitatem conferunt tum ad expoliendam graecam interpretationem alexandrinam, ex qua derivata fuit, tum etiam ad restituendam illustrandamque veterum latinorum scriptorum lectionem. Qua in re locupletissimam nobis messem attulerunt margines codicis gothici legionensis (cf. de hoc cod. *Proleg. p. XCIII.* et seq.), ex quibus in quatuor Regum libris ad singula capitula, paucis exceptis ubi silet codex, subnectimus latinae veteris ex graeco versionis fragmenta inedita. De his autem eorumque usu critico recolantur quae tetigimus ad pagg. 179. 436. 455. 594. et alibi passim. Nam eadem aut plura heic addere de hisce fragmentis supervacaneum existimamus. Praeter gothicum codicem legionensem, alios plures veteris italae testes aut ineditos aut nondum observatos passim excitamus; quorum elenchum neque ad rem nostram necessarium, neque huius loci est describere.

Restat ut elenchum editorum Vulgati interpretis exemplarium quibus usi sumus, novis accessionibus auctum subnectamus, praetermissis adnotationibus quas in superiori volumine interposuimus. At rursum in hoc elencho memoramus tantum editiones quae in bibliotheca Collegii nostri prostant, non autem alias omnes quas vel in universum, vel selectis locis ex aliis bibliothecis contulimus. Has inter eminent Biblia edita Maguntiae anno 1462. a quibus vix raro dissentit editio romana anni 1471. Ex reliquis vero editionibus quae in nostri Collegii bibliotheca desiderantur, singularis notae dignam esse censemus illam, quam typis vulgavit Leonardus Basileensis anno 1476. cuius notitiam nobis sero nimis comparavimus, nempe quando iam ad libri II Regum caput XX. typographus noster pervenerat. Ab hoc autem capite usque ad finem voluminis, eiusdem lectiones dedimus, illamque designavimus hac nota *Bibl. Ven.* 1476. A Maschio enim (*Biblioth. sacra, vol.* 3. *p.* 123.) aliisque acceperamus illam Venetiae impressam fuisse. Alias vero eiusdem anni venetas editiones, quarum longe rarior est usus, in tertio et quarto libro Regum excitavimus adiecto editoris nomine. Verum inspectis dein Panzeri *Annal. typogr.* (*vol.* 3. *p.* 509.), suasum nobis fuit Biblia Leonardi Basileensis non Venetiae, sed Vicentiae prodiisse (1). Biblia quoque Neapoli edita anno 1476. conferre institueramus; at illa dimisimus e manibus quum comperissemus vix rarissime a prioribus venetis editionibus, quas habemus, recedere. Idem dicendum de quibusdam aliis editionibus, quarum mentionem praetermittimus. Accipe igitur nostrarum editionum elenchum.

1. Romae, 1471. in fol. typis Conradi Sweynheym et Arnoldi Pannartz, voll. 2. *Recognita a Iohanne Andrea De Bossi viglebanensi Episc. Aleriae. Cf. dissertatio superius prolata* Sulle edizioni della Bibbia *etc. ubi et de iis quae sequuntur egimus.*
2. Venetiis, 1476. in fol. per Nicolaum Ienson. *Bonae notae lectt. habet ut alia sub n. 5. posita.*
3. Venetiis, 1476. in fol. per Franciscum de Hailbrun et Nicolaum de Frankfordia.
4. Sine loco et anno, in fol. (*apud Hain n. 3048.*)
5. Venetiis, 1479. in fol. opera Nicolai Ienson.
6. Norimbergae, 1480. in fol. per Antonium Coburger.
7. Venetiis, 1480. in 4. per Franciscum de Hailbrun.
8. Venetiis, 1480. in 4. per Octavianum Scotum. *Ex*

(1) Huius vicentinae editionis notitiam nuper tradidimus in dissertatione *Sulle edizioni della Bibbia fatte in Italia nel secolo XV., Roma* 1863.

hac editione pendent illae quas proferimus sub num. 23. et 30.
9. Sine loco, 1481. in fol. *(apud Hain n. 3081.)*
10. Venetiis, 1481. in fol. per Leonardum Wild de Ratisbona. *Non desunt singulares lectiones.*
11. Venetiis, 1481. in fol. cura Iohannis de Colonia, Nicolai Ienson sociorumque. Cum postillis de Lyra, voll. 4. *(habemus tantum quartum volumen.)*
12. Sine loco, 1482. in fol. *(apud Hain n. 3086.)*
13. Venetiis, 1482. in fol. per Franciscum Renner de Hailbrun, voll. 3. Cum postillis de Lyra. *Non paucas singulares lectt. prae se fert.*
14. Sine loco, 1483. in fol. *(apud Hain n. 3088.)*
15. Venetiis, 1483. in 4. per Franciscum Renner de Hailbrun.
16. Venetiis, 1484. in 4. per Herbort de Selgenstat.
17. Sine loco, 1486. in fol. *(apud Hain n. 3094.)*
18. Venetiis, 1487. in 4. per Georgium de Rivabenis, alias Parentem.
19. Sine loco, 1489. in fol. *(apud Hain n. 3105.)*
20. Venetiis, 1489. in fol., opere Octaviani Scoti, voll. 4. Cum postillis de Lyra. *(nobis deest volumen 4.) Bonae notae lectiones habet.*
21. Basileae, 1491. in 8. per Iohannem Froben. *Haec prior est Bibliorum editio in 8.; ex ea fluxerunt aliae eiusdem moduli quae sequuntur.*
22. Venetiis, 1492. in 8. arte Hieronymi de Paganinis. *Ex superiori edit., sed recognita a Petro Angelo de Monte Ulmi ord. minorum.*
23. Venetiis, 1494. in 4. per Symonem Bevilaqua.
24. Basileae, 1495. in 8. per Iohannem Froben.
25. Venetiis, 1495. in fol. per Paganinum de Paganinis, voll. 4. cum Glossa Ordin. et de Lyra. *Editio princeps recognita a Bernardino Gadolo.*
26. Brixiae, 1496. in 8. per Angelum et Iacobum britanicos fratres. *Ex edit. sub num. 22. sed revisa per Gregorium de Britannicis ord. praedicatorum.*
27. Sine loco *(Parisiis)*, 1497. in fol. per Franciscum Fradin et Iohannem Pivard.
28. Argentinae, 1497. in fol. *deest nota editoris.*
29. Venetiis, 1497. in 8. arte Hieronymi de Paganinis.
30. Venetiis, 1498. in 4. per Symonem Bevilaqua.
31. Basileae, 1498. in fol. per Ioh. Petri de Langendorff et Ioh. Froben, voll. 6. Cum Glossa Ordin. et de Lyra. *(nobis deest volumen secundum.)*
32. Venetiis, 1501. in 8. sumptibus Paganini de Paganinis. *Ex edit. posita sub num. 22.*
33. Norimbergae, 1501. in fol. per Anthonium Koberger. *Ex edit. posita sub num. 28.*
34. Parisiis, 1504. in fol. impressit Thielmannus Kerver, impensis Ioh. Parvi et Ioh. Scabeller. *Editio princeps ex recognitione Adriani Gumelli; ex qua fere pendent quatuor sequentes.*
35. Sine loco *(Lugduni)* 1506. in fol. per Iacobum Sacon, characteribus venetis.
36. Lugduni, 1509. in fol. per Iacobum Sacon.
37. Basileae, 1509. in fol. per Ioh. Petri de Langendorff et Iohannem Froben.
38. Lugduni, 1510. in 8. per Iacobum Mareschal.
39. Venetiis, 1511. in 4. per Lucamantonium de Giunta. *Alberti Castellani veneti ord. praedicatorum editio princeps cum variis lectt. margin.; hanc referunt plures ex sequentibus editionibus.*
40. Lugduni, 1513. in fol. per Iacobum Sacon, expensis Anthonii Koberger de Nuremburgis.
41. Lugduni, 1514. in 8. in officina Iacobi Mareschal.
42. Compluti, 1514-1517. in fol. polyglotta, sumptibus Card. Francisci Ximenes, industria Arnaldi Guilielmi de Brocario, voll. 6. *Ad optimorum codicum fidem exornata atque recognita.*
43. Lugduni, 1515. in 8. in officina Iacobi Saconi.
44. Lugduni, 1516. in fol. per Iacobum Sacon, expensis Antonii Koberger nuremburgensis.
45. Genuae, 1516. in fol. apud Petrum Paulum Porro. *Psalterium polyglottum Iustiniani.*
46. Venetiis, 1519. in 8. expensis Luce Antonii de Giunta.
47. Parisiis, 1519. in 8. per Iohannem Prevel (Frellon).
48. Lugduni, 1520. in fol. per Ioan. Marion, expensis Antonii Koberger.
49. Lugduni, 1522. in 8. in officina Iacobi Saccon.
50. Lugduni, 1522. in fol. per Ioh. Moylin, alias de Cambray, impensis Steph. Gueynard, alias Pineti.
51. Lugduni, 1523. in fol. per Iacobum Mareschal.
52. Norimbergae, 1523. in fol. per Foedericum Peypus, sumptu Ioannis Koberger. *Ex collatione hebraicorum codicum emendata ab Andrea Osiandro.*
53. Lugduni, 1524. in 8. typis Gilberti de Villiers.
54. Parisiis, 1525-1526. in 16. ex officina Simonis Colinaei. *(a Gen. ad Ruth, et ab Isa. ad Machab.)*
55. Lugduni, 1526. in fol. per Iacobum Mareschal.
56. Lugduni, 1526. in 8. per Iacobum Mareschal, alias Roland.
57. Norimbergae, 1527. in 8. per Ioannem Petreium. *Partim ex edit. n. 52. posita, partim rursum ad latinos, hebraicos et graecos codices correcta. Huic consentiunt editt. sub n. 61. 74. 75. 86.*
58. Parisiis, 1528. in fol. ex officina Rob. Stephani (1).

(1) Haec est princeps inter stephanicas editiones, de quibus disseruimus in tom. 1. p. XCVII. et seq.; at quum editiones fere omnes quae sequuntur ab hisce pendeant, visum est pauca addere ex disputatione Ioh. Baptistae Branca *de s. librorum latinae Vulgatae editionis auctoritate* (Mediolan. an. 1781. tom. I. p. 65.): « Una illa, inquit, toties excusa stephaniana Biblia documento sunt, quis tum sensus foret gallicanae omnis » litteraturae. Nihil dico de censoriis parisiensium theologorum tam saepe repetitis animadversionibus: non » quasi minime ex usu et re nostra sint, sed quia longiusculum foret, eas ex veritate magis, quam ex odio, » pertinacia, linguarum inscitia profectas comprobare. Hoc porro monstri simile sit: Robertum Stephanum ad » novas opiniones proclivem, cum primum tot excusis codicibus editionem curare nobilissimam vellet, non ausum mutare Vulgatae textum nisi ex latinis manuscriptis; postea vero hoc etiam defugisse, ita solum anti- » quissimis quibusque codicibus sibi propositis, *ut quae aliter* in iis *legerentur, et cum hebraicis et graecis*

59. Parisiis, 1528. in 8. per Ioannem Prevel.
60. Parisiis, 1528. in 4. ex officina Roberti Stephani. *(Psalmi, Prov., Eccle., Cant.)*
61. Norimbergae, 1529. in 8. per Ioannem Petreium.
62. Lugduni, 1529. in fol. per Iohannem Crespin. *Ex editione stephanica sub n. 58.*
63. Lugduni, 1529. in 16. per Ioannem Clein. *(habemus tantum ab Isa. ad Baruch.)*
64. Lugduni, 1529. in 16. apud Laurentium Hilaire. *(Novum Testamentum tantum.)*
65. Coloniae, 1530. in fol. ex officina Eucharii Cervicorni, procurante M. Godefrido Hittorpio. *Hanc singularem editionem ex optimis codicibus descripsit ac recognovit Gobelinus Laridius.*
66. Basileae, 1530. in fol. per Hieron. Frobenium, Ioan. Hervagium et Nicolaum Episcopium. *Ad fidem codicum haec quoque a Frobenio emendata.*
67. Lugduni, 1531. in fol. in officina Iacobi Myt, impensis Scipionis de Gabiano et fr. astensium. *Sequitur stephanicam edit. sub n. 58.*
68. Lugduni, 1531. in 8. excud. Iohannes Mareschal. *Refert edit. stephanicam sub n. 58.*
69. Parisiis, 1532. in fol. ex officina Roberti Stephani.
70. Lugduni, 1533. in fol. per Ioannem Moylin, alias de Cambray. *Castellani et Stephani recensiones permiscet.*
71. Venetiis, 1533. in 16. in officina Lucaeantonii Iuntae, voll. 5. *Varias sequitur recensiones.*
72. Parisiis, 1534. in 16. ex officina Simonis Colinaei. *(a 1 Regum ad Iob.)*
73. Parisiis, 1534-1535. in 16. ex officina viduae Thielmanni Kerver; *ad calcem:* in officina Yolande Bonhomme expensis suis et Iacobi Kerver. *(a Prov. ad Eccli. et Nov. Test.)*
74. Lugduni, 1535. in 8. apud Iacobum Giunti.
75. Lugduni, 1536. in 8. apud Iacobum Giunti.
76. Lugduni, 1536. in fol. *sine nota editoris. Ex editionibus ante stephanicas; accedit editioni n. 66.*
77. Lugduni, 1537. in fol. ex officina Guilelmi Boulle. *Ex edit. stephanica sub n. 69.*
78. Antuerpiae, 1537. in 4. ex officina Ioannis Steelsii, typis Ioannis Graphei. *Ex edit. sub n. 69.*
79. Parisiis, 1537. in 16. ex officina Simonis Colinaei. *(ab Isaia ad Machab.)*
80. Basileae, 1538. in fol. per Hieronymum Frobenium et Nicolaum Episcopium. *Ex edit. sub n. 69.*
81. Antuerpiae, 1538. in 4. ex officina Ioannis Steelsii. *Eadem ac editio n. 78., recuso titulo.*
82. Venetiis, 1538. in 8. per Bernardinum Stagninum. *Rursum ex edit. sub n. 69.*
83. Venetiis, 1538. in 12. ex officina haered. Lucae Antonii Iuntae. *(Nov. Testamentum.)*
84. Parisiis, 1540. in fol. ex officina Roberti Stephani. *Habet ad margines varias lectiones ex codd.*
85. Lugduni, 1540. in fol. excudebant Aegidius et Iacobus Huguetan fratres. *Ex stephan. n. 69.*
86. Lugduni, 1540. in 8. (Iacobi Giunti.)
87. Parisiis, 1541. in fol. ex officina Simonis Colinaei pro Galeoto a Prato. *Princeps editio ex recognitione Iohannis Benedicti. Accedit editioni sub n. 1. Item editiones sub num. 105. 109. 122. 131. 136.*
88. Lugduni, 1541. in fol. *sine nomine editoris. Ex editione posita sub n. 76.*
89. Parisiis, 1541. in 16. apud Petrum Regnault. *(a 1 Regum ad Iob.)*
90. Parisiis, 1541. in 8. ex officina Roberti Stephani, voll. 2. *(Novum Testamentum.)*
91. Antuerpiae, 1542. in fol. ex officina Ioannis Steelsii, typis Martini Merani. (*ad calcem an.* 1541.) *Sequitur editionem positam sub n. 84.*
92. Lugduni, 1542. in 16. apud Sebastianum Gryphium, voll. 5. *Fere ad stephanicas refertur.*
93. Venetiis, 1542. in fol. apud Petrum Schoeffer. *Isidorus Clarius, huius editionis auctor, usus est ed. sub n. 58. at permulta temere nimis reformavit.*
94. Lugduni, 1542. in 8. apud Hugonem a Porta. *Ad calcem:* Gaspar Trechsel excudebat Viennae. *Ad stephanicam positam sub n. 84. refertur.*
95. Parisiis, 1542. in 16. ex officina Simonis Colinaei. *(a Prov. ad Eccli.)*
96. Basileae, 1544. in 8. apud Nicolaum Brylingerum. *Ex stephanica posita sub n. 84.*
97. Venetiis, 1544. in 4. apud Cominum de Tridino. *Refert stephanicam positam sub n. 69.*
98. Lugduni, 1545. in fol. ex officina Gasparis Trechsel, voll. 6. cum Glossa Ordin. et de Lyra. *De textu Bibl. Ordin. alibi disseruimus.*
99. Lugduni, 1545. in fol. sub insigni Salamandrae.
100. Parisiis, 1545. in 8. ex officina Roberti Stephani, voll. 6. cum notis Vatabli et vers. tigurina.
101. Parisiis, 1546. in fol. ex officina Roberti Stephani. *Harum editt. textus vix differt ab edit. n. 84.*
102. Lugduni, 1546. in fol. apud Iacobum Giuntam, excudebat Theobaldus Paganus. *Ex edit. n. 69.*
103. Lugduni, 1546. in fol. apud Lucemburgum de Gabiano, impressa per relictam Ioannis Crespin. *Ex editione stephanica sub n. 58.*
104. Lovanii, 1547. in fol. ex officina Bartholomaei Gravii, studio Iohannis Hentenii nechliniensis. *Haec princeps est lovaniensium editio cum variis lectt. ex codicibus et ex edit. n. 84. derivatis.*
105. Parisiis, 1549. in fol. apud Carolam Guillard et Gulielmum Desboys. *Cf. editio n. 87.*
106. Lugduni, 1550. in fol. apud Sebastianum Gryphium, voll. 2. *Nova recensio ex stephanicis et hentenianis Bibliis fere petita.*
107. Lugduni, 1551. in fol. excudebat Ioannes Frellonius. *Ex stephanicis editt. posterioribus.*

» *libris amice conspirarent, ea margo interior Bibliorum vindicaret,* ex quo *ea translatio, qua nostrae* » *Ecclesiae passim utuntur, ne verbo quidem uno mutato, typis exprimeretur. . . .* Defecit subinde ea religio » paulisper Robertum, ausum tamen non Vulgatam ullo modo violare, sed fraude quamvis turpissima, Leone » Iuda in addita versione dissimulato, Francisci Vatabli nomen in annotationibus obtendere. Verum ab homine » Genevam et calvinianos iam cogitante, quid aliud expectaremus? » Cf. *Praef.* Bibl. Vatabli, Paris. 1729.

108. Lugduni, 1551. in 8. apud Iacobum de Millis, excudebat Ioannes Pullon, alias de Trin. *Rursum ex editt. stephanicis posterioribus.*

109. Parisiis, 1552. in fol. apud Carolam Guillard et Gulielmum Desboys, excudebat Benedictus Prevotius. *Cf. editio n. 87.*

110. Lugduni, 1554. in 8. apud Ioannem Tornaesium. *Ex editione posita sub n. 106.*

111. Lugduni, 1554. in 16. apud Theobaldum Paganum. *(a Prov. ad Eccli.)*

112. Sine loco *(Genevae)*, 1555. in 8. Oliva Roberti Stephani; excudebat Roberto Stephano Conradus Badius. *Prior Vulgati edit. cum numeris verss.*

113. Lugduni, 1556. in 8. apud Antonium Vincentium. *Ad calcem:* Ex officina typographica Michaelis Sylvii. 1555. *Superiorem edit. sequitur.*

114. Lugduni, 1556. in 8. apud Iacobum de Millis, excudebat Ioannes Pullon, alias de Trin. *Stephanicas editiones posteriores comitatur.*

115. Lugduni, 1556. in fol. apud Ioannem Tornaesium. *Describit editionem positam n. 106.*

116. Lugduni, 1556. in 12. apud Sebastianum Gryphium, voll. 5. *Rursum ex edit. n. 106.*

117. Sine loco *(Genevae)*, 1557. in fol. Oliva Roberti Stephani, voll. 3. *(nobis deest Nov. Test.) Novissima ac liberior recensio Steph. cum versione tigurina et notis Vatabli.*

118. Venetiis, 1557. in fol. in officina haeredum Lucae Antonii Iuntae. *(eadem cum novo titulo anno* 1564. apud Iunctas. *Est altera editio Isidori Clarii.)*

119. Basileae, 1557. in 8. apud Nicolaum Bryling. *Posteriores editiones stephanicas repraesentat.*

120. Venetiis, 1558. in 4. in vico s. Mariae formosae. *Sequitur editionem positam n. 106.*

121. Lugduni, 1558. in 8. apud Iacobum de Millis, excudebat Ioannes Pullon, alias de Trin. *(exemplar nostrum est imperfectum.) Ex stephan. edd.*

122. Parisiis, 1558. in fol. apud haeredes Carolae Guillard viduae quondam Claudii Chevallonii, excudebat Benedictus Praevotius. *Cf. edit. n. 87.*

123. Lugduni, 1558. in 8. apud Ioannem Tornaesium. *Renovat editionem positam sub n. 106.*

124. Antuerpiae, 1559. in 8. apud Ioannem Steelsium. *Hentenianam editionem sequitur.*

125. Parisiis, 1560. in 8. apud Iacobum Kerver. *(nobis deest Novum Testam.) Exhibet permixte recensionem Ioh. Benedicti et Rob. Stephani.*

126. Lugduni, 1561. in 8. apud Iacobum de Millis, excudebat Ioannes Pullon, alias de Trin. *Ex posterioribus editionibus stephanicis.*

127. Antuerpiae, 1561. in fol. apud Ioannem Stelsium. *Hentenianas editiones refert.*

128. Lugduni, 1562. in fol. apud haeredes Iacobi Iuntae. *Ad editionem n. 106. positam exacta.*

129. Antuerpiae, 1563. in 8. in aedibus Ioannis Stelsii, excudebat Ioan. Withagius. *Ad henten. pertinet.*

130. Lugduni, 1563. in 8. apud Gulielmum Rovillium. *Ad posteriores stephanicas elaborata.*

131. Parisiis, 1564. in fol. apud Ioannem Macaeum. *(eadem cum novo titulo,* ann. 1565. 1566.*) Cf. n. 87.*

132. Antuerpiae, 1564. in 16. ex officina Christophori Plantini. *(Nov. Testam.)*

133. Lugduni, 1564. in 16. apud haeredes Seb. Gryphii. *(Nov. Testam.)*

134. Antuerpiae, 1565. in 8. ex officina Christophori Plantini. *Hentenianas sequitur editiones.*

135. Antuerpiae, 1565. in 12. ex officina Christophori Plantini, voll. 5. *(habemus tantum volumen primum.) Ad hentenianas editiones exacta.*

136. Parisiis, 1566. in fol. apud Ioannem Macaeum, excudebat Floricus Prevost. *Cf. edit. n. 87.*

137. Francofurti ad M. 1566. in fol. apud Georgium Corvinum, Sigismundum Feyrabend et haered. Wigandi Galli. *Hentenianas editiones refert.*

138. Lugduni, 1566. in fol. apud Gulielmum Rovillium. *Ex stephanicis posterioribus derivata.*

139. Lugduni, 1567. in 8. apud Ioannem Tornaesium. *Descripta ex editione sub n. 106.*

140. Antuerpiae, 1567. in 8. ex officina Christophori Plantini. *Ad hentenianas edd. refertur.*

141. Lugduni, 1568. in 8. apud Antonium Vincentium, ex officina typographica Claudii de Huchin. *Renovat editionem positam sub n. 113.*

142. Antuerpiae, 1568-1572. in fol. ex officina Christophori Plantini, voll. 8. polyglotta Ariae Montani, quae *regia* dicuntur. *Sectatur edit. n. 42.*

143. Lugduni, 1569. in fol. apud Gulielmum Rovillium. *Accedit hentenianis editionibus.*

144. Antuerpiae, 1569. in 8. ex officina Christophori Plantini. *Ad hentenianas editiones spectat.*

145. Antuerpiae, 1569. in 16. apud haeredes Arnold Birckmanni, excudebat Amatus Tavernerius. *(a 1 Regum ad Iob.) Ex hentenianis editionibus.*

146. Antuerpiae, 1570. in 8. apud haeredes Arnold-Birckmanni, excudebat Amatus Tavernerius. *Consectatur hentenianas editiones.*

147. Antuerpiae, 1570. in 8. in aedibus Viduae et haeredum Ioannis Stelsii, excudebat Amatus Taverinerius. *Hentenianas editiones sequitur.*

148. Antuerpiae, 1570. in fol. apud Viduam et haeredes Ioannis Stelsii; *ad calcem:* excudebat Amatus Tavernerius anno 1571. *Ex henten. editt.*

149. Venetiis, 1571. in 8. ex officina Iuntarum. *Item ex Bibliis hentenianis; sed Romae revisa; item editt. 150. 151. 153. 161. 162.*

150. Venetiis, 1572. in fol. apud Iuntas. *Ex henten.*

151. Antuerpiae, 1572. in 8. apud Viduam et haeredes Stelsii, excudebat vidua Amati Tavernerii. *Henten.*

152. Parisiis, 1573. in fol. apud Sebastianum Nivellium, ex calcographia Nicolai Bruslé. *Ex edit. n. 87. sed denuo recognita est a Iac. Faber.*

153. Lugduni, 1573. in 4. per Gulielmum Rovillium. *Pertinet ad editiones hentenianas.*

154. Antuerpiae, 1574. in 8. ex officina Christophori Plantini. *Henteniana a Luca Brugensi aucta.*

155. Venetiis, 1574. in 8. Altobellus Salicatius, sumptibus haeredum Nicolai Bevilaquae et socior. excudebat. *Ex hentenianis editionibus.*

156. Antuerpiae, 1574. in 16. ex officina Christophori Plantini. *(Novum Test.) Ad henten. editt.*

157. Venetiis, 1576. in fol. apud haeredes Nicolai Bevilaquae. *Ad calcem:* apud Iacobum Vitalem. *Refertur ad editiones hentenianas.*
158. Venetiis, 1576. in 4. apud Altobellum Salicatium. *Franciscus Antonius Faccini ad editiones hentenianas Romae revisas recognovit.*
159. Venetiis, 1578. in 4. apud haeredes Nicolai Bevilaquae, excudebat Alexander Griphyus. *Henten.*
160. Basileae, 1578. in 8. excudebat Thomas Guarinus. *Ex stephanicis posteribus, sed collatis henten.*
161. Venetiis, 1579. in 8. ex officina Iuntarum. *Henten.*
162. Lugduni, 1581. in 8. apud Gulielmum Rovillium, *cum fig. ex lovan. 1547.*
163. Lugduni, 1581. in 8. apud Gulielmum Rovillium, *sine fig. ex antuerp. 1574.*
164. Venetiis, 1581. in 12. apud Altobellum Salicatium. *(Nov. Testam.)*
165. Venetiis, 1583. in 4. apud haeredes Nicolai Bevilaquae, excudebat Alex. Griphyus. *Henten.*
166. Antuerpiae, 1583. in 8. excudebat Christophorus Plantinus. *Habet indicem biblicum impressum an.* 1580. *Henten. a Luca Brug. recognita.*
167. Antuerpiae, 1583. in fol. max. ex officina Christophori Plantini. *Item ex Luca Brugensi.*
168. Salmanticae, 1584. in fol. apud Gasparem a Portonariis. *Sequitur posteriores edd. stephanicas.*
169. Heidelbergae, 1586. in fol. ex officina commeliniana, polygl. sanctandreana, voll. 2. (*eadem cum novo titulo ann.* 1599. 1616.) *Describit novissimam edit. Stephani positam sub n. 117.*
170. Antuerpiae, 1587. in 8. ex officina Christophori Plantini. *Habet indicem biblicum impressum an.* 1584. *Ex henten. a Luca Brug. aucta.*
171. Venetiis, 1588. in 4. apud Iolitos. *Recognita a Ioanne Iolito de Ferrariis ex editt. Lucae Brugensis.*
172. Venetiis, 1588. in fol. cum Glossa Ordin. et de Lyra, voll. 6. *Textus Ordin. ad hentenianas editione reformatus.*
173. Parisiis et Lugduni 1590. in fol. per Franciscum Feu-Ardentium, cum Glossa Ordin. et de Lyra, voll. 6. *Fere ex edit. n. 98.*
174. Romae, 1590. in fol. ex typ. apostol. vaticana. *Sixti V. editio unica.*
175. Romae, 1592. in fol. ex typ. apostol. vaticana. *Clementis VIII. princeps editio.*
176. Romae, 1593. in 4. maiori ex typogr. vaticana. *Altera Clementis VIII. editio.*
177. Romae, 1598. in 4. minori ex typogr. vaticana. *Tertia editio clementina.*
178. Antuerpiae, 1599. in 8. ex offic. plantiniana apud Io. Moretum. *Ad clementinam editt. exacta.*
179. Venetiis, 1599. in 8. Altobellus Salicatius excudebat. *Hentenianas editt. adhuc sequitur.*

MONITUM

Quod in superiori volumine praestitimus, heic quoque indicem subnectimus novorum vocabulorum quae tum ex Vulgato interprete, tum ex aliis latinis Bibliorum codicibus protulimus; quaeque vel bonis utique testibus confirmantur, latinitatemque augent, vel nusquam a lexicographis observata aut nondum certa auctoritate communita, nunc inspicienda proponuntur atque examinanda. Nonnulla praeterea, quae in priori indice neglexeramus, heic supplentur. Alia vero plura, quae praesertim ex marginibus codicis gothici legionensis, vel ex aliis codicibus colligi potuissent, consulto praetermisimus, vel quia aperte potius graeca vel hebraica, quam latina sunt, vel quia corruptae lectionis vehementer suspecta videbantur. Inter ea quae proferimus quaedam nobis adhuc dubia sunt aut plane incerta, alia vero certis prorsus bonisque testibus, suis in locis communita tamquam in patrium latium iam revocanda demonstrantur, etsi a Forcellini lexico vel expulsa atque inter barbaras voces reiecta, vel omnino praetermissa fuerint. « Nam profecto, inquit Angelus » Maius, exquisitae vir doctrinae Forcellinus nimis multa posuit in expulsis, partim quidem de- » siderio exemplorum, partim nimia severitate. Atqui crescentibus in dies classicorum auctorum » copiis, complura vocabula dignitatem suam recuperant. » (Frontonis epistt. ed. Rom. 1846. p. 258.) *Vix enim aliquod novum ex vetustis manuscriptis profertur opus, quod nova vocabula non exhibeat, vel saltem non conferat auctoritatem quibusdam ex his quae dubia habebantur. Quoad hieronymianam autem et veterem italam interpretationem alibi demonstravimus in Forcellini lexico illas saepius perperam neglectas fuisse; idque aliis atque aliis exemplis confirmare pergemus. Attamen non omnia vocabula quae in hodierna Vulgati editione occurrunt, admittenda censuimus veluti certo suffulta Hieronymi aut veteris italae testimonio, nisi quando ex antiquissimorum codicum suffragio haud dubie constabat de genuina illorum lectione. Quandoque enim in nostris editionibus pro veris lectionibus, librariorum menda suffecta conspiciuntur, a quibus nobis sedulo cavendum existimamus. Hac autem ratione utinam operam studiumque navare possimus Vincentio De-Vit aliisque eruditis viris qui Lexicon Forcellini novis curis locupletare atque expolire aggressi sunt, immo amplissime auctum emendatumque typis evulgare coeperunt. Hos enim Vulgatum interpretem accuratius inspiciendum versandumque decrevisse vehementer laetamur.*

Loca quae in subiecto elencho hanc notam Ap. *adiunctam habent, quaerenda sunt in* Appendice *ad Genesim, Exodum vel Deuteronomium si de his libris agitur; at ubi excitantur libri Regum,* Appendicis *nomine intelligimus fragmenta veteris versionis, quae in hisce libris ad cuiusque capituli calcem sublexuimus. Praeter notam loci inquirendi, ad nonnullas voces pauca verba interdum adiecimus ut studiosum lectorem ad alios testes provocaremus. Qua in re plura facile afferre licuisset, nisi ad ea prosequenda, quae nostrum institutum propius spectant properandum foret.*

Abicere, pro *abigere.* Iud. 16, 19.
Ablacto, ablactatus, ablactatio. 1 Reg. 1, 23.
Accersio, accersiendus. 1 Reg. 22, 11.
Adapto (reiicitur). Exod. 26, 5.
Adductorium. Ex. 26, 36. Ap.
Ad instar. Ios. 3, 16. 7, 5.
Adiuro, pro *iurare facio.* Ios. 2, 17.
Alligamentum. 3 Reg. 6, 10. Ap.
Altarium. Ex. 24, 4. 27, 1. Ap. Iudic. 6, 24. Cf. Maii *glossar.* in *Spicil. rom. tom. IX, p. 3.* et *nova patrum biblioth. I, 287. 332. 337.*
Amula, vide *Hamula.*
Annabolium seu *Anabolium.* Gen. 49, 11. Ap. Cf. Sabatierius in h. l.
Arcatura. 3 Reg. 7, 9. Ap.
Archonium. Ruth. 3, 7.
Armigatus (reiicitur). 2 Reg. 6, 14.
Asecreto. 2 Reg. 23, 23.
Aspargo. Ex. 24, 8. Ap.
Audaciter. Iud. 20, 31. Cf. Maii *Fronto ed. 1846. p. 264.*
Aurichalcum et *orichalcum.* 3 Reg. 7, 45.
Bacterium. 4 Reg. 4, 29. Ap. et 18, 21. Ap.
Baiulus. 2 Reg. 18, 22.
Bolida. 1 Reg. 14, 14. Ap. 4. Reg. 13, 15. 17. Ap.
Burdo. 4 Reg. 5, 17.
Calamiscus. Ex. 25, 35. Ap.
Caldarium et *caldaria.* 1 Reg. 2, 14.
Camara. 3 Reg. 7, 3.
Capillacius. Ex. 26, 7. Ap.
Capitellum. 3 Reg. 7, 41.
Cardus. 4 Reg. 14, 9.
Caryissus vel *caryisus.* Ex. 25, 32. 34. Ap.
Celo, cum dativo personae vel ablat. 1 Reg. 3, 17. 20, 2.
Certissimo, adv. 3 Reg. 11, 2.
Certor, forma depon. 2 Reg. 19, 9.
Cherub et *Cherubim.* 3 Reg. 6, 25.
Ciniphes, cinifes et *sciniphes.* Ex. 8, 16.
Cinyra et *cinnyra.* 1 Reg. 10, 5. Ap. 3 Reg. 10, 12. p. 500.
Claudicor, neut. 3 Reg. 18, 21. Ap.
Clusor. 4 Reg. 24, 14.
Cochlea. 3 Reg. 6, 8.
Collyrida. 2 Reg. 13, 5. Ap.
Collyrizo. 2 Reg. 13, 8. Ap.
Concogo. 1 Reg. 14, 19. Ap.
Consolo. Gen. 37, 35. Ap.
Contribulo. 1 Reg. 4, 18. Ap. Cf. *Glossar.* Maii.
Crustulum. 3 Reg. 14, 3.
Cubitum et *cubitus.* 3 Reg. 6, 2.
Currilis et *curtilis, currulis* et *curulis.* 3 Reg. 4, 26.
Cymatia. 3. Reg. 7, 36. Ap. Exod. 25, 11. seqq. Ap.
Cyphus. 1 Reg. 26, 11. cf. ad Gen. 44, 5.
Deambulatorium, subst. 3 Reg. 7, 2.
Decooperio. 1 Reg. 22, 17.
Deluculo pro *diluculo.* Iudic. 21, 4.
Demembro. 1 Reg. 11, 7. Ap.
Dementor. 1 Reg. 7, 10. Ap.
Densitudo. Iudic. 7, 12.
Desilui, non *desilii* vel *desilivi.* 4 Reg. 5, 21.
Desusum. Gen. 49, 25. Ap.
Devotatio. 3 Reg. 8, 38.
Diffinio. 1 Reg. 20, 33.
Dissono, dissonavi. Ex. 24, 11. Ap.
Diversicolor. Ex. 26, 36. Ap.
Diverto et *deverto.* Iudic. 19, 15. 20, 4.
Documentare. 2 Reg. 8, 1. Ap.
Econtra vel *de contra.* 4 Reg. 2, 7. 4, 25.
Econtrario vel *e contrario.* 3 Reg. 3, 26.
Emeritio. Exod. 25, 17. seqq. Ap. Hebr. כפרת est *operculum;* at graecus reddit ἱλαστήριον, unde Vulgatus ex itala *propitiatorium;* nam כפר significat *tegere, expiare, abolere peccata.* Sabatierii codd. Hebr. 9, 5. *expiationem;* cod. noster *emeritionem* ab *emereo.*
Eremito. 4 Reg. 19, 24. Ap.
Evangelizo. 2 Reg. 18, 31. Ap. Saepius in Vulgata.
Expecto, pro *specto.* Iudic. 16, 27. 1 Reg. 4, 13.
Famis in recto. Ruth 1, 1.
Farinula. 3 Reg. 17, 13.
Focazia, focacium, focatius. 1 Reg. 28, 24. Ap.
Fundibalarius, fundibalus, fundibalista, fundibularius, fundibulator. 4 Reg. 3, 25.
Fundibalo. 1 Reg. 25, 29. Ap.
Fundibulum. 1 Reg. 17, 49. Ap. Cf. Fabretti *Glossar.*
Furo, active. 2 Reg. 21, 12.
Fusorius. Ex. 32, 4. cf. Maius *Class. auctt. VIII, 225.*
Geminaeus. 1 Reg. 4, 12. Ap.
Glomus. 4 Reg. 4, 39.
Gonorus et *gomorrhianum.* 2 Reg. 3, 28.
Grossamen. 3 Reg. 7, 15. Ap.
Grossitudo. 3 Reg. 7, 26.
Grossus et *grossior.* 3 Reg. 12, 10.
Hamatus. 1 Reg. 17, 5.
Hamaxa. 2 Reg. 6, 3. Ap.
Hamula. 3 Reg. 7, 40. *Harmonizatus.* 2 Reg. 6, 14.
Hierusalem vel *Ierusalem.* Ios. 10, 1.
Histriatus et *historiatus.* 3 Reg. 7, 24.
Holocaustoma. Ex. 24, 5. Ap.
Humerulus. 3 Reg. 7, 30.
Impulsans. 2 Reg. 6, 16. Ap.
Inamarico. Deut. 32, 16. Ap.
Inclusor. 4 Reg. 24, 14.
Increbrui et *increbui* et *increvi.* Iudic. 11, 39.
Indictio, pro *angaria.* 3 Reg. 5, 13.
Inobediens. 3 Reg. 13, 21. item alibi Vulgatus

Insilui et *insilii*, non *insilivi*. 1 Reg. 11, 6. et 3 Reg. 13, 28. Ap.
Instimulatio. Iudic. 11, 35.
Intermino. 1 Reg. 25, 15. Ap. *Internicio*. Num. 17, 13.
Interpreto. Gen. 41, 15. Ap. Cf. *nova pp. biblioth. I, 482.*
Invidatus. Gen. 49, 7. Ap.
Iubilaeus et *iubelaeus*. Ios. 6, 4.
Labrum et *labium*. Ex. 30, 18. cf. *Proleg. p. LXIV.*
Lactens et *lactans*. 1 Reg. 7, 9. 22, 19. et *nova patrum bibl. I, 287. 342.*
Lagyna et *lagoena*. Iudic. 7, 16.
Lambio. Iudic. 7, 6.
Lambo, *lambui* et *lambi*. Iudic. 7, 5.
Laquearium. 3 Reg. 6, 9.
Latomus. 3 Reg. 5, 15.
Lecythus, masc. gen. 3 Reg. 17, 12.
Legula, *ligula* et *regula*. Ios. 7, 21.
Leunculus. 3 Reg. 10, 20.
Libum, pro *libamentum*. Lev. 23, 13. Num. 28, 9.
Liciatorium. 2 Reg. 21, 19. *Luter*. 3 Reg. 7, 26.
Mamans. 1 Reg. 15, 3. Ap.
Mandya. 1 Reg. 18, 4. Ap. 2 Reg. 20, 8. Ap.
Matris familiae, pro *matrisfamilias*. 3 Reg. 17, 17.
Mi, vocativo casu femin. tum sing. tum plurali numero. Iudic. 11, 35. Ruth 1, 11. 3 Reg. 2, 20.
Minimissimus. 4 Reg. 18, 24.
Minoro. 1 Reg. 2, 5. Ap. alibi saepe in Vulgato occurrit.
Montalis. 3 Reg. 20, 23.
Mortifico, pro *morti tardo*. 3 Reg. 2, 24. Ap.
Muliebrarius. 3 Reg. 11, 1.
Muscellus. 4 Reg. 4, 22. Ap. cf. 2 Reg. 13, 29. Ap.
Nabla. 1 Reg. 10, 5. Ap. 3 Reg. 10, 12. Ap. p. 500.
Neomenium, neutro gen. 1 Reg. 20, 27.
Nervicus et *nerviceus*. Iudic. 16, 7.
Numenia. 4 Reg. 4, 23. Ap.
Nycticorus. 1 Reg. 26, 20. Ap.
Obvio. 1 Reg. 15, 2. Ap. 2 Reg. 15, 20. Ap.
Odiens. 2 Reg. 22, 41. *Officior*. 3 Reg. 1, 4. Ap.
Organizo, pro *organis cano*. 3 Reg. 1, 40. Ap.
Orichalcum, vide *Aurichalcum*.
Ostensio. Ex. 25, 9. Ap.
Palatha. 2 Reg. 16, 1.
Panificium. 3 Reg. 17, 12. Ap.
Paniquequa. 1 Reg. 8, 13. Ap.
Pascua, pro *pascuum*. 3 Reg. 4, 23. 32. Ap.
Pavo et *pavus*. 3 Reg. 10, 22.
Pauxillulum et *pausillulum*. Iudic. 19, 5.
Pedisequus. 3 Reg. 20, 14.
Peiero et *periuro*. Ios. 9, 20.
Percrebrui et *percrebui*. Iudic. 16, 2.
Pergula. 2 Reg. 20, 24. 3 Reg. 17, 19. 23. Ap. et 4 Reg. 4, 10.
Perlacto. 1 Reg. 1, 22. 23. Ap.
Persenilis. Ios. 23, 1.
Persequor, sensu passivo. 1 Reg. 26, 20.
Petrobola. 1 Reg. 14, 14. Ap.
Pittacium et *pitacium* et *pictacium*. Ios. 9, 5.
Plecta et *plectula*. 3 Reg. 7, 29.
Plecto, *plexui* et *plexi*. Iudic. 16, 13.
Praefulgorus. 2 Reg. 22, 13.
Praespicio. Iudic. 17, 9.
Praetentura. 2 Reg. 2, 29. Ap.
Prophetis, *prophetes* et *prophetissa*. Iudic. 4, 4. et 4 Reg. 22, 14.
Proripium vel *propium*. 1 Reg. 14, 4. 5. Ap.
Psalta. 2 Reg. 23, 1.
Ptisana et *tipsana*. 2 Reg. 17, 19.
Putamen et *sputamen* et *stupamen*. Iudic. 16, 9.
Python. 1 Reg. 28, 7.
Quinquiplicia. 3 Reg. 6, 31. Ap.
Reduplico. Ex. 26, 9. Ap.
Regnifico. 3 Reg. 1, 43. Cf. ad Deut. 27, 16.
Regyro. 4 Reg. 5, 12. Ap.
Rememoro. 3 Reg. 17, 18.
Repositio. Ex. 16, 32. Ap. Cf. Sabatier. ad 1 Mach. 6, 53.
Repropitio. 2 Reg. 21, 14.
Retiaculum et *reticulum*. 4 Reg. 25, 17. Ex. 27, 4. Ap.
Retiatus. Iudic. 5, 28.
Reversor. 4 Reg. 21, 13.
Sacrarium, pro *altare*. 1 Reg. 7, 17. Ap. 3 Reg. 6, 20. Ap. et 13, 3. Ap.
Saltim et *saltem*. Ios. 10, 28.
Sanctificium. Ex. 25, 8. Ap. Cf. Psal. 77, 69.
Satrapa, primae et tertiae declin. 1 Reg. 29, 7.
Scalpo et *scalptura*. 3 Reg. 6, 29. 7, 24.
Scarizo. Iudic. 4, 21. *Sciza*. 1 Reg. 20, 20. 22. Ap.
Scrutino. 2 Reg. 10, 3. Ap.
Scytalis. 2 Reg. 3, 28.
Secundina (reiicitur). Deut. 28, 57.
Sepultor. Gen. 50, 2. Ap.
Sicima. Gen. 48, 22. Ap.
Sifilius, pro *sibilus*. Iudic. 5, 16.
Siromata. 3 Reg. 18, 28. Ap.
Sitarchia, *sitarcia*, *sitartia* et *sistarcia*. 1 Reg. 9, 7.
Speroter seu *sphaeroter*. Ex. 25, 32. seqq. Ap.
Sputamen et *stupamen*. Iudic. 16, 9.
Squamatus et *hamatus*. 1 Reg. 17, 5.
Statuella et *staturella*. 2 Reg. 18, 18.
Stibiare. 4 Reg. 9, 26. Ap.
Subiunctorium. Iudic. 5, 10. 6, 4.
Subnervo. Gen. 49, 6. Ap.
Subpositorium. Ex. 25, 38. Ap.
Subumbro. Ex. 25, 20. Ap.
Supportatorium. Ex. 25, 13. seqq. Ap.
Susum. Ex. 25, 20. 22. Ap.
Sycomorus et *sycamina*. 3 Reg. 10, 27.
Syringium. 1 Reg. 5, 6.
Tenebresco. 2 Reg. 23, 4. Ap.
Thyina ligna. 3 Reg. 10, 11.
Timpus et *tympus*. Iudic. 4, 21. Cf. ad Num. 30, 13.
Tornatura. 3 Reg. 6, 18.
Transiet, pro *transibit*. 3 Reg. 19, 11. Cf. ad Exod. 21, 4. et Lev. 25, 10.
Tuitus, *tutus* et *tutatus*. 2 Reg. 23, 12.
Tympanizo. 1 Reg. 21, 13. Ap. Conf. Maii *glossar.* in *Spicil. rom. t. IX, p. 72.*
Vastitius. 3 Reg. 7, 46. *Vatillum*. Ex. 27, 3. Ap.
Uno, pro tertio casu. Num. 29, 14.
Xenium. 2 Reg. 8, 6. Ap. Cf. Eccli. 20, 31. et 1 Mach. 11, 24.

IOSUE

Cap. I, 1. *Et factum est post mortem Moysi servi Domini, ut loqueretur* — Legunt *Et factum est ut post mortem Moysi servi Domini loqueretur* codd. B, C, D, E, F, I, K, O, P, T, U, V, gothic. legion., Thomasius I, 60., Rupertus; cod. N testatur sic legere antiquiores. Post *Domini* addunt *Dei* codd. Cas. 3., quod in cod. M reiicitur.

2. *quam ego dabo* — Cod. S, Bibl. Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *quam dabo;* ut cod. 106. Holm.

4. *ad fluvium* — Codd. C, D, F, H, O, S, T, U, V, Cas. 4., Rabanus, Rupertus *ad flumen;* item Lucifer calar. Mox pro *Euphraten*, non pauci habent *Euphratem;* atque ita legitur in clementinis editionibus ad IV Reg. XXIII, 29. De varia ratione scribendi nominis *Hethaeorum* cf. ad Gen. X, 15.

5. *Nullus poterit vobis* — Habent *Nullus vobis poterit* sixtini, codd. A, C, D, E, F, I, K, U, V, Rupertus, Hugo, Brev. gothic. p. 221.; cod. H notat hebraeum legere *tibi* pro *vobis;* at cum Vulgato faciunt graecus (non tamen Lucifer calar.) et syrus. Pro *vitae tuae,* codd. K, S, Cas. 2., Bibl. Rom. 1471. *vitae vestrae,* ut syrus et slav. ostrog.

Ibid. *ita ero tecum* — *ero et tecum* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, N, T, U, V, Cas. 20., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Brev. goth. l. c., Rabanus, Petrus Com. Particulam *et* addunt quoque codd. O, P, Hugo, Bibl. Paris. 1566. 1573. Scholiastes in cod. N animadvertit: « Decenter quod dicitur *et* con» iunctio pro *ita* sumitur, sicut Eccli. XXVI. » (v. 23.) *et pedes*, id est, *ita pedes.* » Graecus οὕτως ἔσομαι καὶ μετὰ σοῦ; unde Augustinus *ita ero et tecum;* at Lucifer calar. *sic ero tecum.* Pro *nec derelinquam*, cod. Cas. 1. *et derelinquam;* mox cod. B tacet *te.*

6. *patribus suis* — Sixtus, codd. B, C, D, F, G, H, I, K, R, S, U, V, editiones veteres fere omnes, Rabanus *patribus tuis;* Bukentopius p. 156. scribit: « Antiquiores Vulgatae » libri, prout etiam Sixti V. editio, legunt » *tuis;* sed congrue restitutum est in clemen» tinis *suis*, qualiter est in hebraeo, chaldaeo » et graeco. » Nimirum hodiernam lectionem invexerunt sixtini et gregoriani, quibus pauci codd. et edd. suffragantur; unde Toletus notat: « Lege *suis;* sic hebr., graecus, Compl., » Reg., mss. et utraque Congregatio. » Conf. Ungarelli Proleg. §. XVII. Ad graecum quod spectat, animadvertendum sixtinam editionem et plerosque codices legere πατράσιν ὑμῶν, decem codices cum armeno legere σοῦ, quinque autem cum slav. ostrog. αὐτῶν; quae lectio in Compl. ed., quam conferebat Toletus, exstat. Codd. A, E, *patribus vestris;* Rupertus *patribus eorum*, et ita legi in hebraico textu monet margo codicis H; est enim in hebraeo לאבתם, sed cod. Kenn. 145. לאבותיכם.

7. *ne declines* — Codd. C 1. m., D, F, G, I, R, V, Brev. goth. l. c. *nec declines;* graecus καὶ οὐκ ἐκκλινεῖς; unde Lucifer calar. *et non declinabis;* Bibl. Lugd. 1522. 1526. *non declines.*

8. *Non recedat* — Codd. E, G *Et non recedat;* concinunt graecus, syrus et arabs. Pro *ab ore*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I,

O, R, T, U, V, Cas. 20., goth. legion., Bibl. Ordin., Hugo, Brev. gothic. l. c., Agobardus CIV, 253. *de ore;* Lucifer calar. *ex ore.*

9. *et noli timere* — Haec desunt in cod. F et Brev. gothic. l. c.; item in georg.; tacent copulam codd. E, K, Cas. 12.

10. *Praecepitque Iosue* — Cod. A 1. m. tacet *Iosue*. Pro *ac dicite,* Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., all. *et dicite.*

11. *diem tertium* — Bibl. Paris. 1566., all. *diem tertiam*. Pro *Deus vester daturus est vobis,* veteres editiones ante Complutensem et cod. R *Deus noster daturus est nobis;* sex codd. holmes. pro ὑμῶν, legunt ἡμῶν.

12. *Gaditis* — Antiquiores pleraeque editiones et codices non pauci habent *Gadditis;* et ita legit quoque Vulgatus I Paral. XXVI, 32. in clementinis editionibus.

13. *sermonis, quem praecepit* — Brev. goth. l. c. *sermonem, quem locutus est:* quaedam editt. uti Lugd. 1522., Ven. 1533. mendose legunt *praecipit*. Margo cod. H notat hebraeum legere *terram istam,* pro *omnem terram;* hebraeo autem consentiunt veteres omnes.

14. *et filii* — Codd. G, R, S, Cas. 4., Bibl. Ordin., Compl., Reg., Ven. et Neap. 1476., all. addunt *vestri;* item hebr. et veteres. Pro *tradidit vobis,* cod. A *vobis tradidit;* Brev. gothic. l. c. *tradidit nobis;* cod. H *dedit vobis*. Pro *ante fratres,* Brev. goth. l. c. *inter fratres*. Pro *omnes fortes,* nonnulli codices habent in singulari numero, ut graecus, *omnis fortis;* at recte monet Martianaeus in mss. latinis saepius occurrere *i* pro *e*.

15. *Dominus requiem* — Sixtini, codd. A, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Ordin., all., Rabanus *requiem Dominus*. Mox pro *revertemini,* codd. A, C, D, E, F, I, K, O, R, S, T, U, V, Cas. fere omnes, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Ord., all. plura, Rabanus *revertimini,* quod emendarunt sixtini, unde Toletus notat: « In lova» niensi edit. et in quibusdam aliis codd. » impressis est *revertimini:* tamen hebraeus, » graecus, Compl., Reg. et mss. *revertemini,* » et sic utraque Congregatio et Sixtus. » idque multis nominibus praeferendum asseruit Lucas Brugens. Pro *quam vobis dedit,* Brev. goth. l. c. et Rabanus *quam dedit vobis.*

16. *Responderuntque* — Codd. U, V, Cas. 2. *Responderunt*. Mox codd. C, E tacent *ad*. Pro *quae praecepisti,* codd. B, Cas. 1. *quae praecipis;* Cas. alter *quaecumque praecipis;* graecus ὅσα ἐὰν ἐντείλῃ, sed cf. Holmes.

17. *Sicut obedivimus* — Codd. F, Cas. 2. praemittunt *Et;* item syrus, arabs, armenus et nonnulli graeci codices. Dein cod. E, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526. omittunt *Deus tuus;* tacent pronomen codd. C, D, F, K, N, S, T, U, Cas. 18., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Ord., Rob. Steph. 1528., all., Brev. goth. l. c., Rabanus; graecus legit ὁ Θεὸς ἡμῶν.

18. *ori tuo* — Brev. gothic. l. c. *tibi;* accedunt graecus et syrus; cod. E addit *Iosue*. Post *sermonibus* addunt *tuis* codd. H, M, N*, P, R, Cas. 1., Bibl. Rob. Steph. 1532., quibus consentiunt hebr. et veteres; at vero codd. N, O monent expungendum istud pronomen quod latini recentiores ex graeco hauserunt; supervacaneum enim apud latinos videtur. Pro *praeceperis ei,* cod. V, Biblia Lugd. 1535. *praeceperis eis;* codd. B, Cas. 1. addunt *morte;* et post *moriatur* tacent *tu* cod. B 1. m. et Brev. goth. l. c., quod veteres omnes ignorant.

Cap. II, 1. *Misit igitur* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, N, O, R, S, U, V, Cas. omnes, goth. legion., Thomas. I, 60., Brev. goth. p. 221., Bibl. Ordin., Rabanus, Rupertus *Misit ergo*. Pro *Setim,* sixtini cum codd. A, E *Settim,* prout legit Vulgatus ad Num. XXV, 1. ubi vide quae adnotavimus. Hoc loco plures ex nostris codd. et correctoria habent *Sattim* vel *Satthim,* quod et Martianaeus adnotavit; cf. ad Num. XXXIII, 49.; antiquiores edd. fere legunt *Sethim.*

Ibid. *in abscondito* — Tacent *in* sixtini, codd. B, C, D, E, F 2. m., I, O, T, U, Cas. 15., goth. leg., Thomas. l. c., Hugo; Aquila et Theodotio κρυβῇ (graecus enim alexandrinus et syrus tacent); legunt *abscondite*

codd. A, H, Cas. 1., Bibl. Rom. 1471., Rabanus; *absconditos* codd. F 1. m., K, Cas. 1., Rupertus. Ante *considerate* tacent *et* codd. V, Cas. 14. et pauci ex florentinis; item hebraeus; sed multi codices apud De-Rossi addunt copulam, quam et graecus legit. Pro *Qui pergentes*, Rabanus *Et pergentes*. Post *domum* cod. Cas. 1. addit *cuiusdam;* cf. Holmes. Pro *Rahab* non pauci codd. et vett. edd. *Raab*.

2. *ut explorarent* — Sixtini, codd. C, D, F, G, T, U, Cas. 15., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all. *ut explorent;* hebr. לחפר.

3. *Misitque rex Iericho ad Rahab* — Addunt *meretricem* codd. G, R, S, Cas. 5., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Rob. Steph. 1528. 1540. 1545., all.; item cod. 30. holmesianus; sed in antiquioribus codicibus non legitur, et in correctoriis M, N, O expungitur. Mox margo codicis H legit *explorare enim venerunt omnem terram*.

5. *abierunt* — Sixtini, codd. A 2. m., C, D, E, F, H, U, Cas. 16. *abierint;* non male. Pro *comprehendetis*, codd. I, K et Brev. goth. l. c. *comprehendite*.

6. *Ipsa autem* — Codd. B, V *Ipsa vero*. Mox cod. H notat hebr. non legere *domus suae*. Pro *stipula lini*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, S, T, U, V, Brev. goth. l. c. *lini stipula;* codd. Cas. 12. tacent *lini*.

7. *ad vadum* — Codd. L, N*, R, S, Bibl. Ord., Rob. Steph. 1528. 1532., Lugd. 1522., all. *ad vada;* favent hebr. et graecus.

8. *ascendit ad eos* — Cod. H *ascendit ad illos;* idem codex notat hebraeum addere *in solarium;* margo Ordin. *super tectum*.

9. *Dominus tradiderit* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, I, K, S, T, U, V, Brev. goth. l. c., Hugo *tradiderit Dominus;* cod. G *Dominus tradidit;* cod. Cas. 1. *Dominus tradet*. Post verba *vobis terram* codd. L 5., Cas. 11., Petrus Com. addunt *istam* vel *hanc;* cf. Holmes. Pro *irruit*, Brev. goth. l. c. *irruerit*. Pro *habitatores terrae*, cod. Cas. 1. *principes terrae;* cod. H notat hebr. addere *a facie vestra;* idque habetur in marg. Ordin.

10. *quod siccaverit* — Brev. goth. l. c. *quia siccaverit*. Margo cod. gothic. leg. ex graeco habet *Audivimus enim quia persiccavit Dominus Deus mare erythraeum a facie vestra*. Pro *feceritis*, codd. B, Cas. 1. *fecerit;* graecus ἐποίησε, sed cf. Holmes. Pro *quos interfecistis*, codd. B, T *quod interfecistis*.

11. *pertimuimus et* — Cod. H notat haec deesse in hebraeo. Post *spiritus* Brev. goth. l. c. addit *vitae;* et pro *ipse est Deus*, legit *ipse est Dominus;* cod. B tacet *Deus*.

12. *misericordiam feci vobiscum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Hugo, Brev. gothic. l. c., Rupertus, Petrus Com. *feci vobiscum misericordiam*. Pro *verum signum*, sixtini et laudati codices legunt *signum verum;* Brev. goth. l. c. tacet *verum*.

13. *ut salvetis* — Sixtini et primo gregoriani *et salvetis*, uti legunt codd. A, D, E, I, K, L 5. (seu Q), N, P, T, U, V, Cas. 14., Brev. gothic. l. c.; Toletus cum cod. N notat hebraeum, graecum et veteres mss. legere *et;* cod. H ex hebraeo *et vivificetis*. Pro *et matrem*, Bibl. Ven. 1492. 1497., all. *ac matrem;* cod. Cas. 1. addit *meam;* item hebr. et veteres. Pro *ac sorores*, codd. C, D, F, O, T, U, V, Rupertus *et sorores*.

Ibid. *quae illorum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, goth. leg., Bibl. Ordin., Hugo, Rupertus *quae eorum;* cod. B et Brev. goth. l. c. *quae meorum*. Pro *a morte*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, S, V, Cas. 18., Hugo, Rupertus, Brev. goth. l. c. *de morte*.

14. *responderunt ei* — Brev. goth. l. c. tacet *ei* (ut cod. 76. Kennic. et 44. Holm.); mox pergit *Anima nostra sit pro vobis ad mortem, si non tamen prodideris nos*.

15. *Demisit* — Codd. A, C, E, F, I, K, S, T, U, V, Cas. 19., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1511., Paris. 1566., all., Petrus Com. *Dimisit*. Pro *haerebat muro*, cod. E *haerebat muris;* cod. K *adhaerebat muro*. Cod. goth. leg. ex graeco habet *domus eius erat in pariete muri, et ipsa supra murum habitabat;* de quibus cf. Holmesius et Montfauconius;

haec enim in recepto textu alexandrino desiderantur.

16. *revertentes* — Cod. H notat hebr. legere *persequentes;* margo Ordin. *insequentes.* Pro *latitate tribus diebus,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, R, S, T, U, Cas. plerique, goth. leg. *latete diebus tribus;* cod. H *latete tribus diebus;* Bibl. Ordin., Hugo, Brev. goth. l. c. *latitate diebus tribus.*

17. *a iuramento* — Cod. B *in iuramento.* Pro *quo adiurasti,* codd. C 1. m., D, F, I, S, U, V *quod adiurasti;* nota Vulgatum habere verbum *adiuro* pro *iurare facio.*

18. *signum fuerit* — Sixtus, codd. I, L 4., N*, O, S, Cas. plerique, Bibl. Ordin., Reg., Ven. et Neap. 1476., all. *signum non fuerit.* Negationis particulam expunxerunt gregoriani quibus favent antiquiores omnes codices, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Rob. Steph., Lov., all.; hinc Toletus scribit: « Hebraeus, » graecus et aliquot mss. et impressi emen» datiores, et lovanienses non habent nega» tionem, sed legunt affirmative, quod ante» cedentibus et subsequentibus congruit; » nam femina petiit signum, illi dant funi» culum in signum. Confirmatur ex iis, quae » sequuntur; nam si haberetur negatio, non » erat dicendum *et patrem tuum,* sed *nec pa» trem tuum.* Compl. vero, Reg., Ordin., et » aliquot mss. et impressa legunt *non;* quod » posterior Congregatio delevit. » Margo codicis goth. leg. notat *spartum coccinum* (pro τὸ σπαρτίον τὸ κόκκινον τοῦτο, *funiculus iste coccineus*), ex quo intelligimus apud Iuvencum in *Spic. soles. I, 210.* legendum « *Spar» tea* (non *Sportea*) vincla sua suspendat » cauta fenestra. » Pro *in fenestra,* codd. A, T, U *in fenestram;* Brev. goth. l. c. *per fenestram.*

Ibid. *per quam demisisti nos* — Brev. goth. l. c. *qua nos demisisti;* codd. E, H, Bibl. Ord., Hugo *per quam nos demisisti;* codd. A, C, D, F, G, I, K, R, S, T, U, V, Rupertus *per quam nos dimisisti;* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. *per quam dimisisti nos.* Mox Vallarsius mendose tacet *et.* Pro *tuam. Qui,* sixtini et gregoriani *tuam, qui.*

19. *Egressus fuerit* — Addunt *reus sibi erit* cod. L, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1484. 1492. 1497., Brix. 1496., Rob. Steph. 1540. 1545. 1546., Paris. 1566., all.: at vero optimi codices hoc additamentum ignorant; quod profecto, uti ex Cypriano constat, nil aliud est nisi Italae interpretatio Vulgato adiecta, quae respondet graeco ἔνοχος ἑαυτῷ ἔσται. Pro *in caput,* codd. F, Cas. 2. et Brev. goth. p. 222. *super caput.*

Ibid. *erimus alieni* — Cod. Cas. 1. cum graeco addit *a iuramento;* codd. H, K, L 6., Q, Palatin. 2. m. et margo Ordin. *erimus innoxii;* cod. O notat hanc esse graecorum lectionem; de hac Martianaeus scribit: « Ita so» lus canon hebraicae veritatis (nempe co» dex H); alii cum manuscripti, tum editi » libri legunt *alieni.* » Hebraicus textus habet נקים, pro quo Vulgatus v. 17. ponit *innoxii,* v. 20. *mundi,* eodemque sensu hoc loco *alieni.*

Ibid. *in domo fuerint* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, T, U, V, Brev. goth. l. c., Hugo *fuerint in domo.* Pro *aliquis,* codd. G, R, Cas. 3. *quis.*

20. *Quod si* — Bibl. Ord. *Quia si.* Pro *quo adiurasti,* codd. C 1. m., D, F, I *quod adiurasti;* conf. ad vers. 17.

21. *ita fiat* — Cod. B *ita fiet.* Pro *dimittensque,* codd. D, E *demittensque;* cod. O notat alios hanc, alios illam lectionem sequi. Pro *in fenestra,* cod. E, Brev. goth. l. c. *in fenestram;* codd. R, S, Cas. 4. addunt *eius,* quod in cod. O recte expungitur.

22. *qui fuerant persecuti* — Cod. B *qui missi fuerant.* Post *quaerentes* Brev. goth. l. c. tacet *enim;* cod. F habet *eos,* ut syrus et arabs. Pro *per omnem viam,* cod. A *per omnes vias;* graecus πάσας τὰς ὁδούς; cod. H *per viam.*

23. *Quibus urbem ingressis* — Haec in hebraeo deesse adnotat cod. H; sixtinis quoque aliquod dubium haesisse videtur, dum ista subnotarunt; pro *ingressis,* legunt *regressis* codd. C, D, F, I, O, T, U, V, Cas. 4. Pro *transmisso Iordane,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, S, T, U, V, Bibl. Ordin.,

Hugo, Brev. gothic. l. c. *Iordane transmisso:* aliae paucae edd. habent *transito Iordane*, uti Bibl. Ven. 1480. 1482., all.; quod in cod. O respuitur; conf. ad Deut. XXXI, 13. Mox cod. S, et Brev. goth. l. c. tacent *ei*, ut armenus et georg.

24. *omnem terram hanc in manus nostras* — Sixtini, codd. A, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Hugo, Brev. goth. l. c. *in manus nostras omnem terram hanc;* eamdem lectionis varietatem codices holmesiani exhibent; cod. C *in manus vestras omnem terram hanc*. Post *habitatores eius* cod. H notat hebr. addere *ante faciem nostram;* margo Ordin. *a facie nostra*.

Cap. III, 1. *movit castra* — Cod. K et Augustinus *(quaest. II. in Ios.) promovit castra;* Brev. goth. p. 222. *praemovit castra*. Pro *Setim*, sixtini rursum *Settim*, de quo vide in superiori capite v. 1. Ante *tres dies* addunt *per* codd. fere omnes et veteres edd. et Sixtus; at vero sixtini, gregoriani et Toletus, collato cod. A, illam particulam expunxerunt.

2. *per castrorum medium* — Rabanus *per medium castrorum*.

3. *consurgite* — Cod. H notat hebr. addere *de locis vestris*.

4. *duum millium* — Codd. F, G, V, Bibl. Paris. 1566. 1573., Rabanus, Petrus Com. *duorum millium;* cod. K, Bibl. Compl. et Reg. *duo millium*. Margo codicis H ex hebr. sic interpretatur: *duum millium ad mensuram; et cavete ne appropinquetis ad arcam, ut cognoscatis viam per quam ingrediamini; quia non ambulastis per eam ab heri et nudius tertius*. Post verba *ut procul*, codd. G, R, S, Cas. 5., Bibl. Ven. et Neap. 1476., Ord., Reg., Rob. Steph., all. addunt *magis*, quod correctoria omnia recte notant expungendum; neque enim in priscis codicibus legitur. Pro *appropinquetis*, cod. D, Hugo *appropinquatis*.

6. *arcam foederis* — Codd. G, R, S, Cas. 5. addunt *Domini*, quod correctoria M, N, O expungunt; legitur tamen in graeco et syro.

7. *Dixitque* — Codd. Cas. 12. *Dixit quoque*. Pro *omni Israel*, Rabanus *omni populo Israel;* graecus πάντων υἱῶν Ἰσραήλ; hinc Augustinus *omnibus filiis Israel*. Pro *ita et tecum sim*, codd. B, C 1. m., D 1. m., G, K, R, S, T, Cas. 8., Thomas. I, 60., Bibl. Ven. 1479. 1484., all. *ita et tecum sum;* tacent particulam *ita* cod. I, Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496., all., consentiente hebraeo.

9. *et audite* — Cod. goth. leg. omittit copulam. Pro *verbum*, sixtini *verba*, uti habent codd. A, C, D, E, F, G, H, I, L 6., N, O, P, T, U, V, Cas. 18. et hebraeus. Mox pro *vestri*, codd. R, Cas. 2. *nostri;* item graecus, at cf. Holmes.

10. *Et rursum* — Cod. K *Rursum*. Pro *quod Dominus*, Cas. 1. *quoniam Dominus;* cod. H tacet *Dominus;* item hebr., graecus et chald. Pro *disperdet*, codd. A, B, E, F, G, V, Cas. 16. *disperdat*. Ante *Hethaeum* sixtini, codd. A, E, K, R tacent *et*. Contra addunt *et* ante *Hevaeum* codd. C, D, F, H, I, S, T, U, V, Bibl. Lugd. 1526. (in Bibl. Ven. 1479. deest *Hevaeum*); item ante *Gergesaeum* cod. I, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513.; consentiunt hebr. et graecus. Pro *Iebusaeum, et Amorrhaeum*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Bibl. Ordin. *Amorrhaeum, et Iebusaeum;* item hebr. et veteres. In hac populorum enumeratione saepissime Iebusaeus ultimo loco recensetur; numquam vero Amorrhaeus.

11. *Domini* — Codd. Cas. 15. addunt *Dei*. Mox pro *omnis*, Cas. 1. *universae*.

12. *viros de tribubus* — Veteres omnes quas vidimus editiones ante stephanicam anni 1532. legunt *viros de duodecim tribubus;* at non suffragantur nisi codd. I 2. m., R, S.

13. *arcam Domini* — Veteres edd. ante Lovan. anni 1547. *arcam foederis Domini*, item codd. F 2. m., H, I, L, R, S, V, Cas. 3., graecus et arabs; Cas. 1. habet *arcam testamenti*. Mox Rabanus tacet *Dei*. Pro *veniunt*, codd. I et Cas. 1. *venient*. Pro *consistent*, cod. D *consistant;* cod. F *consistunt*.

14. *populus de tabernaculis suis* — Rupertus praemittit *omnis;* item graeci codices non pauci; Vallarsius falso notat Vulgatum tacere

suis, quod tamen in cod. B deest. Pro *transiret*, sixtini, veteres codices fere omnes et editiones ante stephanicam anni 1528. legunt *transirent*. Post *arcam* cod. Cas. 1. tacet *foederis*; item cod. hebr. 20. derossianus. Pro *ante eum*, codd. A, E *ante eam*.

15. *et pedibus* — Codd. Cas. 11. tacent *et*. Pro *in parte aquae tinctis*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Rupertus *tinctis in parte aquae*; nonnulli habent *in partem*.

Ibid. *Iordanis autem ripas alvei sui tempore messis impleverat* — Codd. A, E *cum Iordanes autem ripas alvei sui tempore messis impleret*; codd. B, goth. leg. *Iordanis autem ripas alvei sui quum tempore messis impleret*; cod. D legit *suo*, pro *sui*.

16. *in loco uno* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, T, U, V *in uno loco*. Ante *instar* tacent *ad* sixtini, codd. A, B, C, D, F, I, O, S, T, U, V, Cas. 15., Bibl. Ord., Lugd. 1522., Hugo, Rupertus, Petrus Com.: negat quidem Servius apud idoneos scriptores inveniri *ad instar*; at cf. Forcellini, et Vulgatus ad II Paral. XVII, 12. Iob. XX, 5. XXXVI, 27. Pro *vocatur* codd. N*, R, S, Cas. 4. *vocabatur*. Mox Vulgatus habet *Adom* uti scripsere sixtini et gregoriani, quibus vetustiores codices consentiunt; Sixtus vero cum antiquis plerisque edd. legit *Edom*; Toletus notat: « Lege *Adom*; sic hebr., graecus, Ordin., ali» quot mss. et Congregatio. Sed Complut., » Reg. et Lov. *Edom*. » Attamen re vera Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1532., codd. L 12., Q legunt *Adam* (non vero *Adom*), quam lectionem cod. O tribuit hebraeo et graeco; at de alexandrino interprete, qui aliter in codice hebraico legisse videtur, cf. Holmes.

Ibid. *usque ad locum Sarthan* — Cod. L (seu Q), Bibl. Complut., Reg., Rob. Steph. 1528. 1532. *usque ad latus Sarthan*; Bibl. Ordin. cum hebr. *quae est ad latus Sarthan*. Mox parenthesis notam sixtini delent.

17. *contra Iericho* — Sixtus, veteres nostri codices et editiones ante Complutensem legunt *contra Iordanem*: sixtini haeserunt; gregoriani emendarunt; Toletus vero scribit: « Lege *Iericho*; sic hebr., graecus, Compl., » Reg. et Congregatio. Sed Ordin. et Lovan. » *Iordanem*. » Et quidem merito correctum fuisse censuit Bukentopius pag. 156. « quan» doquidem, inquit, in graeco, chaldaeo, he» braeo sit יריחו, non ירדן; neque populus » *contra*, sed *per Iordanem* transibat, et ibat » *contra Iericho*. » Martianaeus quoque testatur se hanc lectionem mutare noluisse, quamvis undecim codices a se collati legerent omnes *Iordanem*; sensus quippe, ait, obscurior fieret si latinos codices sequeremur. Denique Vallarsius hanc lectionem haud dubitat scribarum oscitantiae adscribendam.

Ibid. *transibat* — Codd. A, C, D, F, G, K, T, U, V *transiebat*; Bibl. Compl., Reg., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526. *pertransibat*; cod. E *transiebant*.

Cap. IV, 3. *pedes sacerdotum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, S, T, U, V, Hugo *sacerdotum pedes*. Mox sixtini primo expunxerant verbum *durissimos*, quod cod. H notat in hebraeo non legi; item margo Ordin., nec legit Isidorus Clarius; sed cf. Mazochii *Spic. bibl. II, 115*. et Gesenii *Thes. p. 666*. Ante *nocte* cod. B tacet pronomen *hac*, ut hebr. et graecus.

4. *de singulis tribubus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, I, K, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *de tribubus singulis*.

5. *portate inde* — Tacent *inde* sixtini, codd. B, C, D, E, G, I, K, O, T, U, Cas. 18., goth. legion.; concinunt hebr. et veteres, excepto graeco.

6. *ut sit* — Cod. F *et sit*. Pro *isti lapides*, sixtini, codd. A, V *lapides isti*; cf. v. 21.

7. *Defecerunt* — Cod. Cas. 1. *Steterunt*. Post *arcam* cod. Cas. 1. tacet *foederis*; cod. O tacet *Domini*; contra Rupertus addit *Dei nostri*. Pro *transiret eum*, Bibl. Paris. 1566. *transirent eum*; codd. S, Cas. 1. addunt *Israel*; conf. Holmes. Pro *monumentum*, plures codd. et edd. *monimentum*; cf. ad Ex. XII, 14.

8. *praecepit eis Iosue* . . . *ut Dominus ei imperarat* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G,

H, I, K, O, T, U, V, Bibl. Ordin., Rupertus *eis praecepit Iosue . . . ut ei Dominus imperarat;* pro *ei imperarat,* nonnulli codd. Cas. *eis imperarat.*

Ibid. *usque ad locum* — Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Reg., priores edd. Rob. Steph., aliaeque plures *usque in locum.*

9. *duodecim lapides* — Codd. F, V, Rupertus *lapides duodecim.* Pro *steterunt*, cod. E *steterant.* Post verba *arcam foederis* Sixtus, codd. G, R, V, et fere omnes veteres edd. addunt *Domini,* quod sixtini et gregoriani ad fidem reliquorum codicum expunxerunt; unde Toletus: « Non legunt *Domini* hebr. et » mss.; prior Congregatio abstulit. Sed le» gunt graecus, Ord., Reg. et alii impressi; » item syrus. Praeter laudatos codices, pro hodierna lectione faciunt Biblia Ven. 1480. 1482. 1483., Rob. Steph. 1528. 1532., all.

10. *et dixerat* — Gregoriani prima manu, cod. R, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ord., Rob. Steph. 1528. 1532., all. *ut dixerat;* at obstant reliqui codices; nam codex a lovaniensibus excitatus non est manuscriptus, sed laudata edit. Mogunt. Pro *transiit,* non pauci codd. et vetustiores edd. *transivit.*

11. *omnes* — Cod. B *homines.* Pro *sacerdotesque,* quod ad fidem codicum invexerunt sixtini, veteres editiones et codd. G, R habent *sacerdotes quoque,* item Rabanus: pro והכהנים, alexandrinus legebat והאבנים; vertit enim καὶ οἱ λίθοι.

12. *dimidia tribus* — Codd. C 1. m., D, E, F, G, I, K, S, V, Cas. 21., Hugo, Bibl. Ord. *dimidiae tribus.* Mox Biblia Mog. 1462. tacent *armati.* Ante *filios Israel* Sixtus et veteres edd. addunt *fratres suos,* quod sixtini et gregoriani, consentientibus antiquis codicibus, expunxerunt; unde Toletus: « Non le» gunt *fratres suos* hebr., graecus et mss.; » prior Congregatio expunxit. Tamen habe» tur in Compl., Reg. et Ordin. » Cf. Bukentopius p. 400. et Lucas Brugensis. Codd. B et goth. legion. habent *ante filios Israel.* Pro *Moyses,* cod. K, ut duo codd. holmesiani, legit *Iosue;* cod. S 1. m. *Dominus.* Cod. H ex hebr. haec habet in marg. *praecedebant filios Israel sicut locutus est ad eos Moses. Quadraginta millia pugnatorum incedebant coram Domino.*

13. *per plana* — Codd. B, C, D, F, G, M, O, R, T, U, Cas. 6., Hugo *super plana.* Petrus Com. mendose notat: « Et erant sexa» ginta millia armatorum. In Paralipomenon » legitur tantum quinquaginta: in quo multa » vitio scriptorum depravata sunt. »

14. *In die illo* — Codd. C, D, E, F, G, I, K, R, S, U, V, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1480. 1482., all. *In illo die.* Pro *ut timerent,* codd. Cas. 2., Rabanus, margo Ord. *et timuerunt;* favent hebr. et veteres.

Ibid. *dum adviveret* — Sixtus, codd. D, F, G, I, K, N*, R, S, T, U 2. m., V, veteres edd. et Rabanus *dum adhuc viveret.* Sixtini et gregoriani alios codices sequuti hodiernam lectionem induxerunt; hinc Toletus: « Lege *adviveret;* sic mss. et consonat hebr. » et graecus; et utraque Congregatio id pro» bavit; *advivere* enim est *adhuc vivere.* » Cod. N notat: « Sicut autem dicit liber Deri» vationum *advivere* est valde, vel iuxta, vel » ad utilitatem vivere. Similiter Eccle. VIII. » (v. 10.) *cum adviverent,* secundum duas » primas significationes. » Censuit Ungarellius *(Proleg. §. VII.)* Lucam Brugensem ad codicem carafianum respexisse dum asseruit sixtina Biblia legere *adviveret;* at vero Brugensis sixtinorum Bibliorum nomine ipsam clementinam editionem innuebat.

16. *arcam foederis* — Addunt *Domini* cod. V, Bibl. Ven. 1476. 1479., Compl., Reg., Rob. Steph. 1540. 1545., all.; cod. H notat hebr. legere *arcam testamenti* (forte *testimonii,* est enim העדות); graecus τῆς διαθήκης τοῦ μαρτυρίου κυρίου; unde August. *quaest.* V. *in Ios.* scribit: « Solet dici arca *testamenti,* » vel arca *testimonii;* nunc dicta est arca *te» stamenti testimonii,* ut non solum arca, sed » etiam ipsum testamentum, appellaretur te» stamentum testimonii. »

18. *portantes* — Cod. Cas. 1. *qui portabant.*

19. *decimo die mensis primi* — Sixtini, codd. C, D, H, R, S, T, U, V, Petrus Com., Hugo *decimo die primi mensis;* codd. A, I *decimo mensis primi die;* cod. K *decima die mensis, prima die;* codd. B, E, F 2. m., G, gothic. legion., Lectionarium gallicanum in Patrol. LXXII, 441. *decimo mense, prima die mensis;* quae quidem lectio iure vitiosa dicitur a Mariana.

20. *Duodecim quoque* — Cod. F *Duodecim autem.*

21. *lapides isti* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Hugo *isti lapides.*

22. *transivit Israel* — Cod. B *descendit Israel;* codd. R, S, Cas. 3. *transivimus.*

23. *Deo vestro aquas eius in conspectu vestro, donec transiretis* — Codd. C, D, E, F, G, I, R, S, T, U, V, et veteres editiones fere omnes *Deo nostro aquas eius in conspectu nostro, donec transiremus.* Hanc lectionem praefert quoque edit. Compl.; errat enim Stephanus dum notat in suis Bibl. 1540. 1546. illam utroque loco legere *vestro.* Sixtus habet *Deo nostro,* at in reliquis cum edit. clementina consentit, quam optimi codices, Bibl. Ord., Rob. Steph. 1528. 1532., all. tuentur, quamque sixtini et gregoriani praetulerunt; unde Toletus scribit: « lege *vestro,* sic hebr., graecus, mss., Ord. et utraque Congregatio. » Editiones hentenianae cum postremis Roberti Stephani habent *Deo nostro aquas eius in conspectu nostro, donec transiretis,* at in margine notant plures codices legere *transiremus;* quod fortasse ex sequenti periodo derivatum fuit. Hebr. et chaldaeus cum Vulgato consentiunt; at graecus legit τοῦ Θεοῦ ἡμῶν τὸ ὕδωρ τοῦ Ἰορδάνου ἐκ τῶν ἔμπροσθεν αὐτῶν, μέχρις οὗ διέβησαν; pauci tamen codices pro ἡμῶν priori loco habent ὑμῶν, ad hos autem respexisse Toletus videtur; in reliquis syrus et arabs graeco accedunt.

24. *siccavit* — Codd. N*, R, S, Cas. 4. *exsiccavit,*

25. *fortissimam Domini manum* — Cod. R, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. *fortissimam manum Domini;* cod. S, Bibl. Ordin. *fortissimam manum Dei;* cod. V, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1482., all. *fortissimam Dei manum;* cod. G tacet *Domini.*

Ibid. *ut et vos* — Sixtini, codd. C, D, F, G, H, N, O, P, T, U, Cas. 19., Hugo *et ut vos;* graecus καὶ ἵνα ὑμεῖς. Post *timeatis* tacent *Dominum* Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Ord., posteriores edd. Rob. Steph., all.; item graeca editio Aldi.

Cap. V, 1. *Postquam ergo* — Codd. S, V, Bibl. Reg. et Ven. 1533. *Postquam autem.* Pro *magni maris,* sixtini prima manu, codd. A, B 2. m. (nam 1. m. nomen adiectivum tacebat), E, G, K, Cas. 16., goth. legion. *magno mari;* hanc lectionem Lucas Brugensis praehabuit. Pro *timentium,* codd. B 2. m. (perperam Blanchinius dedit *timentis*), K *timentes;* cod. Cas. 1. *timentibus.* Mox codd. I, P legunt *in introitu.*

2. *Eo tempore* — Rabanus *Eodem tempore.* Post *filios Israel* codd. F, V, Cas. 1. addunt *in colle praeputiorum,* quod ex sequenti versiculo petitum videtur.

3. *Fecit quod* — Codd. L 4. (seu Q), Cas. 2., Bibl. Complut., Reg., priores edd. Rob. Steph., Ven. 1533., Lugdun. 1535. *Fecitque quod;* veteres aliae editt. fere omnes habent *Fecit quoque quod;* cod. B *Fecitque Iosue quod;* hodiernam lectionem intulerunt sixtini, quibus suffragantur ferme omnes codices, Bibl. Ord., Lugd. 1522., Hugo. At hebr. et veteres legunt *Et fecit Iosue.*

4. *de Aegypto* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Rabanus, Rupertus *ex Aegypto;* item Augustinus.

6. *itineris* — Codd. B, G, N*, R, S, Cas. 3. *in itinere.* Pro *audierant,* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Ordin., Complut., all. *audierunt.* Post *Domini* codd. Cas. 2. addunt *Dei.* Ante *ostenderet* tacent particulam *non* fere omnes codices et veteres editiones; illam vero addiderunt sixtini, quibus suffragantur codd. H, L (seu Q), Cas. 1., Bibl. Complut., Reg., margo Ordin. « Ita bene correctum est, ait Bukentopius » *(pag. 156.),* in Sixti V. et Clementis VIII.

» edd.; ex hebraeo et graeco, atque ex cir» cumstantiis textus et historiae, cum antea » latini libri ferme omnes mendose omitte» rent *non:* » Conf. Bellarminus (*Lib. 2. de verbo Dei c. XI.*) et De-Rossi (*de praecip. caussis, p. 71.*). Aliam praeterea Vulgati lacunam hoc loco Vallarsius adnotavit: « Quae» dam hinc exciderunt sacri textus verba, » latinorum, ut arbitror, scribarum solemni » lapsu ob eiusdem vocis *terram* recursum. » Ad hunc nempe modum s. Pater (Hiero» nymus) fuerit interpretatus: *ostenderet eis » terram, quam iuraverat Dominus patribus » eorum dare nobis, terram* etc. Latinus au» tem antiquarius, ut diximus, quae post » *terram* priore loco sunt verba, recurrente » oculo ad eam vocem, ubi secundo habetur, » temere praetermisit. » Unde non male Isidorus Clarius legit: *quod non ostenderet illis terram, quam iuravit Dominus patribus eorum, ut daret nobis, terram lacte et melle manantem.*

7. *in locum* — Codd. Cas. 11. *in loco*. Pro *a Iosue*, sixtini, codd. A, C, D, F, all. *ab Iosue*. Pro *quia sicut*, codd. G, I, R, S, Cas. 3., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Complut., all. *qui sicut;* cod. H notat hebr. legere *qui praeputiati erant;* at hebraeus habet כי־ערלים היו.

9. *abstuli opprobrium* — Cod. K *abstulit Dominus opprobrium*. Quoad nomen *Galgala* haec habet Petrus Com. « Nota quod *Galgalis* » quandoque ponitur indeclinabile; quando» que primae declinationis, ut *Galgala, Gal» galae;* quandoque neutri generis et secun» dae declinationis, ut *Galgala, Galgalorum.* »

10. *Manseruntque* — Codd. G, Cas. 2. *Manserunt*. Post *mensis* cod. F addit *huius*.

11. *de frugibus* — Codd. I, K, Cas. 1., goth. leg., Petrus Com. *de fructibus*. Addunt *et* ante *azymos* cod. G, Bibl. Ven. et Neap. 1476., Ord., Compl., Reg., all.; at in cod. O respuitur.

12. *Defecitque* — Bibl. Compl. et Reg. *Defecit;* favet graecus. Pro *cibo illo*, codd. C, D, E, F, I, T, U, V, Bibl. Ordin., Rabanus, Rupertus *illo cibo*. Heic quoque pro *frugibus*, pauci codices legunt *fructibus*. Mox perperam tacent *anni* Bibl. Antuer. 1565., Francof. ad M. 1566., Lugd. 1569.

13. *stantem contra se* — Codd. F, S, V *contra se stantem;* mox addunt *et* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. 15., Dungalus CV, 482., Rabanus, Rupertus, Thomas. I, 60.; accedunt hebr. et veteres omnes.

14. *venio* — Cod. Cas. 1. *veni;* nec obstant hebraeus et veteres.

15. *Et adorans*—Codd. B, G *Adorans;* mox post verba *ad servum suum* laudatus codex B, et goth. leg. addunt *Et dixit princeps militiae Domini ad Iosue;* quae quidem verba tum in hebraico textu, tum in antiquis omnibus versionibus leguntur; at illorum vim Hieronymus per verbum *inquit*, quod mox sequitur satis expressit.

16. *calceamentum tuum* — Tacent pronomen codd. D 1. m., E, F, G, K, N*, S, V, Cas. 18., goth. legion., Brev. goth. p. 224., Bibl. Ven. 1479. 1482., all., Petrus Com.; item graecus; at non pauci graeci codices illud legunt. Mox pro *sanctus est*, cod. Cas. 1., Brev. goth. l. c. et auctor serm. XIX. in App. ad tom. V. Augustini *terra sancta est;* quae lectio petita videtur ex loco parallelo Exod. III, 5.; attamen illam hoc loco exhibent non pauci codd. hebr. apud De-Rossi; item ex graecis Eusebius, Iustinus M., Origenes et cod. 75. apud Holmesium; Cyprianus et Gaudentius brix. inter latinos apud Sabatier. Pro *ut sibi fuerat*, cod. U *sicut fuerat*.

Cap. VI, 1. *nullus egredi audebat aut ingredi* — Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. *nullus audebat urbem ingredi vel egredi;* Bibl. Ord., Ven. 1482. *nullus ingredi audebat aut egredi;* cod. R *nullus audebat ingredi vel egredi;* cod. S *nullus audebat egredi vel ingredi;* codices antiquiores et reliquae nostrae editiones vulgatam lectionem prae se ferunt.

2. *in manu tua* — Sixtus, codd. A, E, F, G, K, R, S, veteres edd. paene omnes, Brev. gothic. pag. 224. *in manus tuas;* sixtini et

gregoriani emendarunt, et Toletus testatur: « Sic hebraeus, mss. et Congregatio. » Lucas quoque Brugensis et Mariana notant antiquos libros legere sextum casum, non quartum.

Ibid. *omnesque fortes viros* — Etsi cum Vulgato copulam retineant syrus, arabs, armenus, slavon., graeca editio Compl. et cod. Kenn. 168.; illam tamen praetermittunt hebraeus, chaldaeus et graecus, ex quo Augustinus legebat tantum *potentes fortitudine*. Ne quis autem criticas nostras quaestiones forte parvipendat, laudati Doctoris animadversionem ex eiusdem libro *Locutionum* hoc loco recitare peropportunum videtur: « Mirandum, » inquit, quod non hic posuit coniunctionem » copulativam ut diceret *et potentes fortitu-* » *dine,* quam solet Scriptura tam assidue po- » nere, ut etiam ibi inveniatur ubi sensum » solitae locutionis impediat: an et Iericho » et rex eius dicti sunt *potentes fortitudine?* » Sensus enim est: Dabo tibi Iericho et regem eius, quamvis eius cives fortissime pugnantes sint: « Iericho, ait Masius, non urbem, » sed civitatem significat, cum Iericho et » eius rex viri fortes dicuntur. »

4. *tollant* — Sixtus, codd. R, S et veteres edd. *tollent;* sixtini et gregoriani ad fidem veterum codicum emendarunt; at hebr. legit ישאו. Post *usus* Rupertus tacet *est;* cod. B habet *es*. Pro *iubileo*, sixtini, cum cod. E, *iobeleo;* alii codices *iubeleo*, de qua voce cf. ad Levit. XXV, 10. At fortasse magis recte scribitur cum diphthongo *iubilaeo*, aut *iubelaeo;* conf. Forcellini. Pro *praecedant*, cod. S, pleraeque edd. veteres *praecedent*, quod emendarunt sixtini, eisque consentiunt codd. et Bibl. Ordin. Post *arcam foederis* codd. V, Cas. 3. et Rabanus addunt *Domini*, quod in cod. M expungi iubetur; legitur tamen in chald. ed. Reg. Hunc versiculum codex H ex hebraeo sic reddit *Et septem sacerdotes tollent septem buccinas, quarum usus est in iubelaeo, et praecedant arcam: et in septima die septies circuibitis civitatem, et sacerdotes clangent.*

5. *insonuerit . . . increpuerit, conclamabit . . . contra quem steterint* — Brev. goth. l. c. *insonaverit . . . concrepuerit, clamabit . . . circa quem steterint;* pro postremo hoc verbo Bibl. Ordin. *steterunt*, item cod. U.

6. *filius Nun* — Haec desunt in cod. K, et in cod. 44. holmesiano. Post *foederis* codd. G, V, Cas. 1. addunt *Domini;* item chaldaeus, syrus et nonnulli codd. graeci apud Holmes. Mox pro *tollant*, codd. B, C, D, Cas. 1., Brev. goth. l. c. *tollent*. Pro *iubileorum*, sixtini *iobeleorum;* conf. supra vers. 4.

7. *Ite, et circuite*—Codd. A, E, K, Cas. 14. *Vadite, et circumite;* cod. G *Vade, et circuite*. Mox cod. F tacet *armati*. Ante *praecedentes* codd. B, E, G addunt *et*.

8. *buccinis* — Codd. B, G, T, U *buccinas*.

9. *omnisque praecederet armatus exercitus* — Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Compl., posteriores edd. Rob. Steph., all. *omnisque populus praecederet armati exercitus;* cod. G *omnisque populus praecederet armatus exercitus;* cod. S *omnisque exercitus praecederet armatus;* cod. V *omnisque praecederet exercitus armatus;* item cod. F 2. m.; nam primo legebat *armatorum;* codd. O, R, Cas. 5. *omnisque populus praecederet armatus;* item cod. M, sed pro *omnisque*, habet *cunctusque;* Brev. goth. l. c. *omnisque Israel praecederet armatus exercitus*.

10. *Praeceperat autem* — Cod. Cas. 1. *Praecepit autem;* cod. B tacet *autem*. Mox Brev. goth. l. c. omittit *dicens;* item duo codd. holmesiani. Pro *ex ore*, Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496. *de ore*. Pro *egredietur*, codd. C 2. m., D, F, I, K, T, V, Cas. 2. *egrediatur*. Pro *in quo*, codd. A, E *in qua*. Pro *vociferamini*, cod. K *vociferate*.

11. *reversa in castra, mansit ibi* — Codd. A, C, D, F, I, T, U, V, Cas. 4. *reversa est in castra, mansitque ibi;* Bibl. Lugdun. 1522. 1526., Hugo *reversa est in castra, remansitque ibi;* codd. Cas. 12. *in castris*.

13. *septem buccinas* — Cod. Cas. 1. *septem tubas*. Pro *in iubileo*, sixtini cum cod. E *in iobeleis;* codd. A, B, C, D, H, K, O, T, U, V, Cas. 14., Hugo, Brev. goth. l. c. *in iubeleis*.

Pro *praecedebantque*, codd. Cas. 2. *praecedebant ergo*; Brev. gothic. l. c. *praecedebant*. Pro *buccinis personabat*, cod. Cas. 1. *buccinis sacerdotes personabant*; graecus *οἱ ἱερεῖς ἐσάλπισαν ταῖς σάλπιγξι*; accedit chaldaeus; codd. E, G, R *buccinis personabant*; non male: haec enim eo sensu accipienda videntur quo Vulgatus superius ad v. 9. habet *buccinis omnia concrepabant*.

14. *sex diebus* — Codd. F, R, U 1. m., V, margo Ordin. *septem diebus*; hanc lectionem mendose praeferunt Biblia Waltoni in latina interpretatione ex hebraeo.

16. *ad omnem Israel* — Cod. H notat hebraeum legere *ad populum*. Pro *tradidit*, Rabanus *tradet*. Pro *vobis Dominus civitatem*, codd. I, V, Brev. goth. l. c. *Dominus vobis civitatem*; cod. S *Dominus vobis hanc civitatem*, ut georg.

17. *quae in ea sunt, Domino* — Tacent *Domino* codd. C, D, N, O, P, U, Cas. 3.; scholiastes in cod. N animadvertit « antiquos non » interponere quod dicitur *Domino*, quia ana» thema non ita digne Domino attribuitur, » sicut aurum et argentum, quae Domino » consecrari dicuntur. » At cod. M adnotat illam vocem apud veteres legi. Cod. A *quaeque in ea sunt, Domino*; Rabanus *quae in eis sunt, Domino*; cod. E tacet *quae*. Pro *qui cum ea*, Bibl. Mog. 1462., Ven. et Neap. 1476., Compl., Reg., all. *quae cum ea*. Pro *direximus*, Bibl. Ven. 1476. 1492. 1494., Brix. 1496., all. *direxerimus*.

18. *quae praecepta sunt* — Addunt *vobis* codd. F 2. m., G, L, R, S, V, Cas. 5., Bibl. Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Compl., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all.; at in correctoriis M, O reiicitur. Pro *sub peccato*, Brev. goth. l. c. *in peccato*.

19. *Quidquid autem* — Nonnulli codd. Cas. tacent *autem*. Pro *et argenti*, Sixtus, codd. C, D, F, T, U, V, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Ordin., posteriores edd. Rob. Steph., all. *aut argenti*; sixtini, gregoriani et Toletus alios codices, aliasque editiones legentes *et* praetulerunt. Pro *consecretur*, codd. C, D, F, T, U, V *consecrentur*; Concilium Aquisgr. edit. Hard. IV, 1426. *consecrabitis*. Mendose pro *thesauris eius*, Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *thesauris tuis*.

20. *omni populo vociferante* — Legunt *omni vociferante populo* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, Palatinus, Brev. goth. l. c.; cod. H *vociferante omni populo*.

21. *erant in ea* — Cod. E *in ea erant*. Pro *percusserunt*, Brev. goth. l. c. et Lucifer calar. *occiderunt*.

22. *et omnia* — Codd. A, B, C, D, E, G, T, U *omniaque*. Pro *quae illius sunt*, Brev. goth. l. c. *quaecumque illi sunt*; favent hebr. et graecus.

23. *et cunctam* — Brev. goth. l. c. *et omnem*. Mox cod. K *atque cognationem*; dein cod. Cas. 1. tacet *Israel*, ut cod. 128. holmesianus.

24. *quae erant in ea* — Sixtus, veteres editiones sequutus, cum cod. S habet *quae inventa sunt in ea*; pro *inventa sunt*, gregoriani scripserunt *erant*, unde Toletus: « Lege *erant*; » sic hebr., graecus, mss. et utraque Con» gregatio. » At in primis hebraeus et graecus verbum non exprimunt, sed subintelligunt; dein sixtini, codd. B, C 2. m., H, M, Cas. 3., aliique memorati in cod. O, Concil. Aquisgr. et Brev. goth. ll. cc. habent *quae in ea erant*; reliqui codices variant; nam codd. A, E, I, K, T, Cas. 14. habent *quae in ea sunt*; codd. L 3. *quae fuerunt in ea*; codd. D, F, O, U, Palatinus, Agobardus CIV, 233. *quae in ea inventa sunt*; cod. G *quae inventa in ea erant*; cod. V *quae in ea erant inventa*.

Ibid. *auro et argento* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, T, U, V, Brev. goth., Conc. Aquisgr. et Agobardus ll. cc. *argento et auro*; item hebr.; chaldaeus et graecus; pro Vulgato stant syrus, arabs, armenus, georg. et slav. mosq. Pro *in aerarium*, codd. Cas. 13. et Conc. Aquisgr. l. c. *in aerario*. Pro *Domini*, Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *Domino*. Pro *consecrarunt*, codd. R, S, Brev. goth. l. c. *consecraverunt*; cod. F, Cas. 1. et Palatinus *constituerunt*.

*

25. *et omnia* — Sixtini, fere omnes codices, Hugo, Brev. goth. l. c., Rabanus *atque omnia*. Post *imprecatus est* Bibl. Ordin. tacent *Iosue*. Augustinus *(quaest. XIX. in Ios.)* laudat interpretationem Hieronymi ex hebraeo, eamque sic proferre videtur: *et adiuravit Iesus in illa die: Maledictus homo qui resuscitabit et aedificabit civitatem illam: in primogenito suo fundabit illam, et in novissimo suo imponet portas eius*. At fortasse haec ipsa ex veteri Itala hausta sunt; nil aliud enim exprimere nitebatur Augustinus, nisi Hieronymum haec quidem ad fidem hebraicae veritatis fuisse interpretatum, at reliqua a graecis hoc loco addita eumdem omnino praetermisisse.

26. *vir* — Codd. Cas. 12. cum Augustino *homo;* Rabanus addit *ille*. Mox cod. Cas. 1. et Brev. goth. l. c. tacent *civitatem*.

27. *vulgatum est in omni terra* — Habent *in omni terra vulgatum est* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. goth. l. c., Rabanus.

Cap. VII, 1. *mandatum*—Cod. E addit *eius*. Pro *Achan,* minus recte quaedam edd. cum Bibl. Reg. et Verecundo *(in Spicil. soles. IV, 11. 68.) Acham*. Vetus alia est in hoc nomine lectionis varietas. Hieronymus quidem testatur scribendum esse *Achan*, non vero *Achor* vel *Achar* (III, 203.); huic tamen postremae lectioni consentiunt codd. C, D, F, I, T, U, V, Cas. 3., Palatinus, Rupertus, graecus, syrus (cum Ephraemo I, 298.) et vetus Itala apud Augustinum, Ambrosium, Luciferum calar. *(edit. Ven. 1778. p. 172.)*, Iuvencum (in *Spicil. solesm. I, 215.*); conf. Cotelerius in *lib. 2. Constit. apost. c. 10.* et Houbigantius in h. l.; accedunt hebraeus, Vulgatus et reliqui ad I Paral. II, 7. Hanc autem lectionem hieronymianae praeferre haud dubitat Vallarsius (III, 143.). Alii vero scribunt *Achor,* ut codd. G, N*, R, S, Cas. 4., Urbinas; cod. P notat *Achar,* vel *Achor,* vel *Achari;* cf. Petrus Com. et Hugo. Verum Hieronymi sententiam recte tuentur correctoria M, N, O, quae testantur « secundum hebraeum » et antiquos ubique in Iosue *Achan* legendum, in Paral. *Achar;* numquam vero *Achor,* » nisi ubi de valle sermo est (v. 24. et 26.). » Cf. Magdalii Gaudensis *correctorium* et Buxtorfii *anticr. pag. 586*. Martianaeus quoque scribit: « Nomen istud in graecis ac latinis » quibusdam exemplaribus mutatum est in » *Achar* et *Achor;* ms. tamen alexandrinus » optime legit cum hebr. *Achan* (at idem cod. » ad v. 20. et 24. cum reliquis graecis rursum Ἄχαρ), quod ita legendum docet » etiam Hieronymus libro *de locis hebr.* » Neque obstat id quod infra narratur de nomine *Achor* valli indito; nam hebraice עכר idem est atque עכן, uti animadvertit Gesenius in *Thes. p. 1020*. Utraque igitur lectio sana est tum in hebr., tum in Vulgato: adeoque temere a criticis vexata fuit.

Ibid. *Zabdi* — Heic et infra ad vers. 17. et 18. cod. B *Zebdi;* in I Paral. II, 6. Vulgatus *Zamri;* eadem varietas in hebraico textu occurrit.

2. *mitteret* — Cod. K *dimitteret*. Pro *Bethaven,* cod. B *Bethaun*. Pro *oppidi*, Brev. goth. p. 225. *de oppidis*. Mox cod. K tacet *et*.

3. *vexabitur* — Sixtini, codd. C, D, E, G, H, I, R, S, T, U, Cas. 7., Palatinus 2. m., Hugo, Bibl. Lugd. 1522., Brev. goth. p. 226. *vexetur;* codd. A, F, K, Cas. 14. *vexatur*.

4. *tria millia* — Margo Ordin. praemittit *fere;* item hebr. et veteres. Pro *pugnatorum,* codd. A, C, E, I, K, T, U, Brev. goth. l. c. *pugnatores;* cod. H notat hebr. legere *virorum*.

5. *triginta sex* — Sixtus, fere omnes codd. et veteres edd. cum hebraeo *triginta et sex;* ad fidem cod. A copulam expunxerunt sixtini, quos sequuti sunt Toletus et Rocca; consentiunt Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566. et Lugd. 1569. et graecus; sed cf. Holmes. Mox Brev. gothic. l. c. legit *persecutique eos adversarii de porta usque ad Sabbarum, ceciderunt per prona fugientes: protimuitque* etc. Nonnulli codd. Cas. tacent *de porta*. Ante *Sabarim* omittunt *ad* sixtini, codd. B, C, D, E, F, G, H, O, T, U, V, Cas. 15., goth. leg., Palatinus. Notant Rosenmullerus in h. l. et Ge-

senius in *Thes. p. 1358.*, Hieronymum prae reliquis priscis interpretibus recte שברים pro loci nomine proprio habuisse.

Ibid. *et instar* — Sixtus, pauci codd., veteres editiones fere omnes, Brev. goth. l. c. *et ad instar;* quamplurimorum codicum lectionem sequuti sixtini particulam *ad* expunxerunt; unde Toletus testatur manuscriptos et priorem Congregationem habere *et instar;* conf. supra ad III, 16.

6. *Iosue vero* — Brev. goth. l. c. addit *filius Nun*. Pro *pronus cecidit*, legunt *cecidit pronus* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Brev. gothic. l. c., Hadrianus edit. Hard. IV, 809. Pro *vesperam*, antiquiores codd. *vesperum*. Pro *omnes senes Israel*, cod. E, Brev. goth. et Hadrianus ll. cc. *omnis Israel;* goth. leg. notat graecum legere *ipse et omnes filii Israel;* sed graecus habet αὐτὸς καὶ οἱ πρεσβύτεροι Ἰσραήλ.

7. *Heu* — Quidam codices hanc interiectionem geminant. Pro *traducere*, habent *transducere* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, R, T, U, V, Brev. gothic. l. c., Bibl. Ordin., all. Post *Iordanem fluvium* Brev. goth. l. c. addit *istum;* cod. H notat hebr. non legere *fluvium*. Mox pro *in manus*, quidam codd. *in manu*, quod in correctoriis N, O respuitur.

8. *Domine Deus* — Cod. H notat hebraeum tacere *Deus*. Pro *Israelem*, cod. A et Brev. goth. l. c. *Israel*.

9. *et pariter* — Sixtini, codd. C, D, E, F, G, H, I, K, S, T, U, V, goth. leg. *ac pariter*. Pro *facies*, codd. F et Palatinus 1. m. *faciemus*. Pro *magno nomini tuo*, Brev. goth. l. c. *nomini tuo magno;* cod. Cas. 1. *nomini sancto tuo*. Animadverte germanam Luciferi calar. lectionem esse *nomen tuum magnum*, quae graeco respondet; non enim recte a Sabatierio prolata fuit. Item superius ad vers. 7. perperam Sabatierius, quem describit Holmesius, Lucifero tribuit Vulgati lectionem. Cf. Luciferi opp. ed. Ven. 1778. pag. 173.

10. *Dixitque* — Codd. Cas. 3. *Dixit*. Post *iaces* cod. Cas. 1. addit *hic*. Pro *in terra*, pauci codices cum Brev. goth. l. c. *in terram*.

11. *Peccavit* — Cod. P mendose *Portavit;* codd. S, Cas. 5. addunt *populus;* quod correctoria M, N, O reiiciunt; graecus legit ὁ λαός, pro *Israel*. Post *mentiti* codd. Cas. 11. addunt *sunt*.

12. *Israel stare* — Cod. A *stare Israel*. Pro *pollutus est anathemate*, cod. H notat ex hebr. *factus est anathema;* Bibl. Lugd. 1535. *pollutus est de anathemate*. Mox Brev. goth. l. c. tacet *ultra*.

13. *sanctifica* — Codd. U, V, Cas. 11. praemittunt *et*. Pro *dic eis*, codd. E, F 2. m., H, M, N*, V, Cas. 14., alii apud cod. O *dices eis;* hebr. et veteres, excepto arabe, tacent pronomen, quod Sabatierius et Holmesius perperam Lucifero calar. adscribunt. Cod. T tacet *haec enim*. Post verba *in medio tui* omittunt *est* sixtini, codd. A, Cas. 1., Brev. goth. l. c., Concil. Osborien. edit. Hard. VI, 1133. Pro *coram hostibus tuis*, codd. B, F et Conc. Osborien. l. c. *contra hostes tuos;* Concil. Pistens. V, 561. et Concil. Duziac. VI, 149. *coram inimicis tuis*.

Ibid. *qui hoc contaminatus est scelere* — Codd. R, S, Biblia Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *qui contaminatus est hoc scelere*.

14. *Accedetisque* — Codd. C, D, F, T, U *Accedentesque*. Brev. Goth. l. c. mox *singuli mane*. Ante *cognatio* Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1572. tacent *et*.

15. *ille in hoc* — Cod. A *ille hoc;* codd. L 4. *ille est qui in hoc*. Pro *comburetur*, codd. F, Cas. 1. et Brev. goth. l. c. *comburatur*. Pro *pactum Domini*, cod. Cas. 1. *pactum meum*.

16. *applicuit* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, K, O, R, S, T, U, Cas. 6., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., Ant. 1583. in 8°., Ven. 1588., Hugo *applicavit;* conf. ad Gen. XLVIII, 10. et 13.

17. *Zare* — Codd. B, E, H *Zarai;* alias huius nominis varietates habes ad Genes. XXXVIII, 30. et XLVI, 12. Pro *per domos*, legunt *per viros* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, M, O, R, T, U, V, Cas. fere om-

nes, goth. leg., Palatinus, Bibl. Ord., Hugo, Brev. goth. l. c.; unde Toletus notat: « Mss. » habent *per viros.* » Lucas quoque Brugensis scribit: « Multa bona mss. pro *domos*, » scribunt *viros* consentanee hebraeo. » At eadem lectionis varietas extat in hebraico textu, ubi legitur לגברים, cui favent chaldaeus, arabs, armenus et slav.; verum apud De-Rossi octo codices et edit. Soncin. 1486. et 1488. memorantur legentes לבתים, cui lectioni accedunt Vulgatus, syrus et targum codicis Kenn. 240. a Brunsio collatus. Hanc autem lectionem praeferunt eruditi plerique omnes, praesertim eo quod omnino consentanea videatur ordini sortitionis praescripto vers. 14. Cf. Rosenmullerus, Maurerus, Houbigantius, all. Ad graecum quod spectat, in receptis editionibus omnino desiderantur verba quae Vulgatus interpretatur *Illam quoque per domos offerens, reperit Zabdi:* at vero in Bibliis holmesianis duodecim codd. proferuntur, qui haec addita habent, atque cum Vulgato legunt κατ᾽ οἴκους, duo vero qui legunt κατ᾽ ἄνδρα; sed in reliquis huius commatis partibus laudati graeci codd. mire inter se discrepant.

18. *viros* — Tacet cod. Cas. 1.

19. *Et ait Iosue* — Omittunt *Iosue* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F 1. m., G, H, I, K, R, S, T, U, Cas. plerique, goth. leg., Palatinus, Brev. goth. l. c. et cod. Kennic. 182.

20. *Responditque Achan Iosue* — Cod. B *Respondit Iosue Achan.* Pro *et dixit*, cod. Cas. 1. *et ait.* Post *peccavi* codd. R, S, Cas. 3. addunt *coram;* item graecus, chaldaeus et arabs. Post *Israel* tacent *et* codd. K, N, V, Cas. 12. et graecus.

21. *regulamque* — codd. G, I, K, R, Cas. 15., goth. leg., Brev. goth. l. c. *regulam quoque;* Arevalus in notis ad Isid. VII, 416. profert *legulam*, aut *ligulam;* Petrus Com. legit *regulam*, vel *ligulam;* hoc postremum habet Lucifer calar.; at Isidorus V, 482. cum Ambrosio *linguam*, quod respondet hebr. לשון et graeco γλῶσσαν, eodemque sensu latine dicitur *legula* vel *ligula.* Pro *argentumque*, codd. G, I, R, S, Cas. 3. *argentum quoque.* Latinam huius versiculi interpretationem ex graeco derivatam servat margo codicis goth. leg., quae sic se habet *Vidi enim in praeda vestem preciosam et bonam* (plures quoque codd. graeci addunt καλήν), *et ducentos stateres argenteos et legulam unam auream ·L· siclos pondus eius* (ita non pauci codd. ὅλκη αὐτῆς); *et cupidus eorum accepi ea; et ecce haec abscondi in terram* (plures codd. ἐν τῇ γῇ) *in medio tabernaculo meo; et argentum absconditum est sub ea.* Cod. H ex hebraeo, pro *pallium coccineum valde bonum*, interpretatur *pallium de Senaar unum bonum.*

22. *currentes* — Codd. Cas. 2. *percurrentes.* Post *argentum* cod. Cas. 1. addit *absconditum.*

23. *tulerunt ea* — Cod. K cum Lucifero calar. *adtulerunt;* Bibl. quoque Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Ven. 1572. 1579. tacent *ea;* it. graecus, sed cf. Holmes.

24. *Tollens itaque* — Cod. B *Tollensque.* Pro *filios quoque et filias eius*, sixtini *filiosque et filias eius;* codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, T, U, V, goth. legion., Palatinus, Hugo, Brev. gothic. l. c., Rabanus *filiosque eius et filias;* cod. G *filios quoque eius et filias;* Bibl. Paris. 1566. 1573. *filias quoque et filios eius.* Ante *oves* tacent *et* cod. Cas. 1. et Brev. goth. l. c. Pro *ipsumque*, cod. C *ipsum.* Mox notam parenthesis delent sixtini.

Ibid. *duxerunt eos* — Codd. F, V *duxerunt eum;* item tres codd. holmesiani; Bibl. Ord., Hugo tacent *eos;* codd. Cas. 12. *duxeruntque eos.* Princeps editio vatic. Clementis VIII. habet *ad Vallem achor;* at reliquae editt. *ad Vallem Achor*, prout habent omnes ad Ios. XV, 7. et Os. II, 15.; contra vero ad Isa. LXV, 10. scribunt *vallis Achor.*

25. *Quia* — Perperam Vallarsius tribuit Vulgato *Qui;* haec enim est mendosa lectio quam praefert ed. Comment. Calmeti, Lucae 1731. Attamen margo cod. gothic. leg. notat *Qui dispersisti nos, disperdat te Dominus;* alias *Qui exterminasti nos, exterminet te Dominus.*

26. *Congregaveruntque* — Sixtini, codd. A,

C 2. m., D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. fere omnes, goth. leg., Palatinus, Bibl. Ord., Lugd. 1522., Hugo, Rabanus *Congregaverunt quoque*. Mox Brev. goth. l. c. tacet *lapidum*. Pro *usque hodie*, cod. B rursum habet *usque in praesentem diem;* nonnulli codd. Cas. subdunt *id est tumultus*, sive *turbationis*, quae nominis *Achor* interpretationem exhibent; conf. Hieronymus III, 37.

Cap. VIII, 1. *Dixit autem* — Cod. B *Dixit quoque*. Pro *in manu tua*, Sixtus et veteres editiones *in manum tuam;* sixtini et gregoriani ad fidem codicum emendarunt, quod et Toletus adnotavit; Augustinus ex graeco *in manus tuas*. Pro *et populum, urbemque et terram*, cod. F *et terram, et populum urbemque;* et ita habent quidam graeci apud Holmes.

3. *triginta millia* — Cod. U *tria millia;* it. nonnulli graeci codices. Masius animadvertit haud esse probabile triginta millia in insidiis posita fuisse.

5. *accedemus* — Legunt *ascendemus* Sixtus, codd. D, F, G, I, N, O, T, U, V, Cas. 16., veteres fere omnes editiones; cod. C *ascendens*. Emendarunt sixtini et gregoriani, quibus suffragantur codd. A, B, E, H, K, L 6., N*, P, Q, R, S, Cas. 6.; unde Toletus: « Lege *accedemus;* sic hebraeus, graecus, Complut., » Reg., mss. et Congregatio; Ordin. autem et » Lovan. *ascendemus*. » Cf. Lucas Brugens. et Bukentop. pag. 400. Attamen scholiastes in cod. N diserte scribit: « Quidam posuerunt » *accedemus*, quia hebraeus habet *congrediemur*, seu *appropinquabimus ad pugnam*. » Sed quod dicitur *ascendemus ex adverso*, » habitus est pugnantium et castra eminentiora expugnantium; unde et cito post dicitur *cum ascendissent ex adverso* (v. 11.): » similiter Ex. XXXIII. (v. 1.), et I Reg. XIII. » (v. 23.) *transcendissent in Machmas*, cum » hebr. habeat *transissent;* similiter I Reg. » XXIII. (v. 4.) *vade*, pro quo hebr. habet » *descende*. » Haec ille.

Ibid. *fecimus* — Cod. B 2. m. et Isidorus Clarius *fecerunt;* cod. H notat in hebraeo hoc verbum non legi; sed, inquit Mariana, suppleri potest tum *fecimus*, tum *fecerunt*, nempe sicut fecerunt illi qui ante fugerunt.

6. *longius protrahantur* — Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *protrahantur longius*. Vallarsius errat dum notat Vulgatum legere *protrahamur*. Pro *nos fugere*, sixtini, codices fere universi, Hugo, Brev. gothic. p. 227. *fugere nos*.

7. *Nobis ergo* — Codd. C, D, G, T, U, Cas. 1. *Nobis enim*. Pro *persequentibus*, legunt *sequentibus* sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, I, K, O, T, U, Cas. 15., goth. legion., Palatinus, Brev. goth. l. c.

8. *Cumque ceperitis* — Addunt *urbem* codd. H, L (seu Q), Palatinus 2. m.; item hebr. et veteres. Pro *et sic omnia facietis*, codd. C, D, T, U *sic facietis omnia;* tacent quoque *et* sixtini, codd. A, B, E, F, I, K, O, R, V, Cas. plerique, goth. leg., Palatinus, Brev. gothic. l. c., Hugo. Cod. H monet hebr. legere *iuxta verbum Domini facite. Videte quia ego praecipio vobis;* Augustinus ex graeco *secundum verbum istud facietis, ecce praecipio vobis*.

9. *ad locum insidiarum* — Sixtini codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Brev. goth. l. c., Palatinus, Hugo *ad insidiarum locum*. Pro *nocte*, cod. H *in nocte*.

10. *cum senioribus* — Codd. F, Cas. 1. addunt *populi;* item pauci codd. holmesiani.

11. *Cumque venissent* — Brev. gothic. l. c. addit *omnes*. Post *septentrionalem* codd. F, U tacent *urbis*. Pro *erat vallis media*, codd. R, S, Bibl. Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Reg., Paris. 1566., all. plura *vallis erat media;* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Palatinus, Bibl. Ordin., Brev. goth. l. c. *vallis media erat*.

12. *Quinque autem millia* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, T, V, Palatinus, Brev. goth. l. c. *Quinque millia autem;* cod. G tacet *autem*. Pro *viros*, codd. G, U, Cas. 1., Bibl. Ven. 1533., Lugd. 1535. *virorum*. Pro *inter Bethel*, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, N, R, S, T, U, V, Palatinus, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., all. plura, Brev. goth. l. c. *inter Bethaven;* hanc lectionem iu-

daeorum orientalium seu babyloniorum propriam esse monent Bibl. rabbin. Ven. 1525., sed eam, ait De-Rossi, solus servat Kennic. cod. 84., damnatque antiquarum versionum auctoritas; scholiastes in cod. N notat: « Prima vice (v. 9.) *inter Bethel, et Hay*, vel » *Ahi*, uti habent antiqui; secunda (v. 12.) » *inter Bethaven et Hai*; tertia vice (v. 17.) » *et ne unus quidem in urbe Hai et Bethel*: » hebr. et antiqui habent *Bethel*. » Pro hodierna lectione, quam Sixtus V. invexit, stant codd. H, L (seu Q), P, Cas. 1., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. pauca. Bukentopius p. 157. scribit: « Lovanienses ad marginem Bibliorum suorum notant tantum » unum ms., quod legat sicut ex correctione » Sixti V. et Clementis VIII. modo legitur *inter Bethel et Hai*, quomodo tamen esse legendum constat ex tota historia hoc capite » relata, itemque ex hebraeo et chaldaeo, in » quibus est בית-אל, non בית-און, quod per » mendum irrepserat in quamplurimis latinis, et aliquibus graecis. » Conf. Masius, Grotius et Holmes.

13. *dirigebat* — Brev. goth. l. c. *direxerunt*. Post *novissimi* nostri codices et veteres edd. tacent *illius*, quod pronomen Sixtus V. intulit.

14. *vidisset* — Codd. K et Palatinus *audisset*; et mox cod. K tacet *et egressus est*. Pro *direxitque*, cod. B *direxit*. Pro *ignorans*, Brev. goth. l. c. *ignorantes*. Post *tergum* codd. F, V, Cas. 1. addunt *eius*.

15. *omnis Israel* — Codd. G, R, V 2. m., Cas. 5. interponunt *multitudo*, quod in codd. M, O expungitur; cod. S *omnis multitudo filiorum Israel*. Pro *cesserunt loco*, Brev. goth. l. c. *recesserunt in loco*; cod. F *cesserunt de loco* (recentior manus adscripsit *recesserunt*). Pro *solitudinis viam*, nostri codices cum Brev. goth. l. c. *viam solitudinis*.

17. *et ne unus quidem in urbe* — Brev. gothic. l. c. *et nec unus in urbe*. Pro *Bethel*, codd. N*, R, S, Cas. 5. *Bethaven*; conf. ad vers. 12. Mox cod. A *remansissent*; et cod. E *persequerentur*; cod. F, Brev. goth. l. c. *eruperat*. Pro *aperta oppida*, cod. D *a porta oppida*; codd. H, I *aperta porta oppida*. Pro *relinquentes*, codd. C, D, F, S, T, U, Cas. 5., Palatinus, Bibl. Ordin., Hugo *derelinquentes*. Sixtini de more notam parenthesis delent.

18. *dixit* — Codd. B, F, G *dixitque*, ut hebr. et veteres. Pro *Leva . . . tradam*, cod. Cas. 1. *Eleva . . . tradidi*; graecus Ἔκτεινον . . . παραδέδωκα.

19. *Cumque elevasset* — Sixtini, codd. A, B, C 1. m., Hugo *Cumque levasset*; Bibl. Mog. 1462., Neap. et Ven. 1476., all. *Cumque elevassent*.

20. *non potuerunt* — Cod. A *non poterant*. Pro *illucque*, Hugo *atque illuc*. Pro *diffugere*, Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Ven. 1572. 1579. *effugere*; cod. Cas. 1. addit *et*.

22. *ex urbe* — Codd. R, S, Cas. 2. *de urbe*; Brev. goth. l. c. tacet. Pro *contra suos*, codd. Cas. 11. *contra eos*; at Rosenmullerus notat: « Hieronymus recte sic est interpretatus *contra suos*, id est Israelitas, ad quos pronomen suffixum vocis לקראתם est referendum. » Pro *medios hostium*, codd. C, D, I, N, O, P, T, U, Cas. 16., Brev. goth. l. c. *medium hostium*; quod in cod. N interpretatur « id est hostes in medio. » Mox mendose Vallarsius legit *Quumque ergo*.

23. *apprehenderunt* — Codd. A, E, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., all. *apprehendere*.

24. *qui Israelem ad deserta tendentem fuerant persecuti, et* — Brev. goth. l. c. *qui Israel ad deserta fugientem fuerant persecuti*.

25. *in eodem die* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, N, O, T, U, Cas. 5., Palatinus, Brev. gothic. l. c. *in eo die*. Pro *conciderant*, codd. G, P *consciderant*.

26. *contraxit manum, quam in sublime porrexerat* — Brev. gothic. l. c. *retraxit manum, quam in sublime porrexit*. Hunc Vulgati locum proferens Montfauconius in Hexaplis, mendose legit *quam sublimem porrexerat*. Pro *interficerentur*, Brev. gothic. l. c. *interficeret*; hebr. החרים; Rabanus *interficerent*. Post *habitatores*, codd. Cas. 14. addunt *urbis*.

29. *usque ad vesperam et solis occasum. Praecepitque Iosue* — Cod. H *usque ad vesperam. Et solis occasu praecepit Iosue;* concinunt hebr. et veteres (mendosa est enim latina Ephraemi interpretatio I, 299.); pro *et solis*, Brev. goth. l. c. *et post solis;* princeps editio Clementis VIII. anni 1592. tacet nomen *Iosue;* at istud suppletur in correctorio edito pro illa editione, anno 1598., et in reliquis clementinis editionibus. Hinc Bukentopius p. 476. dicit illud *Iosue* in Bibliis vaticanis anni 1592. inadvertenter omissum fuisse, atque in hebraeo, graeco aliisque latinis codicibus legi. Verum non inadvertenter, sed consulto idem nomen a sixtinis et gregorianis expunctum fuerat, adeoque in laudata editione non legebatur; nam deest in plerisque latinis codicibus, inter quos numeramus codd. B, C, D, E, F, I, K, N, O, T, U, V 1. m., Cas. 17., goth. legion., Palatinum. Attamen Toleto placuit illud restituere; scribit enim: « Legitur *Iosue* in hebraeo, graeco, Reg., » Compl., Ordin. et Lovan. Sed utraque Con- » gregatio illud abstulit, quia non est in qui- » busdam manuscriptis. Non tamen delen- » dum erat; licet subintelligatur ex antece- » dentibus et subsequentibus. »

Ibid. *congesto super eum* — Codd. C, D, F 1. m., K, O, T, U, Cas. 13., Palatinus, Hugo *congregato super eum;* Bibl. Ordin., Ven. et Neap. 1476., Reg., all. plura *congesto super eo;* cod. Cas. 1. *congesto super illud.*

31. *Altare vero* — Codices et veteres editiones tacent *vero*, quod a Sixto V. adiectum fuit. Pro *super eo*, codd. E, G, V *super eum;* cod. S, Concil. Aquisgr. ed. Hard. IV, 1427. *super illud.* Pro *holocausta*, codd. E, G, R, S, V, Bibl. Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Complut., posteriores edd. Rob. Steph., all. *holocaustum.* Mox cod. A *pacificas et victimas;* codd. G, T *victimas pacificas.*

32. *Et scripsit* — Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573., Rabanus addunt *Iosue;* item graecus.

33. *Omnis autem populus* — Cod. P *Omnis autem Israel;* cod. H notat hebr. legere *Et omnis Israel;* et ita legunt veteres omnes interpretes. Pro *et maiores*, Sixtus, codd. B, C, D, E, F, G, N, S, U, V, Palatinus, veteres editt. *et omnes maiores;* sixtini et gregoriani expunxerunt *omnes*, quibus suffragantur codd. A, H, I, K, L (seu Q), N*, R, Cas. 2., goth. legion.; unde Toletus scribit: « Non legunt » *omnes* hebraeus, graecus, mss. et utraque » Congregatio. » Rabanus pergit legens *duces ac iudices stabant ex utraque parte in conspectu sacerdotum;* codd. G, R, S, Cas. 3. addunt *et Levitarum*, quod cod. H notat legi in hebraeo, sed sine copula. Pro *pars eorum*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, O, T, U, V, Palatinus, Hugo, Rabanus *eorum pars.* Vallarsius mendose habet *populos* pro *populo.* Plerique codd. legunt *Israeli* pro *Israel.*

34. *et cuncta* — Cod. H notat in hebraeo non legi; nimirum hebr. habet בכל, pro eo quod Vulgati auctor expressit וכל, et nonnulli graeci codd. *καὶ πάντα.* Cod. U tacet *et.* Pro *scripta erant*, pauci codices et Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Ordin., Reg., Rob. Steph., all. *scripta fuerant;* ad fidem codicum emendarunt lovanienses. Pro *legis volumine*, codd. F, V *volumine legis.*

35. *replicavit* — Cod. R, Bibl. Ordin. *explicavit.*

Cap. IX, 1. *versabantur* — Codd. B, goth. leg. *morabantur.* Pro *et campestribus*, codd. A, B, E, G, R, Cas. 18., Rabanus *et in campestribus.* Pro *in maritimis*, codd. A, E, F, G, Palatinus, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *et maritimis;* cod. R *et in maritimis;* at scholiastes in cod. N adnotat: « Lege *in montanis et campestribus, in mari-* » *timis ac littore;* sic antiqui duas faciunt » combinationes decentes, quasi ad spiritum » in medio resumendum. Similiter IIII Reg. » XXIIII. (v. 2.) » Pro *littore*, cod. B *littoribus.*

Ibid. *magni maris* — Legunt *maris magni* codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, N, T, U, V, Palatinus, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Rupertus. Ante *Chananaeus* addunt *et* sixtini,

codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, T, U, V, Cas. 16., goth. leg., Rabanus, Rupertus; accedunt graecus, syrus, arabs et pauci codices hebraici apud De-Rossi; item ante *Pherezaeus* cod. B; contra tacent *et* ante *Hevaeus* codd. A, T; conf. De-Rossi *Varr. Lectt.*

2. *eademque sententia* — Cod. H notat haec in hebraeo non legi.

3. *habitabant* — Codd. Cas. 2. *erant.*

4. *et callide* — Tacent *et* Sixtus, cod. S, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Ordin., Compl., Lov., all.; hodiernam lectionem intulerunt sixtini, quibus suffragantur vetustiores omnes nostri codd., Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532. 1545., all., Brev. goth. pag. 229.; hinc Toletus: « Adde *et;* sic » hebr., graecus, mss. et prior Congregatio. » Pro *imponentes,* Rabanus *impositos.* Pro *consutos,* codd. F 1. m., V, Cas. 2., Palatinus *consumptos.* Praetermittere haud possumus ea quae habet Augustinus in *quaestione XII. in Ios.*, eius enim in re critica diligentiam summopere commendant: « Quod Gabaonitae ve» nerunt ad Iesum cum vetustis panibus et » saccis, ut putarentur, sicut finxerant, de » terra venisse longinqua, quo eis parceretur » (constitutum enim erat a Domino, ne ali» cui terras illas inhabitanti parcerent, quo » ingrediebantur): nonnulli codices et graeci » et latini habent *et accipientes saccos veteres* » *super humeros suos;* alii vero, qui veracio» res videntur, non habent *super humeros,* » sed *super asinos suos.* Similitudo enim ver» bi in graeca lingua mendositatem facilem » fecit, et ideo latina quoque exemplaria va» riata sunt: ὤμων quippe et ὄνων non mul» tum ab invicem dissonant, quorum prius » humerorum nomen est, posterius asinorum. » Ideo est autem de asinis credibilius, quo» niam se a sua gente longinqua missos esse » dixerunt: unde apparet eos fuisse legatos, » et ideo magis in asinis quam in humeris » necessaria portare potuisse; quia nec multi » esse poterant; et non solum saccos, sed » etiam utres eos portasse Scriptura comme» morat. » Re quidem vera praeter antiquissimum codicem alexandrinum decem alii graeci codices memorantur in Bibliis holmesianis, qui praeferunt ὄνων, quae lectio hebraico textui, Vulgato antiquisque interpretibus consentanea est.

5. *calceamentaque* — Bibl. Venet. 1476. 1480., all. *calceamenta.* Pro *pittaciis* sunt codd. et edd. qui scribunt *pitaciis,* vel *pictaciis;* sed melior est scribendi ratio quam clementina editio sequitur. Pro *consuta erant,* cod. B *consuerant.* Pro *ob viaticum,* quaedam ex hentenianis editt., uti Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Venet. 1579., *ad viaticum.* Quidam codd. et nonnullae edd. mendose legunt *frustra,* pro *frusta.*

6. *perrexeruntque* — Codd. I, goth. legion. *perrexerunt.* Pro *Galgalae,* codd. A, B, S, goth. leg. et pauci Cas. *in Galgala.* Pro *simul omni,* codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Palatinus, Hugo, Rabanus, Brev. goth. l. c. *omni simul.* Pro *cupientes,* cod. F *cupimus.*

Ibid. *Responderuntque* — Codd. Cas. 3. *Responderunt.* Pro *viri Israel,* codd. I, S, Cas. 3. *viri Israelitae;* Bibl. Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Reg., priores edd. Rob. Steph., all., Brev. gothic. l. c. et glossa Interlin. *filii Israel.* Codd. C, D, E, F, T, U, Palatinus tacent quod mox sequitur *ad eos;* sixtini autem emendaverant scribentes *ad Hevaeos,* it. primo gregoriani, qui dein lectionem apud latinos vulgatam restituerunt; Isidorus Clarius *Hevaeo;* cod. H notat in hebraeo legi *ad Evaeum;* Toletus vero scribit: « Hebraeus et » graecus habent *ad Hevaeum.* » Bukentopius quoque p. 157. animadvertit: « Forsitan *eos* » sensim irrepsit in libros latinos, absque » tamen mutatione sensus, pro eo quod Hie» ronymus transtulerat *Hevaeos,* ut expresse » habetur in hebraeo, chaldaeo, graeco; quo » nomine gentilitio simul indicatur quales » isti gabaonitae fuerint. » Attamen arabs legit: فقال لهم بنوا اسرايل

7. *Ne forte* — Sixtini, veteres nostri codices omnes (unico excepto cod. R) cum Brev. gothic. l. c. *Ne forsitan;* immo scholiastes in

cod. N notat: « Antiqui sic habent, et est » pulchrius quam si diceretur *Ne forte*. » Pro *possimus* codd. A, B, C 1. m., D, G, I, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *possumus*.

8. *Iosue ait: Qui nam estis vos?* — Sixtini cum Bibl. Lugd. 1522. *Iosue: Qui nam estis vos?* codd. C, D, E, F, H, I, N, O, P, T, U, V, Cas. 17., Palatinus, Hugo *Iosue, Qui nam, ait, estis vos?* item codd. A, B, G, Cas. 2., sed cum graeco tacent *vos;* cod. K *Iosue, Qui nam estis, ait?* Brev. gothic. l. c. *Iosue, Qui nam, inquit, estis?* Pro *et unde*, Sixtus, codd. G, S et veteres editiones *aut unde;* sixtini et gregoriani ad fidem codicum emendarunt; unde Toletus: « Lege *et;* sic hebraeus, grae» cus, mss. et utraque Congregatio. »

9. *Domini Dei* — Cod. G, Brev. goth. l. c. tacent *Domini*. Pro *cuncta*, cod. Cas. 1. et Brev. goth. l. c. *et cuncta;* consentiunt hebr. et veteres. Mox ante *Aegypto* cod. E tacet *in*.

10. *regibus Amorrhaeorum* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Palatinus, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. gothic. l. c. *Amorrhaeorum regibus*. Mox tacent verba *qui fuerunt* sixtini, primo gregoriani, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, O, R, S, T, U, V, Cas. plerique omnes, goth. leg., Palatinus, Bibl. Ord., Ven. 1480. 1482. 1483. 1494. 1498., Brev. gothic. l. c.; at Toletus animadvertit: « Prior Congregatio abstulit haec verba, quia » non erant in mss. Tamen habentur in he» braeo et graeco et impressis fere omnibus. »

Ibid. *qui erat* — Sixtus, codd. F, G, I, O, R, S, T, U, V, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Roberti Steph., Lovan., all. *qui erant;* Toletus scribit: « Lege *erat;* » sic hebraeus, graecus, Ord., Compl., Reg. » et Congregatio posterior. Lovanienses le» gunt *erant*, sicque prior Congregatio, sed » non est lectio legitima. » Verum non tantum gregoriani, sed et sixtini, prout ex carafiano codice constat, emendarunt. Hebraicus autem textus habet אשר, quod ad singularem vel ad pluralem numerum indifferens est. Conf. Bukentopius p. 400.

11. *Terrae nostrae* — Brev. goth. l. c. tacet pronomen. Post *in manibus* addunt *vestris* codd. L 7., R, Bibl. Ven. et Neap. 1476., Ordin., Reg., Basil. 1500., priores edd. Rob. Steph., all.; at codex O notat istud pronomen in latinis priscis codicibus deesse. Pro *et dicite*, sixtini, nostri codices omnes cum Bibl. Ordin. *ac dicite;* cod. B addit *eis*, cui favent hebr. et veteres.

12. *En, panes* — Codd. F 1. m., R, S, Cas. 2. *Et panes*.

13. *rupti* — Cod. D *corrupti*. Pro *longioris*, sixtini, codd. A, C, D, E, H, U 1. m., Cas. 13. *largioris;* cod. O notat: « Alii *largioris*, quod » non videtur conveniens; nam non propter » largiorem, sed propter longiorem viam trita » sunt. » Atqui id satis expressum per superiora verba, nempe *ob longitudinem*. Cf. ad Exod. XXVI, 13.

14. *Susceperunt igitur* — Cod. E addit *et;* cod. V legit *Sumpseruntque*.

15. *pacem* — Brev. goth. l. c. *pactum*. Pro *quod non*, cod. R, veteres editt. *ut non;* sixtini, suffragantibus antiquioribus codicibus, emendarunt.

16. *initi foederis* — Legunt *inito foedere* codd. C, D, F 1. m., N, P, T, U, Cas. 2., aliique apud cod. O; scholiastes codicis N pro hac lectione notat: « Si positum fuisset ibi » iuxta novos *initi foederis*, posset videri » quod foedus non durasset nisi per tres » dies, aut per tres dies durasset tractatus » foederis. » Pro *habitarent*, codd. G, R, S, Cas. 2. *habitabant;* cod. D 1. m. *habitaverunt*.

17. *Moveruntque* — Cod. F, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526. *Moverunt*.

18. *in nomine Domini Dei* — Cod. H monet in hebraeo legi *in Domino Deo;* item in sequenti versiculo. Post verba *contra principes* codd. R, Cas. 5., Bibl. Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Ord., Reg., posteriores edd. Rob Steph., all. addunt *Israel*.

19. *Iuravimus illis* — Veteres editiones *Iuravimus eis*, quod ad codicum fidem sixtini mutarunt.

20. *Reserventur* — Cod. Cas. 1. *Conserventur*. Pro *ut vivant*, codd. C, D, F 1. m., N,

O, P, T, U, Cas. 6., Palatinus, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Lugdun. 1550., Paris. 1566., all. *et vivant*. Post *peieraverimus* addunt *eis* codd. B, F, L 7., N*, P, Q, R, S, Bibl. Rob. Steph., 1532., Lugd. 1550. 1567., all.; at obstant correctoria M, N, O, quorum alterum haec habet: « Hebraeus et antiqui » non subiungunt quod dicitur *eis*, quia etsi » eis factum dicatur iuramentum, Deo tamen, » id est contra Deum fuisset periurium. » Fere omnes antiquiores nostri codd. legunt *periuraverimus*; attamen scholiastes in cod. T adnotat: « *Peiero*, ut Servio placet, sine *r* » dici debet quando verbum est; quando ve» ro nomen cum *r*, ut *periurium*. » Conf. ad Lev. VI, 3. XIX, 12.

22. *Cur nos decipere fraude voluistis* — Cod. H notat hebraeum legere *Quare decepistis nos*. Pro *habitamus*, codd. D, S *habitavimus*; cod. F *habitabamus*.

23. *Dei* — Codd. Cas. 2., Brev. goth. l. c. *Domini Dei*.

24. *Nunciatum est nobis* — Cod. H notat hebraeum non legere *nobis*; graecus autem qui id legit, tacet quod sequitur *servis tuis*. Pro *quod promisisset*, codd. A, C 1. m., D, E, F, I, K, T, U, Cas. 14., Palatinus 1. m., Bibl. Rom. 1471., Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., all. *quae promisisset*; codd. C 2. m., H, V, Cas. 2. *quia promisisset*. Mox cod. Cas. 1. tacet *omnem*; item graecus et duo codd. Kenn. Pro *habitatores eius*, cod. U cum hebraeo *habitatores terrae illius*; cod. H notat hebr. addere *a facie vestra*.

25. *fac nobis* — Codd. G, S, Cas. 3. *fac de nobis*.

26. *de manu* — Codd. B, C, D, E, F, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plerique, Palatinus, Bibl. Mog. 1462., Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Brev. gothic. pag. 230. *de manibus*, ut graecus; sed conf. Holmes.

27. *Decrevitque* — Codd. G, N*, R, S, V 2. m., Cas. 5., addunt *Iosue*; item hebraeus et veteres; at vero istud nomen Vulgatus adiecit in superiori versiculo, unde scholiastes in cod. N adnotat: « Nomen *Iosue* quod ad » primum verbum (v. 26.) hebraeus non » ponit, mutuatur ibi interpres de sequenti» bus, ut decenter ad singula sequentia re» petatur. » Mox Brev. goth. l. c. tacet *in*. Pro *eos esse*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, S, T, U, V, Palatinus, Hugo, Brev. goth. l. c. Concil. Aquisgr. ed. Hard. IV, 1427. *esse eos*.

Ibid. *in ministerio* — Codd. A, E, G, K, R, S, Cas. plures, goth. leg., Brev. goth. l. c. *in ministerium*. Post *Domini* cod. K addit *Dei sui*. Pro *aquas*, Brev. goth. l. c. *aquam*. Pro *comportantes*, codd. C, D, F, G, T, U, V, Palatinus, Hugo *portantes*. Pro *elegisset*, codd. G, Cas. 3. *elegerat*.

Cap. X, 1. *Adonisedec* — Codd. S, Cas. 3., Bibl. Rom. 1471., all. corrupte cum graeco legunt *Adonibezech*. Pro *Ierusalem*, multi, ex recepta apud graecos et latinos scribendi ratione, habent *Hierusalem*; unde in cod. N scholiastes testatur ita scribere antiquos omnes et probatos auctores iuxta sonum hebraicum. At vero si hebraicum fontem consules, nullam adspirationis rationem reperies. Perperam autem de huius vocis etymo agit Forcellini, qui illam ex graeco interpretatur. Cod. H notat hebraeum pro *transfugissent* legere *pacem iniissent*; item ad v. 4. Pro *foederati eorum*, codd. G, I 2. m., S, Cas. 2. *foederati cum eis*, quod in cod. O abiicitur.

2. *civitatum regalium* — Habent *regalium civitatum* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, S, T, U, V, Palatinus, Bibl. Ord., Hugo, Brev. goth. p. 231. Pro *omnesque*, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., all. *omnes*. Post *bellatores eius*, codd. Cas. 10. addunt *erant*.

3. *Ierimoth* — Sixtini, codd. A, B, all. *Ieremoth*; cod. H et Hieronymus III, 231. *Iarimuth*, at conf. idem Hieron. ibid. col. 42. et 235.; Vulgatus ad Nehem. XI, 29. habet *Ierimuth*. Pro *Iaphia*, sixtini, codd. et editt. veteres non paucae *Iaphie*.

4. *Ad me ascendite* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. gothic. l. c., Rabanus *Ascendite ad me*. Pro *quare*, codd. G, I 2. m., Cas. 1. *quia*. Pro *et ad filios*, sixtini, codd. A, C, D,

E, F, K, T, U, V, Cas. 16., goth. leg., Hugo, Brev. goth. l. c. *et filios.*

5. *rex Eglon* — Brev. goth. l. c. praemittit *et.* Pro *oppugnantes,* Brev. goth. l. c. *ut oppugnarent;* Rabanus *appugnantes.*

6. *urbis obsessae* — Cod. H notat ista in hebraeo deesse; Bibl. Lugd. 1535. *urbis obsessi.* Post *convenerunt* cod. B tacet *enim.* Pro *habitant,* codd. A, D, S, T *habitabant.*

7. *bellatorum* — Codd. R, S, Cas. 4. *pugnatorum.* Pro *viri,* codex sangermanensis, quem sequitur Martianaeus, quemque memorant Rob. Stephanus et lovanienses *virique;* item hebr. et veteres, excepto graeco, quo cum Augustinus consentit. Brev. gothic. l. c. hanc vocem praetermittit.

8. *Ne timeas eos* — Codd. Cas. 11. tacent *eos.* Pro *tradidi,* cod. K *tradam.* Pro *nullus,* Brev. goth. l. c. *nullusque;* codd. A, S, vetustiores omnes editt. *nullus enim;* hanc particulam in codicibus deesse notavit Rob. Stephanus; hinc lovanienses illam neglexerunt; at syrus, armenus, georg. et pauci codd. hebraici apud De-Rossi eamdem legunt.

Ibid. *ex eis tibi* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Palatinus, Brev. goth. l. c., Rabanus *tibi ex eis;* codd. Cas. 3. *eorum tibi.* Pro *poterit,* Brev. goth. l. c. *potest.*

9. *nocte ascendens* — Codd. A, C, D, E, F, G, I, K, T, U, V, Palatinus, Brev. goth. l. c. *ascendens nocte.*

10. *a facie Israel* — Codd. Cas. 13. interponunt *filiorum;* item graecus, sed conf. Holmes. Post *persecutus est* tacent *eos* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, O, T, U, V, Cas. plerique, goth. legion., Brev. goth. l. c. Pro *Beth horon,* codd. C, D, F, T, U, Cas. 1. *Hebron;* cod. I *Bethoron Hebron;* fere simili mendo arabs posuit بيت حبرون; alii plures et veteres edd. fere habent *Bethoron;* hanc autem scribendi rationem clementinae editiones ineunt III Reg. IX, 17., in libris Paral. et Machab.; conf. Hieronymus III, 57. 171. Pro *Azeca,* codd. G, R, S, Cas. 3., Brev. goth. l. c. *ad Azeca,* ut in vers. seq.; veteres pleraeque edd. habent *Azecha,* et ita scribitur ad Ierem. XXXIV, 7. in clementinis edd.

11. *filios Israel* — Cod. H notat hebraeum legere *a facie Israel;* et ita habet Pseudo-Hieronymus III, 757.; graecus ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Pro *descensu,* cod. Cas. 1. *ascensu,* ut in superiori versiculo. Ante *Azeca* tacent *ad* sixtini, codd. A, B, C, D, E, I, K, O, R, T, U, goth. leg., Agobardus apud Gallandi XIII, 440., Rabanus et Pseudo-Hieron. l. c. Pro *percusserant,* cod. S, Brev. goth. l. c. *percusserunt;* Augustinus in *Spec.* c. LIV. ed. Maii *interfecerunt.*

12. *Amorrhaeum* — Cod. K *Amorrhaeorum reges;* cod. D *Amorrhaeorum* (sic). Magna est scriptionis varietas in nomine *Aialon;* codd. non pauci habent *Ailon,* alii *Ahialon,* alii *Haylon,* alii aliter; conf. Sabatier.

13. *in libro iustorum* — Cod. H notat: « Hebraeus *in libro recti,* id est *Dei.* » Alius in Hexaplis ἐπὶ βιβλίου τοῦ εὐθοῦς.

14. *Non fuit antea* — Sixtini, codd. fere omnes et pleraeque edd. veteres *Non fuit ante.* Pro *nec postea,* legunt *et postea* codices et editiones ante sixtinam, omnes; item Rabanus, Rupertus, Brev. gothic. l. c.; romanorum autem censorum documenta hoc loco silent. Pro *tam longa,* cod. H notat in hebraeo legi *talis.* Pro *et pugnante,* Brev. gothic. l. c. *expugnantis;* Vallarsius mendose tacet *et.*

15. *Reversusque* — Codd. Cas. 2. *Reversus.* Mox cod. A *cum omni Israele.*

16. *Fugerant enim quinque reges, et se absconderant* — Codd. C, D, E, F, H, I, K, O, T, U, Cas. 4., Palatinus, Hugo, Rabanus, Brev. goth. l. c. *Fugerunt enim quinque reges, et se absconderunt.*

17. *Nunciatumque* — Brev. goth. l. c. *Nunciatum.* Mox tacent *urbis* sixtini, codd. A, B, C, D 2. m. (nam librarius integrum versiculum praetermiserat), E, F, H, I, K, L 8., O, Q, T, U, Cas. 18., gothic. legion., Palatinus, priores editt. Rob. Steph., all., Brev. gothic. l. c., Rabanus; hinc Lucas Brugensis scribit: « Multi boni latini libri cum hebraicis omit-

» tunt voculam *urbis,* quam tamen superiori » versu 16. interpres expresserat. »

19. *extremos quosque* — Codd. G, I, U, Bibl. Ordin. *extremos quoque.* Pro *nec dimittatis,* codd. A, B, E, G, H, K, Cas. 15., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Reg., all. *ne dimittatis.* Brev. gothic. p. 232. mox tacet *Dominus.* Post *Deus* codd. G, N*, R, S, U 1. m. addunt *vester,* quod in hebraeo tantum et graeco legi notat cod. O. Pro *in manus,* codd. Cas. 6. *in manu,* ut hebr.

20. *Caesis ergo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, goth. legion., Palatinus *Caesis igitur.* Mox cod. A *Israelem;* Bibl. Rob. St. 1545. 1546. *in Israel.* Cod. U, Brev. goth. l. c. *fugere.*

21. *ubi tunc* — Hugo *ibi tunc.* Pro *erant castra,* cod. Cas. 1. *erant castrametati.* Pro *sani,* codd. Cas. 10. *sano.* Mox codd. Cas. 12. tacent *filios.*

22. *producite*—Sixtus habet *adducite;* gregoriani receptam lectionem restituerunt; Toletus notat: « Lege *producite;* ita Complut., » Reg., Ord. et Lov. et fere omnes codices. »

23. *Feceruntque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, K, T, U, Cas. 12., Palatinus, Brev. goth. l. c. *Fecerunt.* Cod. F pergit *ministri sicut sibi imperatum fuerat.* Pro *eduxerunt,* Sixtus cum codd. G, R, S, antiquis editt. fere universis *adduxerunt;* sixtini vero et gregoriani, consentientibus reliquis codd., emendarunt, prout iam fecerat Rob. Steph. 1532.; rursum Toletus: « Lege *eduxerunt;* sic hebr., grae» cus, mss. et utraque Congregatio, et Ord., » ut constat ex verbo sequenti. » Nimirum Bibl. Ordin. habent *duxerunt;* at Toletus argumentari videtur ex sequenti versiculo.

24. *Cumque educti* — Sixtus, codd. G, R, S et pleraeque editiones *Cumque adducti;* sixtini et gregoriani ad fidem codicum emendarunt, unde Toletus: « Lege *educti;* sic hebr., » graecus, Ordin., mss. et utraque Congre» gatio. » Consentiunt praeterea Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., all. Pro *essent,* Brev. goth. l. c. *fuissent.* Pro *omnes viros,* cod. B *omnem;* conf. De-Rossi et Holm. Post *pedes* codd. G, M, N*, R, S, Cas. 4. addunt *vestros* (quod in cod. O expungitur), ut hebr. et veteres.

Ibid. *colla pedibus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Palatinus, Brev. goth. l. c. *pedibus colla.*

25. *nec paveatis* — Cod. E *neque paveatis;* codd. C, D, F 2. m., I *ne paveatis.* Pro *dimicatis,* codd. R, S, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Reg., Rob. St., all. *dimicabitis;* graecus καταπολεμεῖτε, unde Augustinus *debellabitis.*

26. *atque suspendit* — Bibl. Antuerp. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., all. *et suspendit;* Brev. goth. l. c. tacet *atque.*

27. *occumberet* — Cod. K *occubuisset.* Pro *Qui depositos,* codd. C, D, F, I, O, R, T, U, V, Cas. 3., Bibl. Lugdun. 1522. 1526. 1535., Hugo *Quibus depositis.* Pro *super os eius,* cod. V et Brev. goth. l. c. *super eos.*

28. *Eodem quoque die Macedam cepit* — Codices et veteres editiones ante Sixtum *Eodem die Macedam quoque cepit;* et mox tacent *eam,* quod tamen hebr. et veteres interpretes legunt. Pro *saltem,* vetustiores nostri codd. scribunt *saltim;* conf. Forcellini; cod. Cas. 1. addit *ullas.*

29. *Transivit autem cum omni* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, I, R, S, T, U, V, Cas. 17., goth. leg., Palatinus, Bibl. Mog. 1462., Rabanus *Transivit cum omni;* codd. B, H, M, O, Cas. 4. *Transivitque cum omni;* codd. Cas. 3., Bibl. Rom. 1471., Paris. 1566. *Transivit enim omnis.* Pro *Lebna,* cod. H *Libna;* conf. ad Num. XXXIII, 20. Pro *pugnabat,* codd. Cas. 10. *pugnabant;* codd. D 1. m., G, R, V, Cas. 2. *pugnavit.*

30. *in manus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, H, I, M, O, R, T, U, Cas. 5., Rabanus *in manu;* ut hebraeus. Mox cod. G et Rabanus *et non dimiserunt;* item graecus, sed conf. Holmes.

31. *transivit* — Cod. Cas. 1. *transierunt.* Pro *in Lachis cum omni Israel,* codd. C, D, F 1. m., I, T, U, V, Palatinus, Hugo, Raba-

nus *cum omni Israel in Lachis;* codd. A, B, E, F 2. m., G, K, Cas. 14., goth. leg. tacent *cum omni Israel.* Pro *disposito,* codd. Cas. 12. *opposito;* codd. F, Cas. 1. *deposito.* Pro *oppugnabat,* codd. S, Cas. 1., Bibl. Lugd. 1535. *oppugnabant.* Pro *eam,* Bibl. Ven. 1511. 1519. Lugd. 1513. 1526. *eum.*

32. *in manus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, goth. leg. *in manu;* item hebraeus. Addunt *filiorum* cod. R, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. Pro *in ore gladii, omnemque,* codd. F, K, S, Bibl. Ven. et Neap. 1476., Ordin., Reg., all. *in ore gladii omnem.* Mox cod. O *sicut fecerat in Lebna.*

33. *Horam* — Ad fidem codicum sixtini scripserunt *Hiram;* consentiunt et plures veteres editiones; quarum tamen non paucae habent *Hyram,* vel *Iram.* Pro *Gazer,* cod. H *Gezer,* uti habet hebraeus, itemque Vulgatus ad II Reg. V, 25.; codd. R, Cas. 4. *Gazar;* Vulgatus I Paral. XIV, 16. *Gazera,* in libris autem Mach. saepius habet *Gazara* (I Mach. VII, 45. IX, 52. XIV, 34. all.), vel plurali num. *Gazarae* (I Mach. XIII, 54. XVI, 1.); ad hanc postremam lectionem revocandum est *Gezeron,* quod legimus I Mach. IV, 15. Quod vero habetur I Mach. V, 8. *Gazer,* graece est Ἰαζήρ, hebraice יעזר, de quo cf. ad Num. XXI, 32. Mox cod. B tacet *omni,* ut hebr. et veteres; duobus codicibus Kennic. qui cum Vulgato legunt כל עמו, addere possumus eximium cod. hebr. taurinensem n. 16. a nobis collatum.

35. *eadem die* — Veteres editiones particulam *in* praemittunt, quam sixtini, suffragantibus codicibus, expunxerunt. Pro *Lachis,* cod. B *Lachi,* nempe τῇ Λαχίς.

36. *Ascendit quoque* — Codd. B, O *Ascenditque.* Mox cod. A *Israele.*

37. *cepit eam* — Codices et editiones ante sixtinam *cepitque;* hodierna lectio orta videtur ex versiculis 32. et 39.

38. *Dabir* — Codd. B, C, D, F 1. m., K, N, O, P, U, Cas. 1. *Dabira;* hebr. דבירה, conf. Hieronymus III, 198.; cod. N notat: « *Dabira* » casus hebraeus est, cum videlicet consi- » gnat terminum motus, ut diceremus *vadit* » *Debira, vadit Ebrona; manet in Dabir, stat* » *in Ebron.* » Item cod. O: « *Dabira* accusa- » tivus est a *Dabir.* » Codd. H, M *Dabiram.* Vulgatus ad XV, 7. legit *Debera.*

39. *atque omnia* — Sixtini et veteres codices fere omnes legunt *et omnia;* Bibl. Compl. et Reg. tacent *omnia,* ut graecus, sed conf. Holmes.

40. *et meridianam* — Haec desunt in cod. B, cui accedunt cod. 85. Kennic. et pauci ex holmesianis. Pro *Asedoth,* codd. E, G, V, Bibl. Ven. et Neap. 1476., Reg., all. plura *Aseroth;* accedunt duo codd. Kennic.; de huius vocis interpretatione cf. ad Deut. III, 17. Pro *in ea,* codd. F 1. m., H, Rabanus *in eis.* Post *praeceperat* tacent *ei* sixtini cum cod. A; quibus consentiunt hebr. et veteres, excepto syro.

41. *usque Gazam* — Codd. E, H, R, S, Cas. 3., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1484., Paris. 1566. *usque ad Gazam.* Pro *Omnem,* codd. G, R, S, Cas. 2. *Omnemque;* concinunt hebr. et veteres, praeter graecum.

Ibid. *Gosen* — Sixtus, codd. D, F, U, V, Palatinus, editiones hentenianae, Hugo *Gessen;* alii pauci codd., Bibl. Compl., Reg., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., all. *Gesen;* cod. P *Iesen,* vel *Iessen;* cod. B *Gosson;* at hodiernam lectionem tuentur meliores codd. et pleraeque editt. ut Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Ord., Rob. Steph., all., eamdemque comprobarunt sixtini et gregoriani; unde Toletus scribit: « Lege *Gosen;* ita » hebraeus, graecus, mss. et utraque Con- » gregatio. » At animadvertendum in altera et tertia editione vaticana Clementis VIII. mendose impressum fuisse *Gozen,* quod in correctorio edito an. 1598. emendatum fuit; conf. Bukentopius p. 400. et 476. In cod. N scholiastes adnotavit: « Iuxta antiquiores scri- » bitur *Gesen;* sed *Gessen* iuxta satis anti- » quos. Imitantes vero sonum hebraicum pro- » nunciant *Gosen;* possent autem similiter » pronunciare *Gosen* illam, quae legitur in

» Exodo, quam dicimus *Gesen* vel *Gessen.* » Cf. ad Gen. XLV, 10. et Exod. VIII, 22.

42. *universosque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. 14., goth. leg., Palatinus *universos*. Pro *et regiones*, gothic. leg. *regionis*. Pro *impetu cepit*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, T, U, V, Palatinus, Hugo *cepit impetu*. Mox pro *pugnavit*, sixtini, primo gregoriani, codd. A, C, D, E 2. m., F, G, H, I, O, R, T, U, V, Cas. plures, Palatinus, Bibl. Ven. 1480. 1482. 1494., 1498., Ord., priores edd. Rob. Steph., all. *pugnabat*.

43. *Israel* — Codd. A, E, G, R *Israele;* cf. vers. 15. 20. et 36.

Cap. XI, 1. *Asor* — Bibl. Rom. 1471., all. *Assor;* hebr. חצור in Vulgato Iudic. IV, 17. redditur *Azor*, III Reg. IX, 15. *Heser*, alias semper *Asor*. Pro *Iobab*, codd. B, F *Ioab;* accedit Alius in Hexaplis (quem referunt nonnulli graeci codices) et hebr. edit. Soncini 1485. quae habet יואב; quaedam ex hentenianis editt. uti Antuerp. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., all. mendose *Iobad*. Pro *Madon*, vetustiores editt. *Madan;* pauci codd. *Madian;* alii *Adon;* conf. ad XII, 19.

Ibid. *Semeron* — Sixtini, gregoriani, codd. A, C, D, F 1. m., I, Bibl. Lugd. 1522. 1526., Hugo *Someron;* Bibl. Ord. *Simron;* Rabanus *Simeron;* cod. M notat: « Hieronymus, anti» qui, hebraeus *Semeron;* sed glossa exponit » *Symeon* (fortasse Συμοών); et est secun» dum aliam translationem, quam exponit » Origenes (*homil. XIV. in Ios.*). » Conferantur quae de hoc nomine scripsimus ad Gen. XLVI, 13. et Num. XXVI, 24. et infra XII, 20. Pro *Achsaph*, Bibl. Rom. 1471., Paris. 1566. 1573., Rabanus *Asaph;* alii plures *Acsaph;* cf. ad XIX, 25.

2. *et in planitie* — Codd. D, F, U tacent *in*. Pro *Ceneroth*, sixtini, codd. A, C, F, I, K *Cheneroth;* cod. H *Chineroth;* Rabanus *Cineroth;* conf. ad Num. XXXIV, 11.

Ibid. *et in regionibus* — Sixtus, codd. R, S et pleraeque editiones veteres tacent particulam *in*, quam ad fidem veterum omnium codicum addiderunt sixtini, gregoriani et Toletus; conf. Bukentopius p. 400.

3. *Chananaeum quoque* — Codd. A, B, C, D, H, I, T, U, Cas. 16., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., Hugo, Rabanus *Chananaeumque;* cod. E tacet *quoque;* codd. F, V addunt *qui est*. Post *Hevaeum* cod. B tacet *quoque*. Ante *Hermon* codd. U 2. m., Cas. 1. addunt *montis;* favet syrus.

Ibid. *Maspha* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, I, N, O, P, T, U, V, Cas. 17., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Hugo *Masphe;* pro hac lectione scholiastes in cod. N scribit: « Totum » est hebraicum; licet autem hebraeus sonet » in *a* secundum puncta, secundum litteram » tamen finalem, quae est *he*, sonat in *e*. » Cod. H *Mispha*. Vulgatus habet *Masphe* infra ad vers. 8. ubi hebraeus legit מִצְפֶּה; at vero hoc loco habet מִצְפָּה; attamen illud in Vulgato non uno modo redditur; nam Ios. XIII, 26. rursum *Masphe;* Iud. XI, 29. I Reg. XXII, 3. *Maspha;* Ios. XV, 38. *Masepha;* XVIII, 26. *Mesphe*.

4. *Egressique* — Codd. Cas. 10. *Egressi*. Rabanus mox tacet *sunt*. Pro *turmis*, cod. B *turbis*. Pro *equi*, cod. U 2. m. *equitatus*.

5. *omnes reges* — Cod. C tacet *reges*. Pro *Aquas Merom*, Sixtus *Aquasmerom*, quod gregoriani et Toletus emendarunt; veteres pleraeque editiones mendose *Aquas Meron;* accedunt tamen graecus et syrus. Item infra vers. 7. Petrus Com. notat alibi legi *Meros*.

6. *omnes istos* — Codd. K, R et Rabanus *istos omnes*. Cod. H notat pro *vulnerandos* hebraeum legere *vulneratos;* margo Ordin. *occisos;* interpres Origenis *sauciatos*. Post *in conspectu* codd. Cas. 3. addunt *tuo;* et post *currus* codd. G, V 2. m., Cas. 2. addunt *eorum*, ut hebr. et veteres.

7. *exercitus* — Cod. K addit *Israel;* cod. R, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., posteriores edd. Rob. Steph., all. addunt *eius*. Pro *adversus*, fere omnes codd. *adversum*.

8. *in manus* — Codd. A, E, H cum hebr. *in manu;* codd. C, D, E, F, S, T, U, Cas. 15. *in*

manibus. Ante *Sidonem* Bibl. Lugdun. 1535. tacent *ad*. Pro *Aquas Maserephoth,* Sixtus coniunctim *Aquasmaserephoth,* quod gregoriani et Toletus distinxerunt; codd. Cas. 12. praemittunt *ad;* cod. Cas. 1. ut hebr. et veteres praemittit *usque;* in nomine *Maserephoth* mire variant libri; pleraeque edd. *Masserephot*. Idem nomen occurrit infra XIII, 6. ubi Ephraemus I, 303. legit ܚܡܬ, *Hemath,* atque adnotat: « Quod dicimus *Hemath,* hebraice est *Mase-* » *rephoth Maim;* est enim locus congregatio- » nis aquarum calidarum in agro sidoniorum » positus. » Iam nobis declarandum est cur Ephraemus posuerit *Hemath* tamquam synonymum *Maserephoth Maim;* sed in primis adnotamus versionem peschito hoc loco habere ܠܒܝܬ ܟܢܫܐ ܕܡ̈ܝܐ, *ad locum congregationis aquarum;* infra vero XIII, 6. ܠܐܬܪܐ ܕܡ̈ܝܐ ܡܫ̈ܚܢܐ, *ad regionem aquarum calidarum;* huic autem consentiunt arabs et targum, de quo conf. Buxtorfius *Lex. chald. pag. 833*. Profecto משׂרפות מים nil aliud significat nisi *thermas,* prout videre est in *Thesauro* Gesenii p. 1341., atque est nomen proprium loci prope Sidonem. Hinc recte noster cod. H notat ad marginem: « In lati- » num *aquas calidas*. » Hieronymus vero scribit (III, 243.): « *Massephothmaim,* pro quo » Aquila *Massephoth aquae,* Symmachus *Mas-* » *sephoth maris* interpretati sunt. » (de versione Aquilae et Symmachi conferantur Drusius, Montfauconius et Holmesius) Porro חמת (de qua Ios. XIX, 35.) certissime interpretatur θερμά, uti docet Gesenius in *Thes. p. 491.,* atque ita nuncupata videtur quia, uti testatur Hieronymus (III, 147.), ibi *aquae calidae erumpunt*. Potuit igitur Ephraemus haec tamquam synonyma habere. Sed et alia suppetit ratio quae syrum interpretem impulit ad praehabendum nomen *Hemath*. Hieronymus enim, qui hanc urbem saepius in suis scriptis memorat (I, 967. III, 155. 205. 207. 321. IV, 143. VI, 311. 320. et alibi), aperte tradit illam ad suam usque aetatem, etsi macedones qui post Alexandrum regnarunt, *Epiphaniam* nuncupaverint, tum apud syros, tum apud hebraeos priscum nomen *Hemath* seu *Amath* servasse. At vero non ignoramus aliam esse חַמַּת de qua Ios. XIX, 35., aliam vero esse חֲמָת de qua infra XIII, 5. et alibi saepe; ad hanc autem postremam referenda esse quae de Epiphania docet Hieronymus: nil tamen prohibet quin credamus unius loci nomen cum altero quandoque a scriptoribus permutatum.

Ibid. *Masphe* — Cod. H *Misphe;* cod. P, Bibl. Lugd. 1535. *Maspha,* de quo vide supra ad vers. 3.

Ibid. *Ita percussit* — Sixtus et veteres editiones *Itaque percussit;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus paene omnes codd. adstipulantur; Toletus hinc notat: « Lege *Ita;* sic » mss. et utraque Congregatio; et in libris » ubi legitur *Itaque* sunt duae dictiones, ac » si diceretur *Et ita*. » Brugensis quoque testatur antiquos codices hodiernam lectionem servare. Apud Rabanum legitur *Itaque percussit eos omnes Iosue, ita ut nullas ex eis dimitteret reliquias.*

9. *fecitque* — Codd. A, B, E, K, Cas. 12., gothic. legion., Rabanus *fecit;* codd. R, S et nonnulli codd. florentini addunt *Iosue;* item hebr. et veteres.

Ibid. *combussit igni* — Cod. H *igne combussit;* tacent *igni* sixtini, gregoriani, reliqui nostri codices omnes, Biblia Ven. Hailbrun 1480. 1482. 1483.; hinc Toletus: « Non ha- » bent *igni* manuscripti et utraque Congre- » gatio, licet sit in hebraeo et graeco, et in » multis impressis. Tamen intelligitur sub » verbo *combussit*. » Accedit quoque princeps editio Clementis VIII. anni 1592.; at vero in correctorio vaticano edito 1598., et in reliquis clementinis editt. illud verbum suppletur perinde ac si fortuito typorum mendo ibidem excidisset.

10. *statim* — Cod. Cas. 1. tacet.

11. *non dimisit* — Cod. Cas. 1. *nec dimisit;* favent graecus, syrus, arabs et tres codices Kennic. Pro *in ea,* Rabanus *in eis*. De his qui scribunt *internicionem* cf. ad Num. XVII, 13. Pro *ipsamque,* codd. G, R, S, Cas. 3. *ipsam*

quoque. Pro *peremit*, codd. A, E, F, G, V *percussit;* codd. B, Cas. 13. *permisit;* codex sangermanensis a Martianaeo expressus, quem post Rob. Stephanum laudarunt lovanienses, legit *combussit*, item Rabanus.

12. *regesque* — Sixtus et veteres editiones *reges quoque;* sixtini et gregoriani ad fidem codicum emendarunt.

13. *Absque urbibus, quae erant in collibus, et in tumulis sitae, ceteras succendit Israel: unam tantum Asor munitissimam flamma consumpsit* — Cod. H ex hebraeo interpretatur *Verumtamen urbes quae erant in tumulis sitae non succendit Israel. Unam tantum Asor munitissimam Iosue flamma consumit;* cod. G *flamma combussit*, uti habet Isidorus VII, 416.

15. *ita praecepit* — Codd. K, Cas. 3. *ita praeceperat*. Post *mandatis*, codd. Cas. 2. addunt *eius*. Pro *nec unum*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, N, O, P, T, V, Palatinus, Hugo, Rabanus *ne unum*.

16. *Gosen* — Rursum cum lovaniensibus aliisque Sixtus *Gessen*, quod sixtini, gregoriani et Toletus castigarunt; conf. supra ad X, 41.; codd. B et plures Cas. *Gossen;* cod. K *Gosen et Geron*.

17. *et partem* — Bibl. Ord. tacent *et;* nec legunt hebr. et veteres. Pro *montis, quae*, codd. Cas. 13. *montis, qui*. Pro *usque Baalgad*, codd. F, H, S, V *usque ad Baalgad;* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., all. *usque Baalgath*. Pro *subter*, codd. A, C, G et pauci ex Cas. mendose *super*.

Ibid. *percussit, et occidit* — Particulam *et* tacent sixtini, codd. A, C, D, E, I, K, N, O, P, T, U, Cas. 13.; contra vero codd. N*, R, S, Cas. 3. habent *et percussit, et occidit;* ut hebr. et graecus.

19. *quae se traderet* — Sixtus, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plerique, goth. leg., Palatinus et veteres editiones *quae se non traderet;* particulam *non* abiecerunt sixtini et gregoriani, quibus adstipulantur codd. Martianaei, L (seu Q), Cas. 1., nonnulli ex florentinis et Rabanus; unde Sirletus *(in cod. vatic. n. 7095.)* scribit: « In » manuscriptis vetustis legitur *quae se tra-* » *deret*, prout etiam in hebraeo invenitur. At » in graeca editione LXX. et in Glossa Ordi- » naria et in Concordantiis legitur *quae se* » *non traderet*. » Toletus quoque habet scholion quod sequitur: « Expunge *non;* in he- » braeo sic habetur: *quae pacem haberet cum* » *filiis Israel;* cui consonat lectio affirma- » tiva: *quae se traderet*, nempe pacifice et » sponte; et sic legunt manuscripti et Con- » gregatio; et quadrat sequentibus. Graeca » LXX. varia est; nam quae est in Reg. sic » habet: *quam non traderet* (ἣν οὐ παρέδω- » κεν) *filiis Israel*. Huic consentit Augusti- » nus *(libro Quaest. in Ios. c. 17.): Non*, » inquit, *fuit civitas quae non esset tradita* » *filiis Israel*, scilicet a Deo. At versio LXX. » romana sic habet: *Non fuit civitas, quam* » *non ceperit* (ἣν οὐκ ἔλαβεν) *Israel*. Inter » has lectiones ea est magis probanda, quae » propius accedit hebraeae, nempe *quae se* » *traderet*, sponte, scilicet, et sine bello. Op- » ponitur enim ei, quod sequitur, *omnes bel-* » *lando cepit*. Multi impressi habent negatio- » nem, ut erat in textu (seu in ed. Sixti V.). » Conf. Estius, Masius et Bukentopius p. 157. Praeter multas graecorum codicum varietates, de quibus conf. Holmesius, animadverte Hieronymum *adv. Pelag. l. 1.* ex graeco habere *quam non tradidit Dominus filiis Israel;* cui accedunt armenus, georg. et slav. mosq. Praeterea duo codices Kenn. addunt לא post אשר; denique syrus quoque negationis particulam exhibet dum legit: ܘܠܐ ܐܫܬܠܡܬ ܠܒ̈ܢܝ ܐܝܣܪܝܠ. Haec non ideo protulimus ut veterum codicum latinorum lectionem propugnemus, sed potius ne eadem omni critico praesidio destituta videretur.

Ibid. *omnes enim* — Sixtini, veteres codices omnes et Rabanus tacent *enim;* it. hebr. et graecus; pauci codd. Cas. addunt *alios*. Pro *bellando*, cod. Cas. 1. *pugnando*.

20. *sententia* — Codd. A, D, E, F, I, N, P, T, Cas. plures *sententiae;* cod. C *sentiae*. Pro *indurarentur*, cod. E *induraret;* item Hieronymus *lib. 1. adv. Pelag.;* at vero Augustinus

diserte *confortari*, atque animadvertit id positum esse pro *obdurari*.

21. *In illo tempore* — Legunt *In tempore illo* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Palatinus, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Ordin., Reg., all. Pro *Enacim*, codices non pauci habent *Enachim*, uti monuimus ad Deut. I, 28.

Ibid. *de montanis, Hebron* — Cod. H *de montanis, de Hebron;* item hebr. et veteres; Sixtus cum lovaniensibus aliisque *de montanis Hebron;* at recte gregoriani comma interposuerunt. Pro *Dabir*, cod. H *Debir* ut hebraeus; at conf. ad X, 38. Pro *Anab*, cod. B *Enab*.

22. *absque civitatibus* — Cod. Cas. 1. interponit *tribus;* cod. H interponit *in*, sed notat hebraeum non legere *in civitatibus*. Pro *Azoto*, Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1579. mendose *Azonto;* codd. F, U 2. m., V et quidam codd. florentini addunt *Ascalon atque Accaron;* cf. I Reg. VI, 17. Pro *solis*, Sixtus, et veteres pleraeque editiones *solum;* sixtini ad fidem codicum hodiernam lectionem comprobarunt; unde Toletus: « Lege *solis;* sic Ord., manuscripti » et prior Congregatio. »

23. *a praeliis* — Cod. K et Rabanus addunt *suis*.

Cap. XII, 1. *Terram eorum* — Cod. Cas. 1. *terras eorum;* cod. K tacet pronomen. Codd. B, H, T legunt *a solis ortu*, pro *ad solis ortum;* illam autem lectionem ex graeco fluxisse censuit Martianaeus. Pro *a torrente*, cod. E *ad torrentem*. Ante *solitudinem* codd. K, gothic. legion. addunt *ad*.

2. *Sehon* — Ex nostris codd. et antiquis edd. plures minus recte habent *Seon;* cf. ad Num. XXI, 21. Pro *habitavit*, codd. F, G, L 4., Q, Cas. 5., Bibl. Ven. et Neap. 1476., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *habitabat*. Ante *dominatus* addunt *et* Bibl. Ven. 1533., Paris. 1573. Pro *dimidiaeque*, legunt *dimidiique* sixtini, codd. A, C 1. m., D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Cas. plures, Palatinus, Hugo, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526.; unde Toletus notat: « *dimidiique* mss. et prior » Congregatio. » Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. *dimidiae*.

Ibid. *Iaboc* — Sixtus et veteres editt. *Ieboc;* ex antiquis edd. quaedam addunt adspirationem in fine *Ieboch;* emendarunt sixtini et gregoriani quibus consentiunt fere omnes codices; hinc Toletus: « Lege *Iaboc;* sic hebraeus, graecus, mss. et utraque Congre» gatio. » Conf. Bukentopius p. 401. et quae adnotavimus ad Gen. XXXII, 22.

3. *ad Mare Ceneroth* — Sixtini, codd. A, D, E, H, I, U, V *ad Mare Cheneroth;* conf. ad XI, 2.; cod. F *ad lacum Tiberiadis ad mare Ceneroth;* et post *mare salsissimum* addit *mare mortuum*, quod postremum additamentum legitur quoque in cod. V. Pro *Orientalem*, codd. L 4. *occidentalem*.

Ibid. *Bethsimoth* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, I, K, R, S, T, U *Bethesimoth;* codd. B, F, V *Bethsemoth;* cod. H *Beth-Iisimoth;* Bibl. Ven. 1533., Lugdun. 1535. 1542., all. *Beth-Iesimoth;* conf. ad Num. XXXIII, 49.; nonnulli codd. Cas. praemittunt *usque*. Mox sixtini scripserunt *Australi* cum priori littera maiuscula. Pro *subiacet*, codd. A, B, D, E, F, K, T, U *subiacent*.

Ibid. *Asedoth, Phasga* — Veteres plures editt. *Aseroth usque Phasga;* de priori nomine cf. ad X, 40.; cod. H *Asedoth-Phisga;* Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471. *Asedothphasga*, idque probatur Bukentopio (p. 158.), qui scribit: « Cum Bonfrerio, Masio, aliisque puto » superfluere interpunctionem positam inter » *Asedoth* et *Phasga;* nam *Asedoth-phasga* » urbs particularis una erat, vel potius irri» gua vallis ad radices montis Phasga. » Cf. ad Deut. III, 17.

4. *habitavit* — Codd. R, S, Cas. 3. *habitabat;* nec obstant hebr. et veteres. Pro *Edrai*, codd. A, C, D, E, F, I, R, U, Cas. 5. *Edrain;* cf. ad Num. XXI, 33.; mendose *Esdrai* Bibl. Ordin. 1590. 1634. Pro *Salecha*, codd. B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, Cas. plures, Hugo, Bibl. Lugd. 1522., Ven. 1533. *Salacha*. Ante *universa* tacent *in* codd. F, V, Bibl. Ven. 1511.

*

1519., Compl., Reg., Lugd. 1513. 1526. Pro *ad terminos*, cod. H cum hebraeo *ad terminum;* codd. Cas. 2. *ad terram.*

5. *terminos Sehon* — Hanc lectionem ex Bibliis hentenianis, quibus favent codd. B, E, Cas. 10., nonnulli Rob. Stephani, retinuerunt clementini editores; reliqui discrepant; nam sixtini cum codd. A, I legunt *terminus Sehon;* Bibl. Rob. Steph. 1546., Lugd. 1556. *et terminus Sehon;* codd. C, D, F, G, H, L 7., O, Q, T, U, V, Cas. 8. *terminum Sehon;* codd. R, Cas. 2., Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1533., priores edd. Rob. Steph., all. cum syro *et terminum Sehon;* cod. S, Bibl. Rob. Steph. 1540. 1545. *et terminos Sehon;* cod. K et vetustiores fere omnes editiones *ad terminos Sehon;* conf. Holmes.

6. *Moyses in possessionem* — Codd. Cas. 10. cum syro tacent *Moyses.* Pro *Gaditis*, codd. et edd. non paucae habent *Gadditis;* conf. ad I, 12.

7. *reges Terrae* — Cod. K tacet *terrae*, ut cod. 70. Kenn. Pro *filii*, princeps editio Clementis VIII. ex typorum vitio habet *filiis;* cf. Bukentopius pag. 476. Pro *a Baalgad*, Bibl. Rom. 1471., Paris. 1566., all. *Abaalgad;* Bibl. Ordin. 1590. 1634. *et Baalgad;* cod. P *Albagad;* alii plures *a Balgad* vel *Abalgad*, pro quibus scholiastes in cod. N scribit: « In » cap. XI. (v. 17.) ratione hiatus in hebraea » littera *ain* per extensionem dicebatur *Baal-* » *gad;* hic ratione litterarum, dissyllabum » ponitur, et dicitur *Balgad.* » Post verba *usque ad montem* addunt *Libani* codd. C, D, I, L, N, O, T, U, V, Cas. 2., Palatinus, antiquiores editt. fere omnes; cod. M notat: « Quidam habent *Libani*, sed hebraeus et an- » tiqui non habent. » Contra in cod. N legitur: « Antiqui bis habent *Libani* (nempe *in* » *campo Libani, usque ad montem Libani*). » Hebraeus cum graeco tantum habet illud » quod primo loco positum est. In libro au- » tem qui correctus dicitur, scriptor unum » abstulit, et corrector aliud de minio subtus » lineavit. » Cod. O media via incedens adnotat: « Quidam antiqui non habent secundo » loco *Libani.* » Denique non est praetermittenda notatio Lucae Brugensis qui scribit: « Quod in aliis latinis exemplaribus additur » *Libani* superfluere, non sine ratione cen- » setur. Primum, quod in multis codicibus » latinis non reperiatur, quinque parisien- » sium, quinque Hentenii, octodecim nostris. » Deinde, quod a libris hebraicis, graecis et » chaldaicis non agnoscatur; et Tostatus le- » gisse non videatur. Demum, quod a ma- » nifesta veritate reiiciatur. Hic enim Chana- » naea in Iosue potestatem redacta narratur: » et ad id demonstrandum, termini longitu- » dinis eius (latitudine enim exigua est) de- » scribuntur. Unus versus aquilonem, Baal- » gad, qui fuit aut planities in campestribus » seu valle Libani, aut, quod vero similius » putatur, pars montis Libani: alter versus » austrum, mons glaber (החלק) ascendens » in Seir (id est, qui sursum porrigitur ver- » sus Seir), qui si et ipse ad Libanum per- » tinuit, id quod lectio illa significat, Liba- » nus coniunctus aut vicinus fuit monti Seir: » sed id fieri non potuit, nisi mediam vel se- » cuerit, vel cinxerit Chananaeam; id quod » verum non est. Iugulandum itaque vide- » tur quod aliis libris additur τὸ *Libani*: » id quod sane Hentenius et parisienses Bi- » bliorum suorum textibus expulerunt. Eas- » dem ob causas transfodiendum videtur quod » alii legunt *Hermon*, uti habet Trilinguis Col- » legii scriptum. Hermon enim pars est Li- » bani, et quidem affinis Baal-gad, quod ex » capitibus Iosue XI. et XIII. perspicuum est. » Verum enim vero observatum a nobis est, » in exemplaribus nostris antiquioribus et » emendatioribus plerisque addi τὸ *Libani*, » id quod et Epanorthotes (*seu noster cod.* N.) » in suis codicibus animadvertit. Sunt ta- » men non contemnendae fidei et antiquita- » tis exemplaria, a quibus posterius istud » *Libani* omittatur, inter quae est praestan- » tissimus Lobiensis Coenobii codex, anno » 1084. scriptus. » Huic consentiunt ex nostris codicibus (praeter alios recentiores, quos memorare superfluum videtur) codd. A,

B, E, K, et gothic. legion., qui profecto vetustatem Lobiensis codicis, a Luca Brugensi mox laudati, longe superant.

Ab hoc versiculo 7. Bibl. Mogunt. 1462. et Rom. 1471. incipiunt caput XII.; superiores autem versiculos cap. XI. subnectunt.

8. *Asedoth* — Sixtus, codd. C, D, E, F, G, I, K, N, O, R, S, T, U, V, goth. leg., Cas. plures, Palatinus et veteres editiones fere universae *Aseroth;* notat autem scholiastes in cod. N: « Graecus habet *Assedoth,* quae di- » versitas ex similitudine litterarum hebraica- » rum *res* et *daleth,* id est, *r* et *d* provenit. » Auctor igitur huius notae in suis hebraicis codicibus legebat אשרות; quae quidem lectionis varietas in hebraicis codd. apud De-Rossi adhuc occurrit. Conf. ad X, 40. Hodiernam lectionem restituerunt gregoriani, quibus favent optimi codices, et Bibl. Lugd. 1550. 1567. Toletus scribit: « Lege *Asedoth;* » sic hebraeus, graecus, manuscripti et utra- » que Congregatio. » At vero sixtini in codice carafiano silent. Cod. P *Assedech.*

Ibid. *et in solitudine, ac in meridie* — Legunt *et solitudine, ac meridie* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, goth. legion., Cas. 17., Palatinus, Rabanus; posteriori loco tacent *in* Biblia Ven. 1479., Lugdun. 1535.

9. *quae est* — Bibl. Ven. 1497. 1501., Reg. *qui est;* cod. K et Bibl. Ven. 1519. tacent *est.*

10. In cod. B desideratur hic versiculus et prior pars sequentis.

11. *Ierimoth* — Cod. H *Iarimuth;* conf. ad X, 3. Post *Lachis* cod. B 2. m. addit *quae est ex latere Bethel;* quae ad v. 9. pertinent.

12. *Gazer* — Cod. H *Gezer;* cf. ad X, 33.

13. *Gader* — Cod. H *Geder,* ut hebraeus; fortasse eadem est urbs quae infra XV, 36. dicitur *Gedera,* et I Paral. II, 51. *Bethgader.*

14. *Herma* — Cod. H *Harma,* prout habet Vulgatus infra XV, 30. XIX, 4.; alibi vero idem Vulgatus scribit *Horma,* ut Num. XIV, 45. Iudic. I, 17. I Paral. IV, 30.

Ibid. *Hered* — Cod. H *Harad;* hebraeus legit ערד, quod alias in Vulgato redditur *Arad;* conf. ad Num. XXXIII, 40. Idem Vulgatus Num. XXVI, 40. habet *Hered* pro ארד, et Iudic. VII, 1. *Harad* pro חרד. Ceterum hoc loco cod. B legit *Erth;* veteres pleraeque editt. *Hereth.*

15. *Lebna* — Cod. H *Libna;* cf. ad X, 29.; cod. K *Labna;* cf. ad Num. XXXIII, 20.

Ibid. *Odullam* — Ita scripserunt gregoriani, Rocca et Toletus; codices vero et veteres editiones mire dissentiunt; Sixtus, Bibl. Ord., Rob. Stephani et lovaniensium cum hebraeo legunt *Adullam,* et ita habet Vulgatus infra XV, 35., conf. Bukentopius p. 401.; cod. H *Adulam;* codd. B, V, Bibl. Reg., Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513., all. *Adollam;* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, R, S, T, Cas. plures, Bibl. Mogunt. 1462., Ven. 1482., Lugd. 1522., Paris. 1566., all., Rabanus et graecus *Odollam,* et ita legit Vulgatus I Reg. XXII, 1. II Reg. XXIII, 13. et alibi; denique habent *Odallam* cod. U, Bibl. Rom. 1471., Ven. 1476. (item Neap. eiusdem anni) 1479. 1480. all.; conf. ad Gen. XXXVIII, 1. 20.

17. *Opher* — Hanc lectionem post Robertum Stephanum retinuerunt lovanienses et Bibl. Reg.; nam aliae vetustiores editt., uti Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Compl., all. legunt *Ofer,* aut *Offer;* Vulgatus habet quoque *Opher* Gen. XXV, 4., at ibi hebraeus legit עפר, nostro autem loco חפר; unde praehabenda videtur lectio sixtinorum, qui, quum animadvertissent vetustiores plerosque codices, uti A, C, D, E, all., Rabanum, Hugonem legere *Afer,* existimarunt scribendum *Hapher:* codex sangermanensis, quem sequutus est Martianaeus, quemque laudarunt Stephanus et lovanienses, itemque Biblia Ord., Rob. Steph. 1532., Lugd. 1535., Paris. 1573. habent *Hepher;* huic autem lectioni accedit Vulgatus qui infra XIX, 13. legit *Gethhepher,* et III Reg. IV, 10. *terra Epher;* cf. ad Num. XXVI, 32.

18. *Aphec* — Heic quoque plures codd. et edd. habent *Afec* vel *Affec.*

Ibid. *Saron* — Cod. H *Lassaron;* cod. L seu sangermanensis apud Stephanum *Lasaron;*

hebraeus לַשָּׁרוֹן (nonnulli codd. graeci Λεσαρων), de quo Gesenius in *Thesauro* p. 642. scribit: « Auctore Chaldaeo et Arabe sunt, » veluti Bochartus Hieroz. I, 307., qui ל ad » nomen pertinere putent, et nomen urbis » לַשָּׁרוֹן fingant, quoniam nulla ratio sit, cur » huic soli nomini praemissum sit ל; non re» liquis omnibus Comm. 9–24.; sed ista ra» tio, si qua quaerenda, in eo posita esse » videtur, quod שָּׁרוֹן regionis, non oppidi, » nomen est, quam ipsam ob caussam etiam » h. l., ut alibi, articulo munitum est. » Gesenio concinit Maurerus. Recte igitur Hieronymus posuit *Saron*, quod alibi de planitie seu regione campestri apte interpretatur; cf. Isa. LXV, 10. Cant. II, 1. In cod. V post *Saron unus*, additur *rex Somer unus*.

19. *Madon* — Nonnulli codices et pleraeque ex vetustioribus editt. *Madan;* cf. XI, 1. Item pro *Asor*, alii *Assor*, de quo conf. l. c. Cod. B praetermittit hunc vers. et partem sequentis.

20. *Semeron* — Habent *Someron* sixtini, codd. A, C, D, E, F, I, K, S, U, gothic. leg., Hugo, Bibl. Lugd. 1522.; *Sameron* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Reg., all.; *Smeron* Bibl. Ord.; *Simeron* Bibl. Lugdun. 1535. ut I Paral. VII, 1.; *Simeron Maron* cod. H seu sangermanensis, cui Rob. Stephanus et lovanienses tribuunt *Moron;* margo Ordin. addit *Meroon;* in hebraico enim textu legitur שִׁמְרוֹן מְראוֹן (syrus ܘܫܡܪܘܢ ܘܡܪܘܢ), de quo cf. Gesenii *Thes. p. 1445.*; at nonnulli hebraici codd. apud De-Rossi tacent alterum nomen, nec habetur supra XI, 1. Mox cod. D ponit *Achsaph* post *Thenac* ut cod. Kennic. 240.

21. *Thenac* — Codd. H, K, Rabanus *Thanach;* et ita legit Vulgatus infra XXI, 25. Iudic. V, 19. I Paral. VII, 29.; at omittit adspirationem in fine Iudic. I, 27. III Reg. IV, 12.; veteres plures editiones legunt *Thenach;* alii aliter.

22. *Cades* — Codd. C, D, F, G, H, I, T, U, edd. veteres *Cedes*, ita enim Vulgatus alias perpetuo reddit hebraicum קֶדֶשׁ, excepto Ios. XV, 23., ubi rursum legit *Cades*, quod in aliis locis apud Vulgatum respondet hebr. קָדֵשׁ. Attamen hoc loco sixtini ad fidem codd. A, B, all. hodiernam lectionem invexerunt; cod. E *Caedes*.

Ibid. *Iachanan* — Etsi Robertus Stephanus et lovanienses ediderint *Iachanam*, tamen nonnullae ex editt. inde petitis habent *Iachanan*, et ita legitur in Bibl. Antuerp. 1583. in fol., ex qua editione eadem lectio ad clementinam transiit. His ex parte accedunt pauci codices et vetustiores editt., nempe Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., aliaeque plures quae prae se ferunt *Iachanen*. At sixtini scripserunt *Iachanem*, quibus suffragantur codd. A, B, C, D, F, G, O, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513. 1526., Complut. et Reg. Reliqui vero discrepant; cod. E cum Rabano *Iachanae;* codd. H, I *Iacanaam;* Bibl. Paris. 1566. *Iechanem;* Bibl. Lugd. 1522. *Achanem;* Vulgatus ipse minus sibi constare videtur; nam pro eodem nomine יָקְנְעָם, infra XIX, 11. legit *Ieconam;* XXI, 34. *Iecnam*, uti Hieron. III, 42. 231.

Ibid. *Carmeli unus* — Cod. D *unus, et rex Chermeli unus;* item cod. F 1. m., qui tamen horum ordinem turbatum exhibet. Sunt et alii codd. et edd. quae adhibita adspiratione scribunt *Chermeli*, aut *Charmeli;* conf. infra ad XV, 55.; singularis est lectio Bibl. Paris. 1573. *de Charmel unus*.

23. *rex Dor* — Codd. E, F 1. m. addunt *unus*. Cod. H notat hebraeum legere *de provincia*, pro *et provinciae*.

24. *Thersa* — Cod. H *Thirsa*, ut hebr. Pro *triginta unus*, codd. A, C, F, G, H, O, T, U, Palatinus, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Stephani, all. *triginta et unus;* item hebr. et veteres. Cod. D cum Rabano distinguit regem Iachanan a rege Carmeli, adeoque legit *triginta et duo;* eadem lectio occurrit in cod. V, in quo unus rex additur ad vers. 18.; accedunt tres codices graeci legentes τριάκοντα δύο; cod. E *XXXIII.;* cod. K *XXXIIII.*, et revera in superiori serie quatuor supra triginta reges enumerat; nam post regem Dor,

qui est vigesimus nonus, recenset regem *gentium*, regem *thersam*, regem *ohurme*, regem *doram*, regem *galgal*; at manifeste vitiata est lectio; neque purior fluit graecorum codicum lectio, quorum plerique habent εἰκοσιεννέα, atque in ipsorum regum serie nonnulla praetermittunt, pleraque turbant vel corrumpunt. Praeter Holmesium, cf. Tischendorfii *Fragm. sacra palimps. t. 1. p. 166.*

Noster codex M hoc loco nos deserit; nam auctor universum textum perpetuo describere nolens adnotavit: « A loco medio huius ca» pituli usque ad XXII. correctiones in hoc » libro non scripsimus, quia eae uti textus » continue scriberentur; etenim notulis an» notatis, aliis innotescere non possemus. » Qui voluerit eas, ad Biblia plenius corre» cta recurrat. » Auctor quoque correctorii N scribit: « Sylvam nominum quaere in origi» nali huius operis. »

Cap. XIII, 1. *Iosue* — Addunt *vero* cod. goth. legion., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. et Rabanus; quibus favent hebr. et veteres. Pro *sorte divisa est*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Palatinus, Rabanus *est sorte divisa*. Hieronymus hoc loco satis libere interpretatus est; nam verbum ירש significat *occupare*, *in potestatem redigere*, non autem *dividere*.

2. *omnis* — Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. cum graeco *et omnis*. Sequitur *Galilaea, Philisthiim*, quod est גלילות הפלשתים, nempe *regiones Philistaeorum* (cf. Gesenii *Thes. pag. 287.*); hinc Bukentopius pag. 158. argumentatur Hieronymum, servata ipsa hebraica dictione, scripsisse *Geliloth* (aut *Galiloth*, conf. Hieronymus III, 42. 223.) *Philisthiim*; ex quo etiam patet abiiciendam esse interpunctionis notam post *Galilaea*. Profecto Hieronymus in Comm. ad Ioel III, 4., ubi eadem habetur locutio, notat hebr. גלילות ab alexandrinis reddi Γαλιλαία; quod Aquila Θῖνας, Symmachus *terminos* (ὅρια, cf. Ios. XXII, 10.) transtulit; id vero, concludit s. Doctor, « referimus » ad *littora Palaestinae*, non ad *Galilaeam* » *Philisthiim*, quae omnino nulla est. » Cf. eiusdem Comm. ad Ezech. XLVII, 8., Masius in h. l. et De-Rossi *de praec. caussis, pag. 96.*

3. *contra Aquilonem: Terra Chanaan, quae* — Bukentopius pag. 27. asserit verba *Terra Chanaan* non sequentibus, sed praecedentibus iungenda esse; adeoque aliam interpungendi rationem proponit. Item in sequenti versiculo.

Ibid. *et Azotios* — Tacent nexum sixtini, codd. A, B, E, I, K, T, goth. leg., Cas. plures. Praeterea cod. B legit *Azotidos*; uti Vulgatus ad II Esdr. XIII, 23. vocat *Azotidas* mulieres in hac urbe ortas; codd. C, D, G, I, N, P, T, U, Cas. 4. *Azotos*; pro hac lectione scholiastes in cod. N scribit: « Secundum antiquos » dicitur *Azotos*, non *Azotios*, uti quidam cre» dit se correxisse, cum ipsemet super I Pa» ral. II. (v. 46.) notavit ex Hieronymo: » *Gazez ipse est Nabal Carmelus*; qui Nabal » *Carmelum* vocavit, ipse hic, et I Reg. V. » (vv. 3. 6. 7.) et Nehem. IV. (v. 7.) *Azotos*, » et *Azoti* transtulit, quod ex ipso textu pro» batur. I Reg. XXX. (v. 5.) dicitur uxor Na» bal *Carmeli*, quam modo dicimus *Carmeli*» *tam*, quod habet ibi hebraeus. Et forsitan » sicut a *Carmel*, *Carmelus*, id est *Carmelites* » derivatur, sic ab *Azot*, *Azotus* descendit. » Contra vero cod. O, etsi legat *Azotos*, adnotat: « Graecus *Azotios*, et hoc melius; nam si» cut dicitur *Sidonius*, *Tyrius*, *Aegyptius*, etc. » sic debet formari *Azotius*; et puto vitio scri» ptorum dici *Azotos*. »

4. *et Maara* — Mendose codd. U 2. m., V, X *a mare*; codd. G, I *et mare*. Nomen *Maara* alias in Vulgato non legitur; nam Hieronymus aliis in locis hebr. מערה, *speluncam* recte interpretatus est. Pro *Apheca*, cod. E mendose *Africa*; vetustiores edd. *Afeca*. Calmeto, qui pro *Amorrhaei* vult legi *Aramaei*, nempe *Syri*, opponimus Eusebium et Hieronymum (III, 147.) apud quos legitur: « Apheca, terminus Amorrhaeorum super Ior» danem in sorte tribus Ruben; sed et usque » hodie est castellum grande, Apheca nomi-

» ne, iuxta Hippum, urbem Palaestinae. » Ibidem (col. 151.) alia eiusdem nominis urbs in tribu Iuda memoratur. Amorrhaeorum autem gens habuit tum regionem quam postea tribus Iuda circa Hebronem occupavit, tum aliam trans Iordanem, quae Rubenitis adscripta fuit. Cf. Colome *Notice de l'Ecriture sainte, p. 28.*

5. *eiusque confinia*—Codd. C, D, E, U *usque confinia*. Patet Hieronymum vel legisse גבולו pro eo quod nos legimus in sacro textu הגבלי, vel hoc habuisse pro adiectivo a nomine גבול; verum reliqui interpretes consentiunt illud esse nomen proprium urbis phoenicum, a graecis Βύβλος nuncupatae. Vulgatus habet *Giblii* III Reg. V, 18. Ezech. XXVII, 9. Pro *a Baalgad*, rursum ut supra XII, 7., vetustiores edd. *Abaalgad*, quod ex codicum scriptione non satis distincta ortum videtur. Pro *Emath*, Bibl. Lugd. 1535., Paris. 1566., all. recte habent *Hemath* consentanee hebr. חמת; item Vulgatus ad I Paral. XVIII, 3. 9.; hinc derivatur nomen gentile de quo ad Gen. X, 18.

6. *habitant*—Codd. A, C, D, F, I, R, S, T, U, V, X, Cas. 5., veteres edd. ante lovaniensem *habitabant*: alios bonos codices hodiernam lectionem servare dudum monuerat Rob. Stephanus. Post *in monte* particulam *a* praetermittunt Bibl. Ant. 1565., Lugd. 1569., all. Mox iterum Sixtus habet coniunctim *Aquasmaserephoth*, quod in duas voces Rocca distinxit; cf. supra ad XI, 8. Cod. H notat hebraeum legere *eiiciam* pro *delebo*; attamen verbum ירש in Hiphil denotare *delevit, perdidit* probat Gesenius in *Thes. pag. 633.* ex Num. XIV, 12. Pro *Veniat*, nonnulli codd. Cas. *Veni*. Pro *partem*, codd. A, E *parte*.

8. *cum qua Ruben*—Codd. A, F, G, X *cumque Ruben*; Rabanus *quia Ruben*; huius loci sensum recte expressit arabs *quia dimidia tribus Manasse altera, Ruben* etc. Huic favet syrus et cod. 226. Kennic. qui post והגדי addit וחצי שבט המנשה; verum, ait Maurerus, lectio recepta ut difficilior praeferenda. Pro *trans fluenta Iordanis*, Rabanus *trans Iordanem*. In huius versiculi exitu periodum claudunt editiones clementinae: contra Bibl. Ordin., all., nulla adhibita interpunctione, prosequuntur.

9. *quae sita*—Bibl. Antuerp. 1583. in fol. mendose legunt *quaesita*, quod sixtini emendarunt; conf. ad Deut. IV, 48. Post *Arnon, et* Bibl. Lugd. 1535. addunt *civitatis quae est*; margo Ord. *civitatem quae est*; Isidorus Clarius *a civitate quae est*. Quamvis haec legantur in hebraeo antiquisque interpretibus, tamen collato XII, 2. eadem praetermittere potuit Hieronymus. Ante *Dibon*, Bibl. Lugd. 1522. addunt *ad*.

11. *ac terminum*—Codd. I 2. m., S, V, X, Cas. 2., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., Hugo *ad terminum*; cod. R *ac ad terminum*; codd. Kennic. 174. legit עד גבול. Mox pro *et omnem*, codd. C, D, E, F, G, I, O, S, T, U, V, X, goth. leg. *omnemque*; sixtini et codd. A, K tacent copulam; item graecus; at perperam nexus reticetur in latina versione syri et arabis. Ante *Salecha* omittunt *ad* sixtini, fere omnes codices et antiquiores editiones.

12. *omne*—Codd. C 1. m., K *omneque*; item plures graeci codices, armenus et cod. 77. Kennic. Ante *Edrai* codd. E, G, R, S, Cas. 5. cum hebr. et graeco addunt *in*; de hoc autem nomine cf. supra ad XII, 4.

13. *Machati*—Cod. H et Hieronymus III, 43. *Maachati*; Vulgatus, cum hebraeo habet *Maachathi* IV Reg. XXV, 23. et Ier. XL, 8.; legit autem *Machathi* I Paral. IV, 19. ut Hieronymus III, 243.; graecus legit Μαχατί, sed plures codd. Μαχαθί.

14. *et victimae*—Cod. H notat id in hebraeo non legi. Nimirum pro eo quod Vulgatus habet *sacrificia et victimae*, hebraeus ponit tantum אשי, quae vox omnia sacrificiorum genera complectitur; syrus et chaldaeus interpretantur קרבניא seu *oblationes*; graecus et arabs tacent. Pro *ipsa est*, codd. Cas. 2. *ipse est*; cod. E *in praesenti*.

16. *Arnon, et*—Biblia Lugd. 1535. addunt *civitatem*; margo Ordin. *civitas*; Isidorus Cla-

rius ut supra vers. 9. Mox pro *universam*, cum cod. G eadem Bibl. Lugd. 1535. legunt *universamque;* favent hebraeus et veteres; cod. H notat hebraeum legere *urbem quae est in medio eiusdem torrentis, et universam planitiem.* Animadverte edit. vatic. 1592. legere *planiciem*, quod mendis adscribit Bukentopius pag. 495. Pro *Medaba*, codd. B, F, G *Medeba;* cf. ad Num. XXI, 30.

17. *et Hesebon* — Tacent *et* codex sangermanensis a Stephano et lovaniensibus laudatus, quem sequutus est Martianaeus, et Bibl. Lugd. 1550. 1567.; item hebraeus et veteres (excepto syro et cod. 182. Kennicotti); iidemque testes mox pro *viculos earum*, cum hebraeo legunt *viculos eius*. Pro *Bamothbaal*, de quo cf. ad Num. XXII, 41., pauci codd. et vetustiores edd. corrupte *Abamothbaal*. Pro *Baalmaon*, quod ad fidem codicum et vetustiorum edd. invexerunt sixtini, editiones seculi XVI. praeferunt *Baalmeon*, prout adhuc legit Vulgatus cum hebr. Num. XXXII, 38.

18. *et Iassa* — Tacent *et* codd. A, B, C, D, E, F, H, I, T, U, V, X, goth. leg., qui codices fere omnes praeterea legunt *Iessa* prout habent sixtini, Bibl. Reg. aliaque; conf. Holmesius; at Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., all. plura, paucique codd. *et Gessa;* cod. H *Iasa;* cf. ad Deut. II, 32. Mox pro *Cedimoth*, codd. A, B, all. *Cedmoth;* codd. H, K, all. *Cedemoth*, de quo conf. ad Deut. II, 26. Pro *Mephaath*, sixtini et codices fere omnes *Mepheeth;* vetustiores edd. *Mephet*, all. *Mephath;* cum Vulgato faciunt, praeter hebraeum, Hieronymus et Eusebius (III, 43. 245.), et plures graeci codices.

19. *et Cariathaim* — Tacent nexum codd. A, B, C, D, E, I, T, U, X, goth. legion.; cum hebraeo codex H legit *et Ciriathaim*. Pro *Sabama*, cod. H et Bibl. Lugd. 1535. *Sibama;* alii cum cod. E et graeco *Sebama;* cf. Num. XXXII, 38. Pro *Sarathasar*, cod. H *Sereth-Assahar*, quod hebraeo accedit. Pro *in monte*, codd. C, D, U, V *in montem*. Denique post *convallis* nullam habent interpunctionem vetustiores editiones.

20. *Bethphogor* — Sixtini, cod. B, Bibl. Lugdun. 1535. *Beth-Phegor;* cod. H *Beth-Phohor;* reliqui codd. plerique omnes *Beth-Pheor;* conf. ad Num. XXV, 18.: pro eodem nomine Vulgatus Deut. III, 29. habet *fanum Phogor*. Pro *Asedoth*, nonnulli codices et Bibl. Ven. et Neap. 1476., Compl., Reg., all. *Aseroth;* cf. supra ad X, 40.; Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., all., uti notavimus ad XII, 3. connectunt hoc nomen cum sequenti, et legunt *Asedothphasga*. Pro *Phasga*, cod. H cum hebraeo *Phisga*. In nomine *Bethiesimoth*, quod sequitur mire variant codices et editiones; iam pauca adnotavimus ad Num. XXXIII, 49. et Ios. XII, 3. ubi Vulgatus habet *Bethsimoth;* hoc autem loco propius ad hebraeum accedunt codd. A, C, D, E, F, G, I, U, V, X, goth. leg. et vetustiores edd. cum Hieronymo (III, 38.) legentes *Bethaisimoth;* alii non pauci *Bethisimoth;* alii aliter.

21. *et omnes* — Tacent *et* sixtini, codices nostri omnes et vetustiores editiones; item duo codd. holmesiani et cod. 195. Kennic.; mendose tacent nexum latinae versiones syri et arabis. Post *principibus* codd. R, S, Cas. 4. addunt *suis*, quod in cod. O reiicitur; at accedunt syrus et cod. 63. holmesianus. Pro *Hevaeum*, cod. H cum hebr. et graeco *Evi*, quod praefert Bukentopius pag. 27. et 158.; cf. ad Num. XXXI, 8. Perperam veteres editiones plures pro *Recem*, legunt *Recen;* corruptius codd. B, F, G et nonnulli Cas. *Regem*, praesertim quia tacent nexum quod sequitur, ita ut legatur *et Regem Sur*.

Ibid. *Rebe* — Sixtini, codd. A, E, G, I, V, X *Rabee;* reliqui codd. plerique et vetustiores edd. *Rebee;* aliae edd. non paucae *Rebec;* codex sangermanensis a Martianaeo expressus, quem memorant Stephanus et lovanienses *Reba*, item Lugd. 1550. 1567. et hebraeus. Mox perperam Vallarsius notat Vulgatum non legere *duces*. Cod. B praemittit *et* ante *habitatores*, ut graecus, sed cf. Holmes.

24. *Deditque* — Biblia Rob. Steph. 1528. 1532. *Dedit itaque*. Pro *haec divisio est*, codd. C, D, G, N, O, T, U, V, Bibl. Lugdun. 1535.

haec est divisio; cod. H notat hebraeum legere *iste est terminus;* sed cf. versic. seq.

25. *Terminus* — Cod. P *Et fuit terminus eis;* codd. R, S, goth. legion. *Terminos;* Bibl. Lugd. 1535. addunt *eorum;* at scholiastes in cod. N, resumens verba quae sub fine superioris versiculi habet Vulgatus, notat: « *cuius* » *haec est divisio, terminus:* supple *videlicet,* » legendo per appositionem; hebraeus enim » et antiqui habent *terminus*, non *terminos.* » Hebraeus habet *et fuit eis terminus Iazer et* » *omnes civitates*, quae omnia sunt accusativi » casus; vel erit Iazer nominativi casus, pla- » nius sic *cuius haec est divisio; terminus* » fuit *Iazer* quam dedit, *et omnes civitates.* »

Ibid. *Iaser* — Recte sixtini et gregoriani *Iazer*, quod et codices, et Bibl. Reg., Rob. Steph., all. confirmant, quodque alibi Vulgatus ipse sequitur; conf. ad Num. XXI, 32.; Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Ordin., all. *Gazer.* Pro *et dimidiam,* sixtini et codices pene universi *dimidiamque.*

26. *Ramoth* — Cod. sangermanensis a Martianaeo editus, a Stephano et lovaniensibus excitatus, Biblia Lugdun. 1550. 1567. cum hebr. *Ramath;* item Vulgatus infra XIX, 8.; Bibl. Mog. 1462. praemittunt *ad.* De nomine *Masphe* diximus ad XI, 3.; at heic animadvertimus unius eisdemque loci nomen esse *Ramoth-Masphe*, proindeque interpositam distinctionis notam superfluam esse. Pro *Betonim*, sixtini, codd. A, H, I *Batonim;* reliqui codices et vetustiores edd. *Batanim*, vel, minus recte, *Bathanim.* Ante *Manaim* codd. A, F, R, X, goth. leg. et Bibl. Ord. cum graeco tacent *a;* nonnulli legunt *Mahanaim*, de qua lectione cf. ad Gen. XXXII, 2. Pro *ad terminos*, cod. H et hebr. *ad terminum;* graecus autem ἕως τῶν ὁρίων.

27. *Betharan* — Sixtini cum hebr. *Betharam*, item meliores codices et optimae editiones, quod et Magdalius Gaudensis adnotavit; at conf. ad Num. XXXII, 36. Vulgato accedunt arabs, duo codd. Kennic., pauci graeci et Alius in Hexaplis. Item pro *Socoth*, recte sixtini, suffragantibus hebraeo, codicibus plerisque, et antiquioribus edd., *Soccoth;* at conf. ad Num. XXXIII, 5.

Ibid. *huius quoque finis, Iordanis* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, X *huius quoque Iordanis finis.* Pro *Cenereth*, sixtini, codd. A, C, E, H, K, Bibl. Mog. 1462. *Chenereth;* alii *Cheneroth;* conf. ad Num. XXXIV, 11. Post verba *trans Iordanem*, pauci codd. Cas. addunt *usque.*

28. *civitates* — Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Rob. Steph., Reg., Ord., all. *et civitates;* at ipsemet Stephanus iam adnotaverat codices bonae notae tacere nexum; conf. Holmes.

29. *Dedit et* — Cod. F, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., all. *Deditque;* his favent hebr. et veteres.

30. *universam* — Codd. A, R, S, Cas. 3 *universamque;* item graecus et non pauci codd. hebraici apud De-Rossi, quibus addere possumus cod. 16. taurinensis bibliothecae. Pro *Iair*, codd. A, B, D, E, G, N, T, U *Air;* antiquiores edd. plures *Iahir;* conf. ad Num. XXXII, 41.

31. *et Astaroth* — Tacent *et* sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, T, V, Cas. plures; item codex 58. holmesianus. Pro *urbes*, codd. D, E, F, I *urbis.* Post *Og* codd. G, R, S, Cas. 5. addunt *regis*, ut cod. Kennic. 174., quod ex superiori versiculo petitum videtur. Pro *filii Manasse*, codd. D, F, I, O, R, U, goth. leg. *filiis Manasse;* item graecus, at cf. Holmes. Pro *dimidiae parti*, codd. A, D, O, T, U, V, X, Cas. 12. *dimidiae partis;* codd. R, S, Cas. 1. praemittunt *et;* item graecus et cod. 102. Kennic.

33. *ut locutus* — Cod. K *sicuti locutus.*

Cap. XIV, 1. *dederunt* — Legunt *dederat* codd. C, D, F, N, O, P, T, U, V, Cas. 2.; accedunt syrus, arabs, slavon. ostrog. et multi graeci codices cum vaticano legentes κατεκληρονόμησεν: hinc scholiastes in cod. N scribit: « Antiqui habent *dederat;* et zeugma- » tice intelligitur, Iosue dederat cum Elea- » zaro. Similiter Exodi XXXIV. (v. 30.) *Vi-* » *dens autem Aaron et filii eius.* » Eadem va-

rietas occurrit in loco parallelo infra XIX, 51. Mox cod. K tacet *filius Nun*.

2. *et dimidiae tribui* — Addunt *Manasse* codd. L, V, X, Cas. 1., Bibl. Ordin., Ven. et Neap. 1476., Reg.; posteriores edd. Rob. Steph., all.; item plures graeci codices.

3. *et dimidiae* — Codd. G, R, S, V, Cas. 2. addunt *tribui*, quod in cod. O expungi iubetur; illud tamen exprimunt hebraeus et plerique veteres.

4. *successerunt* — Codd. C, D, E, F, G, I, T, U, X, Palatinus, antiquiores pleraeque edd., Hugo, Rabanus *successerant*. Pro *in duas divisi*, codd. G, V, X, Cas. 2. *quos in duas divisit;* codd. C, D, F, I *in duas divisit:* cod. H notat hebr. legere *Quoniam filii Ioseph in duas fuere divisi tribus.* Attamen hieronymiana interpretatio neque absurda neque incommoda videtur; nil enim aliud innuit, nisi filios Iosephi in levitarum locum ideo successisse, ut duodenarium numerum in tribuum sortitione explerent.

5. *praeceperat* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, I, U, Cas. 16., gothic. legion., Palatinus *praecepit*.

6. *itaque* — Cod. Cas. 1. *quoque*. Pro *Galgala*, plures codd. *Galgal;* pauci *Galgalis;* conf. ad V, 9. Pro *Caleb filius Iephone*, non pauci ex codd. et edd. antiquis *Caleph filius Iephonne;* cf. ad Num. XIII, 7. Pro *quid locutus sit*, codd. A, T 1. m. *quid locutus est;* codd. I, K, X, Bibl. Reg., Rabanus *quod locutus sit*. Pro *et te*, codd. I, K, R, S, U, Cas. 3., goth. leg.; cod. Baveri editus in *Repert. Or. t. XVII.*, latinus interpres Origenis *Homil. XVIII.*, Petrus Com. *et de te;* item ex editoris licentia Vulgatus in polyglottis londinensibus; cod. O notat: « Hebr. *et de te;* et hoc » secundum idioma linguae suae. »

7. *Quadraginta* — Tam hoc loco, quam infra vers. 10. cod. K mendose legit *Sexaginta;* cod. F cum graeco addit *enim*. Pro *misit me*, sixtini, codd. fere omnes, Hugo, Rabanus, Pseudo-Hieronymus III, 743. *me misit*. Post *Domini* Bibl. Lugd. 1535. addunt *Dei*.

8. *ascenderant* — Codd. C, D, F, O, T, X, Cas. 2., Hugo *ascenderunt*. Pro *Deum meum*, posteriores edd. Rob. Stephani *Deum tuum*.

9. *Terra, quam calcavit* — Veteres codices fere omnes, quod et Sirletus adnotavit, praeferunt *Terram quam calcavit;* codd. B, G et Petrus Com. *Terra quam calcaverit;* hanc autem construendae periodi rationem non modo graeci, verum etiam latini aliquando usurpant, quos inter Virgilius (*Aen. I, 573.*) ait: *Urbem, quam statuo, vestra est.* Pro *Deum meum*, codd. G, L, N*, O, R, S, Cas. 1., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., posteriores edd. Rob. Steph., all. *Deum tuum;* at cod. N notat hebraeum et antiquos legere *meum;* singularis est cod. E qui absque ulla correctionis nota continenter legit *quia secutus es Dominum Deum tuum. quia secutus es Dominum Deum meum:* graecus legit τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, pauci codd. cum hebraeo μου, plures autem σου praeferunt; et cod. 253. Kennic. אלהיך.

10. *Concessit ergo* — Codd. R, Cas. 3. *Concessit autem*. Post *octoginta* codd. E, G, S, Cas. 1. addunt *et;* non obstant veteres et hebraeus.

11. *usque hodie* — Tacent codd. Cas. 2.

12. *pollicitus est* — Addunt *mihi* codd. G, R, S, Cas. 2.; quod in cod. O expungitur. Cod. H hunc locum ex hebraeo interpretatur *quem pollicitus est Dominus in die illa, quia tu quoque audisti, quod Enacim sunt ibi, et urbes* etc. Pro *potuero*, codd. B, H, R *potero;* et pro *promisit*, cod. B *promiserat*. Adversus illos qui hanc historiam seriori aetate exaratam fuisse dixerunt, iuvat Rosenmulleri notationem proferre: « Quae inde a versu 6. » circa Calebi negotium dicta et facta referuntur, illorum temporum rationibus tam » bene consentiunt, ut illa haud diu post» quam peracta fuissent literis consignata » esse videantur. »

13. *tradidit ei* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, T, U, V, X, goth. leg., Baveri l. c. In sacro textu ipsum nomen repetitur; quae accurata nominum et cognominum repetitio ad sollemnem aut forensem

*

ritum pertinere censuit Masius. Mox cod. B habet *promissionem*, pro *possessionem*.

14. *filio Iephone Cenezaeo*—Nonnulli codd. Cas. *filii Iephone Cenezaei*.

15. *Nomen Hebron* — Codd. Cas. 3. *Imposuitque ei nomen Hebron, quae;* haec fortasse ex glossa marginali orta sunt. Pro *ante*, nonnulli codd. et vetustiores edd. *antea*. Pro *Cariath Arbe*, Sixtus *Cariatharbe;* quod emendarunt gregoriani, Rocca et Toletus qui scribit: « Distinguendum est in duas dictiones; » et secunda scribenda est littera maiuscula, » quia est nomen compositum *Cariath-Arbe*, » id est civitas Arbe; et sic lovanienses. » Eadem scribendi ratio invecta fuit infra XV, 13. et, in altera et tertia editione clementina, ad Iudic. I, 10.; at vero in reliquis Vulgati locis, ubi hoc nomen occurrit, omnes vaticanae editiones habent *Cariatharbe*.

Ibid. *Adam maximus ibi inter Enacim situs est* — In primis adnotamus codices B, I, K, N*, R, S, U, goth. leg., et Rabanum pro *inter*, legere *in terra;* at recte cod. O hanc lectionem pro mendosa habet. Cod. N tacet *ibi*, et notat alios (uti codd. G, R) perperam legere *erat*, pro *est;* tum subdit: « Quia hoc » nomen *Adam* a proprio nomine translatum » est ad significandum seu *hominem*, sive » *homines*, sic interpretantur quidam hebraei » *Homines maximi sunt inter Enachim:* grae» cus *Metropolis Enachim est haec*. » Hieronymus hoc loco expressit opinionem ab hebraeis traditam de Adamo Hebrone sepulto, de qua saepius in suis operibus verba facit (cf. I, 694. III, 130. 340. VII, 233.); atque particulam שָׁם cum cod. Kennic. 150. adiecit. Pro *situs*, cod. Palatinus legit *satus*.

Cap. XV, 1. *desertum*—Sixtus, codd. G, R, S, V, X et veteres editiones *usque ad desertum;* item syrus; at merito sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum codicum expunxerunt *usque ad*, unde Toletus notat: « Hebraeus, graecus et mss. non habent *usque* » *ad;* nec faciunt ad sensum, qui hic est: *a* » *termino*, seu a parte *Edom*, seu Idumaeae, » initium est *desertum Sin* Idumaeae proxi» mum, non totum, sed quod Idumaeae fi» nienti contiguum est a meridie *ad extre-* » *mam partem* deserti illius, quae est austra» lis plaga. Hic est totus terminus ex hac » parte. Utraque Congregatio abstulit *usque* » *ad*. » Cod. N addit *est;* Cas. 1. et margo Ordin. legunt *deserti*. Pro *Sin*, Bibl. Paris. 1566., all. *Zin;* conf. ad Num. XX, 1.

2. *et a lingua* — Cod. E tacet copulam, ut hebr. et veteres, exceptis syro et slav. ostr. Ante *Meridiem* cod. B addit *in;* codd. G, R, Cas. 6. *ad;* quod in cod. O abiicitur.

3. *Egrediturque* — Codd. F, G, K, N, R, X, Bibl. Ordin., Reg., Ven. 1476. (item Neap. eiusdem anni) 1480. 1482., Rob. Steph. 1528., all. *Egredieturque*. Post *contra* cod. F addit *meridiem*, quod habet hebraeus; at fortasse Hieronymus, uti et alexandrinus, legebat מנגד pro eo quod nunc legimus מנגב. Sixtus mox habet *scorpionis;* sed gregoriani priorem litteram maiusculam esse voluerunt; cf. ad Num. XXXIV, 4. Pro *pertransit*, Bibl. Ven. 1511. 1519., Reg., Rob. Steph. 1528., all. *pertransibit;* cod. N adnotat: « Nota con» tra illos, qui destruunt libros caventes ut » non ponant in praeteritum quod ibi habet » hebraeus *pertransivit;* sicut supra ubi est » *egredietur*, et novi mutarunt in *egreditur*, » hebraeus habet *egressa est*. » Non satis apparet quid sibi velit auctor huius scholii; nam hebraeus legit וְיָצָא. Mox de nomine *Sina* idem scholiastes animadvertit: « Accusa» tivus casus hebraicus est a *Sin* per *tzade:* » Sinai autem mons per *samech* scribitur. » Eadem notatio habetur in cod. O; in textu legimus צנה, quod est nomen צן cum ה paragogico, uti animadvertit Gesenius in *Thes. p. 1165.*, seu locali, uti vult Rosenmullerus; id vero negat Relandi in *Palaestina*, *p. 117. et 1060.* cf. ad Num. l. c. Pro *Esron*, mendose legunt *Esrom* plures veteres editiones et graeci codices non pauci; codd. S, Cas. 3. *Ephron*, quod in cod. O merito reiicitur; praeterea alias Vulgatus cum hebraeo habet *Hesron*, uti infra versic. 25.; conf. ad Gen. XLVI, 9.

Ibid. *ad Addar* — Magdalius Gaudensis animadvertit unam esse dictionem, ac legendum *Addara*, prout habent sixtini, codd. A, B, E, G, H, O, Cas. 3., gothic. leg.; quidam enim legebant *ad Dara;* alii plures vel *Addaram*, uti codd. C, D, F, I, R, T, U, V, X, Cas. 2., Bibl. Ven. et Neap. 1476., Compl., Reg., all.; vel *ad Daram*, uti habent vetustiores editiones; Vulgatus ad Num. XXXIV, 4. legit *Adar*. Veteres interpretes in hoc nomine easdem varietates prae se ferunt. Montfauconius in Hexaplis mendose profert Vulgati lectionem *ascendebat ad Addam*. Pro *Carcaa*, codd. B, C 1. m., K, L, Cas. 14., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. *Cariathaa;* codd. C 2. m., D, E, F, G, I, S, T, U *Caricaa;* Magdalius notat vocem esse tetrasyllabam.

4. *mare magnum* — Codd. Cas. 2. praemittunt *ad;* cod. H notat hebraeum non legere *magnum;* at quum sermo sit de mari mediterraneo, haud inepte latinus interpres adiecit *magnum*.

5. *ad Aquilonem*—Tacent *ad* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, U, V, Cas. 1., goth. leg., Palatinus, Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483. 1494. 1498., all. Mox pro *Iordanis*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, N, O, P, T, U, X, goth. leg., Palatinus *Iordanem*.

6. *ascenditque* — Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1532., all. *ascendetque;* cod. O notat hoc verbum et sequentia esse in praesenti. Pro *terminus*, cod. G, Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496., all. *terminos;* graecus habet pluralem numerum etiam in superiori verbo *ἐπιβαίνει τὰ ὅρια*.

Ibid. *in Beth hagla* — Ita princeps editio Clementis VIII.; at altera et tertia editio vaticana praeferunt *in Beth Hagla;* priorem scribendi rationem sequimur, quia illam omnes retinent infra ad XVIII, 19. 21. Minus recte vetustiores pleraeque edd. paucique codd. *in Bethagla;* cod. B pro *in*, legit *a*. Pro *transit*, Bibl. Ord., Rob. Steph. 1532., all. *transibit;* codd. C, D 1. m., F, N, T, U *transivit;* codd. I, N*, P, R, S, Cas. 2., goth. leg. *pertransit;* scholiastes in cod. N scribit: « Quidam hic » abhorrentes praeteritum *transivit*, posue- » runt *pertransit;* interpres vero modo hoc, » modo illo tempore utitur. »

Ibid. *Beth Araba* — Sixtus *Beth-araba;* Rocca scripsit cum hebr. *Beth Aaraba;* Vulgatus infra ad vers. 61. habet *Betharaba;* cod. B et nonnulli graeci codices mendose *Bethaba*. Pro *ascendens*, cod. V *ascendensque;* cod. X *ascendens fluvium;* cod. F *ascendensque fluvium;* nexum habent hebraeus et veteres; at *fluvium* alii non legunt, eiusque loco hebr. et veteres repetunt *terminus*. Pro *Boën*, vetustiores edd. minus recte *Boem*, quod Magdalius castigavit. Pro *filii*, codd. F 2. m., X *filiorum*, ut syrus, armenus et plures graeci codices.

7. *Debera* — Hoc nomen in Vulgato alias perpetuo effertur *Dabir;* conf. ad X, 38. Mox Sixtus habet *Valleachor*, quod gregoriani distinxerunt scribentes *Valle Achor;* conf. ad VII, 24. Pro *Galgala*, Bibl. Complut. et Reg. *Galgalam*, qua positione Vulgatus alias saepe utitur. Pro *Adommim*, Sixtus *adommim*, quod Rocca emendavit; quaedam edd. legunt *Adomim*, vel mendose (uti est in polyglottis londinensibus) *Adommin;* Hugo notat alios scribere *a Domim*. Praeclare Hier. III, 147. « *Adommim*, quondam villula, nunc ruinae » in sorte tribus Iudae, qui locus usque ho- » die vocatur *Maledomim* (quod est מעלה » ארמים), et graece dicitur *ἀνάβασις πύῤ-* » *ῥων*: latine autem appellari potest *ascen-* » *sus ruforum* sive *rubentium*. » Ante *aquas* cod. I addit *ad;* hebr. אל־מי. Pro *et erunt*, cod. B cum graeco *et erit*. Hoc loco et infra XVIII, 16. princeps editio clementina habet *rogel;* altera vero et tertia *Rogel;* verum priorem scribendi rationem omnes sequuntur II Reg. XVII, 17. III Reg. I, 9.

8. *per convallem*—Codd. C, D, L (seu Q), S, T, U, Cas. 3., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. *per vallem*. Pro *Ennom*, quidam libri corrupte *Ennon*, quod Magdalius castigavit; et pro *Geennom*, alii *Gehen-*

nom, alii *Iehennon*. Pro *Occidentem*, cod. B *Occidentalem*. Mox Sixtus habet *raphaim;* sed gregoriani priorem litteram maiusculam esse voluerunt.

9. *a vertice* — Codd. I, S, goth. legion. *ad verticem*, ut nonnulli codd. Kenn. et Holmesii, forte ex superiori versiculo. Mox cod. E tacet *aquae*. Pro *Nephtoa*, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., all. *Nepthoa;* alii habent *Nephthoa* vel cum Hieronymo (III, 44.) *Nephthoe;* et pro *Baala*, pleraeque edd. veteres *Bala;* cf. infra v. 29. et XIX, 3. Pro *quae est*, Bibl. Ven. 1511. 1519., Reg., all. *qui est;* cod. B addit *in*. Codd. H et P notant verba *id est, urbs silvarum* non esse de textu; at contra in cod. N legimus: « Notula quae dicit: hoc, » *id est, urbs sylvarum* non est de textu, » falsa est: si enim tantum de textu sunt » quae sunt in hebraeo, decem millia verba, » quae interpretes ad evidentiam posuerunt, » detruncabuntur. » Conf. vers. 60.

10. *circuit* — Codd. C, D, F, O, U, X *circumibit;* graecus περιελεύσεται. Quod Vulgatus mox legit *montis Iarim* est nomen proprium הר יערים; alexandrinus legebat ער, nam habet πόλιν Ἰαρίμ. Pro *Cheslon*, Bibl. Lugd. 1535. cum hebr. *Chesalon*. De *Bethsames* cf. ad XIX, 22. Pro *Thamna*, cod. B *Thamnas;* Bibl. Ven. 1511. 1519., all. *Thamana;* de varia huius nominis scribendi ratione apud Vulgatum cf. ad Gen. XXXIII, 12.

11. *Aquilonem partis* — Codd. R, S, Cas. 2. *Aquilonis partes*. Pro *Baala*, Bibl. Compl. et Reg. *Balaa*. Pro *Iebneel*, codd. G, R, S, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., all. *Gebneel;* Bibl. Lugdun. 1535. cum hebr. *Iabneel;* cognominis oppidi nomen in Vulgato XIX, 33. effertur *Iebnael*. Pro *magni maris*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, T, U, V, X, Palatinus *maris magni*. Editiones clementinae hoc loco habent *occidentem* cum priori littera minuscula; in superiori autem versiculo cum maiuscula: hanc Sixtus utroque loco posuerat; illam vero Angelus Rocca.

13. *filio Iephone* — Cod. A *filius Iephonne*. Pro *Cariath Arbe*, Sixtus *Cariatharbe*, quod gregoriani, Rocca et Toletus distinxerunt; at non eadem scribendi ratio perpetuo servata fuit; conf. supra ad XIV, 15.; nonnulli codd. Cas. addunt *urbem*, idque ortum videtur ex interpretatione vocis קרית, ad marginem adscripta. Pro *Enac*, vetustiores edd. *Enach;* conf. ad Num. XIII, 23.

14. *Sesai* — Codd. B, R, S *Sisai;* conf. ad Num. l. c. Pro *Ahiman*, codd. R, S, Bibl. Lugd. 1522. 1535., all. *Achiman;* vetustiores edd. *Hayman;* cf. ad Num. l. c. Pro *Tholmai*, cod. B *Thomai;* alii *Tolmai;* conf. ad Num. l. c. Pro *Enac*, Hugo *Anach*, quod hebraico propius accedit.

15. *conscendens* — Nonnulli codd. Cas. *descendens*. Pro *Cariath Sepher*, quod gregoriani ad fidem codicum posuerunt, Sixtus *Cariathsepher*. Mox cod. H notat hebraeum non habere verba *id est, civitas litterarum;* hoc postremum verbum simplici *t* scripserant lovenienses; at sixtinis duplicem *tt* usurpare placuit.

16. *dabo ei* — Scribunt *dabo illi* sixtini, quibus paene universi codices et Rabanus adstipulantur.

17. *Cenez* — Codd. B, G *Cenezer*. Post *filiam* tacent *suam* Bibl. Rom. 1471., Paris. 1566.

18. *Quae, cum* — Sixtus praetermittit comma, quod a Rocca interiectum fuit. Praeterea veteres pleraeque editiones, codd. F, S, X; Urbinas, Rabanus habent *Qui, cum*, quod sixtini ad codicum fidem emendarunt; his consentiunt quoque Bibl. Ven. et Neap. 1476., 1479. 1480., all.; codd. V et Palatinus *Cumque*. Pro *pergerent*, legunt *pergeret* codd. E 1. m., N*, R, Bibl. Ven. 1476. 1480. 1483. 1494. 1498.; his favent hebraeus et veteres.

Ibid. *suasa est a viro suo* — Hanc lectionem prae se ferunt fere omnes veteres editiones, et codices G, H, K; at reliqui discrepant; legunt enim 1°. *suasit viro* sixtini, codd. A, E, N, O, P, T, Corbeiensis unus 1. m. apud Martianaeum; 2°. *suasit viro suo* prima manu gregoriani, cod. Cas. 1., aliique boni libri apud Lucam Brugensem; 3°. *suasit ei vir eius* codd. B, D, F, U, X, Cas. 8., Bibl.

Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573.; 4°. *suasit ei vir suus* codd. N*, R, S, aliique, sed moderni, memorati in codd. N, O et P.; 5°. *suasit vir eius* codd. C, V, Rabanus; hanc lectionem in suis codicibus reperit Sirletus, eamdemque probavit; 6°. *suasit vir* codd. Cas. 10.; 7°. *suasit ei vir* cod. Palatinus, quem minus recte profert Vallarsius, et (dempta voce *vir*) Isidorus Clarius; 8°. *suasa a viro suo* cod. goth. leg.; 9°. *suasa a viro* cod. I. Ex hisce variis lectionibus prior nititur auctoritate sacri textus; atque scholiastes codicis N pro eadem diserte scribit: « Antiqui habent iuxta hebraeum *suasit* » *viro;* sed quidam econtrario posuerunt *sua-* » *sa est a viro,* vel *suasit ei vir suus* contra » antiquos et hebraeum et graecum, qui ha- » bent (graecus) *et consuluit ei,* id est viro, » *dicens: petam a patre meo.* Per hoc, et per » seriem infra patet quod est intelligendum » peteret videlicet *ipsa.* Ponunt etiam ibi *per-* » *geret,* unde *simul* debuissent abstulisse; » nihil est enim dictum: iste, vel ista pergit » simul. Quod si subaudiendum erat *cum eo,* » quare ergo insertum est quod dicitur *si-* » *mul,* quod hebraeus non habet? sufficeret » enim quod dicitur *cum eo.* Sic autem habet » hebraeus *Et fuit in veniendo ipsa, et inci-* » *tavit eum ad petendum a patre suo agrum.* » Toleti schedae amplam notationem exhibent, quam proferre atque expendere debemus: « Quidam manuscripti habent *suasit viro suo,* » et sic legit prior Congregatio (at profecto » sixtini pronomen expunxerunt). Verum om- » nes codices impressi legunt *suasa est a viro* » *suo* (immo non omnes; vide supra n. 3°.). » Prior lectio consonare videtur hebraeo et » graeco, ubi habetur *consuluit eum,* seu *in-* » *citavit illum ut peteret a patre suo.* Lyra- » nus dicit utrumque verum esse; nam illa » prius suasit viro, sed vir dixit melius esse » ut ipsa peteret, atque ita suasit et suasa » est. Sed hoc est fingere. Non enim habe- » mus haec ex Scriptura, sed unum tantum. » Imprimis hoc certum est, uxorem, non vi- » rum, petisse. Sequitur igitur ipsam sua- » sam esse ut peteret. Ad lectionem porro » hebraeam et graecam dicimus hunc esse » verum sensum, nempe quod ipsa consu- » luerit viro, id est consilium inierit cum vi- » ro, ut peteret; non quod consuluerit ei ut » ipse peteret, sed consilium communicave- » rit cum eo, seu consuluerit eum an deberet » petere; et sic ipsa suasa a viro, et consen- » tiente ipso, petiit. Et ita lectio communis » textus est legitima et consentiens cum he- » braeo et graeco. Verumtamen versio LXX. » romanae editionis recte sic habet *consi-* » *lium habuit cum eo, dicens: Petam a patre* » *meo* etc. Si prior lectio fuisset *consuluit vi-* » *rum suum,* omnia consona essent. » In primis animadvertimus hebraicum textum legere ותסיתהו, quod Gesenius negat reddi posse *consuluit eum,* sed interpretatur *incitavit eum.* Ergo re vera ex hebraeo constat Axam impulisse virum ut peteret, prout exprimunt latini codices, quos sequuti sunt sixtini. Attamen chaldaeus habet ואמלכתיה quod Buxtorfius (in *Lex. chald. pag. 1211.*) reddit *consuluit ipsi* (viro). Nihilominus in loco parallelo Iudic. I, 14., ubi eadem verba in sacro textu recitantur, Hieronymus posuit *monuit vir suus* ut ipsa peteret; nempe sequutus est alexandrinum interpretem qui ibidem legit ἐπέσεισεν αὐτὴν Γοθονιὴλ τοῦ αἰτῆσαι: hoc autem loco in recepto textu legitur quidem καὶ συνεβουλεύσατο αὐτῷ, sed octo codices holmesiani praeferunt αὐτῇ, ac proinde in sequentibus pro λέγουσα, αἰτήσομαι τὸν πατέρα μου ἀγρόν, legunt λέγων, αἰτῆσαι τὸν πατέρα σου ἀγρόν. Hinc dubitamus utrum hoc quoque loco graecum interpretem Hieronymus imitatus sit; quemadmodum illum sequutus videtur syrus, qui habet ܐܬܬܦܝܣܬ *sollicitata est;* immo et arabs, qui posuit اغواها حتى تطلب *seduxit illam ut peteret.* Ex his colligimus Vulgati lectionem, quae pro se tam egregios testes habet, haud esse spernendam. Augustinus *Quaest. IV. in Iudic.* proponit difficultatem quae ex collatione libri Iosue cum libro Iudicum oriri videbatur; nam in priori

ipse legebat *et consilium habuit cum eo dicens: Petam* etc.; in altero vero *monuit eam Gothoniel ut peteret* etc. Hanc soluturus difficultatem Augustinus scribit: « In eo quod ha-» buit consilium, monita est ut peteret: quo-» rum alterum ibi dictum est, alterum hic. » Utrumque autem ita diceretur *et consilium* » *habuit cum eo dicens: Petam patrem meum* » *agrum. Ille autem monuit eam* etc. »

Ibid. *sedebat in asino* — Particulam *in* tacent codd. D, F 1. m., O, goth. leg. et Palatinus 1. m.; ita Vulgatus II Reg. XVIII, 9. habet *sedens mulo;* cf. ad Num. XXII, 22.

19. *benedictionem* — Codd. G, R, S, Cas. 5. addunt *tuam,* quod in cod. O expungi iubetur. Mox Bibl. Ordin. et Petrus Com. tacent *australem et,* nec legitur in loco parallelo Iudic. I, 15.; cod. X legit *australem qui et arentem;* cod. H notat hebraeum non legere *et arentem;* nimirum Vulgatus posuit *australem et arentem* pro הנגב, quod proprie plagam *australem* denotat, ita dictam a siccitate; cf. Gesenii *Thesaurus p. 845.* Pro *irriguum superius,* codd. C, D, E, F, N, O, T, U, X, Cas. 3., Rabanus *irriguam superius;* cod. O notat: « Supple *terram;* propter defe-» ctum suppletionis, moderni neutraliter *ir-* » *riguum.* » Maurini editores operum s. Gregorii M. tom. II. col. 353. notant tres codices legere *irriguam;* at col. 871. ex contextu demonstrant Gregorium legisse *irriguum:* idem nobis confirmant Paterius, Taio et Garnerus qui laudatum Gregorii locum recitant.

20. *tribus filiorum Iuda* — Codd. B, U, Cas. 1. tacent *tribus;* item arabs et cod. IV. Holmesii; perperam reticetur in latina versione syri; codd. F, V, X legunt *filiorum tribus Iuda.*

21. *Erantque civitates* — Codd. R, Cas. 1. cum graeco alexandrino et Theodotione (cf. Holmes.) addunt *suae,* quod in cod. O expungitur. Pro *ab extremis,* cod. K *sub extremis.* Pro *iuxta terminos,* cod. H *terminum* (אל־גבול); et pro *Cabseel,* idem cod. aliique *Cabsael.*

22. *Dimona* — Fortasse idem est ac *Dibon,* quod alibi saepius memoratur (conf. Gesenii *Thesaur. p. 323.*); nullum tamen est dubium de germana Vulgati lectione. Pro *et Adada,* sixtini, codd. A, B, E, G, H, I, goth. legion. *Adeda;* codd. C 1. m., D, F, T, U, V *et Dada;* alii aliter. Animadvertat lector hoc in libro plura memorari oppida quorum nomina saepe a librariis eo facilius vitiata fuerunt, quod alibi eadem nuspiam occurrant. Neque iuvat singulorum codicum menda proferre; multa tamen nobis sunt recitanda, quae aliquam opem criticis afferre poterunt. Quo in negotio novimus fieri non posse ut omnibus placeamus. Sunt enim qui plura, sunt qui pauciora a nobis proferri vellent. At nos viam rationemque quam ingressi sumus, quamque doctissimi viri comprobarunt insistere conabimur.

23. *Cades* — Plerique codices et veteres editiones *Cedes;* eadem occurrit varietas in graecis codicibus; conf. ad XII, 22.; at hoc loco silent sixtini. Post *Asor* tacent *et* codd. C, D, E, F, G, T, U, V, X, goth. leg.; de nomine *Asor* conf. ad XI, 1. In nomine *Iethnam* librorum innumerae varietates sunt. Sixtini quidem optimos codices probatioresque editiones sequuti scripserunt *Iethan;* alii vero *Iethnan,* quod hebraeo propius accedere videtur. Recte enim Magdalius adnotaverat litteram *n,* non vero *m,* in huius nominis exitu ponendam esse. At codices nonnulli, antiquioresque editt. hoc nomen cum sequentibus ita coniungunt, ut legant *Iethanziphethtelem.* Nam in hac civitatum serie numerum coercere conabantur ut dicemus ad vers. 32.

24. *et Telem* — Tacent nexum codd. F, G, R, X, Bibl. Complut. et Reg. Item mox ante *Baloth* tacent *et* codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, X.

25. *Asor nova et Carioth, Hesron, haec est Asor* — Praemittunt *et* codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, goth. leg., Urbinas, all., item hebraeus; immo ex laudatis codd. nonnulli, nempe recentiores, addunt quoque *et* post *Asor,* quibus accedunt duo codd. Kenn., pro *nova,* codd. nonnulli, et antiquiores editt.

noba. Sunt qui חדתה pro nomine proprio alterius urbis habeant, cui sententiae accedunt syrus et arabs; at vero Rosenmullerus, Gesenius aliique Hieronymi interpretationem recte propugnant: cod. H notat: « Asor *nova* » ideo dicitur, quia altera Asor vetus erat. » Alii contra vel *Carioth* cum proxime sequenti nomine coniungunt scribentes *Cariothiesrom*, et mox *haec est Assoromamsame;* vel *Carioth* negant esse nomen proprium, illudque interpretantur *urbes;* quod pariter laudati scriptores reiiciunt. De iis qui scribunt *Esron* cf. ad vers. 3.; cod. G *et Esron*.

26. *Amam, Sama, et Molada* — Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Compl., all. *Omam, Same, et Meloda;* et quidem in altero nomine consentiunt sixtini, codices fere omnes pluresque editiones; at hebr. legit וּשְׁמָע.

27. *et Asergadda et Hassemon et Bethphelet* — In priori nomine Bibl. Lugd. 1535. cum hebr. *Hasargadda;* in altero codd. A, C, D, F, G, H, K, S, T, U, V *Asemon;* cod. B *Hasmon;* cf. ad Num. XXXIII, 29.; cod. E, Bibl. Compl. et Reg. *Essemoth;* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., all. *Assemoth;* at hebr. וְחֶשְׁמוֹן; denique ad tertium nomen vetustiores editiones addunt *h* in fine; et Vulgatus ipse ad Nehem. XI, 26. legit *Bethphaleth;* Hieronymus (III, 38.) *Bethaphaleth;* at hebr. וּבֵית פָּלֶט; illud autem singulare, quod nostri codices ante hoc nomen magno consensu tacent copulam.

28. *et Hasersual et Bersabee et Baziothia* — Minus recte vetustiores editt. et quidam codices in priori nomine omittunt adspirationem; contra Vulgatus I Paral. IV, 28. habet *Hasarsuhal;* conf. Hieronymus III, 37. 150.; hebr. וַחֲצַר שׁוּעָל. Pro altero nomine Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. legunt *Bethsabee*, uti habent georgianus, hebraeus cod. 226. derossianus, hebraeus textus Compl. et anonymus graecus interpres apud Montfauconium. Mendose Eusebius apud Hieronymum (III, 173.) Βηθσαμαιέ. Ultimo loco praetermittunt nexum cod. S et Bibl. Lugdun. 1535. Tertium nomen sixtini, codd. A, K scribunt *Bazioth;* codd. C, D, F, I, T, U, V, Palatinus *Bazoti;* cod. B *Botiothinia*. De hoc nomine singularis est adnotatio Ephraemi (I, 305.): « Versionis syriacae auctores, » inquit, quum vocabulum hebraicum non » intelligerent, rati esse proprium oppidi no- » men, transcripserunt *Beziotheh*. » Ergo in suis codicibus Ephraemus legebat ܒܙܝܘܬܗ (ubi nunc Peschito habet ܘܩܘܪ̈ܝ ܡܘܠܝܐ) pro quo interpretabatur *et urbes et vici eius* ܘܩܘܪ̈ܝܗ ܘܦܨ̈ܝܠܝܗ, cui fere accedunt alexandrinus et anonymus graecus interpres apud Montfauconium qui habent καὶ αἱ κῶμαι αὐτῶν, καὶ αἱ ἐπαύλεις αὐτῶν, sed cf. Holmesius et Lengerke *Commentatio critica de Ephraemo, pag. 24*. Interim animadverte codicem Pocockii legere ܘܩܘܪ̈ܝܘܠܝܐ, quod minus distare videtur ab Ephraemi interpretatione.

29. *et Baala et Iim et Esem* — Priori loco sixtini et codices fere omnes cum hebr. et graeco tacent nexum. Pro *Baala* sixtini ad fidem codicis A *Iubala*, quod ortum videtur ex postrema syllaba superioris nominis translata ad istud nomen; codd. C, D, F, I, T, U, Palatinus, antiquiores editt. *Abala;* codd. E, H, V, Bibl. Ordin. *Bala*, ut notavimus ad versic. 9. Duo nomina quae mox sequuntur, in antiquioribus editt. nonnullisque codicibus, simul coniuncta sunt; legitur enim *et Humesem;* cod. B *et Us, Esmeel;* alii quoque codices fere omnes nexum interpositum omittunt. Sixtus cum Lovan. aliisque legit *Im;* at sixtini et gregoriani, optimique codd. *Iim*. Mire discrepant libri in postremo nomine; Vulgatus ipse legit *Asem* infra XIX, 3., et *Asom* I Paral. IV, 29.; item Hieronymus (III, 37.); graecus Ἀσόμ, sed codd. plures Ἀσέμ; optima autem magisque recepta est lectio *Esem*.

30. *et Eltholad et Cesil et Harma* — Prius nomen scribitur *Cheltholad* in cod. A; *Tholath* in cod. B; idem oppidum in I Paral. IV, 29. dicitur *Tholad* (conf. Gesenii *Thes. p. 596.*); alii codd. et paucae editt. corrupte legunt *Beltholad*, plures *Heltholad*. Alterum

nomen sixtini efferunt *Chesil;* item apud Hieronymum III, 40., hebr. כסיל; de huius autem nominis mira depravatione hoc specimen accipe: codd. A, B, E, K, goth. legion. *Exiil;* codd. I, R, S, T, U, Cas. 4., Palatinus, vetustiores editt. *Exul;* codd. F, X *Axul;* cod. V *Zul;* codd. C 2. m., D, H, Bibl. Lugd. 1535. cum Eusebio (Ξίλ apud Hieronym. III, 287.) *Xiil* vel *Xil;* huc facere videtur graecus Compl. Σιίλ: idem oppidum infra XIX, 4. dicitur *Bethul,* hebr. בתול (quod Gesenius in *Thes. pag. 250.* censet scribi pro בתואל uti est I Paral. IV, 30.), unde graecus interpres hoc loco pro *Cesil* posuit Βαιθήλ; at non pauci graeci codd. et Alius in Hexaplis Χεήλ: contra infra XIX, 4. pro בתול, cod. Kennic. 209. (quem perperam omisit De-Rossi in serie codicum collationis Kennicottianae) legit כסיל. Suspicari licet duo haec veluti synonyma commutata fuisse; prius enim interpretatur *commoratio Dei,* alterum vero *sidus caeleste.* Denique pro *Harma,* alii cum cod. B *Charma;* alii cum goth. leg. et pluribus editt. *Erma* vel *Herma* (de quo conf. ad Ios. XII, 14.); alii cum Bibl. Lugdun. 1535. *Horma* (quod alibi pluries a Vulgato effertur); Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., all. *Zarma;* cod. V, Bibl. Complut., Reg., all. *Sarma.* Codd. A et B tacent nexum.

31. *et Siceleg et Medemena et Sensenna* — Priori loco tacent *et* codices fere universi; mox antiquiores editt. et Hieronymus III, 271. minus recte *Sicelech;* Bibl. Complut. et Reg. *Siccelech.* In altero nomine magis accedit hebr. cod. B legens *Medemana;* Bibl. Ven. 1511. 1519., Compl., all. *Medema,* ut cod. Kennic. 187. In tertio nomine sixtini cum cod. A scribunt *Sensanna,* quod hebraeo magis consonat; codd. B, G *Senna;* codd. C, D, F, V, X *Sesenna.* Antiquiores edd. hoc nomen cum sequenti connectunt.

32. *Lebaoth et Selim et Aën et Remon* — Pro *Lebaoth,* codd. A, V *Labaoth;* graecus Complut. Λαβαώθ; infra Vulgatus XIX, 6. cum hebraeo *Bethlebaoth,* quod videtur idem esse ac *Bethberai* I Paral. IV, 31. Pro *Selim,* cod. H *Silim,* alii *Sellim.* Pro *Aën,* Bibl. Lugdun. 1535. *Ain,* uti habet Vulgatus infra XIX, 7. et XXI, 16.; codd. B, G, goth. leg. *En;* praeterea codices fere omnes antiquioresque editiones, praetermissa coniunctionis particula quae sequitur, hoc nomen cum sequenti connectunt legentes *Aenremmon* aut *Ahenremmon,* quasi unicum id esset nomen, quod confirmari posse videtur ex Neh. XI, 29. et ex cod. Kennic. 226. qui copulam tacet, idque Houbigantio placuit, qui tamen ad Ios. XIX, 7. perperam adnotavit nullam urbem sacris in codicibus appellari עין, atque subdit Vulgatum ibidem non debuisse, interiecta copula, hoc nomen a sequenti distinguere. Nam praeterquamquod in ipso laudato capite XIX. tum plures sunt hebraici codices qui copulam interponunt, tum alia sunt argumenta quae Vulgati lectionem tuentur, profecto hoc nostro loco et infra XXI, 16. hebraicus textus ita secernit עין ab aliis urbium nominibus, ut plane evincat urbem fuisse hoc nomine appellatam; idque praeterea Eusebius quoque et Hieronymus aperte testantur III, 37. 150. Ad postremum nomen quod pertinet, vix dubitamus vaticanas editiones ex typorum mendo habere *Remon* pro *Remmon,* prout alias semper habet Vulgatus cui consentiunt codices et editiones veteres et hebraeus. Attamen Vulgatus III Reg. XV, 18. habet *Tabremon.*

Ibid. *vigintinovem*—Codd. A, X cum hebr. et non paucis graecis codd. *viginti et novem;* codd. B, C 1. m., G, K, P, R, Cas. 3., Urbinas, Bibl. Ord., Ven. 1482., Hugo, Liranus, margo cod. I *triginta novem;* cod. O notat: « Lege XXIX. non vero XXXIX. » cod. S habet *XXX. et VIII.* Equidem urbes in superioribus versiculis enumeratae sunt triginta septem; at vero ut easdem ad vigintinovem redigerent, illarum quaedam nomina scriptores ex industria copularunt, prout vidimus ad versic. 23. 25. 29. 31. 32.: sed haec arbitraria ratio solvendae difficultatis admitti nequit. Neque magis nobis probatur lectionis varietas, quae in laudatis codicibus legenti-

bus *triginta novem* occurrit. Nam certum est hebraicum textum absque ulla varietate legere *novem et viginti*; huic autem veteres consentiunt interpretes, excepto syro, qui, profecto ex correctoris audacia, habet in Peschito ܬܠܬܝܢ ܘܫܬ *triginta et sex*; totidem enim civitates in superioribus ipse recensuit. Igitur difficultatem, quae inde exoritur, ut expedirent interpretes varias excogitarunt coniecturas; quibus nos praetermissis, Relandi sententiam, cui ultro subscribimus, recitamus (*Palaestina illustr. pag. 144.*): « Fateor vix fieri posse hodie, ut accurate » urbium harum viginti novem nomina ex se- » rie supra descripta eruantur, tum propter » diversam scriptionem, qua multa nomina ex » his scribuntur in ipsis sacris litteris, tum » quod quarumdam non nisi semel, hoc ni- » mirum loco, fiat mentio. Praestat itaque » nonnulla incerta et ignota nobis confiteri, » quam ea pro certis lectori obtrudere. »

33. *Estaol et Sarea et Asena* — Vulgatus tum infra XIX, 41. tum alibi semper habet *Esthaol*, quod hebr. et graeco accedit; Hieronymus III, 206. *Esthaul*. Alterum nomen sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, V, X, goth. leg., Bibl. Ven. 1482., all. legunt *Saraa*, quod pariter habet Vulgatus infra l. c. et alibi saepe; graeci quoque plures Σαραά. Pro אשנה, Vulgatus infra vers. 43. ponit *Esna*, quod et Hieronymus habet III, 41., at Eusebius (ibid. col. 149.) Ἀσνά et Ἀσεννά, de quo conf. Holmes.

34. *et Zanoe et Aengannim et Taphua et Enaim* — Codd. B, C, D, E, all. prius nomen scribunt *Azanoe*; vetustiores edd. *Azone*; Bibl. Lugdun. 1535. *Zonea*; Magdalius *Zanoa*, uti habet Vulgatus Neh. XI, 30., quod hebraeo propius accedit. Alterum nomen plures codices et editt. scribunt *Engannim*, prout habet ipsemet Vulgatus infra XIX, 21. XXI, 29.; apud Hieronymum utraque scribendi ratio occurrit III, 37. 41. 210. Tacent *et* ante *Taphua* codd. A, C, D, E, F, I, T, U, V, X, goth. legion.; item hebraeus; istud autem nomen alii efferunt *Tafua*, alii *Thaphua*, alii *Taphuah*, quod postremum hebraeo consonat. Pro *Enaim*, quod alias in Bibliis non legitur, alii cum hebr. legunt *Enam* aut *Aenam*.

35. *et Ierimoth et Adullam, Socho et Azeca* — De priori nomine cf. ad X, 3. De altero conf. ad XII, 15.; in cod. vatic. 6879. is qui notas Toleti descripsit, ad hunc locum recte animadvertit: « Supra ad cap. XII. emenda- » tum fuit *Odullam*; hic autem nihil dicitur; » et tamen idem videtur esse. » Ratio fortasse est quia hoc loco multo plures libri veteres exhibent *Adullam* vel *Adulam*. Copulam huic nomini praefixam omittunt codd. A, C, D, E, F, G, H, I, R, S, T, U, V, X, goth. leg.; vetustiores editt. ex duobus nominibus unum efficiunt *Adulamsocho*. Pro *Socho*, Vulgatus infra versic. 48. habet *Socoth*; codd. A, V *Soccoth*, de quo cf. ad Gen. XXXIII, 17., at ibi hebr. סכות, heic vero שוכה, unde alii codd. plures *Soccho*. De *Azeca*, conf. ad X, 10.

36. *et Saraim et Adithaim et Gedera et Gederothaim* — Non pauci codices et antiquiores editt. prius nomen scribunt *Sarim*; Magdalius et Bibl. Lugdun. 1535. cum hebraeo *Saarim*, et ita habet Vulgatus I Paral. IV, 31. Secundo loco particulam *et* omittunt sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, X. Pro tertio nomine cod. B habet *Gadera*; item Hieronymus III, 42. 222. (cf. ad XII, 13.); hinc Vulgatus I Paral. XII, 4. habet gentilitium *Gaderothites*. Codd. B, V quartum nomen efferunt *Gaderothaim*; alii vero cum antiquioribus editt. *Giderothaim*. Ultimo loco tacent *et* Bibl. Ord.; at perperam omittitur apud Montfauconium.

Ibid. *quattuordecim* — Etsi in hoc numero cum hebraeo textu graecus, chaldaeus et arabs consentiant, tamen haec summa non respondet numero urbium recensitarum, quem si subduxeris, reperies esse *quindecim*. Heic rursum syrus, ut omnia amice componerentur hunc numerum adscribere haud dubitavit ܚܡܫܬܥܣܪ̈ܐ. Graeci aliam explanandae difficultatis viam inierunt; nam in superiori serie, praetermissis tribus nominibus, eisque aliis duobus tantum suffectis, numerum ex-

aequarunt. Alia nobis desunt documenta, quibus nodum solvamus; adeoque ab afferendis interpretum coniecturis supersedemus.

37. *Sanan et Hadassa et Magdalgad* — Minus recte Bibl. Reg., all. itemque Montfauconius *Sanam*. Nomen alterum in codicibus effertur *Adesa* vel *Adessa* vel *Hadessa*; postremam hanc lectionem sequuti sunt sixtini; antiquiores vero editt. et Hieronymus III, 37. 150. *Adasa;* hebr. חדשה, quod miramur praetermissum fuisse a Gesenio et Roedigero. Non paucae ex hentenianis editt. mendose habent *Hadasta et Madalgad*. Quidam tum latini, tum graeci libri *Magdalgal;* alii aliter hoc nomen corrumpunt.

38. *Delean et Masepha et Iecthel* — Cod. B *Daleam;* Bibl. Reg., all. *Deleam;* Bibl. Lugd. 1535. cum hebr. praemittunt *et*. Alterum nomen sixtini, ad fidem codd. A, B, C, D, E, aliorumque multorum, scripserunt *Mespha*, de quo conf. ad XI, 3. Ultimum nomen scribitur *Iectehel* in Vulgato ad IV Reg. XIV, 7., quod hebraeo magis accedit.

39. *et Bascath et Eglon* — Priori loco tacent nexum codd. D, F, T, U, V, X; mox Bibl. Mogunt. 1462., Ven. et Neap. 1476., Reg., all. *Baschat;* Bibl. Rom. 1471., Paris. 1566., all. *Baschad;* codd. B, I *Basechath;* Vulgatus ad IV Reg. XXII, 1. *Besecath;* Hieronymus III, 38. *Basecoth;* Eusebius apud eumdem (col. 173.) Βασκώθ, sed ibidem (col. 179.) *Bazechath;* hebr. בָּצְקַת. Pro *Eglon*, sixtini, codd. A, C, E, F, G, H, I, S, U, V, X, gothic. leg. *Aglon;* graecus Complut. multique codd. holmesiani Ἀγλών.

40. *Chebbon et Leheman et Cethlis* — Imprimis cum hebr. praeponunt *et* cod. gothic. leg. et Bibl. Lugd. 1535.; pro priori nomine vetustiores editt. et non pauci codd. mendose legunt *Tebbon* aut *Thebbon;* Bibl. Lugd. 1535. cum hebr. *Cabon;* apud Hieronymum (III, 40. 191.) *Chabon;* Bibl. Ordin. *Hebbon*. Ad alterum nomen cl. De-Rossi, prolatis multis codd. hebr. (quibus addere debuisset ed. Masii, Ant. 1574.) legentibus ולחמם pro ולחמס, subdit: « Veteres omnes interpretes » legunt per ם, uno Vulgato excepto, qui ha» bet *Leheman*. Sed in cod. meo 650. legit is » *Leemas*, adeoque receptam lectionem con» firmat. Quod non dubito, quin in aliis co» dicibus faciat, etsi de hac variatione pro» funde sileant Brugensis ac Bukentopius. » Nos quidem haud miramur Brugensem atque Bukentopium de hac lectionis varietate silere; novimus enim illos vix unam ex centenis varietatibus protulisse. Interim animadvertat lector quinam studiorum nostrorum usus in re critica futurus sit. Quod enim doctissimus De-Rossi coniectura augurabatur, id nos documentis firmamus. Nam nostri codices omnes et vetustiores editiones legunt *Leemas* aut *Lehemas*, quam postremam lectionem iure praetulerunt sixtini: ab ea autem vix deflectunt Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513. 1526. in 4°., Complut. et Reg. quae habent *Leemes;* at mox Robertus Stephanus in edit. anni 1528., collato, ut videtur, quodam codice hebraico ex his qui legunt ולחמם, posuit *Lehemam;* dein quum in editione anni 1532. praetulisset *Lehemā*, in sequentibus editt. 1540. 1545. 1546. all. incaute recepit *Leheman*, quod, quamvis nullo plane innitatur critico fundamento, inde prius ad hentenianas, dein ad clementinas editiones migravit. Haec non modo demonstrant hebraici textus receptam lectionem ab antiquis omnibus interpretibus, sed a hieronymiana quoque versione confirmari, quod laudatus De-Rossi coniecit, et praeterea hodiernae latinae lectionis ortum plane aperiunt, manifestumque reddunt. Caeterum apud Hieronymum (III, 43.) legitur *Laamas*, apud Eusebium (ib. col. 237.) Λαμάς, de quo cf. Holmes. Pro *Cethlis*, vetustiores omnes editt. ante stephanicas *Cethis;* sixtini ad fidem codicum *Chethlis*.

41. *et Gideroth* — Tacent *et* codd. A, B, G, H, I, K, T, U; praeterea codd. B, V legunt *Gaderoth*, prout habet Vulgatus II Paral. XXVIII, 18. et Hieronymus III, 42. 222.; item plures graeci codices. Mox pro *Naama*, veteres editt. ante stephanicas *Neama;* six-

tini, codd. A, B, C, D, E, F, H, K, S, V, X *Neema;* hodierna Vulgati lectio consonat hebraeo et Hieronymo III, 63. 254.; at Vulgatus pro eodem nomine Gen. IV, 22. habet *Noema.*

42. *Labana et Ether* — Prius nomen in cod. X et in Bibl. Lugd. 1535. scribitur *Libana;* conf. ad Num. XXXIII, 20. Pro altero nomine Vulgatus infra XIX, 7. habet *Athar;* item Hieronymus III, 37.; at Eusebius (ibid. col. 206.) cum hebraeo Ἐθέρ; alibi *Ather* (col. 150.), quod habent multi graeci codices.

43. *Iephtha et Esna et Nesib*—Primum nomen in vetustioribus editt. est *Iepta;* Rob. Steph. invexit primo *Iephta*, dein *Iephtha;* propius ad hebraicum textum Bibl. Lugdun. 1535. *et Iephtah;* cf. infra ad XIX, 14. Alterum nomen in Bibl. Lugdun. 1535. scribitur *Asna*, de quo cf. ad vers. 33. Tertium vero in codd. B, C, D, F *Nesibi,* apud graecum et Hieronymum (III, 44.) *Nasib,* apud Eusebium (ibid. col. 254.) Νεσίβ, « quae nunc » vocatur, inquit, *Nasibi.* »

44. *et Ceila et Achzib*—Priori loco tacent nexum codd. A, B, C, D, E, F, G, I, T, U, V, X. Item altero loco cod. B qui legit *Eagcip.* Vulgatus infra XIX, 29. legit *Achziba*, et Iudic. I, 31. cum Hieronymo (III, 37.) *Achazib;* at I Paral. IV, 22. et Mich. I, 14., ubi etymo vocis alluditur, Vulgatus interpretatur *Mendacii.*

45. *villulis* — Codd. B, E, G, X *villis;* cf. vers. 47.; cod. R *villiculis;* cod. D *villuclis*, quod latinum non est.

46. *omnia quae vergunt* — Cod. F 2. m. *omniaque ierichontina et quae vergunt;* undenam petita sit haec lectio nos latet. Mox cod. E tacet *ad;* cod. B legit *Azatum.*

47. *Azotus cum vicis et villulis suis. Gaza cum vicis et villulis suis* — Priori loco multi codices legunt *viculis* pro *vicis*, et tacent quod sequitur *et villulis:* alii pro *villulis* legunt *villis.* Altero loco plures habent *cum viculis et villulis;* pauci vero *cum viculis et villis.* Haec summatim adnotasse sufficiat. Caeterum nomen *villula* apud Vulgatum alibi non occurrit.

Ibid. *et mare magnum terminus eius* — Tacent *et* codd. A, B, E, H, K, gothic. legion.; cod. H legit *mare magnum et terminum eius;* cod. E *mare magnum terminos eius;* perperam legit *terminos eius* latina interpretatio chaldaei; nam וּתְחוּמֵיהּ singularis numeri est. Ceterum ex Vulgato et reliquis priscis interpretibus multisque codicibus apud De-Rossi confirmatur legendum esse הגדול in sacro textu pro הגבול.

48. *Samir et Iether et Socoth* — Primum nomen mendose scribitur *Famir* in Bibl. Ven. 1511. 1519., all.; et *Sanir* in cod. B, Bibl. Ven. 1494. 1498., all.; Hieronymus III, 45. habet *Samer;* Rosenmullerus aliique notant graecos legisse שפיר pro שמיר, eo quod posuerint Σαφείρ; at codex vaticanus, aliique plures cum Vulgato legunt Σαμίρ. Alterum nomen veteres editt. ante Complut. corrupte efferunt *Iecther;* cod. H et Bibl. Lugd. 1535. cum hebraeo (יַתִּיר) *Iathir;* cum recepta Vulgati lectione stant Eusebius et Hieronymus III, 234. At saepius alibi Vulgatus habet *Iether* pro hebr. יֶתֶר. Tertium nomen fere omnes antiquiores editt. scribunt *Socchoth;* sixtini, cod. A, Bibl. Ven. 1479., Lugd. 1522. *Soccoth;* cod. B *Socot;* cod. F *Asocho;* alii codices, Bibl. Compl., Reg., all. *Soccho* aut *Socho*, uti hebr., Eusebius et Hieronymus III, 271. et plures graeci codices; conf. supra ad vers. 35.

49. *Danna et Cariathsenna* — Prius nomen in codicibus plerisque omnibus atque in antiquioribus editt. est *Edenna* vel corruptius *Edemna;* cod. B *Ethnan;* cod. H, Bibl. Ord., Eusebius et Hieronymus III, 198. habent *Denna;* at animadverte in verbis Eusebii Δεννὰ, ἄυτη ἐστὶ φυλῆς Ἰούδα, τῇ πόλει τῶν γραμμάτων, nostra quidem sententia supplendum esse παράκειται; adeoque in latina interpretatione legendum: « Denna, in » tribu Iuda, prope Dabir, quae et civitas » litterarum. » Nam Denna non eadem est ac Dabir. Mox codices fere omnes et vetustiores editt. tacent *et;* item plures graeci codices, georg. et slav. mosq.

50. *Istemo* — Antiquiores editt. praeferunt *Histhemo* vel *Histemo;* cod. B *Esthemon;* Bibl. Lugd. 1535. *Estemo,* prout scribitur in Vulgato infra ad XXI, 14.; at vero alibi (I Paral. VI, 58.) idem Vulgatus cum Eusebio et Hieronymo III, 206. multisque graecis codicibus ponit *Esthemo;* alibi vero *Esthamo* (I Reg. XXX, 28. I Paral. IV, 17. 19.).

51. *Gosen* — Bibl. Lugd. 1535. *et Gosen;* item hebraeus, at in tomo VI. polyglottorum londinensium hebraeis orientalibus tribuitur omissio nexus. De hoc nomine cf. ad X, 41. Pro *Olon et Gilo,* cod. B *Elon, Egilon;* sed Vulgatus pro *Olon,* infra XXI, 15. melius *Holon,* Ier. XLVIII, 21. *Helon;* Calmetus perperam contulit *Helon* quod habetur I Paral. VI, 69. ubi hebraeus legit אילון, non vero חלן.

52. *Ruma*—Legunt *Roma* sixtini, codd. A, C, D, F, G, I, K, R, S, T, U, V, X, Cas. plures, goth. leg., codices Vallarsii et plerique Martianaei, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Reg., all.; cod. E *Rosma.* Hebraeus textus nunc habet דומה, immo et apud Hieronymum III, 40. 198. legimus *Duma;* at cum Vulgato faciunt graecus, syrus, complures codices hebraici apud De-Rossi, et chaldaeus in polyglottis Ant.; hinc Hieronymus III, 262. ex Eusebio habet: « *Ruma,* quae et » *Arima,* ubi sedit Abimelech (Iud. IX, 41.), » quae nunc appellatur *Remphis.* Est autem » in finibus Diospoleos, et a plerisque *Ari*» *mathaea* nunc dicitur. » Mox pro *Esaan,* codd. B, E *Asaan.*

53. *et Ianum et Beththaphua* — Priori loco tacent nexum sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, I, K, S, T, U, V, X, goth. leg. Mox antiquiores editt. minus recte habent *Bethafua* vel *Bethaphua;* Hieronymus III, 38. *Beththaphue,* Eusebius (ib. col. 173.) Βηθτάφου.

54. *Athmatha* — Mira est in hoc nomine, quod alibi non legitur, varietas lectionis; sixtini, codd. A, B, E, I, S, Urbinas *Amatha,* item Eusebius apud Hieronymum (III, 152.) Ἀματά, cui plures graeci codices accedunt; cod. goth. legion. *Homata;* Bibl. Lugd. 1535. *et Humata,* fere ut legit hebraeus וְחֻמְטָה. Martianaeus ad h. l. scribit: « Editi cum ali» quot mss. legunt *Athmatha;* alii *Atmatha* » vel *Admatha.* Canon autem *Umata* nunc ha» bet, pro *Humata* sive *Hhumta* hodierno » massoretharum. Illud tamen *Umata* deri» vari potuit ex Εὐμά LXX. interpretum. Pri» mitus scriptum fuit in Canone *Amata,* quod » Hieronymus legit in libris Locorum et no» minum hebraicorum; nusquam vero *Hu*» *mata* vel *Umata.* Porro in nominibus emen» dandis, quae in graecis et latinis codicibus, » praeter pauca, omnia corrupta Hieronymus » repererat, nos quoque ita sudavimus, ut » millies taederet coepti laboris, ac huiusce » restitutionis. » Haec ille; quem utinam suscepti laboris numquam pertaesum fuisset: plura enim eademque molestissima, quae nobis de hac re adhuc supersunt exstricanda, praeoccupare potuisset.

Ibid. *haec est Hebron*—Cod. B *id est Hebron.*

55. *Carmel* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, T, U, V, X, edd. antiquiores, Hieronymus III, 40. 194. *Chermel,* graecus Χερμέλ; alii *Charmel;* Bibl. Ordin. *Hermel;* cf. ad XII, 22. Pro *Iota,* codd. B, I, goth. leg., Bibl. Reg., all. *Iothe;* Bibl. Lugd. 1535. cum hebraeo *Iuta;* Vulgatus infra XXI, 16. *Ieta;* Hieronymus III, 42. et plures graeci codices *Ietta;* antiquiores editt. vitiose *Loche.*

56. *Iezrael* — Sixtini *Iezreel;* hebraeus legit יִזְרְעֶאל; codices plerique vel cum sixtinis faciunt, vel habent *Hiezrehel.* Vulgatus in hoc nomine variam scribendi rationem sequitur; in libris enim Iosue et Iudicum praefert *Iezrael;* in sequentibus vero plerumque *Iezrahel,* indeque *Iezrahelites;* diximus plerumque; nam adspirationis notam omittunt tres editiones vaticanae Clementis VIII. ad I Reg. XXV, 43.; prima et altera ad II Reg. II, 2. 9. III Reg. IV, 12.; prima ad Osee I, 4.; in reliquis locis consentiunt. Ceterum animadverte heic sermonem esse de oppido ad tribum Iuda spectante; in sequentibus autem fere de urbe cognomini ad tribum Issachar pertinente; vel, uti asserunt Eusebius et Hieronymus (III, 234.), in terminis qui-

dem Issachar posita, sed tribui Manasse adsignata.

Ibid. *Iucadam* — Cod. H *Iacadaam;* Bibl. Ven. 1533. *Iacadam;* apud Hieronymum et Eusebium l. c. profecto legendum est Ἰεχδαάμ, quod et plures codd. holmesiani prae se ferunt. Pro *Zanoe*, cod. B et Magdalius *Zanoa;* conf. supra ad vers. 34.

57. *Accain, Gabaa et Thamna* — Praemittunt *et* pauci ex recentioribus codd. et Bibl. Paris. 1566. 1573., sed prior editio habet *Accaym*, altera *Caiin;* illam lectionem antiquiores editt. sequuntur; ad utramque (secluso *m* finali) trahi potest הקין hebraici textus; cod. B *Accaroa*. Pro altero nomine cod. B et graeci non pauci *et Gebal;* codd. E, H, X, goth. legion. *Gebaa*. Pro tertio nomine Bibl. Ord., all. *Thanna;* at cf. supra ad v. 10.

58. *Halhul, et Bessur, et Gedor* — Multi codd. et antiquiores editt. primum nomen scribunt *Alul;* cod. B *Elal;* Hieronymus ex Eusebio (III, 203.) *Elul*, et notat: « Est et hodie » villa nomine *Alula* iuxta Chebron. » Cf. Holmesius. At hodierna lectio respondet hebraeo חַלְחוּל. Pro altero nomine antiquiores editt. *Bethsor;* at codices plerique cum Hieronymo (III, 38. 175.) et hebraeo *Bethsur*, quod servat Vulgatus I Paral. II, 45. II Paral. XI, 7. Neh. III, 16., et *Bethsura* in libris Machab. In postremo nomine editt. non paucae corrupte *Hiedor* vel *Iedor* vel aliter.

59. *Mareth, et Bethanoth, et Eltecon* — Haec tria nomina alibi non occurrunt in Bibliis; primum ut in hebraeo legitur in Bibl. Lugd. 1535. *Maarath;* accedit Hieronymus (III, 43.) legens *Maaroth* vel (ibid. col. 246.) *Maroth;* item plures graeci codices; mendose in Ord. *Matheth*. In tertio nomine discrepant libri; cod. B *Eltenec;* alii codices et editt. antiquiores *Helthecen*, de quo cf. ad XIX, 44.; Bibl. Ven. 1484. 1492. 1494., Brix. 1496., all. mendose *Belthecen;* Rob. Steph. *Elthecon*.

Ibid. Post versiculum 59. graecus alexandrinus, non sine magna exemplarium varietate, alia undecim oppidorum nomina addit, inter quae est Ἐφραθὰ, αὕτη ἐστὶ Βαιθλεέμ. Hieronymus (in *Comm. ad Michaeam cap. V.*) testatur quidem eadem nec in hebraeo textu, nec apud alium interpretem reperiri: at dubitat utrum de veteribus libris a iudaeis, ne Christus de tribu Iuda ortus probaretur, expuncta fuerint, vel potius a graeco interprete adiecta. Kennicottus vero (in *secunda dissert. de textu hebr.*) autumat illa ab hebraeis temere erasa fuisse. Isaacus Vossius (in *Append. ad librum de LXX. interpp. pag. 68.*), qui eamdem propugnabat sententiam, ait: « Kimchius agnoscit in quibusdam » exemplaribus reperiri haec verba, licet ipse » non probet propterea quod abfuerint a co» dice hilleliano, quem solum fere sequun» tur iudaei. Ipsum hoc agnoscit Abarbinel» lus et R. Chaiim. » Addit ea legi in septem codicibus parisiensibus: at certe si id Vossius, prout videtur, ad hebraicos codices, non vero ad graecos refert, falsus est; nam in nullis omnino hebraicis exemplaribus, nedum in parisiensibus, illorum apparet vestigium. Addit quoque Vossius codicem chaldaicum et syrum Masii. Sed enim de chaldaico libro pro hoc additamento faciente ne verbum quidem apud Masium vel alium quempiam reperimus; syrus autem hexaplaris, de quo Masius, ex graeco haec habet (uti armenus, slavonicus, georgianus), proindeque unum eumdemque testem cum graeco nobis suppeditat. Hinc vero recentiores critici iudaeos ab illa criminatione liberarunt, praesertim ex eo quod in aliis locis, ubi Bethlehemi mentio fit, nullum appareat indicium ex quo oriatur suspicio illos aliquid huiusmodi pertentasse. At non facile definies utrum cum Clerico (in h. l.) et Cappello *(Critica sacra l. IV. c. XIV. §. 3.)* dicendum sit illa verba aliquo casu in hebraico textu praetermissa fuisse ob ὁμοιοτέλευτον חצריהן; an vero cum Buxtorfio *(Anticr. p. 691.)*, Carpzovio *(Critica sacra p. 790.)* et Rosenmullero (in h. l.) existimandum sit numquam in sacro textu illa exstitisse, et a graecis fuisse invecta. Maurerus quidem scribit: « Quum » Septuaginta in hoc libro nihil non ausi

» sint, addiderint alia, alia omiserint, alia » ad arbitrium immutaverint, veri profecto » simillimum est, eos totum hoc comma ex » loco quocumque alio proprio marte huc » transtulisse. » At vero quis nos docebit undenam haec nomina derivata fuerint? Nam illorum pleraque alias non leguntur. Novimus haec propria nomina passim apud graecos mire depravata esse: verumtamen, nisi aliqua probabili ratione id demonstretur, admittere non possumus haec aliunde petita, huc invecta fuisse. Id autem probabile demonstrari potest de nominibus Θεκὼ, Βαιθλεὲμ et Αἰτάμ, quae ex II Paral. XI, 6. translata videntur; at non item de reliquis. Interim animadvertimus ex undecim illis nominibus apud Hieronymum, ubi agitur de nominibus hebraicis in libro Iosue occurrentibus, legi tantum *Galim (III, 42.)*, et apud Eusebium Θεκώ *(ibid. col. 284.)*; Origenes illa de more obelo transfixerat (cf. Masius, Grabe et Holmesius); in graeca autem editione Compl. aliisque ex eadem derivatis et in cod. 58. holmesiano desiderantur. Denique hebraici textus, proindeque Vulgati interpretis qui illum sequitur, integritatem praeclare asseruit Relandi (in *Palaestina, pag. 644*); quin tamen hactenus graeci additamenti origo vel causa demonstrata sit. Quae vero idem Relandi *(pag. 1027.)* ad nomen Τατάμ, quod in hoc graecorum additamento legitur, adnotavit, minus nobis probantur. Postquam enim subdubitans scripserat in Eusebii onomastico vitiose legi Τεσσάμ pro Τατάμ, subdit: « Est tamen ratio dubitandi de hac » coniectura, quia non deprehendi alia no» mina urbium quae isto commate Ios. XV, » 60. leguntur in versione graeca, ab Eusebio » inserta fuisse onomastico suo. Quod si vel » maxime ea inserta fuissent ab Eusebio, » Hieronymus addidisset, opinor, uti ad vo» cem Rhinocorura: *sciendum autem quod hoc » vocabulum in libris hebraicis non habetur, » sed a septuaginta interpretibus additum est.* » Equidem merito illam coniecturam suspectam habuit ipsemet Relandi; at ratio, quam attulit, ex iis quae paullo ante recitavimus falsitatis arguitur.

60. *haec est* — Tacent *est* Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496., all. Mox cod. H notat hebraeum non habere *urbs silvarum*, idque primo sixtini expunxerant; cf. ad v. 9. Pro *Arebba*, Bibl. Lugd. 1535. *Rabba*, consonat hebraeus הרבה si littera ה praefixa pro articulo sumatur; at Hieronymus (III, 37.) et cod. G *Arabba*; plures graeci codd. Αρεββα, pauciores vero Ρεββα.

61. *Betharaba* — Bibl. Lugd. 1535. *Betharba*; ceterum cf. v. 6. Pro *Meddin*, cod. H *Middin*, ut hebraeus; at Hieronymus (III, 43.) cum Vulgato. In sequenti nomine *Sachacha* valde discrepant codices; hodiernam lectionem invexit Rob. Stephanus; nam antiquiores editt. paucique codices legunt *Sacha*, paucae *Saacha*; meliores codices cum Hieronymo (III, 274.) et hebraeo *Schacha*; alii aliter.

62. *et Nebsan* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, K, R, T, U, X *Anebsan*; nonnulli *Anepsan*; hebraeus והנבשן; Hier. (III, 44.) *et Nabsan*; Bibl. Ven. 1483., Lugdun. 1541., all., Hieronymus (ibid. col. 254.) *et Nepsan*. Mox pro *et civitas*, veteres editt. ante Compl. *civitates*; codd. C, D, E, F, S, T, U, V, X, Cas. 3. *et civitates*; eadem lectionis varietas in graecis codicibus habetur; tacent *et* Bibl. Complut., Reg., all. et cod. Kennic. 155. Pro *salis*, mendose legunt *solis* codd. B, gothic. leg., quibus slav. ostr. suffragatur. Ex aperto scriptorum vitio graecus habet Σαδῶν; nam optimi codices legunt ἁλῶν. Ceterum recentiores autumant עיר המלח esse nomen urbis proprium ad mare salsum sitae.

Ibid. *villae earum* — Vetustiores editt. ante Complut., codd. E, L, S, X, Cas. 5. addunt *Fiunt simul centum quindecim*; cod. R *Fuerunt simul CXV.*; quae verba expungi iubentur in cod. O, et Lucas Brugensis notat superflua esse; cod. G *Fiunt simul CXXX.*

63. *Iebusaeum autem* — Cod. A tacet *autem*; Hugo legit *Iebusaeum et*, hanc vero particulam interpretatur pro *id est*. Pro *delere*, Rabanus habet *debellare*.

Cap. XVI, 1. *Cecidit quoque* — Codd. G, I, R, Cas. 5. *Ceciditque*; cod. U tacet *quoque*. Pro *et aquas*, nonnulli codices et vetustiores editiones plures *et ad aquas*; Bibl. Mogunt. 1462., Rob. Steph. 1528. 1532., all. *ad aquas*; hebr. למי יריחו; latini codices fere omnes vulgatam lectionem sequuntur: cod. O particulam *ad* expungendam notat. Pro *ab Oriente*, cod. F *contra Orientem*; non male, si intelligatur orientem versus.

Ibid. *de Iericho ad montem Bethel* — Particulam *de* omittunt codd. A, C, D, E, F, T, U, V, Cas. 1. Pro *montem*, legunt *montana* latini codices veteres fere universi; concinit graecus εἰς τὴν ὀρεινήν; nec obstat hebraeus. Rosenmullerus notat verba בהר בית-אל non esse vertenda *in montem Bethelis*, sed *in monte* qui est *Bethel*, sive *ad Bethelem*.

2. *de Bethel Luza* — Sixtus, veteres editiones et plures codices legunt *de Bethel Luzam*; hanc autem lectionem ad ambiguitatem vitandam optimam esse asseruit Bukentopius p. 27. 159. 526. Nam ex sacro textu constat heic Bethel distingui a Luza; multi quoque graeci codices legunt ἀπὸ Βαιθὴλ εἰς Λουζά; cui lectioni favent reliqui veteres interpretes. At vero alii non pauci censuerunt Luza hoc loco dici per appositionem voci Bethel. Certum enim est, inquiunt, ex Gen. XXVIII, 19. Ios. XVIII, 13. Iudic. I, 23. haec esse duo distincta unius eiusdemque loci nomina. Gregoriani, quibus hodiernam Vulgati lectionem acceptam referimus, hanc sententiam sequuti videntur. Quamquam dicere adhuc possumus *Luza* heic positum veluti indeclinabile nomen, sed in vim accusativi casus. Brugensis enim notat: « Vocem *Luza* servant vetera mss. » ἄκλιτον; alii declinantes scribunt *Luzam*. » Difficultatem vero, quae ex laudatis locis oritur, egregie solvit Masius scribens: « Bethel » modo diversa a Luza, modo eadem dicitur; » quia cum re ipsa locus ille, in quo divi- » num visum Iacobo se patefaciebat, paullu- » lum abesset ab oppido Luza primum, po- » steris temporibus adeo est celebratus qua- » dam religionis opinione, ut Luzae propin- » quae nomen diluerit atque obscuraverit. Ita- » que cum adhuc Bethelis nomen minime » pervagatum esset, dicebat se Iacob in Luza » visum vidisse: quamvis certissimum sit, » non in oppido, sed in agro dormienti illud » apparuisse. Sed Luzam alteram fuisse apud » Hethaeos conditam ab huius Luzae prodi- » tore, nemo nescit. »

Ibid. *Archi, Atharoth* — In primis adnotamus Vulgatum alias perpetuo recteque scribere *Ataroth* (conf. infra vv. 5. 7. XVIII, 13. Num. XXXII, 3.), prout hoc quoque loco sixtini emendaverant. Dein vetustiores codd. et edd. legisse haec duo coniunctim *Archiataroth* vel *Archiatharoth*, et his favet alexandrinus; cf. Hieronymus III, 152.; idque Bukentopio pag. 28., Bonfrerio aliisque probatur, qui proinde interpunctionis notam interiectam existimant abiiciendam esse. Chaldaeus vero et syrus haec tamquam duorum locorum nomina dividunt; arabs prius pro nomine appellativo habet. Recentiores critici autumant prius esse nomen gentilitium, atque interpretantur *Arcaeorum Atarothae*. Cod. B *Ocitharoith*.

3. *iuxta terminum* — Cod. Cas. 1. *iuxta terminos*. Pro *ad terminos*, codd. A 1. m., H *ad terminum*; item hebraeus. Pro *Beth horon*, Sixtus coniunctim *Bethhoron*, quod emendarunt gregoriani et Toletus (it. infra ad v. 5.); alii plures *Bethoron*, de quo conf. ad X, 10. Ante *mari* codd. A, V addunt *in*.

4. *possederuntque* — Codd. G, R, S, V, Cas. 6., Bibl. Ven. 1480. 1483. 1494., all. *quas possederunt*; cod. N adnotat: « Ubi habent an- » tiqui secundum hebraeum *possideruntque*, » novi posuerunt *quas possiderunt*. » Pro *Manasses*, multi codices *Manasse*; conf. ad Gen. XLI, 51.

5. *Et factus est terminus filiorum Ephraim* — Haec desiderantur in codd. B 1. m., N, U; item in cod. 155. Kennic.; scholiastes in cod. N animadvertit: « Novi modo supplent » de moderno hebraeo *Et factus est terminus* » *filiorum Ephraim*, propter quod videtur re- » lativum *eorum*, quod sequitur, referri ad

» filios Ephraim, quod secundum antiquos » ad Manassem et Ephraim refertur; et iuxta » antiquos totum quod sequitur de sorte am» borum dicitur, secundum vero novos tan» tum de Ephraim: et haec potuit esse caus» sa quare forte interpres illud dimisit, quod » magis obscuritatem quam evidentiam fa» ciebat. » Pro *possessio eorum*, Bibl. Compl. et Reg. *possessio earum;* Bibl. Lugdun. 1535. *possessio hereditatis eorum;* quae duplex eiusdem verbi interpretatio videtur; nam נחלה *possessionem* aeque ac *hereditatem* significat; hebr. et veteres legunt *terminus possessionis eorum.*

Ibid. *contra Orientem* — Codd. Cas. 2. *ad Orientem.* Pro *Ataroth addar,* Sixtus coniunctim *Atarothaddar;* gregoriani distinxerunt; plures ex antiquioribus edd. paucique codd. tum latini, tum graeci in priori nomine mendose habent *Astaroth,* cf. ad Num. XXXII, 3.: alterum nomen a nonnullis scribitur *adar,* de quo vide ad Num. XXXIV, 4.; Hieronymus et Eusebius (III, 152.) dum ponunt Ἀδάρ inter oppida tribus Ephraim, videntur distinxisse *Ataroth* ab *Addar:* et revera alexandrinus, interposito nexu, duo haec nomina distinxit: at nostri geographi, quibus favet hebraicus textus, *Atarothaddar* unius urbis nomen esse censent, eiusdemque de qua supra vers. 2.

6. *Machmethath* — Plures ex vetustioribus editt. *Machmetath;* Bibl. Lugd. 1535. *Machmatath,* de qua lectione agemus ad XVII, 7.; cod. B *Machathim et Thanath;* cod. K *Machimet Calath Thanahath;* cod. F 2. m. *Machim.* Pro *vero Aquilonem,* cod. F 2. m. *quae Aquilonem;* cod. K *vero qui Aquilonem.* Pro *terminos,* sixtini, codd. A, E, V 1. m. *terminus;* hanc autem lectionem Serarius, Bonfrerius, Vatablus aliique praetulerunt; est enim consentanea hebraeo; cod. H *terminum.*

Ibid. *Thanathselo*—Codd. E, R, vetustiores edd. *Thanatselo;* Bibl. Lugd. 1535. cum hebr. *Thaanath Silo;* cod. B *Thamnaselo.* Mox pauci codices et editiones omnes ante Compl. sollemni mendo legunt *a torrente* pro *ab Oriente.*

7. *Ataroth* — Fere omnes antiquiores edd. *Atharoth,* de quo cf. ad vers. 2.; Bibl. Rom. 1471. mendose *Astharoth;* cod. E legit *Descenditque Ianoe Anatharoth.* Pro *Naaratha,* sixtini, codd. A, C, D, R, T, U, Palatinus, veteres editiones ante stephanicam anni 1528. *Noaratha;* cod. E *Noatatha;* codd. F, S, V *Noathara;* codd. B, I *Moaratha;* cod. H *Naratha:* Hieronymus (III, 254.) ex Eusebio haec habet: « *Naaratha,* in tribu Ephraim, » et nunc est *Naorath* villula iudaeorum in » quinto milliario Ierichus. » Pro *egrediturque,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, R, S, T, U, V, goth. leg., Palatinus *et egreditur;* cod. K, Bibl. Ven. 1483. 1533. *egredieturque;* cod. B legit *pervenit Iericho, egredieturque Iordanem.*

7. 8. *ad Iordanem. De Taphua pertransit* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, O, R, S, T, U, V, gothic. legion., Palatinus, editiones antiquiores omnes legunt *ad Iordanem de Taphua. Pertransitque;* huic lectioni favet syrus: nonnulli codd. Cas. *a Iordane;* alii plures *Thaphua:* at hodierna Vulgati lectio consentit hebraeo ac reliquis antiquis interpretibus; Isidorus Clarius *ad Iordanem. De Taphua vero pertransit.* Mox pro *Vallem,* Bibl. Ven. 1484. 1492. 1497. 1501. 1511., Brix. 1496., Lugdun. 1513. 1522. 1526. mendose *Villam;* codd. C, D, E, F, G, I, V, goth. leg. *Valle.*

8. *in mare salsissimum* — Cod. H notat: « Hebraeus non habet *salsissimum.* » Plures ex recentioribus interpretibus cum Bonfrerio (*Praeloq. cap. XV. sect. 5.*) et Bukentopio (*pag. 159.*) istud *salsissimum* per insigne mendum in latinos codices irrepsisse falsumque sensum generare temere affirmant. Nullo enim argumento evinci potest hoc verbum ab ipso Hieronymo non fuisse positum: immo latini testes omnes contrarium suadere videntur. Fatemur quidem hoc loco sermonem non esse de mari Asphaltite, quod alibi a Hieronymo *salsissimum* appellatur, quodque a finibus ephraimitarum longe aberat. Novimus quoque illud epitheton hoc loco apud latinos tantum legi. At quum ab ipso inter-

prete profectum fuisse constet; quumque vel ex proxime sequenti capitulo manifestum sit heic Iosue de mari Mediterraneo sermonem habere, iure concludimus vel Hieronymum *salsissimum* appellasse non modo mare Mortuum, sed et Mediterraneum: vel sanctum Doctorem nullam omnino habuisse locorum Palaestinae notitiam. Atqui hoc postremum nemo sanus protulerit. Quippe luce clariora sunt Hieronymi studia ad hebraicam geographiam pertinentia. Restat igitur ut heic per *mare salsissimum* accipiamus Mediterraneum; cf. Malvenda in h. l. Quam quidem loquendi rationem neque absonam vel falsam, neque ab usu prorsus alienam quispiam iure dixerit. Et sane Relandus (*Palaestina, p. 256.*), Lilienthalius (*comm. crit. p. 183.*) aliique ex ipsis domesticis iudaeorum testibus evincunt *salsum* nuncupatum fuisse mare Mediterraneum: apud arabes بحر الملح est Oceanus: neque apud latinos aut graecos auctores exempla huiusmodi locutionis desiderantur. Quid plura? quatuor supersunt hebraici codices apud De-Rossi heic legentes ים המלח, *mare salsum*, quae est Isidori Clarii lectio. Nil ergo prohibet quin dicamus exemplar sacri textus, quo Hieronymus utebatur, hanc praetulisse lectionem, nihilque a latino interprete adiectum fuisse.

Ibid. *tribus filiorum Ephraim* — Cod. A tacet *filiorum;* item graecus, arabs et cod. 246. Kennic.; at plures graeci codices interponunt υἱῶν; codd. Cas. 3. cum syro tacent *tribus*.

9. *filiis* — Cod. Cas. 1. *a filiis*.

10. *habitabat* — Bibl. Ordin. *habitat*. Recte notat Augustinus (*quaest. XIX. in Ios.*) additamentum huic versiculo a graecis insertum ex libro Regum petitum fuisse, atque in hieronymiana ex hebraeo interpretatione non haberi.

Cap. XVII, 1. *ipse enim est* — Sixtini, et codices paene universi *ipse est enim;* cod. B tacet *enim;* perperam Mariana animadvertit hanc particulam in hebraeo deesse; nam hebr. legit כי־הוא. Mox falso, ut solet, notat Vallarsius Vulgatum tacere *vir*. Pro *et Basan*, Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498. *ad Basan;* consonat armenus.

2. *Abiezer* — Num. XXVI, 30. *Iezer*, ubi vide adnotata, item de sequenti nomine *Helec*. Pro *Esriel*, cod. E, Bibl. Lugdun. 1535. cum hebraeo *Asriel*, uti habet Vulgatus ad Num. XXVI, 31.; veteres plures edd. *Hesrihel* vel *Hezriel*. Pro *Sechem*, vetustiores edd. cum graeco *Sichem* aut *Sichen;* conf. Num. l. c., ubi et de *Hepher* et *Semida* disseruimus; at in Num. *Semida* ponitur ante *Hepher;* quem ordinem hoc quoque loco graecus servat.

Ibid. *isti sunt filii* — Sixtini, cod. A, Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *isti filii*. Pro *filii Ioseph*, codd. A, C, E *filio Ioseph*. Pro *mares*, codd. F 1. m., X, Cas. 3. *maiores;* alii nonnulli aeque mendose *maioris*.

3. *Noa et Hegla* — Codd. C, D, E, F, I, all. *Nua, Hegla;* tacent quoque nexum cum hebraeo codd. A, B, qui postremus mox legit *Thesa;* alias horum nominum varietates vide ad Num. XXVI, 33. XXXVI, 11.

4. *per manum* — Codd. C, D, F, T, U, V, Cas. 1. *per manus*. Post *Deditque* tacent *eis* cod. L et fere omnes antiquiores editiones; at recte monet Brugensis non esse omittendum pronomen; cod. E *Deditque ei*. Pro *in medio fratrum patris*, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., Complut., Reg. *in medio terrarum patris*.

6. *filiorum eius* — Codd. B, goth. leg. *filiorum Manasse;* quod in sequenti periodo legitur: codd. Cas. 2. *fratrum eius;* accedunt graecus, syrus et arabs; codd. F, V *fratrum patris earum*, ut vers. 4.; item cod. holmesianus 236.

7. *ab Aser, Machmethath* — In primis animadvertimus ineptam plane esse illorum opinionem, qui, reiecta interpunctione, censent hoc esse unius loci proprium nomen. Nam ex hebraeo textu constat interpretandum esse *ab Aser ad Machmethath*. In altero autem nomine haud sibi constant veteres libri: Sixtus, Bibl. Ordin., Rob. Steph., Lov. *Machmathath;* aliae editiones antiquiores *Machmata;*

cod. B *Maethoth* (fortasse *Macthoth*, conf. Holmes.); cod. E *Mathath;* codd. C, D, all. *Machimath;* hodiernam lectionem induxerunt Rocca et Toletus ne Vulgatus lectionem quam superius XVI, 6. servavit, hoc loco desereret. Pro *Sichem,* codd. C, D, all. *Sechem;* cf. supra vers. 2.

8. *in sorte* — Nonnulli codices, Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., all. *in sortem* uti est supra vers. 6. Mox addunt *et* ante *filiorum* codd. G, R, S, Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483. Ad declarandum Vulgati sensum De Vence hanc interpungendi rationem adhibet *in sorte Manasse ceciderat terra Taphuae; quae* (urbs) *est, iuxta terminos Manasse, filiorum Ephraim.*

9. *in meridiem* — Codd. G, R, Bibl. Compl. et Reg. *in meridie.* Mox cod. B tacet *eius.*

10. *possessio Ephraim sit ab Austro* — Sixtini, codd. A 2. m., C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, X *ab Austro sit possessio Ephraim.* Post verba *et ab Aquilone* cod. Cas. 1. addit *possessio.* Pro *et utramque,* Bibl. Ven. 1511. 1519., Compl., Reg., Lugdun. 1513. 1522., all. *ut utramque;* Bibl. Brix. 1496. *et utrinque.* Pro *claudat,* codd. G, R, S, Cas. 4. *claudit.* Pro *coniungantur,* codd. G, R, S, Cas. 3. *coniunguntur.* Pro *sibi,* cod. Cas. 1. *ibi.* Rosenmullerus notat Hieronymum male interpretatum fuisse: « Fieri enim non potuit, in» quit, ut hae tribus dicerentur *coniungi* in » duabus aliis, aut eas *attingere.* » Verum ex eo quod id fieri non potuit, iure concludimus verba Hieronymi non eo sensu accipienda esse, quem supponit Rosenmullerus. Nam latinus interpres posuit *coniungantur sibi in tribu,* pro *pertingant ad tribum,* prout habet hebraicus textus, cuius verba eamdem prae se ferunt obscuritatem quam in Vulgato notamus.

11. *hereditas* — Cod. X *terminus.* Pro *Bethsan,* vetustiores edd. *Bersan;* Bibl. Lugdun. 1535. cum hebr. *Bethsean;* at hebraeus alibi contracte legit cum Vulgato בית שן; cf. Gesenii *Thes. pag. 196.* Mox pro *viculi,* codd. B, I *viculis.*

Ibid. *Ieblaam cum viculis . . . Endor cum viculis . . . Thenac cum viculis . . . Mageddo cum viculis* — Quatuor hisce locis sixtini (quod et Toletus adnotavit) cum cod. A scripserunt *villulis* pro *viculis:* priori loco concinunt codd. F, U, S; at legunt *villis* codd. C, D, K, O, T, V, X, Cas. 15., Palatinus, Hugo: secundo loco sixtinis favent codd. C, D, F, O, S, T, U, Cas. 3., Palatinus, Hugo; at habent *villis* codd. K, V, goth. leg.: tertio loco sixtinis accedunt codd. C, D, F, O, S, T, U, Hugo; at praeferunt *villis* codd. B, H, I, K, V, X, goth. leg.: ultimo loco cum sixtinis faciunt codd. F, S, T, U, Palatinus; legunt *villis* codd. I, goth. leg.

Ibid. *habitatores quoque* — Cod. B *similiterque habitatores;* et mox tacet quod sequitur *similiterque;* ubi codd. A, C, D, F, T, U, V legunt *similiterque et habitatores.* Pro *Thenac,* Sixtus, Bibl. Ordin., Rob. Steph., Lov. *Tenac;* all. edd. *Tenach;* gregoriani emendarunt: veteres codices plerique cum sixtinis *Thanac* vel *Thanach,* de quo cf. ad XII, 21. Mox Vulgatus ponit *Nopheth* pro urbis nomine, seu, uti legunt antiquiores editiones, *Nophech* (paucae rectius *Napheth*), dum subdit *et tertia pars urbis Nopheth:* « Ego vero, » inquit Masius, arbitror tres illas urbes En» doram, Thaanach et Magedonem, cum suis » quamque municipiis et pagis dici שלשת » הנפת, quia sunt tamquam tres regiones in » tractu illo Dorio ad Manassenses pertinen» tes. » Hinc margo Ord. habet *tres regiones.* Conf. Gesenii *Thes. p. 866.* Huic sententiae adstipulantur targum, syrus et Symmachus (huius lectionem a Masio excitatam, frustra quaeres apud Montfauconium, qui alia complura hexaplaria fragmenta ex operibus Masii excerpere potuisset). Verum latinus interpres graecum alexandrinum imitatus est, ex quo Eusebius quoque apud Hieronymum III, 253. scribit: « *Napheth,* urbs in tribu » Manasse. »

12. *civitates subvertere* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, T, U, V, X, Palatinus *subvertere civitates.* Pro *Chananaeus habitare,*

codd. F, X *habitare Chananaeus*. Pro *in terra sua*, sixtini, codd. B, E, F, G, H, K, L 3. (seu Q), N*, R, S, Cas. 14., alii apud O, Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532. *in terra ista;* accedunt hebr. et veteres; Sixtus cum hentenianis editt. *in terra ipsa*. Verum pro recepta lectione, quam comprobarunt gregoriani, stant antiquiores editiones et reliqui codices; hinc Toletus: « Lege *sua;* sic Compl., Reg., » Ordin. et alii codd. et Congregatio. » Lucas vero Brugensis notat: « Pro *sua* reciproco, » quod est in vetustis libris, in aliis est *ipsa,* » in aliis *ista*. » Denique scholiastes in cod. N de hac quaestione scribit: « Antiqui *in terra* » *sua*, id est illorum, vel sua ipsius. Quidam » moderni de hebraeo moderno ponunt *in ter-* » *ra ista,* quod timeo de Glossis scribarum, » seu hebraeorum, seu aliorum in textu fuis- » se mutatum. Quare Iudic. I. (v. 27.) pro » littera, quae habet *sua*, dicitur: *coepit Cha-* » *nanaeus habitare cum eis;* hoc est ergo *in* » *terra sua*. »

13. *convaluerunt* — Cod. B cum Augustino *invaluerunt*, non male; graecus κατίσχυσαν.

14. *et dixerunt* — Sixtini, veteres codices omnes et Rabanus *atque dixerunt*. Ante *possessionem* addunt *terram in* codd. G, L, N*, R, S, Cas. 3., margo codicis V et veteres editiones ante stephanicas. Cod. H tacet *et* ante *funiculi*. Pro *unius*, cod. I *huius;* Bibl. Rom. 1471. mendose *illius*. Pro *mihi*, cod. U et holmesianus 63. *tibi*.

15. *ascende in silvam* — Cod. K *in silvam ascende*.

16. *in terra campestri* — Cod. A *in campestribus*. Mox pro *sitae sunt*, antiquiores editiones *siti sunt*. De *Bethsan* cf. ad vers. 11. Pro *et Iezrael mediam possidens vallem*, Bibl. Lugd. 1535. 1536. inepte ex hebraeo habent *et Laaser mediam possidens vallem Iezrael;* de hoc nomine cf. ad XV, 56.

17. *Ephraim* — Particulam *et* praemittunt codd. G, L, O, R, S, Cas. 2., et vetustiores editiones; item duo codd. Kennicotti; margo Ordin. *ad Ephraim*. Pro *non habebis*, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471. *non habes;* codd. H, I *et non habebis;* accedit chaldaeus in polyglottis regiis, at non in edit. londinensi, ubi perperam retinetur nexus in latina versione.

Cap. XVIII, 1. *Congregatique* — Bibl. Ord. *Congregati*.

2. *Remanserant* — Sixtus, codd. B, C, D, E, F, G, I, O, Q, T, X, Cas. 5., Palatinus, pleraeque editt., Rabanus *Remanserunt;* at sixtini et gregoriani emendarunt, quibus suffragantur codd. A, H, K, L, R, S, Cas. 15. et vetustiores editiones; unde Toletus notat: « Lege *Remanserant;* sic Compl., Reg., mss. » et utraque Congregatio. »

3. *marcetis* — Cod. P et Petrus Com. *torpetis*.

4. *tribubus* — Quidam codd. Cas. addunt *vestris*. Pro *mittam*, cod. I *mittamus;* contra fidem sui textus latina versio chaldaei in polyglottis legit *mittemus;* priores editiones hentenianae *mittant*, quod Lucas Brugensis et Sirletus emendarunt. Pro *iuxta numerum*, codd. L 5., Q, Cas. 2., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471. *iuxta terminum;* minus recte, ait Brugensis. Pro *descripserint*, codd. Cas. 2. *descripserunt;* Hugo *scripserint*.

5. *ab australi plaga* — Codd. G, N*, R, S, Cas. 6., goth. legion. *ad australem plagam;* cod. O notat hebraeum et graecum legere *a meridie*.

6. *mediam* — Codd. Cas. 12. *dimidiam;* Serarius ex coniectura legit *aliam;* cf. Mariana et Menochius in h. l.; cod. Cas. 1. addit *autem;* item hebraeus. Pro *inter hos*, Rabanus *inter eos*. Pro *describite*, codd. Cas. 3., Hugo *distribuite;* cod. H ex hebraeo hunc locum interpretatur: *Vos vero terram in septem partes describite*.

Ibid. *et huc* — Codd. G, S, Cas. 3. *et tunc*. Post *mittam vobis*, sixtini, codd. A, U tacent *hic;* item graecus, syrus et arabs, paucis exceptis codicibus.

7. *pars Levitarum* — Cod. A *sors Levitarum*. Pro *sacerdotium Domini*, cod. A *sacerdotum Dominus;* codd. C, F, G, I, N, P, T, U, V, Cas. 5. *sacerdotum Domini;* scholiastes

in cod. N animadvertit: « Antiqui *sacerdotum* » *Domini*, videlicet ipse Dominus est heredi- » tas sacerdotum. De hoc enim quod dicitur » *Domini* accipitur quod dicitur *Dominus.* » Alii, ubi antiqui habent *sacerdotum*, po- » nunt *sacerdotium* iuxta litteram hebraicam » et graecam, quam iam multi latini habent, » quae est probabilis. » Cod. O communem lectionem sequitur, atque notat: « Hebr. et » graecus *sacerdotium Domini pars eorum.* » Patet quod quidam male habent *sacerdo-* » *tum.* » Illud enim hoc loco μετωνυμικῶς dicitur de hostiis, decimis, primitiis aliisque rebus, quae a populo Levitis, sacerdotibus et inferioribus cultus sacri ministris persolvebantur, uti Masius advertit. Pro *est eorum*, codd. N*, R, S, V 2. m., Cas. 3. *haec est eorum.*

Ibid. *dimidia* — Codd. C, D, I, Cas. 13., gothic. legion., alii apud Sirletum *dimidium;* graecus τὸ ἥμισυ. Mox pro *acceperant*, codd. H, S, Bibl. Lugd. 1522. 1535., Rabanus *acceperunt;* nec obstant veteres.

8. *ut pergerent*—Cod. F, Bibl. Lugd. 1522. 1535. *et pergerent.* Pro *ut hic coram Domino*, codd. C, D, F, I, N, T, U, V, Cas. 2., Hugo *et hic coram Domino;* cod. N notat: « Hebraeus » et antiqui praemittunt *et*, non *ut;* licet au- » tem paene idem significent, in hoc casu ta- » men est varius dicendi modus, quia supra » idem dixerat (v. 6.) *ut coram Domino Deo* » *vestro mittam vobis hic sortem.* » Ex eodem vers. 6. heic addunt *Deo vestro* codd. F 2. m., G, K, S, V, Cas. plures, Urbinas, editiones ante stephanicas, Hugo; cod. R addit *Deo nostro;* addunt tantum *Deo* codd. A, C, D, E, F 1. m., I, N, T, U, X, Cas. 4., gothic. leg., Palatinus; unde Martianaeus notat: « Mss. » addunt *Deo*, sed hebraeus non habet vo- » cem *Deo*. Nomina autem *Dei* et *Domini* ad- » dita saepissime reperiuntur in graecis et » latinis exemplaribus, quae tamquam su- » perflua radenda monet Hieronymus. »

9. *lustrantes eam, in septem* — Cod. B *lustrantes terram, in septem;* cod. U *lustrantes terram;* hebr. quoque et veteres exprimunt *terram;* codd. C 1. m., D, F 1. m. tacent *in.*

10. *coram Domino* — Addunt *Deo* codd. C 1. m., G, R, S, T, Cas. 5.; at codd. N, O monent hoc additamentum neque in hebraeo, neque in antiquis codicibus legi. Pro *divisitque*, cod. H *dividitque;* et mox notat hebraeum pro *in septem partes* legere *iuxta divisiones eorum* (ita legendum arbitramur pro *earum*, quod habet Martianaeus).

11. *filiorum* — Tacet cod. B; item graecus et arabs; sed cf. Holmesius. Vallarsius errat dum monet Vulgatum non legere *Terram.*

12. *terminus eorum* — Cod. Cas. 1. *terminus Ioseph.* Pro *a Iordane*, sixtini, codd. A, E, F, G, H, K, N*, R, S, V, X, Palatinus *ab Iordane;* codd. C 1. m., D, I, N, P, T, U, Cas. 4., Hugo, Alfonsus Tostatus *ad Iordanem*, quod Sirletus quoque in suis codicibus reperit; scholiastes in cod. N animadvertit: « Antiqui » legunt *ad Iordanem:* alii adhaerentes he- » braeo ponunt ibi *ab Iordane;* sed sciendum » quod unam praepositionem ponit interpres » pro alia pluries. Unde XIX. (v. 14.) ubi » hebraeus habet *et circuit ab aquilone*, lati- » nus habet *ad aquilonem.* Nam quod dicitur » *ad Iordanem*, hoc verbum *fuit* determinat, » non hoc participium *pergens;* cum inter » haec hebraeus copulativam coniunctionem » interponat. » Pro *Occidentem*, cod. E *Occidentalem.* Pro *ad solitudinem*, sixtini et codices fere universi *in solitudinem.*

13. *Ataroth* — Heic quoque multae ex antiquioribus editionibus *Astaroth;* cf. ad XVI, 5.

14. *ad Meridiem* — Sixtini, codd. B, C, D, E, F, G, I, T, U, V, X, Cas. 14., gothic. leg. *a meridie;* cod. A *et a meridie.* Pro *exitus eius*, codd. G, S, Cas. 3. *termini eius.* Pro *Cariath baal*, Sixtus coniunctim *Cariathbaal;* Toletus notat: « Lovanienses scribunt *Cariath-* » *baal;* et sic semper huiusmodi nomina du- » plicia. » Verum quum ad hanc vocem Toletus nil adnotaverit superius XV, 60., ipsam Sixti lectionem ibidem clementinae editiones adhuc retinent.

Ibid. *vocatur et Cariathiarim* — Tacent *et* codd. K, S, V, X, Bibl. Lugd. 1535.; cod. F *et vocatur Cariathiarim.* Post *haec est plaga*

codd. G, R, S, Cas. 3. addunt *magna*, quod correctoria N, O abiiciunt. Pro *ad Occidentem*, legunt *et occidentem* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, L 4., N, O, P, T, U, V, X, Cas. plures, goth. leg., Palatinus, Hugo, Alfonsus Tostatus; in cod. N legimus scholion quod sequitur: « Antiqui *contra mare et occidentem : et* pro *id est* contra occidentem; » quia mare magnum terrae sanctae est ad » occidentem. Idioma Scripturarum est pro » *mare* intelligere *occidentem*. Unde hebraeus » non habet hic nisi hoc: *haec est plaga* » *maris.* » cod. G *et ad occidentem*. Mirari licet a nostris editionibus penitus abesse lectionem tam magno codicum consensu firmatam.

15. *A Meridie*—Cod. Cas. 1. *Ad Meridiem.* Pro *ad fontem*, codd. F, X *ad fontes;* cod. goth. leg. tacet *ad*. De *Nephtoa* cf. ad XV, 9.

16. *qui respicit*—Codd. C, F, N, N*, R, S, Cas. 6., Bibl. Ven. 1494. 1498., Brix. 1496., Ant. in 8°. 1583. *quae respicit;* cf. XI, 17. At vero cod. N hanc habet notationem: « Hebraeus legit *Descenditque terminus ad finem* » *montis qui est super faciem vallis*. Unde secundum hebraeum et antiquos non potest » ibi esse *quae*, sed *qui.* » Pro *Raphaim*, Sixtus *raphaim;* gregorianis et Toleto priorem litteram maiusculam esse placuit, ut supra XV, 8.

Ibid. *in Geennom* — Particulam *in* praetermittunt codd. A, B, C, D, E, F, G, I, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg.; nec repugnant hebraeus et graecus: de nomine *Geennom* cf. ad XV, 8. Verba quae sequuntur *id est, Vallem Ennom*, ab interprete addita fuisse notat codex H. At pro *Vallem*, legunt *Vallis* codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, N, R, S, T, U, V, Palatinus, gothic. leg., Casin. et veteres editiones usque ad stephanicas quae prodierunt ab anno 1545.; has autem imitatae sunt editt. Lugd. 1566., Salmant. 1584., Heidelb. 1586., atque hentenianae a Luca Brugensi reformatae Antuerp. 1574. 1583., Ven. 1588. 1599. Cf. nota ad Gen. XXXI, 47. De *rogel* conf. ad XV, 7.

17. *Ensemes* — Cod. G, Bibl. Lugd. 1522. 1526., Hugo *Ensames*. Pro eo quod Vulgatus hoc loco habet *Ensemes, id est fontem solis*, superius XV, 7. legit tantum *Fons solis*. Hieronymus III, 274. « *Sames*, id est fons Sa» mes, in tribu Beniamin: pro quo Aquila » interpretatur *fontem solis* (πηγὴ ἡλίου). »

18. *usque ad tumulos* — Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. *ad usque tumulos;* hebraeus legit אל גלילות, quod est nomen proprium loci in australibus Beniamitarum limitibus, qui supra XV, 7. הגלגל vocatur. Animadverte clementinas editiones cum hentenianis incipere versiculum 18. a verbis *et pertransit usque ad tumulos;* reliquos vero a verbis *et pertransit ex latere*. Pro *Ascensus Adommim*, supra l. c. *Ascensionis Adommim*.

Ibid. *ad Abenboen, id est, lapidem Boen filii Ruben* — In loco gemino XV, 6. Vulgatus *ad lapidem Boen filii Ruben;* graecus ἐπὶ λίθον Βαιὼν υἱῶν (alii υἱοῦ) Ῥουβήν. cod. H notat hebraeum non legere *id est, lapidem Boen;* Sixtus et veteres editiones fere omnes tacent *ad*, quod sixtini, gregoriani et Toletus ad codicum fidem addiderunt; Sixtus praeterea legit *Abemboen*, quod Rocca emendavit: codd. C, D, U tacent *Boen*, pro quo alii mendose legunt *Boem;* cod. E *Beom*.

19. *Beth hagla*—Cod. Cas. 1. praemittit *a*. Mox pro *in fine*, sixtini, codd. A, C, D, F, I, O, V, X, Hugo *in finem*. Pro *ad australem plagam*, cod. B *ab australi plaga;* graecus ἀπὸ λιβός. Verba *qui est terminus illius ab Oriente* ad 19. versiculum pertinent, non ad 20.; cod. E tacet *illius*, cui favet hebraeus.

20. *et familias suas* — Legunt *et familias singulas* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, I, K, O, S, T, U, V, X, Cas. plures, goth. leg., Palatinus, alii apud Martianaeum et Sirletum, Bibl. Ordin., Hugo.

21. *Vallis Casis* — Sixtus *Valliscasis*, gregoriani, Rocca et Toletus distinxerunt; quaedam editt. *Vallis Cassis;* hebr. עמק קציץ, graecus Ἀμεκασίς; Hieronymus III, 151. « *Amec-Casis*, id est, vallis Casis, in tribu » Beniamin. » Ibid. col. 41. *Emeccasis*. Nomen proprium oppidi, de quo nil constat.

22. *Beth Araba* — Sixtus *Betharaba,* quod rursum gregoriani, Rocca et Toletus distinxerunt; conf. ad XV, 6. Pro *Samaraim*, codd. B, E, G, H, I cum hebraeo *Semaraim;* Bibl. Compl. et Reg. *Samarim;* Bibl. Lugd. 1535. *Zaamaraim;* Vulgatus II Paral. XIII, 4. legit *Semeron*.

23. *et Avim* — Tacent nexum codd. B, C, D, E, I, K, T, U. Pro *Aphara*, antiquiores editiones, paucique codd. cum Hieronymo III, 37. *Affara;* Bibl. Lugd. 1535. *Para;* est enim cum articulo הפרה. Pro *Ophera*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, S, T, U, V, Palatinus cum hebraeo *Ophra,* uti habet Vulgatus I Paral. IV, 14. et cum Eusebio Hieronymus III, 255.; in libris Iudicum et Regum Vulgatus legit *Ephra;* Mich. I, 10. interpretatur *Pulveris:* antiquiores editiones scribunt *Offora*.

24. *Villa Emona et Ophni et Gabee* — Prius nomen a Sixto effertur *Villahemona;* id vero gregoriani, more veterum, distinxerunt; cod. B *Villa Hamona;* Hieronymus III, 37. legit *Ammona*. Alterum nomen in cod. B et apud Hieronymum III, 151. scribitur *Aphni;* vetustiores edd. mendose *Offui*. Postremum nomen in cod. B est *Gebee;* Vulgatus habet rursum *Gabee* I Paral. VI, 60.; sed Ios. XXI, 17. *Gabae;* Isa. X, 29. *Gaba;* Nehem. VII, 30. XI, 31. XII, 29. *Geba*, alibi saepius *Gabaa;* Zach. XIV, 10. interpretatur *de colle*. Hieronymus III, 222. *Gabe*.

25. *Rama* — Hebraico in textu legitur הרמה; pro quo Vulgatus infra XIX, 29. posuit *Horma*, et XIX, 36. *Arama*. Atqui idem Vulgatus alias non habet *Horma* nisi pro hebr. חרמה; et contra I Reg. XXX, 30. habet *Arama* pro eadem voce חרמה. Ergo legerit Vulgatus ה pro ח priori loco; et e contrario ח pro ה in postremo loco?

26. *et Mesphe et Caphara, et Amosa* — Prius nomen in Bibl. Lugdun. 1535. scribitur *Maspha;* de eo cf. ad XI, 3. Secundo loco particulam *et* tacent sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, T, U, X, goth. leg., Palatinus et editiones omnes antiquiores usque ad annum 1526.; codd. B, E, G, H, S, goth. leg. legunt *Chaphera*, nonnulli alii codd. *Caphra;* cod. corbeiens. apud Martianaeum et Biblia Lugdun. 1535. *Caphira*, uti habet Vulgatus IX, 17.; at idem Vulgatus Esdr. II, 25. et Neh. VII, 29. legit *Cephira;* graecus cod. alex. Χεφειρά, hinc Hieronymus III, 191. *Chephira*. Tertio loco tacent nexum Bibl. Ordin.; legunt *Ammosa* codd. F, G, H, I, K, R, V, X, Palatinus; item non pauci graeci codices; mendose *Amopha* Bibl. Lugd. 1522. et Hugo.

27. *Iarephel* — Sixtini cum cod. A *Iraphel;* hebr. וירפאל; mire in hoc nomine, quod alias non occurrit, discrepant codices. Bibl. Complut. et Reg. *Iarpheel;* cod. B *Ierephel;* Hieronymus III, 42. 234. *Ierphel;* cod. E *Iarafel;* codd. C, D, F, all. *Iarahel;* alii aliter. Pro *Tharela*, sixtini, codd. A, B, E, H, K, X, goth. leg. *Tharala;* Hieronymus III, 46. *Therela;* alii mendose *Charala*.

28. *Sela* — Sixtini cum cod. A et Hieronymo l. c. *Sala*. Mox pro *Eleph*, codd. A, V *et Eleph;* cod. B *Aleph;* antiquiores edd. ante stephanicas *Heleph*. Pro *Gabaath*, eaedem editiones *Gabaad;* item Hieronymus III, 42. (at col. 223. cum Vulgato facit); cod. A *et Gabiath*. Contra vero ante *Cariath* cod. H cum hebraeo particulam *et* omittit.

Ibid. *et villae earum* — Cod. A, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. addunt *Fiunt omnes civitates viginti sex;* cod. L, Bibl. Ven. 1519., Lugd. 1522. 1526. 1533., Rob. Steph. 1540. 1545. 1546. 1555., Basil. 1544., all. addunt *Fueruntque omnes civitates viginti sex;* Bibl. Ven. 1476. 1479. 1481. 1483. et reliquae fere omnes ante Complutensem addunt *Fuerunt omnes civitates viginti sex*. At longe plures codices ignorant hoc additamentum, neque legitur in Bibl. Ven. 1480. 1482. 1494. 1498., in prioribus edd. Rob. Steph., Lov. aliisque recentioribus. Mox cod. B tacet *filiorum*, ut cod. 70. Kenn.

Cap. XIX, 1. *Et egressa est* — Tacent *Et* codd. A, D 1. m., V, X, Cas. 1. Pro *per cognationes*, cod. B *iuxta familias et cognationes*. Animadverte clementinas editiones ex ty-

pographi mendo concludere primum versiculum verbis *fuitque hereditas*, atque exordiri alterum versiculum *eorum in medio*. Veteres edd. complures cum hebr. incipiunt secundum versiculum a nomine *Bersabee;* paucae a verbis *fuitque hereditas*.

2. *Bersabee et Sabee* — Cod. X tacet *et Sabee;* Robertus Stephanus notat particulam *et* hoc loco haberi pro *id est;* idque complures interpretes sequuti sunt. Quatuor codices hebr. apud De-Rossi (in *Suppl. ad Varr. lectt.*) tacent ושבע, neque istud nomen legitur in loco parallelo I Paral. IV, 28. Plures quoque interpretes adnotarunt hoc nomen expungendum, ut constet summa tredecim urbium Simeonis, quae infra ad vers. 6. colligitur. Conf. Relandi *p. 990.*, Gesenius *Thes. p. 1355.*, Rosenmullerus, all. Verum Hieronymus illud legebat in suis exemplaribus; nam memorat urbem *Sabee* III, 46. 247. Pro *Molada*, cod. B *Moladan;* cf. Holmes.

3. *Hasersual, Bala et Asem* — Antiquiores edd. efferunt prius nomen *Asersua*, aliae *Asersual;* cod. B *Hasersua;* cf. ad XV, 28. Alterum nomen in plerisque vetustis edd. est *Baala;* paucae habent *Balaa;* cod. B *Bela;* cf. ad XV, 9. 11. 29. Tertium nomen in cod. B scribitur *Asom*, de quo cf. Holmesius et ad XV, 29.

4. *Eltholad, Bethul et Harma* — In loco parallelo I Paral. IV, 29. 30. tria haec nomina in hebraico textu et in Vulgato scribuntur *Tholad, Bathuel* et *Horma*, de quibus cf. ad XV, 30.; sixtini habent *Eltholad, Bethul Harma;* tacent enim nexum codd. A, C, D, E, F, G, I, K, all. (it. cod. hebr. 182. Kenn.) et fere omnes antiquiores editiones, quae praeterea duo postrema nomina copulant legentes *Bethularma*.

5. *et Siceleg* — Bibl. Lugd. 1535. *Sicelag;* sixtini, codd. A, C, D, E, F, I, U *et Seceleg;* de iis qui legunt *et Sicelech* conf. ad XV, 31. Mox cod. A *et Bethmarchamoth*. Pro *et Hasersusa*, antiquiores edd. *et Asersua*, item plures codices, qui praeterea cum sixtinis tacent nexum, uti codd. A, B, C, D, F, G, I, K, T, U, gothic. leg.; Vulgatus in loco parallelo I Paral. IV, 31. cum hebr. *Hasarsusim*.

6. *Bethlebaoth* — Vetustiores editt. corrupte *Bethlepaboth;* codd. B, F et Hieronymus III, 39. *Bethlabaoth;* in Paral. l. c. hebr. et Vulgatus *Bethberai;* cf. ad XV, 32. Pro *Sarohen*, non pauci codd. et edd. minus recte *Saroem;* in Paral. l. c. hebr. et Vulgatus *Saarim*.

7. *Ain et Remmon* — Veteres edd. plures mendose *Aim et Remmon;* aliae *Remnon;* cod. H tacet nexum, ut hebraeus; at cf. De-Rossi, et supra ad XV, 32. Pro *Athar*, cod. B *Ethar;* Bibl. Lugd. 1535. cum hebr. multisque graecis codicibus *Ether;* cf. ad XV, 42.

8. *urbium istarum* — Codd. F, V, X *istarum urbium;* cod. Cas. 1. tacet *istarum*. Pro *Baalath Beer Ramath*, Sixtus cum Lov. interpunxit *Baalath, Beer, Ramath;* at gregoriani, Rocca et Toletus omnem interpunctionem sustulerunt perinde ac si hoc unius eiusdemque loci nomen esset: sixtini habent *Baalath, Beer Rameth;* cod. H *Balathbeer ramath*, antiquiores edd. *Balaad Bercameth;* codd. B, K *Baalath et Ramoth;* alii aliter. Relandi p. 610. 964. autumat *Baalath-Beer* idem oppidum esse ac *Ramath;* sed nihil attinet de re incerta pluribus agere. Post verba *contra australem plagam* cod. V, margo codicis R, antiquiores edd. addunt *Fueruntque omnes civitates decem et septem;* cod. E legit *Fiunt omnes civitates decem et septem*. Pro *iuxta cognationes*, Bibl. Rom. 1471. *iuxta possessiones;* unicus est codex alexandrinus, qui legit κατὰ κλήρους αὐτῶν.

9. *in possessione et funiculo* — Codd. A, B, C, D, E, F aliique fere omnes *in funiculo et possessione*. Vallarsius mendose legit *quae*, pro *quia*. Mox pro *filii Simeon possederunt*, sixtini et codices A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Palatinus *possederunt filii Simeon;* codd. B, goth. leg. addunt *iuxta cognationes eorum*. Pro *hereditatis eorum*, codd. G, R, Cas. 4. et vetustiores edd. *hereditatis eius*.

10. *Ceciditque* — Codd. A, C, D, E, F, H, K, S, T, U, X, Palatinus, Cas. 18., Bibl. Ordin., Hugo *Cecidit quoque*. Mox cod. Cas. 1. cum graeco tacet *filiorum*. Pro *possessionis eorum*, codd. R, S, Cas. 4. et antiquiores edd. *posses-*

sionis filiorum Zabulon. Pro *Sarid,* codd. A, C, D, E, F, G, K, all. et editt. antiquiores *Sarith;* et ita legit Eusebius apud Hieronymum III, 274., sed Hieronymus ib. col. 46. recte *Sarid;* conf. Holmes.

11. *de Mari* — Codd. C, D, O, T, U, V *a Mari;* cod. K et Isidorus Clarius *ad Mare,* concinit hebr. לימה. Pro *Merala,* Sixtus et veteres edd. fere omnes *Medalaa;* sixtini, codd. A, D, E, F, G, O, R, T, U *Medala;* alii codices *Medela,* alii *Madala.* « In latinis li» bris, ait Masius, *Madala,* pro *Marala,* li» brarii, opinor, errore scriptum est. » Hodiernam lectionem invexerunt gregoriani, Rocca et Toletus, praeeuntibus Bibl. Ordin. et prioribus edd. Rob. Steph.; cf. Brugensis et Bukentopius pag. 401.: codd. B, H cum Hieronymo III, 44. 246. et hebraeo *Marala;* Bibl. Lugdun. 1535. *Mareala.* Pro *et pervenit,* fere universi codices legunt *ac pervenit.* Pro *Debbaseth,* cod. A *Deblaseth.* Pro *Ieconam,* sixtini, codd. A, B, all. *Iecenam;* alii *Iecennam;* alii aliter, cf. ad XII, 22.; Bibl. Lugd. 1535. *Iochneam;* antiquiores editt. *Ieconan.*

12. *Sared*—Sixtini, codd. B, H, Bibl. Ord., Rob. Steph., all. *Sarid,* uti legitur ad v. 10.; alii codices et antiquiores edd. rursum *Sarith,* uti supra monuimus. Mox pro *in fines,* veteres editiones cum hebraeo legunt *in finem,* quod, suffragantibus latinis codicibus, sixtini emendarunt. Pro *Ceseleththabor,* cod. A *Ceselech et Thabor;* favent syrus et slav. ostrog.; Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. *Sicelech thabor;* aliorum errores adnotare nil attinet: Hieronymus describit *Chaselath* iuxta Thabor tom. III, 194. cf. col. 146. 154. Pro *Dabereth,* cod. H et Hieronymus III, 198. cum hebraeo et non paucis graecis codicibus *Dabrath;* cod. B *Deberath;* conf. ad XXI, 28. Pro *Iaphie,* antiquiores edd. mendose *Iasie.*

13. *usque ad orientalem* — Tacent *usque* sixtini, codd. B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, R, S, V, Cas. plures, gothic. leg., Palatinus; consentiunt hebr. et veteres. Mire corrupti sunt latini codices in nominibus quae sequuntur *Gethhepher et Thacasin;* insigniores tantum varietates innuere placet: sixtini, collato cod. A, scripserunt *Gethhepher Ettacasin;* cod. B *Gethhapher et Feleta et Casin;* cod. K *Gettha et Epher et Felettha et Tacasin;* cod. H cum hebraeo *Getha-Epher, Itha-Casin;* vetustiores edd. *Gethefer et Thachasin;* Hieronymus III, 39. 42. *Geththaapher . . . Casim.* Alterum nomen in Bibliis Sixti scribitur *Tacasin;* sed Rocca et Toletus emendarunt; in graeco legitur Κατασέμ, at Masius fecit Θακασείν; graecus Compl. paucique codd. habent καὶ σίν, quod ortum videtur ex κασίν.

Ibid. *Remmon, Amthar et Noa* — Pro altero nomine, codd. A, B, G, I, R et vetustiores edd. legunt *Amphar;* cod. H et Bibl. Lugdun. 1535. *Amthoar;* Hieronymus III, 154. *Amathar:* nimirum id Vulgatus pro nomine urbis proprio habuit, uti graecus, syrus et arabs. At vero chaldaei interpretatio nostris plerisque recentioribus expositoribus probatur, qui verba hebraica reddunt *Remmon quod porrigitur in Neam;* Symmachus pro *Amthar* interpretatur *inclitam:* hinc castigandus est De-Rossi qui in *Suppl. ad varias lectt.* dicit omnes veteres interpretes accepisse המתאר pro nomine proprio urbis. Pro *et Noa,* cod. H *Anea;* hebr. הנעה, quidam graeci codices Αννουα; Bibl. Lugd. 1535. *Nea.*

14. *ad Aquilonem* — Codd. P et nonnulli ex florentinis, Bibl. Ord., Rob. Steph. 1532. et Isidorus Clarius *ab Aquilone;* cod. N adnotat: « Antiqui *ad aquilonem;* et tamen he» braeus habet *ab aquilone.* » Cod. F tacet particulam *ad.* Pro *Hanathon,* vetustiores editiones et plerique codices legunt *et Nathon;* alii *et Nathan;* cod. B *Henathon;* cod. H *Annathon;* cf. De-Rossi *Suppl. ad varias lectt.* Pro *Vallis Iephtahel,* Sixtus *Vallisiephtahel,* quod gregoriani et Toletus distinxerunt; codd. A, F, I *Valles Iephthael;* editiones vaticanae infra ad vers. 27. habent *Iephthael;* codd. C, D, T, U *Nepthahel;* cod. B *Sephthael.*

15. *Cateth et Naalol* — Antiquiores pleraeque edd. mendose *Cathethet Naalol;* aliae cum Compl., Ven. 1511., Lugd. 1513. *Cathethet et Naalol;* cod. B *et Cartha et Naalon;*

sixtini, codd. A, E, F, H, V *et Cateth et Nehalal;* hebraeus quoque et veteres praemittunt nexum; postremum hoc nomen in codd. C, D, T, U scribitur *Balal* (graecus Ναβαάλ); prius autem in multis hentenianis edd. mendose *Careth.*

Ibid. *Semeron* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, R, T, U, V et plures ex antiquioribus edd. *Semron;* item Hieronymus III, 274.; cf. ad XI, 1. XII, 20. et Holmes. Pro *Ierala,* omnes vetustiores edd. et nonnulli codd. *Iedaba;* Sixtus, codd. A, E, H, I, Q, priores edd. Rob. Steph., Bibl. Ord. et henteniana *Iedala;* cod. F *Iedabala;* codd. C, D, T, U, V, X, Palatinus, Hugo *Iedula;* cod. B *Iadela,* uti habet Hieronymus III, 235. sed ibid. col. 42. *Iedala.* Auctor schedae adnexae codici vaticano 6879. censuit vaticanas edd. Clementis VIII. ex typorum mendo habere *Ierala,* pro *Iedala.* Eamdem sententiam sequutus est Lucas Brugensis, qui in libello *romanarum correctionum* ad calcem Bibliorum Antuerp. 1603. adnotavit: « Scribendum est » *Iedala* per *d* mutam in secunda syllaba, et » *l* liquidam in tertia; non *Ierala,* per *r* li- » quidam in secunda, aut *Iedaba,* per *b* mu- » tam in tertia. » Et continuo subdit: « Scri- » ptum enim est *Ierala* per *r* liquidam, pro » *Iedala* per *d* mutam, quod est in aliis li- » bris et consentit hebraeo; nam *Iedaba* nul- » lius est auctoritatis. » Verum quum postea editores plantiniani in laudatis Bibliis antuerpiensibus, in quibus ad fidem vaticanae editionis prius impresserant *Ierala,* suffecissent *Iedala,* quod dein in sequentibus edd. perpetuo retinuerunt, Brugensis ad calcem laudati libelli, postrema verba recitatae notationis superfluere monuit. Bukentopius vero, p. 517. et seq., etsi non est ausus asserere in vaticanis editionibus data opera positum fuisse *Ierala,* tamen recte animadvertit in omnibus paene editionibus ab anno 1603., non aliam ob caussam, nisi propter notationem Lucae Brugensis impressum fuisse *Iedala.* Hanc autem lectionem praeter alias fere omnes editiones ubique locorum evulgatas, retinent edd. romanae ann. 1671. 1765. 1768. 1784. Verum lectionem vaticanam servant Bibl. Rom. 1618. 1624. 1627. 1860., Ant. 1599., Ven. 1599. 1607., Patav. 1763., Taurin. 1851. Ne quis autem in posterum hanc lectionem mendis typographicis accenseat, aut de ipsius ortu anceps haereat, adnotamus illam ab ipsis gregorianis correctoribus, quod ex codice columnensi patet, atque ab Angelo Rocca exceptam fuisse. Utrum porro ad fidem latinorum codicum id factum fuerit ignoramus; at certe non paucos sacri textus codices mss. et edd. protulit De-Rossi, qui cum syro interprete huic lectioni favent: his autem idem De-Rossi, praeter notas Masorae et Norzii, addere potuisset Gemaram Hierosolymitanam, codice Megilla, fol. 70. col. 1., ubi ponitur חירויה tamquam nomen recentius urbis יראלה hoc loco memoratae. Conf. Relandi *Palaestina, pag. 717. 719.*

16. *tribus filiorum* — Codd. B, F 1. m., T, V tacent *tribus;* item hebraeus et veteres interpretes, excepto alexandrino; sed conf. De-Rossi et Holmes.

18. *hereditas* — Cod. H notat hebraeum legere *terminus,* et ita habet margo Ordin. Pro *Iezrael,* cod. H cum hebr. *Iezraela;* conf. ad XV, 56.; cod. A *Saloth Iezael.* Pro *Casaloth,* sixtini, codd. C, D, F, H *Chasaloth;* codd. B, V *Caseloth;* cod. A *Chiana;* Hieronymus III, 40. *Chesiloth.* Pro *Sunem,* sixtini, cod. A *Sonem;* Vulgatus I Reg. XXVIII, 4. IV Reg. IV, 8. *Sunam;* graecus Σουνάμ; cf. Gesenii *Thes. pag. 1379.*

19. *Hapharaim* — Nonnulli codd. et pleraeque edd. antiquiores *Affraim,* vel *Haphraim;* alii *Ephraim;* Hieron. III, 154. « *Aphraim,* » civitas tribus Issachar: estque hodie villa » *Affarea* nomine in sexto milliario Legionis » contra septentrionem. » Pro *et Seon,* corrupte antiquiores edd. *et Senon;* syrus ܘܣܝܐܢ; codd. A, B, C, D, E, F, G, I, V tacent *et,* atque legunt *Seron;* Bibl. Lugd. 1535., Paris. 1573. *et Sion;* hebr. ושיאון. Pro *Anaharath,* codd. plures et vetustiores edd. *Naarath* vel *Naharoth.*

*

20. *Rabboth et Cesion, Abes* — Prius nomen sixtini, codd. B, E, F, H, I, R, V, Bibl. Lugd. 1535. efferunt *Rabbith;* corrupte cod. A *Sabbith;* codd. C, D *Rabbinth;* Bibl. Compl. et Reg. *Raboth:* at Hieronymus III, 262. « *Rab-* » *both,* in tribu Issachar: est usque hodie » alia villa *Rebbo* in finibus Eleutheropoleos » ad solis ortum. » Alterum nomen antiquiores edd. legunt *Cesien;* conf. infra XXI, 28. Tertium vero nomen non pauci codd. et editiones vetustiores mendose legunt *Haemes* vel *Aemes;* Bibl. Lugd. 1535. cum hebr. *et Abes.*

21. *Engannim, et Enhadda et Bethpheses* — Nonnulli codd. et antiquiores edd. prius nomen legunt *Enganni,* it. Hieronymus III, 210.; alii *Aengannim,* de quo cf. ad XV, 34. Alterum nomen scribitur in priscis edd. *Henadda;* codd. B, C, D, F, G, H, I, R et Hieronymus III, 41. 210. *Enadda.* In tertio nomine plurimum variant libri: sixtini, codd. A, C *Bethphasses,* quod hebraeo magis accedit; alii codd. et Hugo cum Hieronymo III, 175. *Bethphases;* alii aliter.

22. *pervenit terminus eius*—Tacent pronomen sixtini, codd. A, E, F 1. m., K, X, goth. leg. et Palatinus; quibus hebraeus et veteres consentiunt. Pro *Sehesima,* cod. B et Hieronymus III, 274. *Sasima,* at col. 46. *Sahasim;* codd. E, G, H, I, K, R, S, goth. leg. et Bibl. Mog. 1462., Paris. 1566. all. *Seesima;* aliae edd. *Sesenna;* codd. C, D, F, V *Sesima.* Pro *Bethsames,* veteres editiones, et codices non pauci *Bethsemes,* uti adhuc legit Vulgatus I Paral. VI, 59.; accedit Hieronymus III, 39. legens *Bethsemus;* at Vulgatus alias perpetuo legit *Bethsames,* quam lectionem ad optimorum codicum fidem hoc loco sixtini restituerunt. Pro *eruntque exitus,* antiquiores omnes editiones *erantque exitus.*

23. *et viculi earum* — Cod. A *et villae earum;* cod. B *viculos earum;* cod. K *viculi eius.*

24. *Ceciditque* — Codd. A, B, C, D, E, F, K, S, T, U, goth. leg. *Cecidit.* Pro *tribui filiorum,* cod. A *tribus filiorum;* cod. B tacet *filiorum;* neutrum legit graecus.

25. *Halcath et Chali et Beten et Axaph* — Antiquiores edd. plures *Alchat et Cali et Bethen et Axab,* minus recte. Prius nomen in Bibl. Lugd. 1535. et in hebr. legitur *Helcath;* et ita habet Vulgatus infra XXI, 31.; cod. B *Eleachoth.* Alterum nomen scribitur *Oali* in codd. C, D, E, F, H, T, U, X, Palatino, et apud Hugonem; codd. B, I, K *Odali;* Bibl. Lugd. 1535., Paris. 1573. *Hali;* cf. Holmes. Pro tertio nomine alii mendose *Becen,* alii *Betem.* Quartum nomen scribitur *Achsaph* in cod. B, in Bibl. Lugdun. 1535. et in Vulgato ad XI, 1. XII, 20.; cf. Hieronymus III, 146. 154.; multi graeci codd. Ἀχσάφ.

26. *et Elmelech*—Tacent *et* codd. B, C, D, E, F, I, S, T, U, V; cod. A legit *et Melech;* codd. B, K, Bibl. Lugdun. 1535. cum Hieronymo III, 41. *(et) Elammelech;* antiquiores edd. *et Elmeleth.* Pro *Amaad,* cod. B *Emaath.* Pro *Messal,* codd. B, I, S *Mesphal;* Bibl. Lugd. 1535. *Miseal;* Vulgatus XXI, 30. I Paral. VI, 74. *Masal.* Ante *Carmelum* tacent *ad* Bibl. Paris. 1566. 1573.

Ibid. *Sihor et Labanath* — Copulam omittunt codd. A, C, D, E, G, H, I, K, T, U, V, goth. leg., Palatinus; item hebraeus ובשיחור לבנת, quod est nomen rivi aut parvi fluvii in australi parte agri Aseritarum, de quo diserte agit Masius; cf. Gesenii *Thes. p. 1393.* Verum graecus et syrus copulam interponunt perinde ac si duarum urbium nomina essent, unde numerus recensitarum urbium summae vers. 30. subductae repugnat.

27. *contra orientem* — Cod. A *contra occidentem.* Mox cod. G, Bibl. Rom. 1471. mendose *Bethagon.* Pro *Iephthael,* multi scribunt *Iephtahel,* de quo vide supra v. 14.; cod. A *Cepthahel.* Pro *Bethemec,* antiquiores edd. et nonnulli codices *Bethemeth;* cod. B *Bethlemec.* Pro *Nehiel,* antiquiores edd. *Neiel;* cod. B *Ael.* Pro *Cabul,* sixtini, codd. A, D, E, F, H, all. *Chabul,* uti habet Vulgatus III Reg. IX, 13.; Bibl. Ven. 1476. 1492. 1494., all. *Cahul;* Bibl. Lugd. 1535. *ad Cahul.*

28. *Abran* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, R, T, U, Cas. plures, goth. leg., Palatinus, omnes mss. Martianaei, edd. anti-

quiores *Achran,* ex iis pauci *Acran;* cod. E *Echran;* multi graeci codd. Ἀχράν; nimirum legerunt *caph* pro *beth;* cod. H notat hebraeum legere *Hebron,* et ita habet Isidorus Clarius; Bibl. Lugd. 1535. *Ebron.* Gesenius in *Thes. p. 980.* asserit in hebr. ex fide viginti codicum reponendum esse עבדון (pro עברון) prout est Ios. XXI, 30. I Par. VI, 59. (74.); verum obstant veteres interpretes omnes. Pro *Rohob*, cod. A *Robooth;* edd. non paucae *Roob.* Pro *Hamon,* cod. B *Abdon;* item infra XXI, 30.; codd. F, H, I et Bibl. Paris. 1573. *Ammon.* Pro *Cana,* sixtini, codd. A, G, H, R, X, goth. leg., Palatinus *Cane;* codd. C, D, E, I, S, T, U, V *Canane;* cod. B *Canaa;* vetustiores nonnullae edd. *Chana;* idem nomen Vulgatus XVI, 8. XVII, 9. interpretatur *arundineti.* Mox cod. A tacet *ad.*

29. *Horma* — Bibl. Lugd. 1535. cum hebr. et graeco *Rama;* cf. ad XVIII, 25. Pro *Hosa,* vetustiores edd. paucique codd. *Hosam* vel *Osam.* Pro *eruntque,* Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569. *erantque.* Mox cod. K tacet *mare de.* Quoad nomen *Achziba* conf. ad XV, 44.

30. *civitates vigintiduae* — Totidem revera numeratae sunt; nam praeter Tyrum et Sidonem, quas numquam occuparunt Israelitae, Carmelus, Sihor-Labanath et Iephthael omittenda sunt, quia montis, rivi et vallis, non urbium, nomina sunt; alexandrinus interpres, fortasse ut difficultatem vitaret, haec verba praetermisit.

31. *urbesque* — Legunt *urbes* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, I, K, R, S, T, V, X, Palatinus; accedunt hebraeus et veteres.

32. *sexta sors* — Habent *sexta pars* codd. A, B, C, D, E, F, I, T, V, X, Cas. 18., Palatinus et antiquiores editiones.

33. *coepit terminus* — Codd. E, G, Bibl. Ord., Hugo *coepit terminos.* Pro *Heleph,* corrupte vetustiores edd. paucique codd. *Beleb;* alii *Heleb;* alii *Hereb;* cod. A *Leb;* cod. B *Haleph.* Pro *Elon in Saananim,* antiquiores edd. *Helon Sannanim;* cod. A *Elon Isanim;* cod. V *Helon et in Sananim;* codd. C, D, I, K, R, T, U, Cas. 4. *Helon et Sananim;* graecus quoque interponit copulam, at haec omnia nomina corrupta habet: ad Iudic. IV, 11. Vulgatus interpretatur *vallem Sennim:* prius enim nomen *vallis* vel *quercus* redditur; cf. ad Deut. XI, 30.; hinc Hieronymus III, 274. ait: « *Sennanim,* quercus pertinens ad termi- » nos Nephtalim. » Pro *Adami,* cod. B *Adamme.* Pro *Neceb,* Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., all. *Nezeb.* De *Iebnael* cf. ad XV, 11. Pro *Lecum,* mendose antiquiores edd. *Lecun;* Hieronymus III, 43. 239. cum hebraeo *Lacum;* cod. D *Locum.* Pro *egressus eorum,* cod. Cas. 1. *egressus earum.*

34. *in Azanotthabor* — Sixtini, codd. A, C, D, E, H, T, U, goth. leg., Palatinus *in Aznoth Thabor;* codd. F, V *in Aznoth et Thabor;* vetustiores edd. *et Azavoth Thabor.* Pro *Hucuca,* sixtini, codd. A, B, C, D, H, K, R, T, U, Palatinus, Bibl. Lugdun. 1535. *Hucoca;* antiquiores edd. *Ucuca;* Vulgatus I Paral. VI, 75. *Hucac;* Hieronymus ex Eusebio III, 235. *Icoc,* de quo cf. Holmes. Pro *Aser,* non paucae edd. *Azer.* Pro *Iuda,* codd. A 1. m., G *Iudaea:* quum Nephtalitae Iudaeis nequaquam confines essent, ut difficultatem expediret Maurerus arbitratur וביהודה scribarum negligentia positum esse pro וגבולם: *et terminus eorum erat Iordanus ab oriente;* alexandrinus difficultatem declinavit omittens verbum.

35. *civitates* — Cod. H cum hebraeo antiquisque interpretibus *et civitates.* Pro *Assedim,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, all. *Aseddim;* Hieronymus III, 155. *Asseddim;* Bibl. Lugd. 1535. *Zidim;* accedit hebr. הצדים. Pro *Ser,* Bibl. Ven. 1511. 1519. all. mendose *Fer.* Pro *Emath,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, X, Palatinus, Hieronymus l. c. *Amath,* quod idem oppidum videtur ac *Hammoth Dor* de quo XXI, 32.; vetustiores edd. *Ammad;* aliae non paucae cum codd. E, I, V et nonnullis graecis *Ammath;* conf. ad XI, 8. et XIII, 5. Ante *Reccath* Bibl. Lugdun. 1535. cum hebr. (paucis exceptis codicibus) tacent *et:* quaedam edd. legunt *Rechath,* aliae paucae *Racath.*

Ibid. *et Cenereth* — Tacent nexum sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, X, Palatinus, goth. leg.; codices praeterea multi legunt *Chenereth* aut *Chennereth;* cf. ad XI, 2. XIII, 27.; eamdem lectionis varietatem prae se ferunt graeci codices.

36. *Edema et Arama* — Cod. B *Adama et Aram;* Bibl. Lugd. 1535. *Adama et Rama et;* item hebr.; Hieronymus quoque III, 262. et non pauci graeci codices legunt *Rama*. Pro *Asor*, alii *Assor;* cf. ad XI, 1.

37. *Cedes* — Cod. B, graecus et Hieronymus III, 39. *Cades;* cf. ad XII, 22. Pro *Edrai, Enhasor*, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, S, T, U, goth. leg., antiquiores editiones *Edrai, Nasor;* immo nonnulli id exhibent coniunctim veluti unius loci nomen. Contra vero cum hebraeo antiquisque interpretibus codd. H, V *Edrai et Enasor;* Bibl. Ordin. et Lugd. 1535. *Edrai et Enhasor*. De priori nomine conf. ad XII, 4., de altero Hieronymus III, 210.

38. *Ieron et Magdalel* — Bibl. Lugd. 1535. *Ireon et Magdelel;* vetustiores edd. *Ieron et Magdihel*, item Hieronymus III, 235. 247. Pro *Horem*, cod. B *Horam*, de quo cf. Holmesius; cod. H *Harem;* variant quoque hebraici textus editiones, aliae enim legunt חֲרֵם, aliae חָרֵם; Bibl. Rom. 1471., Ven. 1476., all. *Horez;* Bibl. Ven. 1511., Complut., Reg. all. *Horrem*. Pro *Bethanath*, cod. B et Hieron. III, 175. *Bethana*. Pro *Bethsames*, iterum codd. et edd. plures ut supra vers. 22. *Bethsemes*.

40. *Tribui* — Cod. Cas. 1. addit *autem;* favent graecus, syrus et arabs.

41. *Sara* — Sixtini, consentientibus codd. et priscis edd. *Saraa;* et ita habet Vulgatus Iudic. XIII, 2. 25. et alibi saepe; item plures graeci codices, et Vulgatus in polyglottis londinensibus, aliisque nonnullis recentioribus editionibus. Cf. ad XV, 33. ubi disseruimus et de sequenti *Esthaol*. Pro *Hirsemes*, fere omnes codices et antiquiores edd. *Hairsemes* vel *Airsemes*, immo plures seiungunt *Air* a *Semes;* graecus πόλεις Σαμμαύς. Verba quae sequuntur *id est civitas solis* ab interprete addita sunt, uti monet codex H.

42. *Selebin* — Cod. B *Salabin;* Bibl. Lugd. 1535. *Saalabin;* Hieronymus III, 274. « *Salabim* (Eusebius Σαλαβείν), in tribu Dan, » usque hodie grandis vicus ostenditur in finibus Sebastenes, nomine *Salaba*. » Tum Vulgatus, tum hebraicus textus Iudic. I, 35. III Reg. IV, 9. legunt *Salebim*, quam lectionem nonnulli hebraici codices hoc loco admittunt. Pro *Iethela*, sixtini cum cod. A *Iethala;* Hieronymus III, 135. *Iethlam;* conf. Holmes.

43. *Elon* — Bibl. Reg. cum hebr. antiquisque interpretibus *et Elon;* Bibl. Ven. 1511. 1519., Compl., all. tacent; item duo codices holmesiani; cf. supra vers. 33. Pro *et Themna*, Bibl. Lugd. 1535. *Thennatha;* cod. H *et Themnatha;* accedit hebraeus; varias huius nominis scribendi rationes apud Vulgatum, protulimus ad Gen. XXXVIII, 12.; graecus habet Θαμναθά, sed codices non pauci praeferunt Θαμνά, quod et syrus habet. Pro *Acron*, plures antiquiores edd. *Achron;* codd. B, G, K, Bibl. Lugdun. 1535. et Hieronymus III, 146. *Accaron*, uti habet Vulgatus XIII, 3. XV, 45. et alibi; huic lectioni graecus suffragatur.

44. *Elthece* — Bibl. Lugd. 1535. cum hebr. *et Eltece;* nexum enim praemittunt hebraeus et veteres; antiquiores edd. *Helcheten;* Bibl. Reg., all. *Helthecen*, de quo cf. ad XV, 59.; cod. B *Elthecon;* item nonnulli graeci codices: eadem urbs quae hic appellatur אלתקה, infra XXI, 23. dicitur אלתקא, et in Vulgato *Eltheco*. Mox addunt *et* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, T, U, V, Palatinus, Bibl. Lugd. 1535.; item hebraeus et veteres interpretes. In nomine *Gebbethon* valde discrepant libri; sixtini, cod. A, Bibl. Rob. Steph. 1528. *Gebethon;* antiquiores edd. *Iebton;* aliae *Iepton;* aliae *Iebbethon;* Bibl. Complut. et Reg. cum cod. E *Gebton;* Lugd. 1535. *Gibthon;* Vulgatus infra XXI, 23. et Hieronymus III, 223. *Gabathon;* eaedem varietates, aliaeque plures occurrunt in codicibus.

44. 45. *Balaath, et Iud* — Interpositum nexum abiiciunt sixtini, codd. A, B, C, D, E, F,

G, H, I, K, R, S, T, U, V, goth. leg., Palatinus; item antiquiores edd., quae praeterea duo haec nomina connectunt legentes *Baaladiud;* sed repugnant hebraeus et veteres interpretes. In priori nomine aliae sunt quoque varietates; nam sixtini cum codd. A, V legunt *Balath;* codd. B, C, D, E, F, G, H, all., Bibl. Ordin. *Baalath*, et ita legit Vulgatus III Reg. IX, 18.; item nonnulli graeci codices holmesiani: eadem lectio occurrit supra ad v. 8., sed ibi hebraeus habet בַּעֲלַת, neque sermo est de oppido בַּעֲלָת, de quo heic agitur. Hieronymus legit *Baaleth* III, 175. 178.

45. *Bane et Barach*—Hanc lectionem praeferunt pauci codices et vetustiores omnes editiones; Eusebius quoque apud Hieronymum III, 175. 178. haec tamquam duorum viculorum nomina ponit. At vero sixtini eadem coniunxerunt legentes *Benebarach*, quibus favent codices plerique, hebraeus et veteres; at non una est codicum lectio; nam codd. A, D, E *Bnebarach;* cod. C *Bnerabe;* codd. B, K, Bibl. Lugdun. 1535., Hieronymus III, 39. et non pauci graeci codices *Banebarac;* codd. F, G, H, I, R, S *Benebarac;* alii aliter. Pro *Gethremmon*, veteres edd. ante stephanicas *Ieth remmon;* hodiernam lectionem ad fidem codicum intulit Stephanus.

46. *et Meiarcon*—Nostrorum codicum universas varietates hoc loco proferre placet, ut quaenam primigenia lectio, quaeve mendorum causa fuerit probe intelligas. Legunt 1°. *atque Hiercon* vetustiores fere omnes editiones, codd. I, L, Hugo, Tostatus; 2°. his accedunt codd. F, R, S, V, Palatinus, qui habent *atque Iercon;* 3°. codd. A, G *atque Hercon;* 4°. cod. B *atque Ieracon;* Hieronymus III, 235. « *Ierachon,* aquae, in tribu Dan. » 5°. Bibl. Ven. 1483. *atque Hiericon;* 6°. Ven. 1484. *atque Gercon;* 7°. Lugdun. 1522. *atque Hierichon;* 8°. Bibl. Rob. Steph. ann. 1540. 1546. 1555. et quae inde petitae sunt edd. Ant. 1542., Basil. 1544., Lugd. 1551. 1556. 1561. 1566. *et atque Iercon;* 9°. codex sangermanensis a Stephano et lovaniensibus laudatus, Bibl. Ordin., Rob. Steph. ann. 1528. 1532. 1545. et quae inde fluxerunt edd. Lugdun. 1533. 1542., Ant. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544., Salmant. 1584., Heidelb. 1586. et Isidorus Clarius *et aquae Iercon;* Masius notat syrum hexaplarem legisse καὶ ὕδατα Ἱερακῶν, sed monuisse alios libros legere καὶ ἀπὸ θαλάσσης Ἱερακῶν (quae est lectio alexandrini interpretis); 10°. Bibl. Lugdun. 1535. *atque Meiarcon;* 11°. Sixtus, Bibl. Lovan. 1547., Lugdun. 1550. 1567., Ven. 1558. et omnes edd. hentenianae *et Meaiarcon;* 12°. gregoriani, Rocca, Toletus, Bibl. Paris. 1573. et versio quam tigurinam appellant *et Meiarcon*, quod retinent edd. clementinae. Lucas Brugensis ad hanc lectionem notat: « In quibusdam veteribus mss. pro » *Meiarcon*, legitur *Aquae Hiercon*, quae in- » terpretatio est primae syllabae *Me.* » Nam hebraeus habet ומי הירקון. 13°. Re quidem vera, praeter laudatum cod. sangermanensem, legunt *aquae Hiercon* sixtini, codd. C, D, E, O, T, U; item Bibl. Ven. 1533., quae tamen praemittunt *et;* 14°. cod. H *aquae Iercon;* 15°. cod. K *aquae Geragon;* 16°. Caienus *et aquae Iarcon*. Igitur ex his colligimus 1°. hodiernam lectionem seculo XVI. ab eruditis viris invectam fuisse, eamdemque auctoritati potius hebraici textus, quam latinorum codicum inniti; 2°. in antiquioribus, et in recentioribus plerisque libris praevaluisse apertum mendum *atque*, pro *aquae;* 3°. plerosque codices ab alcuiniana recensione pendentes hieronymianam interpretationem servasse, quam dein in suis prioribus editionibus Robertus Stephanus instauravit.

Ibid. *Arecon* — Sixtini, codd. A, E, K, V *Areccon:* antiquiores edd. *Arechon;* Bibl. Lugd. 1535. *Aracon;* cod. B *Erecon;* Hieronymus III, 210. *Ereccon*, at Eusebius ibidem Ἡρακών; conf. Holmes.

47. *et ipso fine concluditur* — Haec desiderantur in Bibl. Lugdun. 1535.; sixtini vero, codd. A, C, D, F, I, T, U, V, Palatinus, Bibl. Ord., Hugo legunt *et in ipso fine concluditur*. Verba sacri textus hoc loco Houbigantio aliisque luxata visa sunt. Hieronymus eadem ac-

cepit pro conclusione superioris descriptionis. Alii vero pro exordio sequentis historiae habent. Rosenmullerus qui Houbigantii coniecturas laudat, haud sugillare debuisset hieronymianam interpretationem; utriusque enim sensus in idem recidit. Nam verbum *concluditur* intelligi potest *coarctatur*. Aliorum difficultates qui hanc pericopam ceu additamentum posterioris aetatis habent, diluit cl. Ghiringhello in *Praelectionibus de libris hist. antiqui Foederis, p. 23*. Pro *Lesem*, antiquiores edd. minus recte *Lesen*. Post *percusserunt* tacent *eam* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Cas. 15., goth. leg., Palatinus, Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496. Pro *et possederunt*, sixtini et codd. mox laudati *ac possederunt*. Post *vocantes* cod. H notat hebraeum non legere *nomen eius*. Nimirum ex sacro textu urbi Lesem a Danitis occupatae non inditum fuit nomen *Lesem Dan*, sed *Dan* tantum: hunc sensum exprimunt editiones quae cum Bibliis Reg., adhibita interpunctione, legunt *vocantes nomen eius Lesem, Dan:* adeoque minus necessaria videtur correctio quam proponit Masius, qui pronomen *eius* expungendum censet; attamen cod. R pronomen tacet.

48. *tribus filiorum Dan* — Cod. B tacet *tribus;* item syrus, georg., slav. ostrog. et tres codd. hebraici apud Kennic.; hisce addere possumus hebraicos codices quos scholiastes in cod. N vocat modernos; scribit enim: « Antiqui et novi et hebraeus et graecus legunt *tribus filiorum Dan*. Alii quod dictum est *tribus*, adhaerentes hebraeo moderno auferunt. Sed postea inveni antiquos hebraeos gallicanos habere; item postea inveni exemplaria hispana habere. Sed iterum ne novitati codicum hebraeorum adscribetur, inveni quod dicitur *tribus* in graeco de LXX.; unde propter solum hebraeum modernum nullatenus de libris nostris aliquid mutare debemus. »

49. *Cumque complesset* — Codd. K, V *Cumque complessent;* favent hebr. et veteres. Pro *sorte dividere Terram*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, T, U, V, X, Palatinus *terram sorte dividere;* codd. R, S, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *sorte terram dividere*.

50. *Thamnath Saraa* — Sixtus et Hieronymus III, 283. *Thamnathsaraa*, quod gregoriani seiunxerunt; codd. E, H *Thamath Seraa;* Vulgatus infra XXIV, 30. Iudic. II, 9. *Thamnathsare*. Pro *in monte*, codd. C, D, E, F, I, V *in montem*.

51. *et Iosue* — Cod. A tacet nexum; quod perperam reticetur in latina versione syri et arabis. Cod. G legit *Iosue filius Nun et Eleazar sacerdos*.

Cap. XX, 1. *dic eis* — Codd. A, F 1. m., K, Cas. 13., Rabanus *dices eis*.

2. *ad vos* — Cod. Cas. 1. *ad eos*, ut arabs.

3. *confugiat* — Cod. K *confugiant*. Pro *animam percusserit*, codd. F, V, Godefr. CLXXIV, 1076. *percusserit animam*. Pro *nescius*, cod. B *nesciens*. Pro *et possit*, codd. F 2. m., G, R, S, V, Rabanus et Godefridus l. c. *ut possit*.

3. 4. *et possit evadere iram proximi, qui ultor est sanguinis: cum ad unam harum confugerit civitatum, stabit ante portam* — Codices et veteres edd. *et possit evadere iram proximi, qui ultor est sanguinis, cum ad unam harum confugerit civitatum: stabitque ante portam*. Utrum quis hodiernam lectionem, haud sane absurdam, ante Sixtum invexerit, ignoramus. Romanorum censorum documenta quae tenemus silent: codd. F 2. m., V cum reliquis codd. consentiunt, excepto *cumque*, pro *cum;* Bibl. Neap. 1476. *stabit*, pro *stabitque*. Pro *portam*, codd. I, N*, R, Cas. 1., goth. leg. *portas;* cod. P *partem*. Margo codicis N notat: « Hebraeus et antiqui habent *ante portam*. »

5. *non tradent* — Codd. G, S, Cas. 2. *non tradetur;* cod. R addit *illum;* Godefridus l. c. addit *eum;* favent hebraeus et veteres. Pro *in manus*, sixtini, cod. A cum hebraeo *in manu*. Mox pro *proximum eius*, codd. K, V *proximum suum*. Pro *probatur*, codd. G, R, Cas. 3. *probabitur;* Hugo notat utramque lectionem, sed illam veriorem asserit.

6. *Et habitabit* — Cod. A tacet copulam. Mox codd. G, Cas. 2. omittunt *illa*. Pro *et moriatur*, codd. S, V, Cas. 1., et margo codicis R *et moretur qui interfecit, donec moriatur*. Pro *et domum*, codd. C, D, F, G, T, U, V, Godefridus l. c. *et in domum*. Pro *fugerat*, cod. B *fugierit*.

7. *Decreveruntque*—Cod. H notat hebraeum legere *Et sanctificaverunt*. Pro *Cedes*, cod. B, Rabanus et Godefridus l. c. *Cades;* item graecus; sed cf. Holmesius et ad XII, 22. XIX, 37. In cod. B 1. m. desiderantur verba *Nephthali, et Sichem in monte*, ut in cod. 19. holmesiano.

8. *Bosor* — Cod. H notat hebraice legi *Beser;* mendose Bibl. Ven. 1511. 1519., all. *Bofor*. Pro *et Ramoth in Galaad*, antiquiores edd. *et Ramoth Galaad*, quod syrus et arabs expressisse videntur, quodque in libris Regum saepius legitur; item cod. B, excepto nexu, quem cum cod. 224. Kennicotti tacet. Pro *Gaulon*, codd. C 1. m., D, F, T, U, Cas. 3., goth. leg. *Zabulon;* cod. O et Bibl. Lugd. 1535. cum hebraeo *Golan*, de quo conf. Holmesius et ad Deut. IV, 43.; cod. B rursum omittit *et*.

9. *habitabant* — Cod. A *habitant*. Pro *moreretur*, « quidam antiqui, ait scholiastes in » cod. O, habent *moriretur;* nam *morior* est » tam quartae, quam secundae coniugatio» nis. » Pro *effusum*, codd. F, goth. legion. *et effusum;* cod. C 2. m. *et fusum*.

Cap. XXI, 1. *familiarum*—Cod. A *filiorum*. Pro *ad Eleazarum*, codd. C, D, E, G, H, K, O, Palatinus, Rabanus *ad Eleazar*. Pro *et Iosue*, codd. B, G *et ad Iosue*. Contra pro *et ad duces*, Rabanus *et duces*.

2. *Terrae Chanaan* — Cod. B, Rabanus *Terra Chanaan;* favent hebr. et veteres.

3. *Dederuntque filii Israel* — Bibl. Lugdun. 1550. 1567., Ven. 1558. addunt *Levitis*, quod codex H notat legi in hebraeo textu; legunt et veteres omnes, excepto arabe. Cf. vers. 8.

4. *Egressaque est* — Tacent *est* codd. B, O. Pro *in familiam*, codd. C 1. m., D, E, N, O, P, T, U, V, Palatinus, Hugo, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1522. 1526. *in familia*. Scholiastes in cod. N pro hac lectione scribit: « Antiqui iuxta hebraeum: *Egressaque est* » *sors in familia Chaath filiorum Caron* (sic) » *sacerdotis, de tribu Iuda et Simeon et Be-* » *niamin in civitates tresdecim. Et reliquis fi-* » *liorum Chaath, id est Levitis, qui superfue-* » *rant, de tribubus Efraim et Dan et dimidia* » *tribu Manasse civitates decem*. Resume: hoc » est *in civitates decem*, Levitis de Chaath, » qui non erant sacerdotes, exiit sors. Non » ergo *in familiam* Chaath, ut quidam male » mutaverunt, exiit sors; sed filiorum Caron » existentium *in familia* Chaath exivit sors » *in XIII. civitates*. Qui vero dimiserunt pro» positionem *in* (hoc postremo loco) perdi» derunt sensum. » Cod. P legit *sors filiorum Aaron sacerdotis in familia Chaath*.

Ibid. *de tribubus* — Sixtus, veteres pleraeque edd. paucique codices *de tribu;* sixtini et gregoriani ad fidem codicum emendarunt, unde Toletus: « Lege de *tribubus;* sic mss. et » utraque Congregatio. In hebr. et graeco re» petitur sic *de tribu Iuda, et de tribu Si-* » *meon, et de tribu Beniamin*. » Conf. Lucas Brugensis et Bukentopius pag. 401.; Sirletus quoque in suis schedis notaverat priscos codices pluralem numerum praeferre; item infra v. 7. et 9. Pro *civitates*, codd. D, I, N, V *in civitates;* de hac lectione agit scholion superius prolatum.

5. *Et reliquis filiorum*—Codd. N*, Cas. 3. *Et reliquis filiis*. Pro *superfuerant*, codd. A, E *superflui erant;* cod. F *fuerant super*. Pro *dimidia tribu*, codd. G, N*, R, S, Cas. 2., editiones antiquiores *dimidiae tribus;* codd. C, D, F, I, Cas. 3. *dimidiae tribui*.

6. *et Aser* — Codd. C, D, F, I, S, T, U, V *et de Aser*. Mox cod. E tacet *numero*.

8. *singulis sorte* — Codd. A, F, I, R, U *singuli sorte*.

9. *dedit Iosue*—Cod. H notat hebraeum legere *dederunt;* et ita habet Isidorus Clarius.

10. *per familias Caath* — Codd. B, Cas. 3. *per familias suas*. Pro *prima enim sors illis egressa est*, cod. H notat hebr. legere *prima*

sors egressa est; at vero hebraeus ad litteram legit *quoniam illis fuit sors prima*. Pro *illis*, codd. C, D, G, I, X, Cas. 1. *illi*.

11. *vocatur*—Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. *vocabatur*.

12. *dederat*—Cod. B *dederant;* cod. H notat hebraeum legere *dederunt;* ac rursum ita habet Isidorus Clarius: hebraeo autem consentiunt veteres omnes, excepto graeco, qui legit ἔδωκεν Ἰησοῦς, et cod. Kenn. 30. qui habet נתן. Pro *Caleb*, sixtini, paucique codices *Chaleb;* cf. ad Num. XIII, 7. Pro *possidendum*, Bibl. Ven. 1533. *possidendam*.

13. *Lobnam*—Codd. A, B, E, F, O *Lebna;* item nonnulli codices graeci; codd. C, D, G, H, I, K, R, T, U, V, X, Cas. plures, Bibl. Ord, Hugo *Lebnam;* cf. ad Num. XXXIII, 20.

14. *Iether, et Estemo*—Cod. gothic. leg., Bibl. Lugd. 1535. prius nomen scribunt *Iathir*, de quo cf. ad XV, 48.; alterum nomen in plerisque codd. et in vetustioribus edd. est *Isthimon* aut *Istimon;* cod. H et Bibl. Lugd. 1535. *Isthimoa;* cod. B et Bibl. Paris. 1566. *Estemon;* cod. L seu Q *Esthemoa;* Bibl. Ordin. et priores edd. Rob. Steph. et Vulgatus in polyglottis londinensibus *Esthemo;* cf. ad XV, 50. et Holmesius.

15. *Holon*—Codd. A, B, C, D, E, F, all. et vetustiores editiones *Helon;* conf. ad XV, 51. Ante *Dabir* tacent *et* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, X, goth. leg., Palatinus, Hugo; item cod. 174. Kennic.

16. *Ain, et Ieta, et Bethsames*—De priori nomine conf. ad XV, 32. In altero lectionum varietates quamplurimae sunt: codd. B, E, G, K, all. et antiquiores edd. *Iethan* aut *Iethan;* codd. C, D, F, Palatinus, Hugo *Iecthan;* cod. H cum hebraeo *Iuta;* Bibl. Lugd. 1535. *Iuthan;* goth. leg. *Iettan;* conf. ad XV, 55. et Holmes. Tertium nomen sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, I, H, K, all. legunt *Bethsemes;* cf. ad XIX, 22.; ante hoc nomen Bibl. Rob. Steph. 1528. tacent *et;* item hebr. et chaldaeus, sed cf. De-Rossi. Post verba *de tribubus* addunt *autem* codd. C, D, F, I, O, T, U, X; accedunt plures graeci codices. Pro *duabus*, cod. R, Bibl. Lugdun. 1522. et Hugo *de duabus;* at Hugo animadvertit praepositionem *de* hic superfluere, illamque codex O expungendam notat.

17. *Gabae*—Cod. B *Gabe;* Bibl. Lugdun. 1535. *Gaba;* cf. ad XVIII, 24.

18. *Almon*—Cod. B et graeca editio Compl. *Elmon;* Hieronymus III, 151. *Aelmon;* cf. ad Num. XXXIII, 46. Eadem urbs tum in hebraico textu, tum apud Vulgatum appellatur *Almath* I Paral. VI, 60.

19. *filiorum Aaron sacerdotis*—Qui florentinos codices iussu Pii V. contulerunt legunt *filiorum Aaron sacerdotum*, uti habet Isidorus Clarius cum hebr., cui adstipulantur reliqui interpretes, excepto slav. ostrog. et syro (si tamen sana est eius lectio); targum enim habet כהניא, quod perperam in polyglottis redditur *sacerdotis*.

21. *urbes confugii*—Sixtini, gregoriani, codd. A, E, I 2. m., K, L 19., O, R, S, T, V 2. m., Cas. 18. *urbs confugii;* cod. F *urbem confugii;* praeclaram Lucae Brugensis notationem praetermittere non possumus: « Quod » in versiculis 21. 27. 32. 37. multi codices, » numero multitudinis habent *urbes*, aut *ci-* » *vitates confugii*, multi numero singulari le- » gunt. et quidem versu 21. novemdecim ex » manuscriptis nostris *urbs confugii Sichem* » scribunt; v. 27. novemdecim *confugii civi-* » *tatem Gaulum;* v. 32. vigintiquinque *civi-* » *tatem confugii Cedes;* v. 37. quatuor *civi-* » *tatem confugii Ramoth*. Omnibus his locis » Alfonsus Tostatus singularem legit nume- » rum (quamquam adiectus textus habeat » pluralem), et quidem v. 32., et, quo aptius » conveniat, 37. nominandi casum *civitas;* » atque hoc posteriori loco, trigesimo septi- » mo inquam versu, etiam quatuor scripta » nominandi casu *civitas* legunt. Hebraeis et » chaldaeis, universis his locis numerus est » singularis: sed graeci libri variant. Nam » v. 27. plurali numero; v. 21. et 37. singu- » lari; v. 32. complutensis plurali, alii legunt » singulari. Versibus igitur 21. et 37. necnon » 32. latinarum lectionum eae praeferendae

» videntur, quibus singularis est numerus; » quin et v. 27. lectio eadem merito praefe» ratur. Una enim horum quatuor locorum » ratio est, quod singulis singulae confugii » civitates recenseantur, nec numerus conve» niat plurium ubi scribatur unica. Versibus » 13. et 36. ubi duo reliqua asyla, Hebron » et Bosor, nominantur, idem militat argu» mentum; sed priori quidem numerus sin» gularis constanter ab omnibus legitur: de » posteriori vero proxima notatione dicemus. » Loca autem I Paral. VI, 57. et 67., quae » cum simillima sint, numero leguntur plu» rali, et quidem graeco consentiente, atque, » posteriori praesertim loco, hebraeo, com» mode, si distinguantur, exponuntur: *Porro » filiis Aaron dederunt civitates, ad confugien» dum Hebron, et Lobna* etc.; et v. 67. *Dede» runt ergo eis urbes, ad confugiendum, Si» chem cum suburbanis suis in monte Ephraim, » et Gazer* etc.; ita ut *civitates* seu *urbes* ad » omnes sequentes referatur: *ad confugien» dum* autem, ad proximam tantum. Sic To» status et Liranus. » Bukentopius quoque pag. 28. et 160. autumat in latinis Bibliis in vv. 21. 27. 32. 36. 37. singulari numero legendum esse, prout legitur v. 13., eo quod vox *confugii* seu *refugii* afficiat tantum urbem immediate sequentem, non vero reliquas ibidem enumeratas. Ex his patet errasse Leandrum a s. Martino dum ad calcem Bibl. Ordin. Antuerp. 1634. ad *romanas correctiones* a Brugensi editas animadvertit latinum interpretem semel tantum posuisse *urbes* in plurali, quia in hebraeo et graeco ad singula oppidorum nomina, quae sequuntur, repetitur articulus את, τὴν referens nomen *urbem*. Id enim nedum falsum est, sed aperte repugnat. At vero laudatus Bukentopius animadvertit receptam Vulgati lectionem retineri posse, dummodo ita interpungatur uti Brugensis docuit interpungenda esse verba loci paralleli Paralipomenon; nimirum, datae sunt *de tribu Ephraim urbes*, (urbs) *confugii Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim, et Gazer* etc. Haec autem interpungendi ratio si admittatur in v. 27. pro *confugii civitates*, legendum erit *civitates, confugii*. Nobis probabilior illorum sententia videtur, qui ex librariorum mendo pluralem numerum latinos in codices pro singulari irrepsisse opinantur. Cf. Ioh. Clericus et Bonfrerius.

Ibid. *cum suburbanis suis* — Cod. B tacet. Pro *Gazer*, Bibl. Ordin., all. *Gaser;* conf. ad X, 33.

22. *Cibsaim* — Antiquiores edd. *Iebsam;* codd. B, C, D, F, H, I, R, S *Cebsaim;* cod. E *Cebsan;* cod. V et Bibl. Lugdun. 1535. *Capsaim;* Hieronymus III, 186. *Campsaim;* ibid. col. 40. *Cabasam.*

23. *Eltheco* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, R, S, T, U, V, goth. leg. *Elthece*, uti legitur supra XIX, 44.; cod. B *Elethecem;* antiquiores edd. *Helteco.* Pro *Gabathon*, sixtini, codd. A, C, F, G, H, I, R, S, T, X, goth. leg., Palatinus et non pauci ex graecis codicibus *Gebethon;* codd. B, U, V *Iebbeton;* Bibl. Lugd. 1535. *Gibthon;* cod. D *Getbethon;* conf. supra l. c.

24. *Aialon et Gethremmon* — Cf. ad X, 12. et XIX, 45.

25. *Thanach* — Conf. ad XII, 21. Pro *civitates duae*, codd. A, K *civitates duas;* uti est infra vers. 27.

26. *et suburbana earum* — Codd. S, Cas. 1. *cum suburbanis suis;* quod saepius hoc in cap. legitur.

27. *de dimidia* — Particulam *de* tacent codd. A, F, G, U, goth. leg. Pro *confugii civitates*, legunt *confugii civitatem* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, L 19., O, U, V, Cas. 16., Palatinus et Isidorus Clarius; de hac lectione recolantur quae dicta sunt ad vers. 21.; duo codices holmesiani legunt τὴν πόλιν, ut hebr. et reliqui.

Ibid. *Bosram* — Cod. B et Hieronymus III, 175. *Beesthara;* it. pauci codd. graeci; cod. E *Bostram;* cod. H notat hebraeum legere *Besthram;* nempe hebr. habet בעשתרה; Bibl. Lugd. 1535. *Boestra;* syrus hexaplaris et Peschito legunt uti in loco parallelo I Paral. VI, 71. habet Vulgatus, nempe *Astharoth*, de

quo cf. ad Deut. I, 4. Mox pro *civitates duas*, codd. A, V *civitates duae;* conf. vers. 25.

28. *Cesion* — Bibl. Lugd. 1535., Hieronymus III, 186. et nonnulli graeci codices *Cision;* codd. D, F, I, V *Chesion;* cf. ad XIX, 20. Pro *Dabereth*, cod. H, Bibl. Ven. 1533. *Dabrath;* conf. ad XIX, 12. et Holmesius; Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *Dabreth;* cod. B, Bibl. Lugd. 1535. *Daberath;* Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496. *Dabareth*. Cod. A cum hebr. et paucis graecis codd. tacet *et;* sed multi codd. hebraici et reliqui veteres legunt.

29. *et Iaramoth* — Cod. B *Ieremoth;* heic quoque nexum hebraici codices nonnulli supplent; nam in recepto textu desideratur; cod. H *et Iarimuth;* Bibl. Lugd. 1535. *et Iarmoth;* cf. ad X, 3. Semel monuisse sufficiat hebraici textus exemplaria mss. et edita in nominibus propriis multas prae se ferre varietates quoad puncta vocalia; quarum quidem nullam rationem habuit Kennicottus; apud Michaëlis vero et De-Rossi vix aliquod specimen illarum habemus.

30. *Masal et Abdon* — Aliquid interponunt antiquiores codices; nam codd. A, T *Masal et Achon et Abchrondon;* codd. C, D, E, F, Cas. 15. *Masal et Achon et Abdon;* cod. K *Masal et Cachem et Abdon;* cod. U *Masalon et Achchon et Abdon;* cod. goth. leg. *Masal et Aachom Abdon;* cod. G *Masal Acon et Abdon;* cod. I *Masal et Aachon et Achron et Abdon;* cod. S *Massal, Acon et Abdon*. Haec autem librariorum vitio parta fuisse non dubitamus. In priori nomine reliqui discrepant: codd. L, Q, Bibl. Ordin., pleraeque edd. Rob. Steph., all. *Messal*, uti supra XIX, 26.; cod. B, antiquiores edd. et Hieronymus III, 246. *Masan*, quod Masius mendosum esse censuit; cod. H cum graeco complutensi *Misal;* Bibl. Lugd. 1535. *Miseal*.

31. *Helcath* — Sixtini, codd. A, I, K *Halacoth;* codd. D, F, G, U, goth. legion. *Lacoth;* cod. B *Elcaquoth;* cod. E *Iacoth;* cod. H, Bibl. Reg. et Hieronymus III, 206. *Elcath;* antiquiores edd. *Elrath;* cf. ad XIX, 25.

32. *civitates confugii* — Legunt *civitatem confugii* sixtini, codd. A, B, E, F 2. m., G, H, I, L 25., O, R, S, T, U, gothic. legion., Cas. 16., Palatinus; consentiunt hebr. et veteres omnes; nam graecus Compl. qui habet τὰς πόλεις nullo codicum suffragio confirmatur; syrus autem qui in polyglottis londinensibus tacet, suppletur in edit. 1823. cf. ad v. 21. Pro *Cedes*, iterum ut supra XIX, 37. cod. B et Hieronymus *Cades*. Pro *Hammoth Dor*, Sixtus *Hammothdor*, quod Rocca et Toletus distinxerunt; cod. H et priores edd. Rob. Steph. *Ammothdor;* cod. B *Hammathdor;* Hieronymus III, 38. *Ammador;* vetustiores edd. *Amothdor;* cf. ad XIX, 35. Pro *Carthan*, edd. vetustiores *Carthari;* cod. P et Hieronymus III, 40. 186. *Cartham*.

34. *per familias suas* — Tacet cod. K. Pro *data est de tribu Zabulon*, codd. E, G, X *de tribu Zabulon data est*. Pro *Iecnam*, codd. B, E, H *Iecenam;* all. *Iechenam;* antiquiores edd. et Hieronymus III, 234. *Iecnal*.

35. *Naalol* — Codd. B, F, V *Naalon;* conf. Holmesius; cod. H *Nalal;* conf. ad XIX, 15.; codd. C, D, E *Nalol*.

36. *De tribu Ruben ultra Iordanem contra Iericho civitates refugii, Bosor in solitudine, Misor et Iaser et Iethson et Mephaath, civitates quattuor cum suburbanis suis.* 37. *De tribu Gad civitates confugii, Ramoth in Galaad, et Manaim et Hesebon et Iazer, civitates quattuor cum suburbanis suis* — Integros duos versiculos descripsimus ut facilius ea quae dicturi sumus perspiciantur. In primis adnotamus Sixtum; codd. N*, R, S, veteres omnes editiones ordinem antevertere, atque versiculum trigesimum septimum praeponere versiculo trigesimo sexto. Quod ad fidem codicum recte emendatum fuit a Toleto et a sixtinis qui adnotarunt: « Hic versus *De tribu* » *Ruben* etc. praeponendus est versui supe» riori *De tribu Gad* etc. quamvis in codice » Montisamati (*qui est noster* A) non habea» tur, sicuti neque in multis hebraicis co» dicibus. » De codicibus qui hunc versiculum omittunt infra sermo erit. Interim non-

nulla praenotanda sunt quae ad versiculorum distinctionem pertinent. Priores Vulgati editiones quae versiculorum numerum adscriptum prae se ferunt, hoc in capitulo numerant versiculos 45. (editt. autem clementinae habent verss. 43.); at non una est distinctionis ratio. Nam editio stephanica anni 1555., quae princeps est Vulgati editio versiculorum numero distincta, post vers. 35. *et Damna et Naalol* etc. subdit versiculum *De tribu Gad* etc., cui praefixit numerum 38.; dein versiculum *De tribu Ruben* etc., cui adscripsit numerum 36.; hinc prosequitur sub numero 40. *Omnes urbes* etc.; ita ut numeri 37. et 39. omnino desiderentur, etsi nil desit in textu. In edit. Lugd. anni 1556. versiculi sequenti ratione enumerantur: 36. *De tribu Gad civitates confugii, Ramoth in Galaad, et Manaim,* 37. *et Hesebon et Iazer, civitates quatuor cum suburbanis suis.* 38. *De tribu Ruben ultra Iordanem contra Iericho civitates refugii, Bosor in solitudine, Misor et Iaser,* 39. *et Iethson et Mephaad, civitates quatuor cum suburbanis suis.* At vero editiones Ant. 1559. et 1563. post v. 35. ponunt sub n. 38. *De tribu Gad* etc.; et sub num. 39. *De tribu Ruben* etc., et ita prosequuntur, praetermissis numeris 36. et 37. Denique in plantinianis editionibus, reiecta huiusmodi anomalia, huius capituli versus ad numerum 43. contracti fuerunt; quod dein et in reliquis editionibus servatum est. Gravissima autem hoc loco quaestio est utrum Hieronymus in sua latina interpretatione versiculum, qui nobis 36. est, expresserit, vel potius praetermiserit. Discrepant enim latini codices perinde ac hebraici. Aliorum sententiam praeoccupare haud debemus; at testes nobis proferendi sunt ut critici recte diiudicare possint. Hunc itaque versiculum tacent codd. A, D 1. m., E, G, H, I, L 10. (quos fuse describit Lucas Brugensis), O, T, U, goth. legion., Palatinus 1. m. Scholiastes in cod. N adnotat: « Illud » quod dicitur de tribu Ruben ultra Iordanem, quidam antiqui et hebraei non habent hic, videlicet de IV. civitatibus quas » tradiderunt Levitis. Alii novi et hebraei et » latini, sed et satis antiqui habent. Verumtamen quia invenio graecum habere, constat mihi antiquos hebraeorum codices id » habuisse. Postea agitur de tribu Gad. » Alius scholiastes in cod. O notat: « Hebraeus » et antiqui non habent. Graecus habet, et videtur sumptum a LXX., vel a I Paral. VI. » Alii quoque codices memorantur in notis Martianaei, cuius haec sunt verba. « Abest integer ille versus 36. in mss. (latinis) antiquioribus ac melioris notae, puta in regio » ms. codice n. 3563., colbertino Aniciensi » n. 157., corbeiensibus 1. et 10., et in uno » s. Germani num. 157. Denique exscriptor » Canonis hebraicae veritatis ad fidem alterius exemplaris castigatioris suum emendans, universa verba haec litura delevit, » ut similia quaedam additamenta. Tres tantummodo habemus recentiores mss. codices » Bibliorum, qui legunt comma praedictum » prout exstat positum in Vulgata nostra latina; non tumultuario ordine Bibliorum Roberti Stephani et theologorum lovaniens., » ubi prius commemorantur urbes Gaditarum » Meraritis concessae, quam Rubenitarum; » in quo peccavit etiam syrus interpres recensens urbes de tribu Ruben, ante eas » quae fuerunt e tribu Zabulonis. His ita observatis, manifestum apparet exemplaria » hebraica Hieronymi aliqua sui parte fuisse » mutila: quia si fuisset in eis vers. 36. huius capitis, latine illum Hieronymus reddidisset, et in antiquioribus editionis latinae s. Doctoris codicibus reperiretur; in » quibus abesse supra dicebamus. » Ad eruditissimas notationes Lucae Brugensis et De-Rossi remittimus eos qui plura de hac insigni quaestione desiderant; nobis satis erit numerum attigisse hebraicorum codd., qui in utramque partem proferuntur. In recepto hebraico textu laudatus versiculus desideratur; sed exstant hebraici codd. 93. et edd. 72. in quibus legitur *Et de tribu Ruben Betzer et suburbana eius, et Iatza et suburbana eius, Kedemoth et suburbana eius, Mephahath et sub-*

urbana eius, civitates quatuor. Eadem leguntur cum additamento, post *Ruben, civitatem refugii homicidae* in aliis codd. hebr. 16. et edd. 8. Eadem cum additamento *in deserto,* post *Betzer,* in aliis codd. hebr. 22. habentur. Denique eadem leguntur cum utroque additamento in aliis codd. hebr. 36. et edd. 5.; ita ut universim codd. 167. et edd. 85. suffragentur. Atqui hebraici codices libri Iosue hactenus collati censentur 248. et edd. 143. Maior igitur pars nostram pericopam admittit; quibus veteres interpretes suffragantur, excepto fortasse Hieronymo. Vulgati enim interpretatio huius versiculi adeo proxime ad graecam lectionem accedit, ut, testante Maurero, vix possis suspicioni resistere illam ex hac derivatam fuisse; quod profecto hieronymianae interpretationis indoles vix patitur. At latinorum codicum, qui hunc versiculum legunt, iam proferendae sunt varietates; nam haud modice inter se dissentiunt.

— *De tribu Ruben* — Codd. C, D 2. m., F, R, X, Palatinus praemittunt *et;* codd. B, K legunt *De tribu quoque Ruben;* nexum praemittunt hebraeus, graecus et reliqui.

— *ultra Iordanem contra Iericho* — Tacent codd. B, K, Bibl. Compl., Reg., Alfonsus Tostatus; item Biblia Lugd. 1535. quae praeterea omittunt quod sequitur *civitates refugii;* haec omnia ex marginibus in contextum migrasse censuit Mariana; nec legunt chaldaeus et arabs; syrus tacet tantum postrema verba.

— *civitates* — Codd. B, C, F, L 11., R, V, Cas. 3., Palatinus *civitatem;* codd. Cas. 2. et Tostatus *civitas;* conf. ad vers. 21.

— *refugii* — Codd. B, C, K, S, Cas. 2. *confugii;* uti ad vv. 13. 21. 27. 32. 37.

— *Bosor* — Bibl. Lugd. 1535. *Besor;* conf. supra ad XX, 8.

— *in solitudine, Misor* — Cod. Cas. 1., Bibl. Lugdun. 1535. tacent; item graeca ed. Compl.; nullam autem interponunt commatis notam Bibl. Ordin., Reg., all.; hinc Lucas Brug.: « Non ante, sed post *Misor* distinctio » collocanda est, ut recte quidam libri col» locant. Neque enim Misor ex civitatibus est » de sorte tribus Ruben filiis Merari datis; » nam sic quinque essent, cum summa sit » quatuor civitatum cum suburbanis suis. » Praetermittimus plura testimonia quibus laudatus Brugensis, itemque Bukentopius p.161. aliique demonstrant המישור appellatam fuisse planitiem in tribu Ruben prope oppidum Medabae, nullamque extitisse huius nominis urbem. Attamen ex Eusebio haec habet Hieronymus III, 246. « *Misor,* pro quo Aquila » et Symmachus *humilem* (τὴν ὁμαλήν) in» terpretati sunt. Est autem civitas tribus Ru» ben, separata Levitis in regione Gabalena. »

— *Misor et Iaser et Iethson et Mephaath* — Codd. B, K *et Cetson et Misor et Ocho;* notat Lucas Brugensis Tostatum legisse *Tethson, Misor et Ocho;* codex unus apud eumdem Brugensem habet *Iasa et Cademoth et Masphaath;* oppida *Ocho* et *Cedson* memorantur quoque apud Hieronymum III, 183. 258.

— *Iaser* — Antiquiores edd. *Iazer,* prout scribitur sequenti vers. 37.; cod. F *Azor;* cf. ad Num. XXI, 32.

— *Iethson* — Cod. D 2. m. *Ieson;* cod. F *Gethsori;* conf. Holmesius.

— *Mephaath* — Codd. C, D 2. m., F, R, S, V, Palatinus, alii apud Brugensem, antiquiores edd. multique graeci codices *Maspha;* Hieron. III, 246. *Maphaath;* cf. ad XIII, 18.

37. *De tribu Gad* — Praemittunt *Et* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, O, R, T, U, V, X, Cas. plures, Palatinus; cod. B legit *De tribu quoque Gad;* hebraeus et veteres nexum praemittunt. Pro *civitates,* codd. B, L 4., R, Cas. 3., gothic. leg. *civitatem;* alii codd. L 4. *civitas;* singularem numerum exhibent hebr. et veteres omnes in polyglottis; pluralem georg. et slavon. ostrog. Conf. ad vers. 21. Mox pro *Iazer,* cod. H *Iaser,* ut supra; codd. D, V *Gazer.*

38. *Omnes* — Codd. F, V *Omnesque.*

39. *civitates universae* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Palatinus, Hugo *universae civitates.* Mox cod. Cas. 1. tacet *filiorum.* Pro *quadraginta octo,* cod. G *XLIX.;* apud Isidorum V, 488., Bedam IV,

422. et Hugonem legimus *quadraginta duas*, fortasse quia non computabantur sex civitates confugii inter eas quae Levitis datae sunt. Profecto idem Hugo scribit: « Si computen» tur civitates refugii quadraginta octo sunt: » si non computentur, sunt quadraginta duo, » ut dicitur. Tamen aliqui libri habent hic » *quadraginta octo;* et quod quadraginta octo » fuerint, probatur per litteram praeceden» tem, quia Aaronitae habuerunt XIII., Caa» thitae X., Gersonitae XIII., Meraritae XII, » quae simul sumptae sunt XLVIII. » Cod. N adnotat: « Secundum hebraeum et graecum » fuerunt civitates XLVIII. (2. m. adiecit: *non* » *XLII.*), quod etsi omnes non nominaren» tur, propter illas dico de Ruben vel alias, » nihilominus tot fuerunt. Similiter I Paral. » VI. *civitates XIII.*, nec nominantur nisi X. » aut XI. Require de multis in maiori opere.»

40. *singulae* — Cod. K *singulas*. Codd. Cas. 2. post *familias* addunt *suas*.

41. *Deditque Dominus Deus* — Tacent *Deus* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, K, T, U, X, Cas. 16., goth. leg., Palatinus, Rabanus; gregoriani dubitarunt utrum esset expungendum; hebraeus et veteres non legunt.

42. *eis hostium* — Codd. C, F, U, Cas. 11. *ei hostium;* cod. K *his omnibus*.

43. *Ne unum* — Bibl. Ven. 1480. 1492. 1494. all. *Nec unum*. Pro *praestiturum*, sixtini, primo gregoriani, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, all., Rabanus, Hugo, Bibl. Lugdun. 1522., all. *praestaturum;* Angelus Rocca notavit hanc lectionem minime placuisse Toleto; cf. XXIII, 14. Pro *irritum fuit*, cod. B *irritum fecit*. Pro *expleta sunt omnia*, codd. C, D, F, G, T, U, V, X *omnia expleta sunt;* codd. R, Cas. 5. *completa sunt omnia*.

Cap. XXII, 1. *et Gaditas* — Bibl. Ordin. tacent nexum; codd. et edd. plures legunt *et Gadditas;* conf. ad I, 12.

2. *dixitque* — Cod. B *dixit*. Pro *praecepit vobis*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, T, U, V, X, Palatinus, Rabanus *vobis praecepit*.

3. *imperium* — Cod. B *praeceptum*.

4. *et pacem* — Sixtini, codd. C, D, E, F, G, H, K, O, T, U, V, Palatinus, Bibl. Ordin., Hugo *ac pacem*. Ante verba *in terram possessionis*, tacent *et* Bibl. Rom. 1471., Paris. 1566. 1573., all. et hebraeus: post eadem verba addunt *vestrae* codd. G, R, S, V 2. m., Cas. 4. et Petrus Com.; item hebraeus et veteres.

5. *custodiatis attente* — Cod. A *custodiatis ac teneatis*. Pro *famulus Domini*, sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, T, U, V, Cas. 16., goth. legion., Augustinus in *Spec.* et Sirletus *servus Domini*. Mox cod. B tacet *omnibus;* favent syrus, arabs et cod. 63. Holmesii. Pro *viis eius*, codd. F, V *viis suis*. Dein Augustini *Speculum* habet *ac serviatis ei in omni corde et anima vestra*.

6. *et dimisit* — Cod. A *ac dimisit*.

7. *Dimidiae autem tribui Manasse* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, K, T, U, Palatinus *Tribui autem Manasse mediae;* codd. F, I, R, S, V, X *Tribui autem Manasse dimidiae*. Post verba *ad Occidentalem* addunt *eius* sixtini, codd. A, B, E 2. m., K, L, M, V, X, Cas. 15., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. et Neap. 1476., Ordin., Reg., Rob. Steph., all.; at in cod. O pronomen expungitur, aliique codices illud omittunt. Pro *benedixisset eis*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, S, T, U, gothic. legion., Palatinus *benedixisset illis;* cod. V *benedixisset illos*.

8. *ad sedes* — Cod. H notat hebraeum legere *ad aedes;* nimirum hebr. habet אל־אהליכם, quod graecus interpretatur εἰς τοὺς οἴκους; conf. Mazochii *Spicil. bibl. t. 2. p. 120*. Pro *aere*, codd. B, F 2. m., R, X *et aere;* accedunt hebraeus et veteres; cod. K *aeramento*. Pro *praedam*, cod. A *praedas*.

9. *et filii Gad* — Cod. K *et Gad;* conf. ad verss. 21. 25. 34. Pro *Galaad Terram*, cod. U, Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496. *Galaad ad Terram*. Pro *in manu*, codd. F, V, X *per manum*.

10. *ad tumulos* — Codd. F, K, X *ad tumulum*. Pro *in Terram Chanaan*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, N, O, T, V, Palatinus,

Thomasius I, 61., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1533., Lugd. 1535., Paris. 1566. 1573., Ant. 1583. in 8°. *in Terra Chanaan;* hanc lectionem praetulerunt Brugensis (in libello *Lectionum varietates* inscripto), Bukentopius *(p. 162. 527.)*, De-Rossi *(de praecip. caus. p. 96.)*, aliique; scholiastes in cod. N animadvertit: « Differentia de statu et motu » in praepositione *in* cum suo casuali, sicut » et in aliis locis infinitis, hic decipit quos» dam, qui ablativum in accusativum muta» verunt. Antiqui enim habent *in terra;* et » hebraicum cogit, quod habet: *qui sunt in* » *terra Chanain;* unde graecus habet *in tu*» *mulos* (εἰς Γαλαάδ) *Iordanis, quae est in* » *terra Chanaan,* quae videlicet civitas est in » terra Chanaan: et prima praepositio *in* con» signat motum, secunda statum; prima no» minatur *is* (εἰς), secunda *en* (ἐν). Require » Ex. IV. (v. 27.) » Cod. P *qui sunt in terra Chanaan.* Mox pro *infinitae,* cod. E et s. Paulinus aquileiensis XCIX, 403. *mirae.*

11. *tumulos* — Cod. K *tumulum.* Cod. H notat hebraeum legere *in transitu filiorum Israel* (idque habet margo Ordin.) pro *contra filios Israel;* cf. Bukentopius p. 29.

13. *in Terram* — Codd. A, V, Bibl. Ord. *in Terra.* Pro *sacerdotis,* Sixtus, codd. A, B, C, D, E, H, I, K, M, O, S, T, U, V 2. m., Cas. 18., goth. leg., Palatinus, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., posteriores edd. Roberti Steph., indeque hentenianae *sacerdotem;* Masius notat: « Posset quidem pro accusandi casu *sa*» *cerdotem,* reddi genitivus, ut vocant gram» matici, dicique *sacerdotis.* Est enim oratio » (in hebraico textu) anceps. Sed versicu» lus trigesimus ostendit Phineem sacerdo» tem fuisse, et, quod alibi exposuimus, in » illius modi verborum constructione ambi» gua, quod adiectum est referri ad id debet » cuius potissimum mentio fit. » Attamen pro hodierna lectione, quam instaurarunt gregoriani, Toletus scribit: « Lege *sacerdotis;* sic » hebr., graecus, Reg., Compl., Ord. et multi » alii impressi, et utraque Congregatio. » Licet vero Toletus utrique Congregationi hanc lectionem adscribat, tamen ex codice carafiano aperte constat sixtinos intactam dimisisse lectionem lovaniensium, quae habet *sacerdotem;* hanc gregoriani immutarunt. Ceterum verissima sunt quae asserit Toletus de graeco et de plurimis Bibliis impressis; nam praeter edd. quas ipse laudat proferre possumus Bibl. Neap. 1476., Ven. 1476. 1479. 1480. 1481. 1482. 1483. 1484. 1492., Brix. 1496., Basil. 1495., priores edd. Rob. Steph., aliasque plures; hisce lovanienses addunt septem codd.; cf. Bukentopius p. 401.

14. *de singulis tribubus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, X, Palatinus *de tribubus singulis.*

15. *et dimidiae tribus* — Codd. F, S, V, Cas. 2., aliique apud cod. O *et dimidiam tribum.* Pro *in Terram,* codd. C, D, F *in Terra.*

16. *Dominum* — Tacent Bibl. Lugd. 1522. et Petrus Com.: hebraici textus sensum in hac periodo Hieronymus mira dexteritate libertateque latine reddidit.

17. *peccastis* — Bibl. Ord. *peccatis.* Pro *in nobis,* codd. R, S, V, Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., hentenianae, all. *in vobis;* emendarunt sixtini, quibus paene universi codd. suffragantur, et Biblia Mogunt. 1462., Rom. 1471. et priores edd. Rob. Steph.; codex N adnotat: « Antiqui » legunt *An parum vobis est, quod peccastis* » *in Beelphegor, et usque in praesentem diem* » *macula huius sceleris in nobis permanet?* » Hebraeus autem sic habet *An parum nobis* » *est peccatum Phogor, a quo non sumus san*» *ctificati usque ad diem hanc?* Contra nimis » adhaerentes hebraeae litterae et parum sen» sui, notanda est valde huius verbi trans» latio. In prima enim parte orationis mutavit » interpres primam personam in secundam, » quia conpropositio ita exigebat; in secunda » parte primam primitivi personam retinuit. » Pro *multique,* Sixtus habet *multi enim,* quod quum nullo codicum suffragio fulciatur, recte Toletus et Rocca emendarunt. Hoc loco animadvertendum est notam interrogationis, quam vaticanae editiones ponunt post ver-

bum *permanet,* in priscis edd. translatam fuisse post verbum *corruerunt;* immo nonnullae edd. illam ad sequentis versiculi finem amandarunt.

18. *reliquistis* — Codd. C, R, S, X *dereliquistis*. Pro *ira eius,* codd. C, D, E, F, G, H, I, O, T, U, X, Palatinus *eius ira*.

19. *ad Terram* — Sixtini, cod. A *in Terram*. Pro *Dei nostri,* codd. A, C, E, F, K, S, T, U, V, X, Cas. plures, Palatinus, Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all. *Dei vestri;* accedunt quatuor graeci codices holmesiani.

20. *Achan* — Codd. nonnulli cum graeco et syro *Achar;* cf. ad VII, 1. Pro *omnem populum,* sixtini cum cod. A *universum populum*. Mox cod. Cas. 1. tacet *Israel;* item nonnulli graeci codices.

21. *Responderuntque* — Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526. *Responderunt*. Pro *et Gad,* cod. K *et filii Gad,* ut hebr. et veteres; cf. v. 9. Pro *dimidia,* codd. B, E, F, G, H, I, K, R et antiquiores editiones *dimidiae;* conf. vers. 15.

22. *Fortissimus Deus Dominus, Fortissimus Deus Dominus* — Hanc lectionem admiserunt sixtini et gregoriani, hanc retinent codd. A, E, H, L 6., Q, all., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Paulinus aquileien. l. c. At vero Sixtus, codd. C, D, F, O, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., posteriores edd. Rob. Steph. et hentenianae, Hermannus CLXX, 812. habent semel *Fortissimus Deus Dominus;* hinc Franciscus Toletus ad Sixti editionem adnotavit: « Adde *Fortissimus Deus* » *Dominus;* sic hebr., graecus, Ord., Compl., » Reg., multi impressi et mss., et Congrega- » tio. Lovaniensis vero editio non repetit. » Haec quidem more suo habet Toletus; verum animadvertendum est revera Biblia Complut. et Reg. habere *Fortissimus Dominus Deus, Fortissimus Deus Dominus;* cod. B *Fortissimus Dominus Deus, Fortissimus Dominus Deus;* codd. F, K, M, V, X, goth. leg., Hugo, Bibl. Neap. et Ven. 1476. et quae inde prodierunt editiones usque ad Rob. Steph. habent semel *Fortissimus Dominus Deus;* codd. G, S, Bibl. Lugdun. 1522. *Fortissimus Dominus Deus Israel;* cod. Palatinus et Bibl. Lugdun. 1535. *Fortissimus Deus Dominus Israel;* cod. R *Fortissimus Dominus Israel*.

Ibid. *intelliget* — Codd. C, D, F, G, I, O, S, V, Cas. 6., Alfonsus Tostatus *intelligit;* codd. P, X, Cas. 2., Bibl. Lugd. 1522. 1535., Hugo *intelligat;* cod. goth. legion. *intellexit*. Cod. B tacet *nos* post *custodiat*. Post *puniat,* sixtini, codd. B, C, D, E, F, I, K, M, O, R, S, T, U, V, X, gothic. leg., Cas. 18., Palatinus, Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498., Hugo, Hermannus l. c. praetermittunt *nos*.

23. *sacrificium* — Codd. E, S et Hermannus l. c. *sacrificia*.

25. *et filii Gad* — Cod. B *et Gad;* conf. ad vers. 9. Pro *habetis,* codd. R, Cas. 1. *habebitis*. Post *in Domino* cod. B addit *Deo Israel;* consentit syrus. Pro *avertent,* codd. Cas. 3., Bibl. Ven. 1511., Complut., Reg., all. *averterent*. Pro *Domini,* codd. G, S, V, Cas. 2. *Dei*.

26. *Extruamus* — Codd. C, D, F, Hermannus l. c. *Struamus*.

27. *vestramque progeniem* — Codd. G, Cas. 2. *et sobolem vestram*. Post verba *ut serviamus Domino* codd. A, E, Cas. 1. et Miss. Mozar. pag. 340. addunt *Deo nostro*. Ante *holocausta* tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique fere omnes, Bibl. Ordin., Lugd. 1535., Hugo, Miss. Moz. l. c., quibus accedunt hebr. et veteres.

28. *respondebunt* — Codd. G, S, Cas. 3. *respondebitur*. Pro *in holocausta,* sixtini, collato cod. A, *in holocaustum;* item hebraeus. Pro *nostrum ac vestrum,* codd. A, C, D, E, G, I, K, R, S, T, U, V, Palatinus, Hugo *vestrum ac nostrum;* accedunt graecus et arabs. Codd. R, S, Cas. 3. addunt *aeternum,* quod in cod. O abiicitur.

29. *Dei nostri* — Codd. C 1. m., G, Cas. 3. *Dei vestri*.

30. *legationis* — Cod. B *legationum*.

31. *sacerdos* — Codd. F, G 2. m., U 2. m., V, X, Cas. 13. *sacerdotis;* cf. ad vers. 13. Pro *nobiscum sit,* cod. M *nobiscum est;* item Facundus hermian. apud Sabatierium; codd. G,

P, R, S, V, Cas. non pauci *vobiscum sit;* item nonnulli graeci codices apud Holmesium; at cod. N notat receptam lectionem cum hebraeo et antiquis consentire. Pro *Dominus*, cod. A *Deus*.

32. *et Gad* — Cod. Cas. 1. *et filiis Gad;* item hebr. et veteres, excepto arabe. Pro *finium Chanaan*, Bibl. Ordin., Compl., Reg., Lugd. 1535., priores edd. Rob. Steph. *in terram Chanaan;* hanc autem lectionem valde probavit Bukentopius p. 162. eique consentiunt hebraeus et veteres. Pro *retulit eis*, codd. B, goth. legion. *retulerunt eis;* rursum concinunt hebraeus et veteres.

33. *laudaverunt* — Cod. H notat hebr. legere *benedixerunt*. Pro *Deum*, codd. A, G, I et nonnulli Cas. *Dominum*. Pro *contra eos*, cod. A *ad eos;* graecus *πρὸς αὐτούς*.

34. *Vocaveruntque*—Bibl. Ven. 1511. 1519. *Vocaverunt*. Pro *et filii Gad*, codd. A, B, Paulinus aquil. l. c. *et Gad*, cf. vers. 32. Pro *extruxerant*, cod. A *extruxerunt*. Pro *ipse sit*, codd. A, R, Petrus Com. *ipse est*.

Cap. XXIII, 1. *dederat Dominus* — Sixtini, codd. A, C 2. m., D, E, G, H, I, K, T, U, Thomasius I, 61. *Dominus dederat*. Pro *iam longaevo*, codd. H, K, goth. legion., Cas. 1. *erat longaevus*. Pro *persenilis*, cod. Cas. 1. *senilis;* nota illud verbum ab editoribus lipsiensibus Lexici Forcellini, recte, auctore Hieronymo, receptum fuisse; non enim debuerat inter barbaras voces referri. Mox post *aetatis* addunt *postquam diviserat terram filiis Israel secundum quod Dominus imperaverat* codd. C et D 2. m. in marg., F, V, X, Hugo, Bibl. Neap. 1476., Ven. 1476. 1479. 1481. 1483. 1484. 1492. 1497. 1501. 1511. 1519., Brix. 1496., Lugdun. 1513. 1526.

2. *vocavit* — Codd. F, K *vocavitque;* item hebr. et veteres, sed alia est latinae periodi ratio. Cod. Cas. 1. tacet *Iosue;* conf. Holmes. Pro *maioresque*, codd. C, D, T, U, Cas. 4. *maiores;* consentit hebraeus. Pro *ac duces*, codd. Cas. 4., Bibl. Compl., Reg., Lugdun. 1535., margo Ord., hebraeus et veteres *ac iudices;* codex prolatus a lovaniensibus pro hac lectione est ipsa editio Complutensis. Pro *et magistros*, legunt *et magistratus* codd. C, D, F, I, K, L 4., O, T, U, V, Cas. 4., Palatinus, Hugo, Bibl. Ordin.; scholiastes in cod. O notat heic legendum *duces et magistratus*, sed in cap. sequenti vers. 1. *iudices et magistros;* hebraeus tamen utroque loco eadem habet; plures ex antiquioribus edd. habent *ac magistros*. Pro *progressioris*, cod. T *provectioris*.

3. *pro vobis* — Cod. R, Bibl. Lugd. 1535. *pro nobis;* item graecus, excepto codice alexandrino.

4. *divisit* — Sixtini, Bibl. Complut., Reg., Rob. Steph. 1532., Lugd. 1535. 1550., all. *divisi;* huic lectioni hebraeus et veteres suffragantur: gregoriani dubitarunt; codex a lovaniensibus pro hac lectione laudatus, est editio Compl.; Bibl. Ordin. *diviserit*. Masius, Rosenmullerus aliique Hieronymum suggillant eo quod non expresserit verba *et omnes gentes quas delevi;* at temere illi hieronymianam interpretationem cum hebraico textu componendam sibi assumunt. Etsi enim latinus interpres a verbis sacri textus abscedat, eorumdem tamen sensum ita reddidit ut nil desideretur. Nam perspicue expressit omnem quidem terram sorte divisam fuisse, at multas adhuc delendas nationes ibidem superesse.

5. *auferet*—Bibl. Ven. 1511. 1519. *aufert;* Bibl. Lugd. 1535. *auferetur;* cod. B *auferat*. Post *Terram* cod. Cas. 1., Bibl. Rob. Steph. 1532., Paris. 1566. 1573., all. addunt *earum;* margo Ordin. *eorum;* hebraeus quoque et veteres pronomen habent.

6. *neque ad dexteram neque*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, X, Palatinus *nec ad dexteram nec;* Bibl. Rom. 1471., Neap. 1476., Ven. 1479. 1483., all. *nec ad dexteram neque*.

8. *in diem hanc* — Sixtini cum cod. A *ad diem hanc*.

9. *Et tunc* — Cod. F, Bibl. Lugdun. 1535. *Et nunc*. Post *Dominus* codd. B, C, D, E, F, G, K, M, O, T, U, V, X, Cas. 18., Palatinus tacent *Deus;* neque legitur apud hebr. et ve-

teres. Pro *in conspectu*, sixtini, gregoriani, codd. Cas. 2., Bibl. Ordin. *a conspectu*.

13. *iam nunc* — Cod. S, Bibl. Rom. 1471., Ven. 1476. 1479., Compl., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *iam tunc*. Pro *non eas*, cod. B mendose *nos eas*. Pro *deleat*, priores edd. Rob. Steph., all. *delebit*, accedunt hebraeus et veteres. Pro *sed sint*, codd. G, K, R, S, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Complut., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *sed erunt*; rursum praetermittimus codicem laudatum a lovaniensibus, quia est edit. Complut.; cod. Cas. 1. *sed fient*. Heic quoque hebr. et veteres futurum tempus exprimunt.

14. *ingredior* — Legunt *ingrediar* sixtini, codd. A, C, D, F, H, I, K, N, O, S, T, U, X, Cas. 15., Palatinus, Bibl. Ord., Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Rob. Steph. 1528., all., Rabanus, Hugo; in cod. N scholiastes notavit: « Antiqui *hodie ingrediar*; sed he» braeo adhaerentes, qui habet *hodie vado*, » pro *ingrediar*, ponunt *ingredior*: sed si illa » die intravit sepulcrum, quomodo postea » congregavit populum in Sichem? Propter » hoc, credo, interpres posuit verbum futuri » temporis cum adverbio *hodie*, dicens *hodie* » *ingrediar*, quod dicitur in procinctu est » quod ingrediar. » Augustinus in *qu. XXIV. in Ios.* postquam protulisset veterem interpretationem, quae legebat *Ego autem recurro viam*, hieronymianam versionem innuens subdit: « In ea interpretatione quae est ex he» braeo invenimus *ingrediar viam*. » Pro *viam universae terrae*, codd. A, T *universae terrae viam*; cod. V *viam universae carnis*. Pro *et toto animo*, cod. H et Rabanus *et toto corde et toto animo*; hebraeus et veteres habent *et toto corde vestro et tota anima vestra*. Pro *cognoscetis*, codd. Cas. 1., goth. legion., *cognoscitis*.

Ibid. *praestiturum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, aliique fere universi, Hugo, Rabanus, primo Rocca *praestaturum*; cf. ad XXI, 43. Pro *vobis esse*, codd. A, C, F, K, S, T, U, Cas. 13., goth. leg., Palatinus, Hugo, Rabanus *nobis esse*; item graecus, sed cf. Holmesius; cod. B tacet *esse*, et mox legit *praeteriet*, pro *praeterierit*.

15. *implevit* — Cod. K *complevit*.

16. *ab hac Terra* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, R, T, U, V, X, goth. leg., Palatinus *de terra hac*; cod. S et gregoriani *de hac terra*.

Cap. XXIV, 1. *omnes tribus* — Codd. G, R, Cas. 2. *omnes filios*. Post *vocavit* codd. F 2. m., G, V, X addunt *omnes*, quod multi graeci codices habent. Pro *magistros*, codd. F, G, K, T, Cas. 3., Brev. goth. p. 232. *magistratus*; conf. ad XXIII, 2. Pro *Domini*, codd. H, L, Bibl. Compl., Reg., Lugd., 1535. *Dei*; favent hebraeus et graecus.

2. *servieruntque* — Cod. goth. leg. et Brev. goth. l. c. *servierunt*.

3-6. *Tuli* — Cod. T et Brev. gothic. l. c. *Tulit*; non pauci graeci codices holmesiani consentiunt. Idem Brev. gothic. (et laudati graeci codices) in reliquis verbis quae mox sequuntur usque ad vers. 6. pro prima tertiam personam exhibet. Videlicet legit *adduxit* – *multiplicavitque* – *et dedit* – *rursum dedit* – *Esau dedit* – *Misitque* – *percussit* – *Eduxitque*. Nonnulli codices et editiones unum aut alterum ex praedictis verbis similiter efferunt: nempe habent *adduxit* cod. E: *multiplicavitque* codd. E, I, Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496.: *Misitque* codd. A 1. m., E, F, I, Bibl. Lugd. 1535.: *percussit* cod. A: *Eduxitque* codd. A, C 1. m., F.

3. *Abraham* — Deest in Bibl. Ordin. edit. Paris. 1590. et in cod. 224. Kennic. Pro *et adduxi eum*, Augustinus in h. l. *quaest. XXV.* tribuit hieronymianae interpretationi *et induxi eum*.

4. *et dedi* — Tacent nexum Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Paris. 1566. Post *Iacob* cod. E tacet *vero*.

5. *multis signis* — Cod. Cas. 1. *plagis multis*. Mox Brev. goth. l. c. *et portentis*.

6. *vos et patres vestros de Aegypto* — Brev. gothic. l. c. *patres vestros ex Aegypto*; item graecus, sed cf. Holmesius. Reliqui cum hebraeo praemittunt *eduxi vos*, mox subiiciunt

et eduxi patres vestros ex Aegypto. Pro *equitatu*, codd. D, Cas. 1. *equitibus;* non male.

7. *Clamaverunt autem* — Cod. A tacet *autem*. Cod. H notat hebraeum non legere *filii Israel*. Pro *super eos*, sixtini cum cod. A *super illos*. Pro *operuit eos*, codd. C, D, E, F, G, H, I, K, O, R, T, U, V, X, goth. leg., Palatinus, Brev. goth. l. c. *operuit illos;* Augustinus utroque loco habet *illos*.

Ibid. *oculi vestri cuncta quae in Aegypto fecerim* — Brev. goth. l. c. *oculi nostri cuncta quae in Aegypto fecit;* quoad tertiam verbi personam concinunt cod. F, graecus et arabs: quoad pronomen etsi graecus editus habet ὑμῶν, plures tamen codices legunt ἡμῶν, uti habet syrus hexaplaris, armenus et georgianus. Cod. A tacet *cuncta*, nec legit hebraeus.

8. *in Terram* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, U, V, X, Palatinus *ad Terram*. Pro *introduxi vos in Terram Amorrhaei*, Brev. goth. l. c. habet tantum *introduxit in Amorrhaeum* (graecus quoque ἤγαγεν); et pro *possedistis Terram eorum*, legit *possidetis Terram*. Pro *interfecistis eos*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, O, R, T, U, V, gothic. leg., Palatinus, Brev. goth. l. c. *interfecistis illos*.

9. *contra Israelem* — Brev. goth. pag. 233. *contra filios Israel;* item cod. 53. holmesianus; Bibl. Compl. et Reg. *contra Israel*.

10. *audire eum* — Cod. Cas. 1. addit *dicit Dominus*.

11. *Transistisque* — Brev. goth. l. c. *Transistis*. Mox tacent *et* ante *Pherezaeus* Bibl. Ordin.; ante *Hethaeus* codd. A, F, G, R, S et cod. 174. Kennic.; ante *Hevaeus* Bibl. Lugd. 1535. et hebraeus. Cod. B 1. m. tacet *et Hethaeus, et Gergesaeus*. Pro *tradidi*, cod. A 1. m. cum graeco *tradidit*.

12. *crabrones* — Codd. non pauci et antiquiores editiones *scrabrones* vel *scabrones;* conf. ad Exod. XXIII, 28. Mox cod. H notat hebraeum legere *eiecerunt*, pro *eieci;* nimirum in hebraico textu hoc verbum pendet a nomine *crabrones*, quod quum singulari numero collective exprimatur, legitur *crabro eiecit*. Post *Amorrhaeorum* codd. C, D, I, T, U, Palatinus, Hugo addunt *ad possidendum;* codd. C 2. m., F, V, X, Cas. 2. addunt *ad possidendam terram eorum vobis tradidi*. Pro *non in gladio nec in arcu*, cod. G *non in arcu et gladio;* Brev. gothic. l. c. *non gladio et arcu;* legunt quoque *et arcu* codd. E, K, Cas. 14., Bibl. Ven. 1482., Hugo, Rabanus; reliqui vero codices (excepto cod. H) et veteres editiones ante Sixtum habent *et in arcu*.

13. *plantastis* — Cod. H notat hebraeum addere *comeditis;* idque Isidorus Clarius admisit.

14. *Nunc ergo* — Codd. F, V *Nunc autem*.

15. *ut Domino serviatis* — Brev. goth. l. c. *ut non serviatis ei*. Post *eligite* addunt *vobis* codd. G, M, N*, P, R, S, U, Cas. 8.; at vero cod. O notat id pronomen apud veteres latinos non legi, sed tantum apud graecos; scholiastes autem in cod. N animadvertit: « Sed dicunt quidam: *vobis* debet ibi esse, » quod hebraeus habet. Ergo ista quae inter» pres apposuit, videlicet *quod placet*, et *po» tissimum debeatis*, debent auferri. Absit. » Sed et per ista intelligitur quod dicitur *vo» bis* satis superque. » Pro *servire potissimum*, codd. A, I, K, R, S *potissimum servire*. Pro *utrum*, Hugo *an*. Pro *serviemus*, cod. A *serviamus*.

16. *Responditque populus, et ait* — Brev. gothic. l. c. *Responderuntque populi, et dixerunt;* Rabanus addit *ad Iosue*.

17. *Dominus Deus* — Cod. H notat hebraeum praemittere *Quoniam*. Post *Aegypti*, cod. Cas. 1. et antiquiores pleraeque editiones addunt *et;* conf. ad Exod. XX, 2. Deut. VI, 13. et alibi. Pro *videntibus nobis*, cod. F *videntibus cunctis;* cf. Deut. I, 30.

18. *Amorrhaeum*—Cod. H, Bibl. Ven. 1533., Lugd. 1535., Isidorus Clarius praemittunt *et;* item hebraeus et veteres; codd. A 1. m., C, D, F, G, K, S, U, X, Bibl. Ord., Ven. 1484., Hugo legunt *Amorrhaeorum*. Pro *quam nos intravimus*, Bibl. Lugd. 1535. *a facie nostra*, ut hebraeus. Pro *Deus*, codd. A, E, G, K, O, R, S, V, Cas. 18., Brev. goth. l. c. *Dominus Deus*.

19. *Deus enim* — Codd. F, G, N, P, S, V, Brev. goth. l. c. et Augustinus in *Spec*. edit. Maii c. XLIV. *Dominus enim*. Ante *aemulator*, Brev. goth. l. c. addit *et*. Pro *vestris*, cod. T, Brev. gothic. l. c. *nostris*.

20. *Si dimiseritis Dominum, et servieritis diis alienis* — Brev. goth. l. c. *Si dimiseritis pro diis alienis;* et mox pro *bona*, legit *dona*.

21. *ad Iosue* — Brev. goth. l. c. tacet. Mox cod. A omittit *ita*.

22. *ad populum* — Cod. B 2. m. addit *ait*. Pro *ipsi elegeritis vobis*, Rabanus et Brev. goth. l. c. *ipsi vobis elegeritis;* cod. O et Petrus Com. *ipsi elegistis vobis;* Bibl. Antuerp. 1583. in fol. ex vitio typographi habent *ipse*, quod sixtini emendarunt.

23. *de medio vestri* — Sixtini, codd. A, C 1. m., D, E, I, K, O, R, T, U, Palatinus, Bibl. Lugd. 1522., Hugo, Brev. goth. l. c. *de medio vestrum*.

24. *et obedientes erimus* — Sixtini, codd. A, B, E, K, Brev. gothic. l. c. *obedientes;* codd. F, X *et erimus obedientes*. Praeterea Brev. goth. l. c. tacet *nostro*.

25. *Percussit ergo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, S, T, U, V, X, Palatinus, goth. leg., Rabanus, Brev. goth. l. c. *Percussit igitur*. Pro *proposuit*, codd. G, Cas. 2. *imposuit;* Brev. goth. l. c. *posuit*.

26. *Scripsit quoque* — Sixtini, codd. A, B, E, G, H, K, R, S, V, X, Cas. 18., goth. leg., Brev. goth. l. c., Rabanus, Petrus Com. *Scripsitque*. Pro *legis Domini*, sixtini, codd. A, B, I, K, R, S, Cas. 7., goth. leg., aliique codd. memorati in cod. O, Bibl. Complut., Reg., Lugdun. 1535., Brev. gothic. l. c., Rabanus, Petrus Com. *legis Dei;* item hebraeus et graecus. Pro *pergrandem*, cod. V et Brev. gothic. l. c. *grandem*. Mox cod. Cas. 1. tacet *eum*. Pro *quae erat*, cod. A *qui erat*.

27. *erit vobis* — Cod. Cas. 1. addit *signum*. Pro *audierit*, Sixtus, codd. B, C, D, F, G, I, N, N*, O, R, S, T, U, V, Brev. goth. l. c. et fere omnes veteres editiones *audieritis;* at vero in cod. N scholiastes scribit: « Hebraeus » sic habet *Ecce lapis iste erit in nobis testi-* » *monio, quia ipse audivit omnia verba Do-* » *mini, quae locutus est nobiscum, et erit vobis* » *testimonio*. Vides quomodo interpres verba » reduxerit ad sensum. Antiquus tamen de » sancta Genofeva (sic) *audierit*, cum he- » braeo et graeco. » Et in cod. O adnotatum legimus: « Hebraeus, graecus et Glossa *au-* » *dierit*. Puto Hieronymum transtulisse *audie-* » *rit*, sed postea mutatum fuisse in *audieritis* » pro eo quod lapis non audit. » Hodiernam lectionem debemus sixtinis et gregorianis, quibus suffragantur codd. A, E, H, K, L 5., Q, Cas. 14., Bibl. Compl., Reg., Rob. Steph. 1532., all., hebr. et veteres; cf. Bukentopius p. 162. Notavimus pro hac lectione quinque codices lovaniensium; mendosum enim est quod praeferunt quaedam edd. hentenianae, uti Antuerp. 1565. 1572. 1583., Franc. ad M. 1566., et Iames, ubi codicibus lovaniensium tribuitur *audieris*, quod habetur quoque in tomo VI. polyglottorum londinensium; nam ex principe edit. Lovan. 1547. patet legendum *audierit*. Post verba *locutus est vobis*, cod. Cas. 1. addit *Deus;* codd. G, S *Dominus*. Pro *Deo vestro*, cod. P *Deo nostro;* conf. Holmes.

28. *populum* — Cod. K *populos;* conf. ad v. 16. Pro *in possessionem suam*, Brev. goth. l. c. *in possessiones suas*.

29. *centum et* — Tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, T, V, X, gothic. leg., Palatinus et antiquiores editiones; item graecus. Mox pro *decem*, cod. S cum arabe legit *viginti*.

30. *in finibus* — Cod. A *in terram*. De *Thamnathsare* conf. ad XIX, 50. Pro *est sita*, sixtini, codices fere omnes, antiquiores editiones, Rabanus, Petrus Com., Brev. gothic. l. c. *sita est*. Pro *a Septentrionali parte*, codd. Cas. 2. *a Septentrionali plaga*, et ita habet Vulgatus in loco parallelo Iudic. II, 9.; cod. V *ad Septentrionalem partem;* Brev. gothic. l. c. *ad Septentrionalem plagam*. Additamentum quod hoc loco cum graeco et arabe interserit itala, non modo ab Augustino memoratur, sed et apud Iuvencum in *Spicil. solesm. I*,

223., et apud auctorem *de geneal. Patriarch. LIX, 538.*

31. *Domino*—Codd. V, Cas. 1. *Deo.* Pro *vixerunt*, veteres edd. fere omnes *vixerant;* emendarunt sixtini ad fidem codicum. Mox pro *noverunt* codices nostri, veteres editiones, reliqui testes et ipsemet Vulgatus in loco parallelo Iudic. II, 7. legunt *noverant;* pontificii autem censores in nostris documentis silent; adeoque suspicari licet hodiernam lectionem ex typorum mendo in Bibliis sixtinis ortam fuisse.

32. *in parte agri, quem*—Codd. B, C 1.m., F, X *in parte agri, quam.* Pro *Hemor,* multi codd. et antiquiores edd. *Emor* vel *Emmor.* Pro *possessionem,* sixtini, codd. A, E, G, K, S, Palatinus *possessione.*

33. *filius Aaron*—Codd. G, R, S, V, Cas. 3. addunt *sacerdotis;* item graecus, syrus, arabs et duo codices Kennic. Pro *in Gabaath Phinees filii,* codd. C, D, F, I, T, U *in Gaab Phinees filius;* codd. A, G *in Gaab Phinees filiis;* codd. E, K *in Gabaath Phinees filius;* codd. Cas. 12. *in Gabaath filii Israel et Phinees filius;* codd. R, S, Cas. 2. *in Gabaath Phinees et filii:* at huius loci sensum assecutus videtur scholiastes in cod. O, qui vulgatam lectionem retinet atque notat: « Graecus legit » *Et sepultus est in Gabaath quae erat* (nam multi graeci codices habent ἐν Γαβαὰθ ἥ ἦν) *Finees filii eius, quam dedit ei in monte* » *Ephraim.* Sic patet quod *Finees* est genitivi » casus; in graeco etiam apparet *filii* esse » genitivi casus et per articulum et per infle» xionem casus. » Hieronymus quoque (III, 223.) memorat Gabaath in tribu Beniamin (ex Eusebii textu lege Ἐφραΐμ) urbem Phinees filii Eleazar, ubi sepultus est Eleazar. At s. Doctoris codices alibi (I, 697.) habent *Gaab filii sui Phinees.* Apud Petrum Comestorem legimus: « *Gabaa-Phinees* potest esse » nomen civitatis a Phinees ibi sepulto; vel » possunt esse duae dictiones. »

Post finem versus 33. codices B et gothic. legion. addunt ea quae sequuntur *Et* (cod. B addit *in*) *illo die accipientes Levitae arcam testamenti Domini, circumtulerunt eam per omnes fines filiorum Israel: et Phinees sacerdotium administrabat* (cod. B *administravit*) *pro Eleazaro patre suo; quousque etiam ipse moreretur: et sepultus est in Gabaad* (cod. B *Gabaath*) *in terram suam. Filii autem Israel abeuntes singuli quisque in locum suum,* (cod. B addit *et*) *in suam civitatem; factum est, interiecto tempore, ut colerent Astartem et Astaroth* (cod. B *Aseroth*) *deos gentium quae erant in circuitu eorum; propter quod tradidit illos Dominus in manus Eglon regis Moab, qui dominatus est illis, annis X. et VIII.* Hoc additamentum, ut et alia quaedam in laudatis hispanis codicibus, ex itala servatum fuisse auguramur; nam eidem haud obscure alludunt Augustinus, et auctor *de genealogiis Patriarcharum* ll. cc.; immo Iuvencus in carminibus editis a cl. Pitra in *Spicilegio solesmensi tom. 1. pag. 223.,* post memoratam Eleazari mortem, de qua sermo est in v. 33., subnectit nonnulla, quae, quamvis non sine mendis edita videantur, tamen ex nostro additamento derivata fuisse perspicue intelligimus; habet enim:

Ergo viris tantis post tanta insignia functis,
Gentiles populus cultus atque idola sumsit,
Diffugiens Dominum terrae, Dominumque caelorum
(*ratio metrica nobis legendum suadet* polorum).
Subditur Eglomum propter (sua) facta tyrannis,
Atque quaterdenos vivit captivus in annos.
Explicit metrum in Iesu Nave.

Denique compertum habemus mox prolatam veteris Italae interpretationem ex graeca versione fluxisse, in qua eadem fere ad litteram leguntur. Hanc igitur nos heic opportune subiicimus ex antiquissimo codice vaticano, interpositis insignioribus aliorum, maxime alexandrini codicis, varietatibus. Si enim, quod omnes fatentur, graecorum codicum lectiones ex syriaca, coptica, armena, georgiana et slavonica interpretatione recte illustrari possunt, potiori iure vetustissimam omnium latinam versionem in re critica magni faciendam existimamus. Hanc igitur cum graeca lectione haud frustra conferes quae sic se habet: Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ λαβόντες οἱ

υἱοὶ Ἰσραὴλ τὴν κιβωτὸν (multi codd. addunt τῆς διαθήκης) τοῦ Θεοῦ περιεφέροσαν (multi legunt περιέφερον) ἐν ἑαυτοῖς (quidam codd. ἐν τῷ Ἰσραήλ)· καὶ Φεινεὲς ἱεράτευσεν ἀντὶ Ἐλεάζαρ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἕως ἀπέθανεν, καὶ κατωρύγη (alex. κατωρύχθη) ἐν Γαβαὰρ (plures legunt Γαβαὰθ) τῇ (antiqua manu in codice vat. corr. γῇ) ἑαυτῶν· οἱ δὲ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀπήλθοσαν ἕκαστος εἰς τὸν τόπον αὐτῶν, καὶ εἰς τὴν (cod. vat. 1. m. interponit γῆν) ἑαυτῶν πόλιν· καὶ ἐσέβοντο οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὴν Ἀστάρτην, καὶ Ἀσταρὼθ (pauci codd. Ἀσηρώθ), καὶ (deest nexus in georg. et slavon.) τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλῳ αὐτῶν· καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς Κύριος εἰς χεῖρας Ἐγλὼμ τῷ βασιλεῖ (Masius praetulit τοῦ βασιλέως) Μωὰβ, καὶ ἐκυρίευσεν αὐτῶν ἔτη δεκαοκτώ. Posteriorem huius additamenti partem ex Iudic. II, 6. 11. 12. 13. III, 7. 12. 13. 14. derivatam esse probabile videtur: at quis nos docebit fontem ex quo prior pars fluxerit? Syrus hexaplaris admonet additamentum scriptum fuisse post absolutam demum interpretationem Septuaginta interpretum: ex quo Masius coniecturam ducit illud non pertinere ad editionem τῶν ἑβδομηκονταδύο. At profecto apud graecos haec ante Origenis aetatem iam legebantur. Interim animadverte in latino fragmento a nobis prolato duas esse bonae notae lectiones, quarum apud Holmesium vestigium nullum apparet. Prior est ubi legimus *accipientes Levitae;* altera *factum est, interiecto tempore*. Sed de his hactenus satis superque. Neque enim aliud instituti nostri ratio postulat, nisi ut latinae vulgataeque interpretationis integritati operam dantes, si quae praeterea ad reliquas interpretationes pertinentia nostris in codicibus offendimus, ea obiter in medium adducamus aliisque expendenda commendemus.

APPENDIX AD LIBRUM IOSUE

Antequam Iosue librum deseramus, pauca dicenda supersunt de variis eiusdem distinctionibus apud veteres latinos memoratis. Primus apud latinos, ait Valesius, interpretationem suam per versus Hieronymus distinxit, imitatus Origenem, qui in Hexaplis idem praestiterat. Huius autem versiculorum distinctionis meminit Hieronymus in suis plerisque Praefationibus: de eadem in Praef. ad Iosue scribit: « Monemus lectorem ut silvam » hebraicorum nominum et distinctiones per » membra divisas diligens scriptor conser» vet. » Hieronymianam distinctionem accuratissime instauravit commendavitque Cassiodorius, cuius haec sunt verba *(de instit. div. litt. cap. XII.)*: « Meminisse autem de» bemus memoratum Hieronymum omnem » translationem suam in auctoritate divina, » sicut ipse testatur, propter simplicitatem » fratrum colis et commatibus ordinasse; » ut qui distinctiones saecularium litterarum » comprehendere minime potuerunt, hoc re» medio suffulti, inculpabiliter pronuntiarent » sacratissimas lectiones. » Hinc veteres latini codices, ii praesertim qui ab alcuiniana recensione pendent, ad calcem cuiusque libri signant numerum versiculorum quibus liber constat. At vero primum apud vetustiores librarios non una eademque fuit numerandi ratio; nam modo maiores, modo breviores fuerunt versuum distinctiones, uti fuse demonstrat Martianaeus *Proleg. IV*. Post seculum autem XII., inducta nova Bibliorum distinctione, hieronymiana κῶλα et κόμματα abiecta obsoleverunt. Exploratissimum enim est capitulorum distinctionem, quam hodie in sacris Bibliis retinemus, per eam ferme aetatem a latinis librariis receptam fuisse; eodemque tempore obliteratas fuisse notulas, quibus olim versiculorum cuiusque libri summa

consignabatur. Non est huius loci auctores, caussas et rationes huius mutationis investigare. Ne tamen omnino ea quae ad hieronymianos biblicos labores spectare videntur praetermittamus, notas proferre iuvat, quae in latinis codicibus ad huius libri calcem leguntur. Codices Martianaei l. c. notant librum Iosue habere versus *MDCCL.*; concinit cod. T in quo legitur *Explicit lib. Iosue Ben Nun. habet versus Ī. DCCL.*; alii vero codices nonnihil abludunt, nam cod. C habet *Explicuit liber Iosue Ben Nun. v. Ī. DCCI.* (cf. Blanchinius in *Vindiciis* p. CCCXXXVI. et Thomasius I, 61.); codd. D, U *Iosue Ben Nun explicit. v. Ī. DCCI.* (conf. Blanchinius l. c. p. CCCXXIII.); cod. Palatinus *Explicit Iosue Ben Nun. v. Ī. DCCI.* In postremos hos codices numerum *DCCI.* pro *DCCL.* librariorum vitio irrepsisse omnino probabile nobis videtur. Compertum enim est in prisca scribendi ratione quammaxime proclive fuisse unum pro altero numero sufficere. Maiorem olim versuum numerum graecos habuisse demonstrat Martianaeus l. c.; hebraicus vero textus hodiernus numerat tantum vers. 659. (non 656. uti habet Martianaeus); cui fere consentit Vulgatus noster, in quo hoc unum exstat discrimen, quod capite IV. habentur versus 25. (hebr. habet versus 24.), et capite XXI. versus numerantur 43. (hebr. habet versus 45.); ex quo patet singulos nostros versiculos paene tricolum apud veteres latinos iuxta hieronymianam distinctionem, quam supra tetigimus, constituisse. Pauca haec attigisse sufficiat. Neque enim ex laudatis notulis studium quod post Hieronymum Cassiodorius vigilanter servandum tradiderat, quodque priscorum librariorum incuria neglectum fuisse diximus, instaurare possumus. Quemadmodum enim ingentem Masoretharum laborem in numerandis singulis sacri textus verbis et litteris, ad criticam eiusdem textus integritatem tuendam firmandamque susceptum, nequidquam redintegrare conaberis, ita frustra minutiorem illam latinae versionis partitionem, deficientibus priscis atque idoneis testibus, quis innovare in praesens moliretur.

IUDICUM

Liber Iudicum, hebraice Sophetim — Sixtus habet tantum *Liber Iudicum;* reliqua a gregorianis addita fuere prout in edd. stephanicis et hentenianis legebantur. Plerique veteres libri habent *Incipit liber Sophtim, id est Iudicum.* Cf. dicta ad titulum Genesis. Ephraemus animadvertit syros olim reputasse ܫܦܛܐ (hebraice *iudex*) idem valere ac ܫܒܛܐ (syriace *tribus,* conf. Schaaf.); proindeque illos historiam duodecim tribuum in hoc libro narrari falso censuisse.

Cap. I, 2. *Iudas ascendet* — Codd. E, Y, Isidorus VII, 417. *Iudas ascendit.* Pro *ecce tradidi Terram,* nonnulli codd. Cas. legunt *ecce tradetur Terra;* cod. B praemittit *et;* item nonnulli codd. et paucae edd. hebraici textus apud De-Rossi. Pro *in manus eius,* cod. E *in manus vestras;* sixtini, codd. B, C, G, K, R, T, U, Cas. 3., antiquiores edd., Miss. Moz. p. 343., Rupertus *in manu eius;* Augustinus *in manu ipsius;* favent hebr. et graecus.

3. *in sortem meam . . . in sortem tuam* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, K, N, O, R, T, U, V, X, Y, Cas. 16., Palatinus, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1573., all., Rabanus, Miss. Moz. l. c. *in sorte mea . . . in sorte tua;* graecus utroque loco ἐν τῷ κλήρῳ; at Augustinus *in sortem;* quaedam editt. uti Bibl. Ordin. et Rob. Steph. habent sextum casum posteriori tantum loco; contra cod. I priori tantum loco: conf. scholion ad Exodi IV, 27. relatum. Pro *et pugna,* cod. Cas. 1. *ut pugnemus;* Augustinus *et bellemus;* favent hebr. et veteres. Post *Chananaeum,* cod. V addit *ac Ferezeum,* ut in sequentibus versiculis 4. et 5. Mox tacent *ut* cod. X, Petrus Com. et Miss. Moz. l. c.

5. *Adonibezec* — Mendum quod irrepserat in Bibl. Ant. 1583. retinuit Sixtus, qui edidit *Adonibesec* hoc loco et duobus versiculis sequentibus; at emendarunt sixtini, gregoriani et Toletus.

6. *Fugit autem* — Bibl. Lugd. 1535. tacent *autem.* Pro *persecuti,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Y, Cas. plures, Palatinus, goth. leg., Rabanus, Hugo de s. Victore *secuti;* codd. Cas. 2. *insecuti.* Ad ea verba *caesis summitatibus manuum,* Hugo de s. Victore animadvertit: « Quidam de hebraica veritate magis proprie interpretari putaverunt *caesis pollicibus,* eo quod truncato pollice ad ferenda arma deinceps homo idoneus non sit. » Eadem habent Petrus Com. et recentiores plerique; cf. Bonfrerius.

7. *Deus* — Codd. B, C, D, F, G, K, O, S, T, U, Y, Cas. 4., Palatinus, Miss. Moz. p. 344., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. *Dominus.*

8. *percusserunt* — Nonnulli codd. Cas. addunt *eam;* quibus accedunt hebraeus et veteres.

9. *et in campestribus* — Sixtus, Miss. Moz. l. c., veteres fere omnes edd., paucique codices perperam tacent nexum, quem, consentientibus plerisque omnibus codd., sixtini et gregoriani addiderunt; conf. Bukentopius pag. 162.

10. *cuius nomen* — Codd. E, I, Cas. 4., Miss. Moz. l. c. *cui nomen.* Pro *fuit antiquitus,* cod. P *vetus erat,* ut versic. sequenti. De no-

mine *Cariatharbe* conf. ad Ios. XIV, 15. Pro *Sesai*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, aliique fere omnes, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., all., Rabanus *Sisai*, de quo cf. ad Num. XIII, 23. et Ios. XV, 14. Mox priores editt. Rob. Steph. tacent *et;* posteriores vero, et Bibl. Lovan. 1547., all. mendose legunt *Ahimam;* cod. B *Ahimem*. Pro *Tholmai*, Bibl. Lugd. 1535. cum hebraeo *Thalmai;* cf. Holmesius.

11. *Cariath Sepher*—Sixtus *Cariathsepher*, quod gregoriani et Rocca distinxerunt, uti ad Ios. XV, 15. Ad verba *id est, civitas litterarum* codices M, P notant id hebraeum non habere; at vero scholiastes in cod. N animadvertit: « Antiqui et novi legunt *id est, civitas* » *litterarum*. Quod expositorum quidam sub» tus male traxerunt, quia hebraeus non ha» bet; sed si omnia quae hebraeus non habet » subtrahantur, decem millia verborum in » Bibliis calumniabuntur. Require Gen. XXV. » (v. 8.) XXXV. (v. 18.) Deut. XXXII. (v. 49.); » et etiam Iosue XXI. (v. 5.) interpres ad » evidentiam litterae apposuit hoc *id est, Le*» *vitis*. » Heic quoque sixtinis placuit scribere cum duplici *tt litterarum*.

12. *Dixitque* — Cod. Cas. 1. *Dixit itaque*. Pro *Caleb*, antiquiores edd. *Caleph;* conf. ad Ios. XIV, 6.

13. *Cenez* — Rursum cod. B *Cenezer*. Pro *minor*, codd. I 2. m., S, Cas. 3., Godefridus CLXXIV, 271. *iunior*, ut in loco parallelo Ios. XV, 17. Mox tacent *Axam* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, I, K, O, T, U, V, X, Y, Cas. 17., gothic. leg., Palatinus, Rupertus, Godefridus l. c.; item ex graecis codicibus non pauci; cod. M notat: « Antiqui non habent *Axam;* » moderni habent. »

14. *monuit* — Addunt *eam* codd. F, X, Y, Cas. 12.; item ex graeco Augustinus. Scholiastes in cod. M instaurat quaestionem quam praeoccupavimus ad Ios. XV, 18. scribens: « Intelligendum est, ut dicit hebr. Ios. XV., » quod ipsa prius suasit viro suo; et cum ille » non auderet aut nollet, illa, monita a viro » suo, petiit. » Cod. goth. leg. ad marginem ex graeco habet *Et factum est, intrante ea, monuit eam petere a patre suo agrum, et murmurabat desuper asino.*

Ibid. *sedens in asino* — Particulam *in* praetermittunt sixtini, codd. A, C, D, F, G, I, N, N*, O, R, U, V, X, Y, Cas. 15., Palatinus, Godefridus l. c.; conf. ad Ios. XV, 18.; scholiastes codicis N* notat: « *in* quod interpo» nebatur cancellatum est; et mirum; cum » non praeponatur ad *sedens*, ut dicatur *in*» *sedens* vel *insidens*, sed simpliciter *sedens* » *asino*, sine praepositione *in*. »

15. *Dedit ergo ei* — Tacent pronomen Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480. 1482. 1492., all., Miss. Moz. l. c. Pro *irriguum superius, et irriguum inferius*, codd. C, D, I, N, O, T, U, X, Y, Cas. 4., Palatinus, Rupertus *irriguam superius, et irriguam inferius;* conf. ad Ios. XV, 19.

16. *Cinaei* — Cod. B *Cenaei*, ut hebraeus; conf. ad Num. XXIV, 22. Pro *cognati Moysi ascenderunt de civitate palmarum*, margo codicis goth. leg. ex graeco habet *soceri Moysi ascenderunt ex civitate Phoenicum* (φοινίκων); recolantur ea quae de nomine חתן protulimus ad Exodi III, 1. Pro *Arad*, vetustiores editiones hoc loco *Arath;* codd. B, I *Marath;* alias huius nominis varietates habes ad Num. XXXIII, 40. et Ios. XII, 14.

17. *Sephaath* — Codices et editiones veteres habent *Sephath* vel *Sephat;* romani correctores silent. Fuerit igitur in vaticanis editionibus impressum *Sephaath* ex operarum mendo? Pro *Vocatumque*, Bibl. Rom. 1471., Paris. 1566., all. *Vocatum*. Margo cod. goth. leg. latinam aliam ex graeco interpretationem exhibet, nempe *habitantem Zephat et ipsi exstirpaverunt eam* (graeci enim codices αὐτήν legunt, pro recepto αὐτοὺς), *et vocaverunt* (nam codices pro ἐκάλεσεν habent ἐκάλεσαν) *nomen civitatis exterminium* (codd. ἐξολόθρευσις.).

18. *Gazam* — Bibl. Ordin., Reg., all. graecorum more *Gazan;* cf. Deut. II, 23.

19. *nec potuit*—Miss. Moz. l. c. *nec poterat*. Mox pro *quia falcatis curribus abundabant*, ex alia latina versione margo codicis gothic.

leg. *quoniam currus ferrei erant eis;* quae etsi in graeco vaticano desint, tamen in veteri itala, itemque in multis graecis codicibus leguntur. Hoc loco auctor libri Iudicum non asserit Deum non potuisse delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant (quae est impia et stulta quorumdam interpretatio); sed dicit Iudam montana possedisse quia Deus eidem opitulatus fuerat; quod vero eadem tribus planitiem nequiverit occupare, id contigit vel quod in poenam superioris desidiae suppetias Deus denegaverat; seu verius, quod nimis perterriti, nimiumque diffisi, nil contra tremendos illos hostes moliri, nec praesens Dei auxilium adprecari fuerant ausi. Conf. Ghiringhello *Praelect. de libris histor. antiqui foed. pag. 158.*

21. *non deleverunt* — Margo cod. gothic. leg. ex graeco cum Augustino habet *non hereditaverunt.*

24. *faciemus tecum* — Miss. Moz. l. c. *faciemus in te.*

26. *Hetthim*—Sixtus et pleraeque edd. *Hethim;* antiquiores edd. paucique codd. *Ethim;* alii *Etthim;* hodiernam lectionem, quam optimi codd. tuentur, sixtinis et gregorianis debemus; cf. ad Gen. X, 15. Pro *aedificavit ibi,* Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1522., all. *aedificavit sibi,* quod mendosum videtur; hebraeus tacet, sed graecus habet ἐκεῖ.

27. *non delevit* — Margo codicis goth. leg. *non hereditavit,* quae lectio tum ab Augustino, tum a graecis codicibus apud Holmesium confirmatur. Pro *Thanac,* Sixtus, pauci codd., Biblia henteniana et priores edd. Rob. Steph. *Tanach;* sixtini, optimae notae codd., paucae edd. et Toletus *Thanach,* uti est Ios. XXI, 25. cf. Hieronymus III, 50. 283. et Holmesius; edd. antiquiores mendose *Chanach* vel *Canach* vel *Canath;* Bibl. Ord. *Anach,* item scholiastes in cod. M, qui mox pro *Ieblaam,* legit *Geblaam,* et notat hoc loco dictas esse *Anach* et *Geblaam* urbes, quae I Paral. VI, 70. dicuntur *Aner* et *Balaan.* Conf. ad Ios. XII, 21. XVII, 11. Cod. B 1. m. tacet *et Thanac cum viculis suis,* ut duo codd. Kennic. Pro *Dor,* codd. G, V, Cas. 2. *Endor,* ut Ios. XVII, 11. Pro *Mageddo,* antiquiores edd. *Maieddo.*

29. *Ephraim etiam* — Codd. R, Cas. 2. *Ephraim autem.* Pro *habitabat,* cod. B *habitavit.* Mox pro *habitavit* codd. F, Y *habitabat;* palimpsestus bobiens. *habitabit,* et rursum in sequenti versiculo *delebit,* et *habitabit.*

30. *Cetron* — Antiquiores editiones paucique codices mendose *Tethron* vel *Thetron;* Bibl. Rob. Steph. 1528., Reg., Lugd. 1535. et plures codd. *Cethron;* Bibl. Ordin. et Rob. Steph. 1532. *Citron.* Pro *Naalol,* Sixtus, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, M, R, S, U, V, Y, Palatinus, goth. leg., palimpsestus bobiens., antiquiores editt. *Naalon;* hodiernam lectionem debemus sixtinis et gregorianis, quibus favent alii pauci codices, Bibl. Ordin., Reg., priores edd. Rob. Steph. et hebraeus; cf. ad Ios. XIX, 15. et XXI, 35.; apud Hieronymum III, 44. *Nahalal,* (ibid. col. 49.) *Neellel,* (ibid. col. 254.) *Neela.*

31. *Accho* — Palimpsestus bobiens. *Achacho;* cod. E *Achoho;* cod. I *Achohon;* alii *Achon.* Pro *Ahalab,* cod. H *et Aalab,* hebraeus quoque et veteres interpretes nexum praemittunt; codd. B, E *Abab;* palimpsestus bobiens. *Alabh;* vetustiores edd. *Alab;* Bibl. Reg. *Alaab;* Hieronymus III, 194. *Chalab.* Pro *Achazib,* Bibl. Compl. et Reg. *Achacib;* cf. ad Ios. XV, 44.

Ibid. *Helba* — Sixtini *Halba;* concinunt codd. A, C, D, E, F, H, I, K, R, T, U, V, X, Y, Cas. 18., Palatinus, palimpsestus bobiens., Bibl. Lugdun. 1535.; at plerique ex laudatis codicibus scribunt *Alba;* cod. B tacet; antiquiores editt. habent uti Ios. XIX, 30. *Amma;* apud Hieronymum III, 206. *Elba* (de quo cf. Holmesius); ibid. col. 47. *Alab.*

33. *Nephthali quoque* — Omittunt *quoque* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L 4., M, O, T, U, V, X, Y, Cas. plures, goth. leg., Palatinus, palimpsestus bobiens., hebraeus et chaldaeus. Hoc loco mirum nobis videtur nullam ex nostris antiquis editionibus praetermittere particulam illam, quam omnes codicum familiae reiiciunt. Pro *delevit* codd. Cas. 2. et palimpsestus bobiens. *inter-*

fecit. Pro *Bethsames,* vetustiores editiones, et codices non pauci, quos inter palimpsestus bobiensis, cum hebraeo *Bethsemes,* hinc vero *Bethsemitae,* pro *Bethsamitae;* cod. O notat graecum legere Βαιθσαμύς; conf. ad Ios. XIX, 22. XXI, 16.

34. *in monte* — Palimpsestus bobiensis *in montem;* item versiculo sequenti; graecus εἰς τὸ ὄρος, at Augustinus cum Vulgato consentit. Pro *planiora,* cod. A *planitiora,* forte *planitiam.* Latinam aliam huius loci interpretationem ex graeco petitam, nobis suppeditat margo codicis gothic. legion. *Et conflictabat Amorrhaeus filios Dan, nec sinebat eos descendere in vallem.*

35. *Hares, quod interpretatur testaceo* — Scholiastes in cod. M notat: « Quod sequitur » *quod interpretatur testaceo* hebraeus non ha» bet; sed vitio scriptorum de glossis posi» tum est in textu. » At contra in cod. N legitur: « Manifeste falsa est notula, quae dicit » quoniam hoc ex glossis vitio scriptorum in » textu appositum est. » Pro *testaceo,* Sixtus, veteres editiones paucique codices *testatio;* haec autem lectio orta videtur ex prisca scribendi ratione, quam cod. A servat, nempe *testacio;* hodiernam vero lectionem restituerunt sixtini, gregoriani et Toletus, qui scribit: « Lege *testaceo.* חרם apud hebraeos significat » *testam:* verumtamen quidam mss. legunt *te*» *staceo,* et sic utraque Congregatio. Idem et » apud graecos. Nomen enim *testatio* a *testa* » insolitum est; a verbo autem *testor* alienum » est nomen *Hares.* » Romanis correctoribus codices antiquiores plerique omnes suffragantur; hinc scholiastes in cod. O notat legendum *testaceo,* non *testacio:* « Nam a *testa* ve» nit *testaceus* et *testeus.* Hieronymus super » Isaiam dicit quod *Hares* significat *testam.* » Re quidem vera Hieronymus IV, 207. scribit: « *Ares* verbum ambiguum et *testa* dicitur et » *sol;* eo quod utrumque areat et siccum sit » . . . Alii *Ares,* id est ostracon (ὄστρακον), » hoc est *testam,* urbem Ostracinem intelligi » volunt, et ceteras iuxta Rhinocoruram. » Eademque sententia rursum III, 162. « *Ahares* » a siccitate quidam interpretantur in *solem,* » et alii in *testam* transferunt, volentes vel » Heliopolim significari, vel Ostracinem. » Recentiores critici suspicantur הר חרם idem esse oppidum quod Ios. XIX, 41. dicitur עיר שמש; adeoque illud interpretantur *mons solis;* at Hieronymo favent graeci qui legunt ἐν τῷ ὄρει τῷ ὀστρακώδει. In hexaplis Alius habet τοῦ μυρσινῶνος; at fortasse is legebat הדם; Alius in cod. coislin. δρυμῶνος, qui videtur legisse חרש. Conf. Bonfrerius in h. l. et Bukentopius pag. 163. Hoc loco animadvertendum ducimus ex Vulgati interpretatione non satis constare utrum in monte Hares habitaverit Amorrhaeus vel Dan; at non hunc, sed illum ibidem habitasse ex hebraeo et graeco manifeste colligitur.

Ibid. *in Aialon* — Particulam *in* omittunt sixtini et Biblia Ordin.; vetustiores codd. uti A, C, D, I, palimpsestus bobiens. legunt *in Ahilon;* alii *in Ailon;* alii cum antiquioribus edd. *in Hailon;* cf. ad Ios. X, 12. Ante *Salebim* codd. C, D tacent *et.* Sixtini, codd. fere omnes et antiquiores edd. legunt *Salabim;* cf. ad Ios. XIX, 42. Mox codd. E, K, et Magdalius tacent *domus;* it. armenus, cod. Kenn. 180. et duo holmesiani codices.

36. *petra* — Gregoriani recte scripserunt *Petra;* est enim הסלע seu Πέτρα nomen urbis celeberrimae, de qua cf. Gesenii *Thesaur. p. 958.;* hinc Vulgatus ipse priorem litteram maiusculam adhibet Isa. XVI, 1. XLII, 11.; at non item IV Reg. XIV, 7. Nonnulli codices (uti R, S; item holmesianus XI.) praemittunt *et,* quod in codd. M, O expungitur. Margo codicis goth. leg. legit *super Acrabin a Petra et supra;* item graecus Compl. ἐπάνω Ἀκραβὶν ἀπὸ τῆς Πέτρας καὶ ἐπάνω.

Cap. II. 1. *de Galgalis* — Sixtini, codd. A, B, E, H, K, Cas. 3. *de Galgal,* et ita legere graecos notat codex O; alii vero plures codices antiquioresque editt. *de Galgala;* conf. ad Ios. V, 9. XIV, 6. Post verbum *introduxi* quidam codices Cas. addunt *vos,* quod graecis tribuit scholiastes in cod. O. Pro *et pollicitus,* cod. A *sicut pollicitus.*

2. *sed aras* — Nostri codices et veteres omnes editiones legunt *et aras*; utrum autem in vaticanis editionibus haec lectio data opera immutata fuerit, nobis incompertum est. Cod. E *ut aras*. Pro *cur hoc fecistis*, codd. O, Cas. 3. *cur haec fecistis*.

3. *vobis* — Cod. E *vobiscum*. Hunc versiculum ex graeco ad litteram redditum habet margo codicis goth. leg. *Ego autem dixi: Non auferam eos a facie vestra, et erunt vobis in pressura, et dii eorum erunt vobis in scandalum;* conf. Sabatierius.

4. *haec verba* — Legunt *verba haec* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, aliique plures. Post verbum *elevaverunt* codices omnes et veteres editiones tacent *ipsi*, quod pronomen cuinam acceptum referendum sit ignoramus; hebraeus, cui veteres omnes consentiunt legit וישאו העם.

5. *Et vocatum* — Sixtini cum cod. A *Vocatumque*. Mox tacent *Locus* codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, M, O, R, S, T, U, X, Y, Cas. plures, gothic. leg., Palatinus, Bibl. Mogunt. 1462., priores edd. Rob. Steph., all.; neque obstant hebr. et veteres.

6. *et abierunt filii Israel unusquisque in possessionem suam* — Codd. F, V, X *abieruntque unusquisque in tabernacula sua et in possessionem suam;* codices quoque B 1. m., R tacent *filii Israel*, quod in graeco et arabe desideratur; at conf. Holmesius et Sabatierius; pro *possessionem*, cod. E *viam*.

7. *diebus eius* — Codd. M, R, S, Cas. 5., Petrus Com. *diebus Iosue;* cod. O notat ita legi in hebr. et graeco, item Ios. XXIV, 31. Post *seniorum* addunt *et* quaedam editiones hentenianae, uti Bibl. Antuerp. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1572. 1579. Qui utuntur Bibliis hebraicis editis cum variis lectionibus, curantibus Doederleinio et Meisnero, animadvertant ad hunc locum perperam relatam fuisse codicum lectionem ואשר, quam ex Kennicotto et De-Rossi ad alterum אשר pertinere novimus.

Ibid. *noverant* — Codd. R, S, Cas. 3., Rabanus, Petrus Com. *noverunt;* conf. ad Ios. XXIV, 31. Post *opera Domini* addunt *magna* codd. N*, P, R, S, Cas. 6., quibus consentiunt hebraeus et veteres; sed correctoria N, O illud expungi iubent: « Non oportuit, inquit » scholiastes, apponi quod dicitur *magna*, » cum dixisset *omnia*, maxime cum sciatur » de quibus loquatur. Alii tamen habent *ma-* » *gna.* » Pro *cum Israel*, cod. Cas. 1. legit *cum filiis Israel*.

8. *Mortuus est autem* — Cod. A *mortuusque est*. Pro *et decem*, cod. S rursum cum arabe legit *et viginti* uti ad Ios. XXIV, 29.; pauci tacent particulam *et*.

9. *Thamnathsare* — Priores editiones Rob. Steph. et Isidorus Clarius *Thamnath-hares;* ita enim hoc loco legunt hebraeus, chaldaeus, graecus et Reliqui in hexaplis; at vero non desunt hebraici, chaldaici et graeci codices qui cum syro, arabe et Vulgato consentiant, quibus favet Ios. XIX, 50. XXIV, 30. Pro *montis*, cod. B *in montis*.

10. *noverant* — Codd. F, L, R, Y, antiquiores editt., Petrus Com. *noverunt;* Augustinus *scierunt*. Pro *fecerat*, sixtini cum codice A *fecit;* item Augustinus, nec obstant veteres.

11. *Baalim* — Codd. M, R, S, V, Cas. 2., Petrus Com. addunt *et Astaroth*, quod alibi plus semel subnectitur; non pauci graeci codices addunt καὶ τῇ Ἀστάρτῃ; at cod. O illud expungit.

12. *eduxerat* — Sixtini, codd. A, E, G, X, Cas. 2. *eduxit;* graecus τὸν ἐξαγαγόντα. Pro *deosque*, codd. G, I, K, S, Cas. 2., editt. antiquiores, Rabanus *deos quoque;* codd. E, M, N*, R, Cas. 1. *deos;* scholiastes in cod. N scribit: « Antiqui legunt *deosque populorum;* » hebraeus habet *de diis populorum*: unde » male faciunt qui delent coniunctionem *que*. » Cod. P habet *de diis*. Pro *populorum, qui habitabant*, cod. A *populi, qui habitabat*.

13. *Baal* — Martianaeus monet in suo codice, quem Canonem vocat, legi *Baalim;* et ita habent quoque cod. S, Biblia Ven. 1479., et latinus Origenis interpres; immo Augustinus (*Quaestione XVI. in Iudic.*) diserte scribit se legisse *Baalim*, non vero *Baal*, in ea

interpretatione quae ex hebraeo erat, non ex Septuaginta. Pro *Astaroth*, non pauci mss. et edd. *Astharoth*, de quo cf. ad Deut. I, 4. In cod. B 1. m. hic versiculus deerat.

14. *Iratusque Dominus contra Israel, tradidit eos* — Codd. B, F, X *Iratusque est Dominus contra Israel, et tradidit eos;* pro *tradidit*, cod. Cas. 1. *dedit*. Pro *in manus*, codd. C 2. m., E, H, I, T, U, Hugo *in manibus;* it. Tertullianus; at cod. V et Augustinus *in manu*, uti habent multi codd. holmesiani, hebraeus, Symmachus et Theodotio. Pro *vendiderunt* cod. Cas. 1. cum Augustino et Isidoro Clario *vendidit;* et ita legi in hebr. et graeco adnotatur in cod. O. Post *hostibus* cod. X addit *suis*, cui favent hebr. et veteres.

15. *super eos erat* — Legunt *erat super eos* sixtini, codd. A 2. m., C, D, E, G, H, I, K, S, T, U, V, X, Palatinus, Rabanus. Pro *afflicti sunt*, margo cod. gothic. leg. ex graeco interpretatur *conflictavit eos*.

16. *sed nec eos* — Habent *sed nec illos* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique complures, itemque Rabanus.

17. *et audientes* — Cod. A *nec audientes;* cod. B *et odientes*. Pro *fecere*, pauci legunt *fecerunt*.

18. *afflictorum gemitus* — Codd. A, E *afflictionem gemitus*. Hunc locum ex graeco habet margo cod. gothic. legion. *Et salvavit eos de manu inimicorum eorum omnibus diebus iudicis: quando* (nam quidam codices habent ὅταν pro ὅτι) *consolatus est Dominus a gemitu eorum, a facie praedantium illos, et deprimentium eos*.

19. *faciebant peiora* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Y, Palatinus et omnes codices Martianaei, Rupertus II, 43. *maiora faciebant;* codd. R, S, vetustiores editiones et Biblia henteniana *faciebant maiora;* pro hodierna lectione faciunt Bibl. Ordin., Compl., Reg., Rob. Steph., all. Pro *patres eorum*, codd. A, E *patres sui*. Pro *servientes*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, I, K, R, S, T, U, V, X, Cas. plures, goth. leg., Palatinus, Bibl. Ven. 1533., Lugd. 1542., Hugo *et servientes;* Bibl. Lugd. 1522. 1526. 1535. *servientesque;* concinit graeca editio Complut.; Tertullianus *et serviendo, et adorando eos*. Pro *eis*, quod in cod. gothic. leg. desideratur, cod. A *illis:* et pro *illos*, Rupertus l. c. et Bibl. Ven. 1479. *eos*.

Ibid. *consueverunt* — Codices et veteres editiones fere omnes *consueverant;* hodiernam lectionem exhibent Bibl. Lugd. 1550. et aliae paucae editiones quae inde fluxerunt, uti Ven. 1558., Lugdun. 1567.

20. *in Israel* — Cod. B *super Israel;* conf. Holmes. Pro *pepigeram*, quidam codd. Cas. *pepigi;* Tertullianus *disposui;* August. *mandavi*.

22. *experiar* — Codd. B, C, D, F, I, O, T, U, V, X, Y, Cas. 17., Palatinus *experiatur;* cf. Thomasius I, 62. Pro *et ambulent*, codd. C, D, I, N, P *ut ambulent;* scholiastes in cod. N testatur hebraeum et veteres latinos huic lectioni consentire. Pro *custodierunt*, Bibl. Ven. 1482. *custodierant*. Post *patres eorum* cod. V addit *in via sua;* secunda manus *in vita sua*. Margo cod. goth. leg. ex graeco interpretatur *et ut tentarem in eis Israel, si custodiant ipsi* (nonnulli enim codd. graeci cum ed. Compl. addunt αὐτοί) *viam Domini*.

23. *Dominus* — Tacent cod. A et Bibl. Ven. 1482.; cf. Holmesius. Mox cod. B tacet *omnes;* cui consentiunt hebraeus et veteres, excepto chaldaeo in polyglottis londinensibus. Pro *nationes has*, codices fere omnes et antiquiores editt. *has nationes*. Pro *in manus*, sixtini cum cod. A et Thomasio I, 63. *in manu;* item Augustinus cum graeco et hebraeo; reliqui vero codices fere universi et Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471. *in manibus*.

Cap. III, 1. *Dominus dereliquit* — Cod. A *dereliquit Dominus*. Post *Israelem* tacent *et* Bibl. Ord., Rob. Steph. 1532., all.; it. hebr. et veteres. Pro *non noverant*, codd. A, E *non noverunt;* Augustinus *nescierunt*.

2. *ut postea* — Hanc lectionem induxerunt sixtini ad fidem codd. A, B, H, M, N*, V, Cas. 2.; nam veteres editiones et plerique codices legunt *et postea;* cod. Cas. 1. utrumque connectit scribens *et ut postea*. Pro *habere*, codd. A, Cas. 3. *haberent*.

3. *omnemque*—Codd. S, Cas. 2. *omnem quoque*. Pro *habitabat*, legunt *habitabant* codd. B, C, D, F, G, I, L 12., N, O, P, Q, R, S, T, U, V, X, Y, Cas. 5., palimpsestus bobiens., Bibl. Mog. 1462., Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Hugo: at vero scholiastes in cod. O recte animadvertit: « Graecus legit *habitantem* » (item hebraeus); et per hoc videtur quod » ibi debet esse *habitabat*, et quod *qui* est » singulare et refertur tantum ad Hevaeum, » non ad omnes praecedentes. » Pro *in monte Libano*, cod. M cum graeco *in Libano*; alii legunt *in monte Libani*.

4. *Israelem*—Sixtini, codd. A, C, D, F, all. *Israel*; cf. ad Ex. VI, 14. Pro *audiret*, cod. A *custodiret*; reliqui codices fere omnes et veteres editiones *audirent*; item hebraeus et antiqui interpretes.

5. *et Hethaei, et Amorrhaei* — Haec in cod. A desiderantur; prius nomen omittitur in cod. E. Palimpsestus bobiensis tacet quod sequitur *et Pherezaei*, uti Exod. XIII, 5.

6. *duxerunt uxores* — Bibl. Paris. 1566. 1573. *duxerunt in uxores*. Pro *filiis eorum*, recte sixtini ad vitandam cacophoniam *eorum filiis*, uti habent codd. A, C, D, E, F, G, I, K, O, S, T, U, V, Y, Palatinus, palimpsestus bobiensis et Rabanus.

7. *et obliti sunt*—Codd. M, R, Cas. 3. addunt *Domini*; cod. O notat hoc additamentum legi in hebr. et graeco; at non desunt codd. hebr. et graeci qui illud omittunt. Pro *Astaroth*, Bibl. Rob. Steph. 1532., indeque Ant. 1537. 1538., Ven. 1538. *Aseroth*, hebraeus enim legit אשרות; at vero, uti recte animadvertit Rosenmullerus, « Hieronymus *Astaroth* » reddidit, non quod ita legit, sed ut rem, » quae eo nomine designatur, indicaret. Est » enim אשרה idem quod אשר *felicitas, bona* » *fortuna*, in syrorum et phoenicum religio- » ne *stella Veneris*, עשתרת *Astarte* vocata, » vide not. ad II, 13. Quare אשרות sunt *sta-* » *tuae Astartes*, quod pluribus probavit Ge- » senius in *Thesauro ling. hebr. pag. 162.* » Conf. Maureri *Comm.* in h. l. et Bukentopius pag. 163.

8. *Iratusque contra Israel Dominus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, K, O, R, S, T, U, V, Y, palimpsestus bobiens., Palatinus, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *Iratusque Dominus contra Israel;* codd. Cas. 4. et Rabanus *Iratusque est contra Israel Dominus, et*. Pro *in manus*, sixtini, codd. A, B, D, F, X, Y, palimpsestus bobiens. et Rabanus *in manu;* cod. O notat ita legere hebr. et graecum. Pro *Chusan Rasathaim*, Sixtus *Chusanrasathaim*, quod distinxerunt gregoriani et Toletus; item infra ad vers. 10.; palimpsestus bobiens. habet *Cusam Rasataham;* sed infra *Causam Rasathain*.

9. *videlicet filium Cenez* — Cod. B *filium Cenezer;* codex quoque G legit *Cenezer;* cf. supra I, 13.; Bonfrerius animadvertit Hieronymum, graecos imitatum, particulam *videlicet* adiecisse. Bibl. Compl. et Reg. *videlicet filius Cenez*. Pro *minorem*, cod. T cum Augustino *iuniorem;* cf. supra l. c.

10. *Egressusque* — Cod. I, Rabanus *Egressus*. Pro *in manus*, sixtini, codd. A, H, I, K, palimpsestus bobiens. *in manu;* cod. G *in manum;* hebr. et graecus singularem numerum exprimunt.

11. *mortuus est* — Rabanus *defunctus est*. Pro *Cenez*, palimpsestus bobiens. *Ceneze*.

12. *Addiderunt autem . . . . qui confortavit adversum eos Eglon regem Moab* — Rabanus *Et adiecerunt . . . et confortavit Dominus Eglon regem Moab adversum Israel;* consentiunt hebraeus et graecus. Pro *quia fecerunt*, cod. A *qui fecerunt;* codd. Cas. 2. *quia fecerant*. Pro *in conspectu eius*, codd. G, M, R, V 2. m., X, Cas. 3. *in conspectu Domini;* et ita legi in hebr. et graeco adnotatur in cod. O.

13. *copulavit ei* — Codd. E, I, R, V, palimpsestus bobiensis *copulavit eis;* Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1532., all. *copulavit sibi;* quae lectio multis interpretibus valde probatur. Post *Amalec* codd. V, X addunt *et Iabin*. Pro *abiitque*, nonnulli codd. Cas. *qui abiit*.

14. *regi Moab decem et octo annis*—Cod. E tacet *Moab;* Rabanus legit *regi Moab quindecim annis;* Iuvencus loco prolato superius

p. 78. habet *quaterdenos annos;* cod. G *regi Moab ·X· et ·IX· annis.*

15. *et postea* — Particulam *et* tacent sixtini et codd. A, K. Mox cod. A omittit *eis*. In nomine *Aod* mire variant scriptores; codices plures habent *Ahoth*, vel *Achot*, vel *Aoth;* alii cum Augustino et Origene (etsi graecus praeferat 'Αώδ) legunt *Aioth*, item Hugo de s. Victore, Bibl. Compl., Reg., Ven. 1476. 1479., all.; ex hebr. אהוד, Bibl. Lugd. 1535. habent *Ehud*, Hieronymus vero III, 48. legit *Eud;* praeterea addunt *inclytum* codd. D, F 1. m., L, U, V, X, Y, Palatinus, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., posteriores edd. Rob. Steph., all., Godefridus CLXXIV, 270., Iohannes saresber. CXCIX, 794. et aliquot codices apud Martianaeum, qui animadvertit: « Certum est » autem illud *inclytum* nil aliud esse praeter interpretationem nominis *Aod*, quae errore librariorum fluxit e margine in sacrum » contextum. » Haec autem nominis interpretatio petita videtur ex Hieronymo III, 5. 48. 608.

Ibid. *Iemini* — Pauci codices et plures ex antiquioribus editt. praeferunt *Gemini;* item Beda I, 528., Ioh. saresberiens. l. c., et glossa Isidori VII, 417., ubi legitur: « *Gemini*, » filii filiorum Ioseph, quia duo erant. » Petrus Com. fuse scribit: « *Geminum* quidam di» cunt fuisse quemdam vilem in Beniamin, » qui posteris suis saepe legitur impropera» tus ob ignominiam. Hebraei tradunt hunc » fuisse Beniamin; et quasi per aphaeresim, » ubi nos ponimus *Geminum*, ipsi ponunt *Ie» min*, quod sonat *dextrarium* vel *dextrale*, » qui latine *geminus* dici posset, quia gemi» natur cum trahente; nisi *Geminus* a *Iemin*, » per *i* consonantem scriberetur. Dicitur au» tem a *Iemin* proprie *Ieminus*, sicut a dexte» ra, dextrarius. » Hinc scholiastes in cod. M adnotat: « *Iemini* est proprium nomen quod » quidam dicunt Beniamin; et debet scribi per » *i*, non per *g*. » Cui consonat Hugo de s. Victore, cuius verba in hunc locum iam sunt recitanda: « *Ieminus* ipse est Beniamin. Nam « Beniamin *filius dexterae* interpretatur. Sub» lato igitur *ben*, quod *filius* interpretatur, » quod relinquitur *iamin*, *Ieminum* facit, id » est *dextrarium* vel *dextralem* vel *dextrum*, » sive alio quolibet modo formetur a dextra » nuncupatus: unde *Ieminus* scribendum est, » non *Geminus*, quod significat *duplum;* sed » per *i* et *e*, ut sit *Ieminus* a *iemin* vel *iamin* » dictus velut a *dextera*, *dexter*. Hinc filii Ie» mini dicuntur filii Beniamin. » Cf. Hugo de s. Charo, Alfonsus Tostatus et Bonfrerius.

Ibid. *pro dextera utebatur* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique fere omnes, Beda, Ioh. saresb. ll. cc., Petrus Com., Hugo *utebatur pro dextera;* margo cod. goth. leg. ex alia interpretatione legit *virum utrinque dextrum;* graecus ἄνδρα ἀμφοτεροδέξιον. Mox pro *illum*, Rabanus *eum*.

16. *gladium ancipitem* — Margo cod. goth. legion. habet « *gladium bicostem* (graecus δί» στομον idem quod διχόστομον); alias *ex » utraque parte acutum.* » Verba quae in Vulgato sequuntur, nempe *habentem in medio capulum*, neque in hebr. neque in ulla ex antiquis versionibus leguntur. Mox laudatus margo cod. gothic. leg. prosequitur « *et prae» cinxit se eum subtus maddan* (graecus τὸν » μανδύαν) [alias *alligavit eum ad suffra» ginem*] *suum dextrum.* » Pro *femore*, cod. A *latere;* Hugo notat hoc loco dici *femore* pro *latere*.

17. *Erat autem Eglon crassus nimis* — Margo cod. goth. leg. *Et Eglom vir subtilis valde.* Eadem fere est veteris Italae interpretatio, quam profert Augustinus in libro *Locutionum*, ubi legimus *Erat autem Eglom vir exilis valde;* quae ex graeco Καὶ 'Εγλὼμ ἀνὴρ ἀστεῖος σφόδρα, minus recte derivata videtur; reddi enim debuisset *vir valde pulcher*. Nam hebraeum בריא, quod *pinguem* notat, graecus interpretatus est ἀστεῖος, eo quod *pingues* vel esse soleant, vel certe vulgo censebantur *pulchri*. Cf. Schleusneri *Lexic. Vet. Test. t. 1. p. 474.* Augustinus ex contextu argumentatur hoc loco *exilis* dici κατ' ἀντίφρασιν, idque confirmat ex eo quod, inquit, « in ea interpretatione, quae non secundum

» Septuaginta, sed ex hebraeo est; ita inve-» nimus *Erat autem Eglom crassus nimis.* » Quaest. XXI. in librum Iudic.

18. *obtulisset ei* — Cod. B tacet pronomen; nec legunt hebr. et graecus. Mox pro *socios*, idem cod. B legit *caeteros*. Pro *cum eo venerant*, cod. A *convenerant*.

19. *circa eum erant* — Cod. B *cum eo erant*; alii nonnulli legunt *circum eum erant*.

20. *Verbum Dei* — Legunt *Verbum Domini* codd. C, D, F, O, S, T, U, V, X, Y, Cas. 6., Godefridus l. c., Petrus Com. Post verba *habeo ad te* cod. Cas. 1. addit *rex*; concinit graecus, Augustinus et cod. 150. Kennic.

21. *sinistram manum* — Sixtini *manum sinistram*, item codd. A, C, D, E, G, H, I, K, O, T, U, V, Palatinus, Godefridus, Ioh. saresber. ll. cc., Petrus Com.; codd. vero F, X, Y *manum suam sinistram*, uti habent hebr. et veteres. Post *femore* cod. B tacet *suo*, cui adstipulatur graeca editio Complut. et codex holmesianus 108., quem a Leone X. complutensibus editoribus suppeditatum fuisse alibi demonstravimus. (Cf. *Biblia graeca ex cod. vatic. edit. Maii, tom. 1. pag. V.*)

Ibid. *eam in ventre eius* — Hanc lectionem induxerunt sixtini et gregoriani, quibus suffragantur codd. A, B, E, H, K, all.; nam Sixtus, codd. C, D, F, G, I, M, O, T, U, V, X, Y, Palatinus, gothic. legion., veteres editt. fere omnes, Godefridus, Ioh. saresb. ll. cc., Petrus Com. habent *eam in ventrem eius*; codd. R, S, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. legunt tantum *in ventrem eius*, uti armenus et slav. mosq.

22. *sequeretur ferrum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K aliique fere omnes legunt *ferrum sequeretur*. Pro *capulus*, Hugo legit *caput*. Pro *eduxit*, cod. Cas. 1. *retraxit*. Margo cod. goth. leg. habet *et depressit illum usque ad manubrium, et conclusit adipem in gladio*. Post *naturae* cod. V addit *illius*. In reddenda notione vocis פרשדון vehementer discrepant antiqui perinde ac recentes interpretes, e quibus non pauci hieronymianam versionem abiiciunt. Conf. Gesenii *Thesaur. p. 1134*. Nobis innuisse sufficiat chaldaeum cum Vulgato consentire; reliquos vero alium atque alium sensum reddidisse.

23. *obfirmatis sera* — Cod. A *obfirmatis serra*; Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. tacent *sera*; hebr. legit tantum נעל, quod Gesenius minus latine in suo *Thesauro* expressit verbo *repagulavit*, nempe pessulo clausit. Margo cod. goth. leg. huius loci duplicem habet lectionem, alteram ex graeco *Et exiit Aod prostada, et adduxit ostia superiora ad se*: Καὶ ἐξῆλθεν Ἀὼδ τὴν προστάδα . . . καὶ ἀπέκλεισε τὰς θύρας τοῦ ὑπερῴου κατ᾿ αὐτοῦ (alii ἐπ᾿ αὐτόν); alteram ex hebraeo *Et exiit Ehud hammasdrona* (המסדרונה) *et adclusit sub se*; vocabulum quod hebraice et graece retinuit laudatus scholiastes, est illud de quo ad versiculum seq. verba facimus.

24. *per posticum* — Legunt *per posticam* (subaudi *domum* vel *ianuam* aut *partem*) sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, N, O, P, T, U, V, X, Y, Palatinus, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Hugo, Rabanus, Isidorus VII, 417.; qui postremus interpretatur *porticum*, quod Gesenio ad vocem מסדרון (in *Thes. p. 939.*) probatur; eamdem sententiam expressit Nicolaus de Lira, qui praeterea suspicatur Hieronymum scripsisse *per porticum*, et propter litterarum similitudinem, vitio scriptorum factum fuisse *per posticum*: at hanc coniecturam, quam alii quoque sequuti sunt, excludunt testes superius laudati qui habent *per posticam*; pro qua lectione scholiastes in cod. N scribit: « Persius (I, 61.): Occipiti caeco, » posticae occurrite sannae. Glossa: Antiqui » posteriorem portam templi *posticam*, ante-» riorem *anticam* vocaverunt, quod ad poste-» riorem et anteriorem hominis partem trans-» latum est. Biblia qua Magnus Gregorius » utebatur, hanc ipsam habet litteram. Pa-» pias: *postica* est humile ostium per quod » exeunt. Guldaricus exponit hanc litteram: » dicens: *postica* est parva ianua post tergum » domus latens. » Ex Lexico Forcellini constat utramque lectionem suos habere bonos

auctores. Montfauconius in *Hexaplis* perperam tribuit Vulgato nostro *per porticum*.

Ibid. *cubiculo* — Sixtus et fere omnes editiones paucique codices *coenaculo*. Hodiernam lectionem debemus sixtinis et gregorianis, quibus suffragantur codices paene omnes et Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471.; unde Toletus notat: « Lege *cubiculo*. In hebraeo enim » non est idem vocabulum, quod paulo superius, scilicet *coenaculo*, sed aliud quod significat *conclave* seu *cubiculum*; et sic habent mss. et utraque Congregatio. In graeco » etiam est diversum vocabulum ab eo quod » habetur supra. » Cf. Lucas Brugensis. Hoc loco margo cod. gothic. leg. lectionem servat quam plures graeci codices holmesiani retinent: *et dixerunt: nequando ad sellam sedet in secessum cubiculi*; graeci codd. *μήποτε πρὸς δίφρους κάθηται ἐν τῇ ἀποχωρήσει τοῦ κοιτῶνος*; conf. Montfauconius.

25. *Expectantesque* — Codd. F, R, Y *Expectantes*. Margo cod. gothic. leg. ex graeco *Et sustinebant quoadusque confundebantur*. Post *aperientes* codd. Cas. 5. addunt *ostium*, ut arabs. Pro *in terra iacentem*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, X, Y, Palatinus, Petrus Com. *iacentem in terra*.

26. *Seirath* — Cod. A *Setrath*; cod. I *Seir*.

28. *transire quemquam* — Codd. F, Y *quemquam transire*. Margo cod. goth. leg. *Et occupaverunt transitus Iordanis moabitidis*.

29. *decem millia* — Codd. R, S, Cas. 1. *viginti millia*. Pro *nullus*, codd. Cas. 3. *et nullus*; Bibl. Ordin. et Hugo *nullusque*; concinunt hebr. et veteres. Pro *potuit*, mendose cod. B *poterit*.

30. *in die illo* — Tacent particulam *in* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, S, T, U, X, Y, Palatinus, goth. legion., Cas. plures et Petrus Com. Post *octoginta annis* addunt *a praeliis* codd. G, L, S, V, antiquiores omnes editiones; item arabs: sed correctoria nostra illud expungi iubent; derivatum videtur ex Ios. XI, 23. XIV, 15.

31. *Samgar* — Plures veteres editt. paucique codd. minus recte *Sangar*. Pro *Anath*, cod. P corrupte *Senaph*; cod. G *Anabat*; cod. I *Anaath*. Pro *vomere*, cod. A *de vomere*; cod. Cas. 1. addit *uno*; margo cod. gothic. leg. ex graeco habet *in aratro boum*, item Anonymus *de Geneal. Patriarch. LIX, 538.*; hebr. מלמד הבקר est *fustis bovinus*, seu *stimulus*; quod rusticum instrumentum ad hostes profligandos peropportunum fuit; nam stimulus bovis, quo palaestinenses agricolae inter arandum utuntur, praelongum, nec tenue baculum est, cuius subtilior extremitas in ferream cuspidem ad boves instigandos, altera crassior desinit in bipalium, terraeque vomeri adhaesae abradendae inservit. Cf. Ghiringhello, *Praelect. de libris antiqui foederis, p. 125.*

Cap. IV, 1. *Addideruntque* — Cod. Cas. 1. *Addiderunt quoque*.

2. *in manus* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, aliique fere omnes, palimpsestus bobiens., Rabanus, Rupertus *in manu*; consentiunt hebr. et veteres. Pro *Iabin*, nonnulli mendose ut et quidam graeci *Iabim*. De *Asor* cf. ad Ios. XI, 1. et adde paucos codices latinos et graecos legere *Asaroth*. Mox cod. Cas. 1. tacet *sui*; Rupertus vero, cum hebraeo et graeco, *nomine*. Pro *Haroseth gentium*, margo cod. gothic. leg. *Aroseth haggoim* (הגוים); prius nomen aliter atque aliter scribitur in codicibus; pauci cum palimps. bobiensi *Aserh*; at correctoria nostra pro vulgata lectione stant.

3. *Clamaveruntque* — Cod. A 1. m. et palimpsestus bobiens. *Clamaverunt*. Margo cod. goth. legion. ex graeco habet *Quoniam ·XC·* (lege *nongenti*) *currus ferrei erant ei, et ipse conflictabat filios Israel per vim ·XX· annos*; at alexandrinus interpres, nonnulli codices hebraici apud De-Rossi, quibus accedit cod. taurinensis 16., tacent *filios*.

4. *Debbora* — Sixtus cum multis antiquis editt. paucisque codd. habet *Debora*; item infra versic. 9. 10. 14. V, 1. 7. 12. 15.; legunt autem *Delbora* codd. N, R, S, V, Palatinus, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480. 1482., all.; scholiastes in cod. M notat: « In interpretationibus et Papia est *Debbora*, non *Delbora*, » sicut ex ordine litterarum potest colligi.

» Antiqui vero habent *Delbora.* » Hanc lectionem servabat codex s. Martini legion., cuius editor id ex supina librarii ignorantia ortum, perperam autumavit. Cf. *Patr. lat. t. CCVIII, col. 1147.* Hodiernam lectionem intulerunt sixtini et gregoriani, quibus suffragantur codd., edd. et auctores optimae notae; unde Toletus: « Graecus, mss. et Congregatio legunt *Deb-* » *bora;* et sic deinceps. » Cf. Bonfrerius. Mox pro *prophetis,* codd. I, N*, Cas. 2., Beda I, 529., Martinus legion. l. c. *prophetissa;* codd. B, goth. leg. *prophetisa;* cod. N *prophetas;* at legunt *prophetes* codd. C, D, F, G, K, O, R, S, T, U, V, X, Cas. plures, Palatinus, palimpsestus bobiens., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Ord., Reg., all., Beda IV, 423., Petrus Dam. CXLV, 416., Rabanus, Rupertus, Petrus Com., all.; immo scholiastes in cod. O scribit: « *Prophetes* communis est ge- » neris; unde in graeco hic est *i prophetes;* » est autem *i* articulus femininus. » Verum alexandrini interpretis textus habet ϖροφῆτις, et quidem absque ullo articulo, excepto codice holmes. 58., qui praemittit ἡ; alii vero pauci codices legunt προφήτης, quod re vera apud graecos scriptores tam de viro, quam de femina adhibetur, uti exemplis docuit Lobeck. ad *Sophocl. Aiac. p. 275. et 443.;* at multo frequentius occurrit ἡ ϖροφῆτις, unde Tertullianus, Hieronymus et veteris Italae auctor usurparunt *prophetis* vel *prophetissa.* Conf. ad Exod. XV, 20.

Ibid. *Lapidoth*—Non pauci codd. cum palimpsesto bobiens. et Rabano *Laphidoth;* graecus Λαφιδώθ. Pro *populum,* palimpsestus bobiens. *populos;* codd. F, I *populo.* Mox particulam *in* tacent sixtini cum cod. A.

5. *nomine illius*—Sixtini rursum cum cod. A *illius nomine.* Pro *sedebat sub palma,* margo cod. gothic. legion. *sedebat sub phenice;* graecus ὑπὸ φοίνικα.

6. *Barac* — Codices plures et edd. antiquiores *Barach;* cod. B *Brarac;* palimpsestus bobiens. *Baraac.* Pro *Abinoëm,* Bibl. Lugdun. 1535. cum hebraeo *Abinoam;* palimpsestus bobiens. et Rabanus *Abhinoe.* Pro *Cedes,* codd. B, V, Bibl. Compl., Reg., Rabanus et graecus *Cades;* Petrus Com. notat hanc aliorum esse lectionem; palimpsestus bobiens. *Caedes;* cf. ad Ios. XX, 7. XXI, 32.

Ibid. *Praecepit tibi*—Sixtini cum cod. A, hebraeo et chaldaeo tacent *tibi.* Quum graecus interpres, qui istud pronomen habet, omittat verbum quod sequitur, *vade,* manifestum est illum habuisse לך pro pronomine. Syrus tamen et arabs utrumque exprimunt. Isidorus V, 491. tacet *Deus Israel,* at apud Bedam IV, 423. legitur. Pro *et duc,* codd. C, D, F, O, S, T, U, V, Y, Cas. 2., Palatinus, Petrus Dam. CXLV, 417. *et deduc;* codd. I, Cas. 1. *et educ;* Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476. 1479., all., Rabanus *descende, et duc;* aliae paucae edd. uti Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1526. *et descende, et duc;* Isidorus et Beda ll. cc. *et ascende.* In verbo ומשכת explicando non consentiunt interpretes; at horum plerique haud longe absunt ab ea Vulgati lectione, quae habet *et deduc* exercitum, nempe explica aciem seu ordines. Pro *tollesque,* codd. F, G, Cas. 4. *tollens.* Pro *et de filiis,* sixtini cum codd. A, G *et filiis.*

7. *adducam* — Cod. A et Rabanus *educam;* codd. B, E, K, gothic. leg., palimpsestus bobiens. *ducam.* Pro *in loco,* codd. F, G, Petrus Dam. l. c. *in locum.*

8. *Si venis* — Codd. R, V, Bibl. Reg. et Petrus Dam. l. c. *Si veneris;* non male. Pro *nolueris venire,* sixtini et cod. A *venire nolueris.* Mox tacent *mecum* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L 6., O, T, U, V, X, Y, Palatinus, Cas. plures, goth. leg., palimpsestus bobiens., Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483. 1494. 1498., Petrus Dam. l. c., Rabanus, Rupertus; eadem lectionis varietas occurrit in graecis codicibus; at apud Ambrosium et Augustinum legitur. Margo cod. goth. leg. ex graeco habet *si vero non venis mecum, non eam. Quoniam ignoro diem, in quo diriget Dominus angelum mecum.* Augustinus apud Sabatier *et si non ieris mecum, non ibo: quoniam nescio diem in qua prosperat* (Ambrosius *dirigit*) *angelum Dominus mecum.*

9. *victoria non reputabitur tibi* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Y, Palatinus, palimps. bobiens., Petrus Dam. l. c., Rabanus *tibi victoria non reputabitur*. Mox pro *itaque*, codd. Cas. 2. *igitur;* et pro *Cedes*, codd. B, I, K, palimps. bobiens., Bibl. Compl., Reg. *Cades*; cf. supra ad v. 6. Huius loci veterem latinam interpretationem, quae apud Sabatierium desideratur, suppeditare possunt testes qui sequuntur: margo cod. goth. legion. habet: *Et dixit ad eum Debora* (multi enim graeci codd. addunt πρὸς αὐτὸν Δεββωρά): *Veniens veniam tecum: verum scito quoniam non erit prius verbum* (graece τὸ πρotέρημα, seu *honoris praerogativa*) *tuum in via tua* (istud *tua* graece non legitur), *qua tu incedis, sed in manu mulieris*. Isidorus V, 491., Beda IV, 423., Martinus leg. l. c. et latinus Origenis vetus interpres: *Ibo tecum, sed non erit primatus tuus in via qua incedis; sed in manu mulieris tradet Dominus Sisaram.*

10. *accitis* — Margo codicis V, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480. 1482., Compl., Reg., all. *accersitis;* codd. E, F, S, Y, palimpsestus bobiens. *accinctis*. Pro *Debboram in*, cod. A *secum Debboram cum*. In cod. D suppleta sunt recentiori manu ad marginem verba *ascendit cum decem millibus pugnatorum, habens Debboram in comitatu suo.*

11. *Haber* — Plerique libri mss. et editi *Aber*. De nomine *Cinaeus* cf. ad Num. XXIV, 22. Pro *suis filiis*, mendose Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513. 1522. 1526. *filiis suis*. Pro *Hobab*, cod. H cum graeco *Iobab;* alii *Obab*, de quo cf. ad Num. X, 29. Pro *cognati*, codd. Cas. 3. *cognatis*.

Ibid. *tetenderat* — Codd. C, D, F, N, O, P, T, V, Cas. 3. *tetenderant;* pro hac lectione scholiastes in cod. N scribit: « Cum dicitur » Aber recessisse, utitur singulari; sed cum » iam non solum agitur de tabernaculo suo, » sed de pluribus omnium suorum, antiqui » utuntur plurali, quia hoc sensus exigebat: » sicut infra IX. (v. 50.) dicitur de Abimelech » *circumdans obsidebat exercitu*, hebraeus habet quod Abimelech *apprehendit ipsam;* » quod interpres declaravit apponens quod » dicitur *exercitu;* non enim erat unius ho» minis haec apprehensio, sed multitudinis, » id est, exercitus. » Pro *vallem*, codd. G, R, S, Cas. 5. *convallem*. Pro *vocatur*, codd. C, D, E, F, H, N, O, S, U, V, X, Palatinus, Cas. 5., Hugo *vocabatur*. Pro *Cedes*, codd. A, B, G, I, Cas. 1. *Cades*, cf. supra ad v. 6. et 9. Heic quoque margo cod. gothic. leg. ex graeco habet *socrui Moysi; et fixit tabernaculum suum ad ilicem requiescentium* (sequitur enim codices legentes ἀναπαυομένων pro πλεονεκτούντων), *quae est continua Cades* (sunt enim graeci codd. legentes Κάδης).

12. *Nunciatumque*—Codd. E, I, Bibl. Complut., Reg., Ven. 1511. 1519., all. *Nunciatum*. Pro *in montem*, codd. A, goth. legion., Bibl. Compl., Reg., Ven. 1511., all. *in monte*.

13. *et omnem* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique fere universi *omnemque*. Pro *Cison*, Sixtus habet *cison*, quod gregoriani et Toletus emendarunt.

14. *Debbora ad Barac* — Sixtini et cod. A *ad Barac Debbora*. Pro *manus tuas*, cod. B *manu tua;* item hebraeus, chaldaeus et graecus. Pro *ductor est*, codd. E, S, V *est ductor*.

15. *ad conspectum* — Cod. A cum Augustino *in conspectu;* Rupertus *ante conspectum;* alii *a conspectu*. Pro *desiliens*, cod. A et Petrus Com. *exiliens;* codd. F, Y *exiens*. Pro *Perterruitque*, margo cod. goth. legion. *Et pavefecit;* item Augustinus.

16. *et exercitum*—Codd. B, G *et exercitus;* cod. E *exercitus;* codd. V, Cas. 2. addunt *eius*, ut syrus, arabs et pauci graeci codices. Scholiastes in cod. N rursum contendit scribendum esse *internicionem;* cf. ad Num. XVII, 13. Pro *caderet*, cod. B *caderent*.

17. *Erat enim* — Sixtus, pauci, codices et veteres editiones fere omnes legunt *Erat autem;* sixtini et gregoriani, suffragantibus fere universis codicibus, hodiernam lectionem intulerunt; unde Toletus: « Lege *enim;* sic hebr., » graecus, mss., Ordin. et Congregatio. » Pro *regem Azor*, cod. B *et regem Azor;* sixtini, re-

liqui codices fere omnes et editiones antiquiores *regem Asor;* cf. supra vers. 2.

18. *Egressa . . . dixit*—Codd. Cas. 4. *Egressa est . . . et dixit;* item hebraeus et graecus. In Bibl. Ant. 1583. in fol., quibus usi sunt sixtini, mendose legitur *Egressae,* quod illi emendarunt. Pro *intra, ne timeas,* codd. L, R, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Compl., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. legunt tantum *ne timeas;* item non pauci codices holmesiani; contra cod. K et palimpsestus bobiens. habent tantum *intra;* codd. Cas. 2. *intra ad me, ne timeas.* Post verbum *ingressus* cod. A addit *est.* Pro *et opertus ab ea pallio,* margo cod. goth. legion. *et operuit eum pelle,* nam pro ἐπιβολαίῳ, codices non pauci habent ἐν τῇ δέῤῥει, unde Augustinus in libro *Locutionum* animadvertit non dici *pelle,* aut *de pelle,* sed *in pelle;* attamen cum nostro codice consentit cod. holmesianus X. legens τῇ δέῤῥει.

19. *sitio valde*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, X, Y, Palatinus, palimpsestus bobiens. *valde sitio.* Rursum ex graeco habet margo cod. gothic. leg. *et dixit* (Sisara) *ad eam: Pota me pusillum aquae, quoniam sitivi. et aperiens ascoperam lactis potavit eum.*

20. *Nullus est*—Sixtini cum cod. A omittunt verbum *est.*

21. *clavum*—Etsi taceat Sabatierius, tamen ex Isidoro et Beda ll. cc., et ex marg. cod. goth. legion. intelligimus italam veterem legisse *palum;* cf. ad V, 26. Post *pariter* tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, I, K, R, T, U, V, X, Y, Cas. 7., goth. leg., Palatinus, palimps. bobiens. Pro *ingressa abscondite,* codd. G, I, S, V 2. m., Cas. 2., gothic. legion. *ingressa absconse;* codd. R, Cas. 3. et palimpsestus bobien. *egressa absconse;* cod. E *egressa abscondite.*

Ibid. *posuit supra tempus*—Cod. A praemittit *et;* hanc lectionem Vulgato Montfauconius perperam adscripsit; Bibl. Rom. 1471., Paris. 1566., Reg., all. *posuit super tempus;* complures codices, antiquioresque editiones pro *tempus,* habent *timpus* aut *tympus;* item infra v. 22. et V, 26.; cf. Forcellini Lexicon. Scholiastes in cod. N notat: « Antiqui prius » ponunt *supra tempus capitis;* et postea sic » *infixum in tympore eius:* quae non viderat » Magister in *Derivationibus* dicens: Pro *tem-* » *pore,* capitis parte, ponere *tympus,* imperi- » torum est. » At vero in cod. O adnotatum legimus: « Quod debeat dici *tempus,* et non » *timpus,* patet ex Psalmo (CXXXI, 5.) ubi » dicitur: *et requiem temporibus meis.* Ibi » enim ponitur *temporibus* pro illa parte ca- » pitis, in qua Iahel clavum posuit. In libris » etiam antiquis poetarum invenitur *tempora* » pro eodem. » Post *cerebrum* codd. A, X addunt *eius.*

Ibid. *soporem morti consocians*—Hanc lectionem sixtini et gregoriani ex cod. A hauserunt; unde Toletus: « Lege *consocians;* sic » mss., et utraque Congregatio. » Sixtus enim cum plerisque codicibus et editionibus legit *soporem morti socians;* pauci codd. et Bibl. Ven. 1476. 1480. 1481. 1484. 1494. 1497. 1498. habent *soporem mortis socians;* codd. E, Y *sopore mortis socians;* codd. T, U *soporem morte socians.* Singularis est lectio quam ex graeco servat margo cod. goth. leg. *ipse vero scarizans mortuus est sub pedibus eius;* ubi in primis animadverte verbum *scarizo* (a graeco σκαρίζω, *palpito*), quod adhibetur quoque a vetere interprete Irenaei I, 24. 30.; dein reliqua cum variis lectionibus holmesianis utiliter conferes.

22. *sequens*—Palimpsestus bobiens. egregie legit *persequens.* Ante verba *dixit ei* Biblia vaticana 1590. 1592. mendose addunt *et,* quod a Toleto recte expunctum fuit; conf. Bukentopius p. 402. Contra cod. E tacet particulam *et* ante *ostendam;* ut syrus, arabs et cod. 53. Holmesii. Pro *infixum,* codd. E, Cas. 1. *fixum.* Pro *tempore,* codd. G, R, S, gothic. legion. *tempora.*

23. *Deus*—Codd. E, K, U *Dominus;* item syrus, chaldaeus, arabs et cod. 737. derossianus.

24. *crescebant*—Codd. B, E *crescebat.* Mar-

go cod. goth. leg. ex graeco *Et abiit manus filiorum Israel ambulans et indurans* (super) *Iabim regem Chanaan.* Augustinus *et pergebat manus filiorum Israel pergens, et indurabatur in Iabin regem Chanaan.* Notat autem idem s. Doctor: « Novo modo positum est hoc ver» bum *indurabatur*, pro eo quod est, fortis » efficiebatur et praevalidus. »

Cap. V, 1. *in illo die* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, S, T, U, V, X, Y, Palatinus, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., all. *in die illo;* cod. B addit *canticum novum;* codd. V, goth. leg. et Petrus Com. *canticum Domino.*

Huius capituli veterem italam versionem ex commentariis Verecundi nuper editis, in tomo IV. *Spicilegii solesmensis*, excerptam, singulis versiculis subiiciemus: huic vero paucos alios testes, qui se ultro nobis obtulerunt, praesertim margines codicis gothici legionensis, ad cumulandum Sabatierii opus idoneos, prout solemus, subtexere conabimur. Quamvis enim in plerisque Canticis antiqui Foederis latina liturgia nobis custodierit veteris Italae interpretationem, tamen exceptis paucis verbis, quae in huius capituli versiculis 7. 8. 26. et 31. ex Augustino protulit Sabatierius, latina prisca huius Cantici versio omnino exciderat. Igitur Verecundus hunc versiculum sic recitat: *Tunc cantavit Debbora et Barac filius Abinoe, in illo die, et dixerunt;* Rufinus quoque in interpretatione prologi Origenis in Canticum Canticorum legit: *Et cantavit Debbora et Barac filius Abinoem in die illa, dicentes;* plures enim graeci codices pro ἦσαν, habent ἦσεν.

2. *Domino* — Codd. A 1. m., E, Brev. goth. pag. CLXIII., Rabanus, Hugo de s. Victore *Dominum.*

Verecundus: *In inchoatione principum in Israel. In voluntate Domini, benedicite Dominum.* Si excipias vocem *Domini*, quae Verecundo propria est, in reliquis vix differunt margo cod. gothic. leg. et Rufinus l. c.; nam prior legit: *Quum inchoarent principes in Israel, in voluntate populi benedicere Dominum;* alter vero habet: *Incipiendo principales in Israel, in proposito populi benedicite Dominum.* Ab hisce longe recedit graecus vaticanus; at multi graeci codices cum edit. Complut. consentiunt legentes: ἐν τῷ ἄρξασθαι ἀρχηγοὺς ἐν Ἰσραὴλ ἐν προαιρέσει λαοῦ εὐλογεῖτε Κύριον.

3. *auribus percipite* — Sixtini, codd. A, C, D, E, H, I, K, R, S, T, U, V, Palatinus, Brev. goth. l. c., Rabanus, Rupertus *percipite auribus.* Mox habent semel *Ego sum* Bibl. Mog. 1462. et Rom. 1471.; conf. De-Rossi *Variae Lectt.* Pro *canam, psallam*, cod. K *cantabo, canam psalmum;* Brev. goth. l. c. *canam, et psallam;* item syrus et multi graeci codices. Dein Rupertus tacet *Domino;* ut multi codices holmesiani.

Verecundus: *Audite reges, intuemini satrapae. Ego Domino cantabo, psalmum dicam Domino Deo Israel.* Origenis interpres Hom. VI. *Audite reges, et auribus percipite satrapae. Domino cantabo, psallam Deo Israel.* conf. Holmesius.

4. *caelique* — Sixtini, codd. A, Cas. 1. et Pseudo-Hieron. III, 745. *caeli.* Pro *distillaverunt*, sixtini, codd. A, E, H, I, K, R, S, goth. legion., Cas. plures, Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483., all., Brev. goth. l. c., Pseudo-Hieron. l. c., Rabanus *stillaverunt.* Pro *aquis*, Rabanus *aquas.*

Verecundus: *Domine, cum exitu tuo ex Sehir, dum proficiscereris de agris Edom, terra mota est: etenim caelum turbatum est et nubes stillaverunt aquam.* Complut. editio, multique codd. consentiunt in lectione ἐκ Σηίρ . . . οὐρανὸς ἐταράχθη; alii quoque codices praeferunt ἐξ ἀγρῶν. Margo cod. gothic. legion. aliam lectionem sequutus habet *etenim caeli liquati sunt;* conf. Holmesius.

5. *Domini Dei Israel* — Tacent *Domini* codd. nonnulli Cas. et Brev. goth. p. LXXIX.; conf. Holmes.

Verecundus: *Montes commoti sunt a facie Domini Dei Israel ex Sina.* Nonnulla deesse videntur.

6. *Samgar* — Cod. B *Sengar;* cf. ad III, 31. Pro *Anath*, cod. P *Sanaph.* Mox Bibl. Ven.

1511.1519., Lugdun. 1513. 1526. tacent *et;* his consentiunt chaldaeus et pauci codices hebraici apud De-Rossi, quibus ex Schnurreri collatione addes codd. Kenn. 384. 608. Brev. goth. pag. CLXIII. omittit *qui;* Rupertus *per eas*.

Verecundus: *In diebus Simegar, filii Enac, in diebus Iahel, defecerunt reges, defecerunt viae, abierunt vias perversas;* sequutus est enim interpres codices qui legunt *ἐξέλιπον βασιλεῖς, ἐξέλιπον ὁδούς*. Margo cod. gothic. leg. *Defecerunt viae, et euntes tabescebant ambulantes vias pravas.*

7. *Cessaverunt* — Cod. Cas. 1. *Cessaveruntque;* Pseudo-Hieron. l. c. addit *autem*. Post *fortes* cod. E et Hugo de s. Vict. tacent *in;* item syrus, arabs et non pauci graeci codices; cf. Holmes. Mox Pseudo-Hier. l. c. particulam *et* omittit; cui consentiunt hebraeus et veteres. Codd. G, R, S, Cas. 2. tacent *surgeret* priori loco; Rabanus et Pseudo-Hieron. l. c. altero loco; ubi codd. F, V, Y habent *et surgeret*.

Verecundus: *Defecerunt potentes in Israel: defecerunt quoadusque exsurgeret mater Debbora in Israel;* cf. Holmes. Margo cod. goth. leg. *Defecerunt commorantes in Israel;* nam pro *δυνατοί*, vel, uti habent alii, *κρατοῦντες*, plures graeci codices legunt *οἱ κατοικοῦντες*. Hinc Augustinus legit *Defecerunt habitantes in Israel, defecerunt; donec surrexit Debbora, donec surrexit mater in Israel.*

8. *elegit* — Cod. E *egit*. Vexatissimi huius loci sensum Maurerus autumat esse: « Quotiescumque *novos deos eligebat* Israel, *oppugnatio portarum erat*, hostis erat ante » portas. » Pro *Dominus*, Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535., all. *Deus;* item hebr. et graecus. Post *clypeus* cod. C addit *autem*. Pro *si apparuerint* (quod posuerunt sixtini), cod. B et Brev. goth. pag. LXXIX. *si apparuerit;* codd. Cas. 2. et Bibl. Lugd. 1535. *non apparuerunt;* codd. N*, O, R, T, U, V, X, Palatinus, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476. et reliquae veteres edd. fere omnes, Rupertus, Pseudo-Hieron. l. c. *si apparuerunt;* codd. C, D, F, I, N, P, Cas. 1. legunt tantum *apparuerunt,* pro qua lectione scholiastes in cod. N scribit: « Latinus interpres non interponit *si;* » et, si fuit in antiquo hebraeo, affirmative » intellexit. » At profecto fallitur; haud enim dubitari potest negativum esse huius hemistichii sensum, perinde ac si diceretur *non apparuerunt*, prout interpretatur Hugo de s. Victore. Idem scholiastes loquens de *Commentario in canticum Debborae,* qui sub Hieronymi nomine circumfertur, animadvertit: « Nota quod Hieronymus antequam transferret scripsit disputans super isto Cantico, » quid haberent apices hebraeorum, quid » non. Sed sua ipsius translatio, quam postea fecit, communi via incedens, non potest propter hoc destrui; licet glossator vel » postillator de illo libello, hic vel alibi quaedam supposuerit. »

Verecundus: *Elegerunt sibi deos novos, quomodo panem hordeaceum. Tegumen iuvencularum iaculantium; accensus est, et iaculavit quadraginta millia.* Huic interpretationi accedit margo cod. goth. leg. *Elegerunt deos novos tunc velut panem hordeaceum: tegumen adolescentium iaculantium accensus est, et iaculavit in ·XL· millibus in Israel.* Laudatae singularis interpretationis ortus ex holmesianis codicibus declaratur; habemus enim graecos codices legentes . . . . . *ὡς ἄρτον κρίθινον, σκέπη νεανίδων σιρομάστων ἀνήφθη, καὶ σιρομάστησεν.* . . . . At vero ex variis codicibus haec hausimus; ita enim discrepant heic codices et interpretes, ut vel ex unico hoc versiculo recte colligi censeamus marginem nostri codicis goth. legionensis non recentem aliquam ex graeco petitam versionem exhibere, sed potius quamdam veteris Italae recensionem, quae ab illa quam Verecundus sequebatur haud longe aberat. Ceterum ex Augustino haec verba habemus: *Elegerunt, ut panem hordeaceum, deos novos: tunc expugnaverunt civitates principum.*

9. *diligit* — Codd. A, E, G *diliget*. Cod. M ex Pseudo-Hieron. notat hebraeum legere *doctores*, pro *principes;* conf. nota ad v. 10. At

merito Rosenmullerus Vulgati lectionem hoc loco commendat, utpote quae sensum sacri textus, prae ceteris interpretibus, bene reddit. Pro *obtulistis*, Vallarsius mendose habet *obtulisti*. Post *discrimini* Pseudo-Hieron. l. c. addit *in populo*, ut hebr. et veteres. Pro *Domino*, codd. F, K, Y, Brev. goth. pag. CLXIII. *Dominum;* conf. ad vers. 2.

Verecundus: *Cor meum a praecepto Israel. Potentes benedicite Dominum.* Interpres Orig. homil. VI. *Cor meum ad ea quae disposita sunt huic Israel. Potentes populi, benedicite Dominum.* Uterque legebat δύνασται.

10. *ascenditis*—Codd. D, F, G, N, P, T, Y, Cas. 3., Rabanus cum graeco *ascendistis*. Mox cod. B 1. m. tacet *super*. Pro *asinos*, codd. F, L (seu Q), M, N*, P, R, Y, Cas. 4., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., Rupertus *asinas;* item hebraeus et veteres. De hac aliisque nonnullis, quae hoc loco occurrunt, quaestionibus, scholiastes in cod. N animadvertit: « Antiqui legunt *Qui ascendistis* » *super nitentes asinos, et sedetis in iudicio,* » ubi resumitur in sensu *super asinos*. Sed » notavit corrector quod hebraeus habet *asi*» *nas:* et habeat; nam infra XV (v. 16.) ubi » habemus *pulli asinarum*, hebraeus habet » *asini asinorum;* sed et I Paralip. XXVII. » (v. 30.) ubi dicitur Iadias esse super *asinos* » regis, hebraeus habet *asinas*. Numquid pro» pter talia destruenda est littera approbata? » Sed et iste corrector ibi (v. 9.) *Cor meum* » *diligit principes Israel*, dicit: hebraeus pro » *principes*, habet *doctores:* sicut igitur non » dimisit *principes*, nec dimisit *asinos* inta» ctos. Graecus habet *super subiugalia* (ergo scholiastes sequebatur codices legentes ὑποζυγίων). Item disputans iste de hebraeo, » quod ignorat, dicit: hebraeus habet *Almi*» *din* (על מדין), quod interpretatur *super in* » *iudicio*. Sic ergo falsa esset glossa (Inter» linearis) quae dicit hebraeum habere *super* » *iudicium;* ubi *midin* interpretatur *iudicium*, » et *al*, *super:* sed et graecus habet *super iu*» *dicio*. Quod si *al*, id est *super*, pro *in* ac» cipiatur, sicut Exod. XXIII. (v. 2.) *nec in* » *iudicio, plurimorum acquiesces sententiae;* » iam habemus litteram approbatam in anti» quis, quae est *in iudicio*. » Ad huius postremae quaestionis declarationem pauca adnotanda sunt. Pro *in iudicio*, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573., Pseudo-Hieron. III, 747. et inde glossa interlinearis legunt *super iudicium;* codd. L, M, N*, P, R, S, Cas. 3., posteriores editt. Rob. Steph. *super in iudicio;* Bibl. Ven. 1476. 1479., Ordin., Compl., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *supra in iudicio;* cod. Cas. 1. *desuper in iudicio*. Laudatus autem scholiastes occasionem arripit ex lectione glossae interlinearis, ut refellat notulam quam habet cod. M, ubi legimus: « *Super in iudicio;* antiqui non habent » *super;* hebraeus habet *super*, seu *al mi din*, » id est *super in* (vel *de*) *iudicio*. Potest ta» men iungi, ita ut sit una dictio *midin*, et » significare similiter *iudicium;* at non legitur » *super iudicium*. » Re quidem vera in verbo מדין dubitari potest utrum מ pertineat ad vocis etymon, vel sit particula adiecta; nam illud verbum derivari potest a מדד, quod plerisque recentioribus probatur, qui illud interpretantur de veste *stragula*, cui nobiliores insidere solebant; aut derivari potest a דין *iudicium*, uti Isa. X, 2. legimus מדין *de iudicio*, quod fere sequuti sunt veteres interpretes.

Verecundus: *Ascendentes super subiunctoria, et supersedentes in lecticis, emittite vocem resonantium in organis.* Heic quoque holmesiani codices suffragantur in iis quae a graeca edit. vaticana recedunt; habent enim ὑποζυγίων, et λαμπηνῶν, φθέγξασθε φωνὴν ἀνακρουομένων ἐν ὀργάνοις. Margo cod. goth. leg. haud longe abest: *Ascendentes asinas, et sedentes in lampenis* (λαμπηνῶν), *et ambulantes super viam, a voce resonantium.* Ex latino Origenis interprete Rabanus sub nomine alius editionis haec profert: *Benedicite Dominum, qui ascendistis super iumenta, super vehicula sedentes, et super asinas refulgentes.* Animadverte non unam eamdemque esse in graecis codicibus rationem qua huius

versiculi periodus a proxime sequenti seiungitur. Immo in latina quoque versione apud Hugonem de s. Vict. verbum *loquimini*, quod in vulgata editione claudit periodum et versiculum, transfertur ad ea quae sequuntur.

11. *Ubi collisi* — Cod. A *Ubi conclusi*. Pro *et hostium*, Brev. gothic. l. c. *hostium et*. Pro *suffocatus est*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Y, Palatinus, Rabanus *est suffocatus*. Pro *et clementia*, codd. G, L, Q *clementia*; cod. M, Bibl. Ord., Rob. Steph., all., Brev. gothic. p. LXXIX., Rupertus *et clementiae*; Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573., Pseudo-Hieron. l. c. *clementiae*; cod. P *et iustitia*; cod. M notat hebraeum legere *et iustitiae*; scholiastes in cod. N communem lectionem tuetur, et animadvertit: « Sed dicunt Hieronymum dicere quod hebraeus habet *clementiae*. Si expresse voluerimus dicere secundum istos, falsum est, immo habet *iustitiae*. Si ergo licuit Hieronymo pro *iustitia* ponere *clementia*, quae ad minus differunt sicut genus et species, non licuit ei tantum numerum consignatum mutare quoad vocem? Sic est Prov. XI. (v. 19.) *clementia praeparabit vitam*; hebraeus habet *iustitia*: sic Isa. XI. (v. 2. 3.) cum de dono *timoris* repetatur in hebraeo, interpretes, quos non est Hieronymus adversatus, pro primo posuerunt *spiritum pietatis*. » Rosenmullerus heic rursum testatur Hieronymum egregie sensum hebraici textus expressisse.

Ibid. *in fortes* — Codd. C, D, F, L, N, P, T, U, V, X, Y, Cas. 16., Palatinus *in portis*; cod. M, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ord., Rob. Steph., all., Pseudo-Hieron. l. c., Rupertus *fortis*; Lucas Brugensis notat: « Spurium est quod quidam habent *in portis*, pro *in fortes*; sed genitivus *fortis*, quem alii quidam legunt absque praepositione, possit habere similitudinem veri. » Cod. M notat hebraeum legere *fortes in*; seu פרזונו בישראל, de quo cf. Maurerus, Rosenmullerus et Gesenius in *Thesauro pag. 1125*. Pro *descendit*, codd. S, Cas. 2. *ascendit*. Pro *obtinuit*, Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. mendose *non obtinuit*. In hoc cantico Isidorus Clarius intoleranda usus est audacia. Iuvat speciminis gratia proferre hunc versiculum ex editione quam sub *Vulgatae* nomine ipse dedit: *A voce iaculatorum inter haurientes aquas, ibi praedicabunt iustitias Domini; iustitias in locis Israel non munitis. Tunc descendit populus Domini ad portas.* Haec aliaque plura a Vulgata editione ita abhorrent, ut nonnisi per insaniam eidem adiudicari potuerint.

Verecundus: *In medio epulantium, illic dabunt iustitias Domino.* (Vel certe, sicut alibi reperimus: *in medio psallentium*). *Iusti invaluimus in Israel. Tunc descendit in civitates suas populus Domini.* Margo cod. goth. legion. *In medio epulantium, illic dabunt iustitiam Domino.* Auctor igitur priscae latinae versionis legebat εὐφραινομένων; et mox δικαιοσύνας Κυρίῳ· δίκαιοι αὐξήσωμεν .... πόλεις αὐτοῦ, quas lectiones adhuc servant codices holmesiani. Origenis interpres l. c. habet *Ibi dabunt iustitias Domino. Iusti confortati sunt in Israel.*

12. *surge, surge, et loquere* — Habent semel tantum *surge* codd. B, K, X, Cas. 1., goth. legion., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., Pseudo-Hier. l. c., Rabanus et arabs. Particulam *et* tacent laudatae editiones, Brev. goth. p. CLXIV., Rupertus et Pseudo-Hier.; item hebraeus et graecus. Petrus Com. fallitur dum notat in hebraeo deesse verba *surge Debbora, et loquere canticum.* Pro *fili*, codd. G, R, Bibl. Rob. Steph. 1540. 1545., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526. *filii*.

Verecundus: *Exsurge Debbora, excita dena millia millium cum populo: exsurge, exsurge cum cantico. Invalescens exsurge Barac; et conforta, Debbora, Barac; cape captivitatem tuam, fili Abinoen.* Etsi cl. Pitra in *Spicilegio solesm. IV, 116.* adnotet neminem ullum hactenus in istud canticum inseruisse ea, quae in hoc versiculo legit Verecundus, tamen si graecorum codicum varietates inspexerimus, manifestum erit nè verbum quidem apud Ve-

recundum occurrere, quod librorum graecorum suffragio destituatur. En igitur ex holmesianis optimae notae codicibus textum quem auctor veteris Italae prae manibus habuit: *Ἐξεγείρου Δεββῶρα, ἐξεγείρου μυριάδας μετὰ λαοῦ· ἐξεγείρου, ἐξεγείρου μετ᾽ ᾠδῆς· ἐνισχύων ἐξανίστατο Βαρὰκ, καὶ ἐνίσχυσον Δεββῶρα τὸν Βαράκ· αἰχμαλώτιζε αἰχμαλωσίαν σου, υἱὸς Ἀβινοέμ*. Difficultatem, quae ex latina versione a Verecundo recitata, exsurgere poterat, ipsemet auctor praeoccupavit dum in suis commentariis animadvertit: « *μυριάδας dena millia* » *millium* significare putatur, quia graecitas » et singulariter decem millia dicit, et pluraliter dena millia, quod latinus, propter sui » angustiam, non valet explicare: adeo (di» citur) *dena millia millium*, ac si dictum » esset *plura dena millia*. » Latinus Origenis interpres, homil. VI. legit: *Exsurge Debbora, exsurge, et suscita dena millia populi. Captivam ducito captivitatem fili Abinoem;* et in Prologo ad Canticum canticorum: *Exsurge, exsurge, Debbora, exsuscita millia populi. Exsurge, exsurge, cane canticum, exsurge Barac.*

13. *Salvatae sunt*—Rabanus *Salvae factae sunt;* cod. M notat Hieronymum legere *Tunc salvatae sunt;* ita enim habet Pseudo-Hieron. l. c. et Rupertus; hebr. אז ירד, *tunc descende;* at non constat quid legerit hoc loco Hieronymus. Immo recentiorum quoque sententiae in reddendis sacri textus verbis mire discrepant. Pro *dimicavit*, cod. E *micavit*.

Verecundus: *Tunc magnificata est virtus eius. Domine humilia mihi fortiores me.* Consentiunt ad litteram graeci codices non pauci et graeca editio Complutensis; item latinus interpres Origenis homil. VI.; margo cod. goth. leg. habet *Domine descende* (*κατάβη*) *mihi in fortiores meos.*

14. *Ex Ephraim*—Cod. G *Ephraim;* Biblia Ven. 1484. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496., all. *Et Ephraim*. Pro *delevit*, Brev. goth. l. c. *delebo*. Hugo de s. Vict. notat hebraeum legere *post te*, quod est in margine Ord., pro *post eum;* cod. G *post eos*. Pro *ex Beniamin*, codd. C, D, F 1. m., T, U, X, Y, Cas. 4., Palatinus, Bibl. Ordin., Hugo de s. Vict. et de s. Charo *in Beniamin;* legunt tantum *Beniamin* cod. Cas. 1. et Brev. goth. l. c.; item hebraeus et veteres. In cod. M ex Pseudo-Hier. refertur scholion quod sequitur: « Ex Ephraim » fuit Iosue, qui percussit Amalec, ut legitur » in Exodo; et ex Beniamin fuit Saul, qui et » ipse delevit Amalec, quod hic prophetatur. » Sed quod in fine additur *o Amalec*, non est » in hebraeo, sed gratia sensus apponitur. » Rupertus quoque animadvertit in hebraeo non legi *o Amalec*. Denique scholiastes in cod. N scribit: « Quod dicitur *o Amalec*, dicit Hiero» nymus gratia sensus apponi ab interprete: » similiter et quod dicitur *ad bellum* (*ad bel» landum*); sicut et infra *et benedicatur in ta» bernaculo suo* (v. 24.), quod dicitur *suo* » appositum est. Nec propter disputationem » Hieronymi, quod hebraeus non habeat, » delendum est *suo*; require I Reg. XVII. » (v. 54.); sicut et hic infra *Et sinistram ma» num* (v. 26.), interpres supplevit quod di» citur *sinistram;* sed et supra *Quare habitas » inter duos terminos* (v. 16.), per hoc quod » hebraeus habet *inter terminos*, accipiatur » dualis numerus, ut dicatur *inter duos ter» minos;* sicut Osee VI. (v. 3.) *post duos dies*, » licet hebraeus non exprimat quod dicitur » *duos* cum virtute dualis numeri (*at profecto* » מֵימָיִם *est dualis numeri*), qui accipitur ex » hoc quod subiungitur *die tertia*, habet in» terpres quod dicitur *duos;* sic et hic. Quod » autem quidam hic per *duos* ponunt *tuos*, nec » habetur in hebraeo, nec in antiquis. » Hugo quoque adnotavit in hebraeo non legi *duos*.

Verecundus: *Populus Ephrem castigavit eum in valle fratris sui Beniamin, in populis tuis ex me Machir descenderunt scrutantes; et ex Zabulon Dominus expugnavit pro me in potentatibus, in virga potentis.* Rursum concinunt graeci codices, ex quibus auctor Italae legebat: *Λαὸς Ἐφραὶμ ἐτιμωρήσατο αὐτοὺς* (eum) *ἐν κοιλάδι ἀδελφοῦ σου* (sui) *Βενιαμίν· ἐν λαοῖς σου ἐξ ἐμοῦ Μαχὶρ κατέβησαν ἐξερευνῶντες· καὶ ἐκ Ζαβου-*

λῶν Κύριος ἐπολέμει μοι ἐν δυναΤοῖς, ἐν σκήπτρῳ ἐνισχύοντος.

15. *et Barac*—Tacent *et* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. Pro *ac barathrum*, Pseudo-Hieron. l. c. *ad barathrum;* Brev. gothic. l. c. *ac in barathrum*. Cod. M, Pseudo-Hieron. et Rupertus notant hebraeum non legere *contra se;* item in versiculo seq. Post *Ruben* cod. A addit *et*. Pro *est contentio*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, aliique plures, antiquiores editt., Brev. gothic. l. c., Pseudo-Hieron., Rabanus, Rupertus *contentio est*. Huius obscuri hemistichii sensum praeclare exponit Ephraemus dicens: « Taxat Ru» benitarum circa hoc bellum importunas et » inutiles consultationes. » Cf. Gesenii *Thes.* *pag. 515*.

Verecundus: *Principales tui Issachar. Tunc Debbora misit pedestres suos in vallem.* Communis lectio copiosior est; sunt vero codices qui legunt tantum Ἀρχηγοὶ Ἰσσάχαρ, καὶ Δεββώρας ἐξαπέστειλε πεζοὺς αὐτοῦ εἰς τὴν κοιλάδα. At conf. nota ad versic. sequentem. Verecundus in comm. notat apud latinos non legi *principes*, sed *principales;* at Pseudo-Hieron. animadvertit hebraeum pro *duces* legere *principes*.

16. *inter duos terminos*—Cod. M, P et Rupertus ex Pseudo-Hieron. notant hebraeum legere *inter terminos tuos;* at re vera Pseudo-Hier. hoc loco reliquos fefellit; nam hebraeus legit המשפתים, de quo conf. Gesenii *Thes. pag. 1472.* et scholion ex cod. N relatum ad v. 14. Pro *sibilos gregum*, mendose in Bibl. Lugd. 1535. 1536. *filios regum;* cod. E *sifilios* (nota vocem; dicitur enim *sifilo*, pro *sibilo*) *gregum*. Verba ex superiori versiculo repetita, quae sequuntur *diviso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio*, desiderantur in codd. A, B, F 2. m., K, Cas. 15., Brev. goth. l. c., quibus pauci graeci codices consentiunt. Rursum sixtini, et reliqui testes superius laudati, legunt *contentio est*.

Verecundus hoc loco plures interpretationes commemorat: « *Ut quid tu inhabitas in medio labiorum?* — Vel sicut habet Presbyteri sancti (Hieronymi) translatio *in medio terminorum?*—*Expandit suis divisiones* (forte *divisionibus*) *maiores praescrutationes.* — *Ut quid sedes in medio Masphat? Ut audiat sibilationes excitantium.* —Vel sicut alia translatio refert *Ut exaudiat sibilationes gregum?* — Vel *Cur sedes in specula eorum, ut transeas in ea quae sunt Ruben? Magnae praescrutationes cordis Ruben.* » Nonnulla heic animadvertenda sunt, ne quis cum cl. Pitra censeat has Verecundi lectiones vel omnino novas atque inauditas esse, aut ex Theodotione aliove graeco interprete, praeter alexandrinum, derivatas. Omnino enim priscam Italam recitat Verecundus; illius autem origo in alexandrinae versionis codicibus unice quaerenda est. In primis igitur adnotamus priorem laudati textus partem ad versiculum 15. pertinere, ubi graeci codices perspicue legunt: ἵνα τί σὺ καΤοικεῖς ἐν μέσῳ χειλέων; ἐξέτεινεν ταῖς αὐτοῦ διαιρέσεσι, μεγάλοι ἀκριβασμοί. His adde codicem nostrum gothicum legionensem ad marginem hanc ipsam Italae lectionem servare; habet enim: *inhabitas in medio labiorum*. De hac lectione conf. Bonfrerius. Reliqua ad hunc versum 16. spectant, atque, quoad primam lectionem, in alexandrinae versionis codicibus habentur hoc pacto: ἵνα τί κάθησαι ἀναμέσον τῶν μοσφαιθμί ἀκοῦσαι (vel τοῦ εἰσακούειν) συρισμοὺς ἐξεγειρόνΤων; Margo cod. goth. leg. legit *ut exaudias sibilationes*. Quoad postremam Verecundi lectionem pronum est intelligere auctorem posuisse *in specula eorum*, ut ipsum hebraicum verbum משפתים, quod graecus interpres retinuerat, utcumque interpretaretur, quasi legeretur מצפתם. Mox vero aliis consentientibus graecis codicibus pergit: τοῦ διελθεῖν εἰς τὰ τοῦ Ῥουβήν; μεγάλοι ἐξετασμοὶ καρδίας.

17. *Galaad*—Codd. A, B 2. m., I 2. m., K, N*, P, R, S 2. m., Cas. 7., goth. legion., Brev. goth. l. c., Pseudo-Hieron., Hugo *Gad*, item syrus, armenus paucique graeci codices; cod. M notat: « *Gad;* hebraeus et antiqui » *Galaad*, sed Hieronymus exponit *Gad*. » At

contra scholiastes in cod. N scribit: « Hebraeus, inquiunt, et antiqui habent *Galaad*, sed Hieronymus exponit *Gad*. Numquid ergo propter expositionem Hieronymi, » quod latinus et hebraeus habet dimittetis, » quoties Hieronymus et LXX. et aliorum interpretum litteras exponit? Numquamne exponitur contentum pro continente? Sed ponamus quod tunc dixerit illud latinum male » habere, sicut dixit II Reg. XIV. (v. 26.) » latinos codices falsum habere quod Absalon semel in anno tondebatur: numquid » adhuc istam litteram non tenemus, quam » ipsum eumdem credimus postea transtulisse? Cetera require in originali tractatu » huius operis. » Houbigantius animadvertit exprobrationem, quae hic fit eis tribubus, quae non sese ad Barac adiunxerant, non convenire in Galaad, quum Machir, qui habitabat in Galaad, annumeretur v. 14. iis qui venerant ut cum Barac in valle pugnarent. Itaque concludit scribendum גד uti legebat syrus. Pro *habitabat*, Brev. gothic. l. c. *habitabit*. Pro *portubus*, sixtini, plerique codd., paucaeque editt. *portibus*; utrumque in optimis libris occurrit.

Verecundus: *Galaad trans Iordanem inhabitavit; et Dan, ut quid commoraris* (graeci codd. παροικεῖς) *navibus? Aser inhabitavit secus ripas maris in exitus suos*. Margo cod. goth. legion. *Aser hospitatus est secus ripam maris*. Vix melius ex graeco.

18. *Zabulon vero* — Tacent *vero* cod. V, Rupertus et Pseudo-Hier. l. c.; item hebraeus et veteres. Pro *morti*, Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496., all. *morte*. Pro *in regione Merome*, antiquiores editiones *in regione Morome*; codd. C, D, F, G, I, aliique, Rabanus, Hugo de s. Vict. *in regione Romae*; alii codd. cum A *in regionem Romae*; cod. B *in regione Ramae*; cod. E *in regionem Prome*; Brev. goth. l. c. *in regione Cane*; Pseudo-Hier. ex hebraeo interpretatur *super regionem Morome*; at Hugo de s. Vict. et Petrus Com. ex hebraeo *super altitudinem campi*. Relandi in *Palaestina p. 895*. « Vulgatus habet *Merome* pro nomine loci, » sed מרום est Isa. XXXVII, 24. et alibi » ὕψος. » Hinc alexandrinus habet ἐπὶ ὕψη (alii ὑψηλὰ, vitiose Compl. ὕλη) ἀγροῦ; Aquila ὕψη χώρας; Symmachus ὑψηλῶν χώρων; margo Ordin. *super excelsa agri*.

Verecundus: *Zabulon, populus improperans animam suam ad mortem; et Nephtalim super excelsa agri*. Huius versionis auctor graecos codices habuit legentes ὀνειδίσας, *improperans*, non ὠνείδισας; conf. Holmes.

19. *Venerunt reges et pugnaverunt, pugnaverunt reges* — Cod. A *Venerunt et pugnaverunt reges*; codd. F, Y habent semel *pugnaverunt*; item syrus et duo codices Kennic., accedit Targum in polyglottis Antuerp.; at de syro cf. Lengerke *Commentatio critica de Ephraemo, pag. 43*. In verbo *Thanach* mire variant libri; hodiernam scribendi rationem intulerunt sixtini et Toletus, quibus optimi codices suffragantur. Sixtus cum plerisque editt. et paucis codd. *Tanach*; antiquiores autem editiones *Thane*; cf. supra ad I, 27. et Ios. XII, 21. Pro *iuxta aquas Mageddo*, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471. *iuxta Mageddon*; codices non pauci legunt *iuxta aquas Maggedon*, vel *Magedon*; Bibl. Ven. 1479. mendose *iuxta reges Mageddo*.

Verecundus: *Venerunt reges et praeparaverunt se in* (vel *ad*) *pugnam. Tunc pugnaverunt reges Chanaan in Tehnac, super aquas Machedon. Abundantiam argenti non acceperunt*. Eadem omnino habent tum codices holmesiani, tum graeca editio Complutensis; adeoque rursum fallitur cl. Pitra dum haec tamquam inaudita nobis exhibet.

20. *stellae manentes* — Cod. A *stillae micantes*; cod. I, Bibl. Ven. 1479. *stellae manantes*. Pro *in ordine et cursu suo*, Pseudo-Hier. l. c. et Rupertus *in ordine suo et cursu*. Pro *adversus*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, aliique plures *adversum*.

Verecundus: *De caelo expugnati sunt, incedentes ad bellum, stellae ex ordinibus suis pugnaverunt adversus Sisaram*. Demtis verbis *incedentes ad bellum*, quae a Verecundo adiecta videntur, nec ad textum pertinent, reli-

qua cum graecis codicibus conspirant: *ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπολεμήθησαν, οἱ ἀστέρες ἐκ τῶν ταξέων αὐτῶν ἐπολέμησαν μετὰ Σισάρα.* Augustinus in *Speculo* cap. CXVI. ed. Maii *Stellae ex ordine expugnaverunt Sisaram.*

21. *traxit* — Codd. C, T *contraxit;* cod. X *duxit.* Pro *Cadumim,* cod. B *Cademim;* sunt et graeci codices legentes cum ed. Complut. Καδημίμ; alii praeferunt ἀρχαίων, quod Gesenio probatur in *Thes. p. 1194.* Pro *anima mea robustos,* Brev. gothic. l. c. *animam robustorum.*

Verecundus: *Torrens Cison expulit eum* (ex Commentario patet legendum *eos*), *torrens Cedron in torrentem Cison. Conculcavit eum anima mea in virtute.* Verecundi codex mendose legebat *Cedron in* pro *Cademim;* reliqua cum graecis codicibus consentiunt, dummodo legas *Conculcabit.*

22. *Ungulae* — Pseudo-Hieron. l. c. *Tunc ungulae;* accedunt hebr. et graecus; at codex Vallarsii hanc lectionem tribuit hebraeo, et latinis adscribit *Ungulae eorum* pro *Ungulae equorum;* contra in cod. M hebraeus legere dicitur *Ungulae eorum,* quod profecto falsum est. Pro *fugientibus impetu,* cod. E *fugientes impetum;* cod. A et Brev. goth. l. c. *fugientibus impetum;* cod. Cas. 1. *fugientibus in impetu.* Pro *per praeceps,* cod. G, Pseudo-Hier. l. c. *praeceps.* Pro *ruentibus,* codd. T, X, Brev. goth. l. c. *rugientibus.*

Verecundus: *Tunc praecisa sunt calcanea equorum. Festinatione festinaverunt potentes ipsius.* Legebat enim interpres prout adhuc plures codices retinent *τότε ἀπεκόπησαν.*

23. *Maledicite terrae Meroz* — Cod. M et Rupertus ex Pseudo-Hieron. l. c. legunt *Maledicta terra Meroz,* et notant hebraeum legere *Maledicite Meroz;* cod. I *Maledicite terram Meroz;* Petrus Com. *Maledictae terrae Meroz.* Pro *ad auxilium,* Pseudo-Hieron. et Brev. goth. l. c. *in auxilium.* Pro *in adiutorium,* cod. Cas. 1., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *et adiutorium;* Pseudo-Hieron. l. c *et in adiutorium.* Rupertus ordine praepostero legit *venerunt in adiutorium Domini, in auxilium.* Pro *fortissimorum* aliquot editiones hentenianae, uti Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1579. *sanctissimorum.*

Verecundus: *Maledicite Manzor* (sive *Mazorhot*). *Dixit angelus Domini: Maledicto maledicite inhabitantes in ea, eo quod non venerint in adiutorium. Dominus adiutor noster, Dominus in bellatoribus potens.* Pro Μηρώζ, non pauci graeci codices Μαζώρ, alii Μαζηρώθ; reliqua cum graeca editione Compl. et holmesianis codicibus plane consentiunt ad litteram. Ergo non erat cur ad Hexapla cl. Pitra recurreret, ut suo Verecundo, seu potius Italae ineptum testimonium quaereret.

24. *et benedicatur* — Tacent *et* sixtini, codd. A, B, E, G, H, K, R, Cas. 7., gothic. legion., Brev. goth. l. c.; Rabanus, Rupertus; consentiunt hebr. et veteres. Coniunctionis particulam addunt latini codices qui ab alcuiniana recensione pendent. Post *tabernaculo* tacent *suo* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., priores editt. Rob. Steph., all.; codex a Stephano et lovaniensibus heic laudatus, est ipsa editio moguntina; cod. M, Rupertus et glossa interlinearis ex Pseudo-Hieron. notant hebraeum non legere *suo,* immo subaudiendum *Domini;* quod quidem minus recte prolatum censemus.

Verecundus: *Benedicta in mulieribus Iahel uxor Abel Chinei: ex mulieribus in tabernaculis benedicta.* Pro *Abel* legendum Χαβέρ; in reliquis sequitur codices qui habent εὐλογημένη et ἐκ γυναικῶν.

25. *in phiala principum* — Cod. A tacet *in;* Alvarus cordub. CXXI, 522. legit *in phiala principis.*

Verecundus: *Aquam petit, et illa lac dedit ei. In pelve potentium obtulit butyrum.* Vel sicut alia translatio refert: *In phiala potentium dedit butyrum.* In suis graecis codicibus auctor Italae legisse videtur καὶ αὐτὴ γάλα ἔδωκεν αὐτῷ.

26. *Sinistram manum* — Cod. P notat: « *Sinistram* non est de textu, sed additur ab in-

» terprete. » Cf. scholion relatum ad v. 14. Pro *malleos*, codd. G, S, nonnulli codices Cas. et Alvarus l. c. *malleum;* item hebraeus et veteres; sed obstant correctoria. Pro *vulneri locum*, codd. A, B, G, R, S, Cas. 5., Brev. goth. l. c., Rabanus, Alvarus l. c. *vulneris locum;* codd. F, Y *locum vulneri*. Pro *tempus*, rursum codd. et edd. complures *timpus;* cf. ad IV, 21.

Verecundus: *Manum suam sinistram ad palum extendit, et dexteram suam ad malleum, ut in finem exterminaretur. Occidit Sisaram per palum et malleum; Sisara iugulatur. Perforavit tempus eius, perforavit caput eius.* Non pauci codices holmesiani concinunt legentes τοῦ εἰς τέλος ἀχρειῶσαι. Quoad verba *Sisara iugulatur* dubitare licet utrum ad Verecundi textum pertineant. Postrema in codicibus habentur διήλωσεν κρόταφον αὐτοῦ, διήλωσεν κεφαλὴν αὐτοῦ. Ex Augustino habemus tantum *perforavit caput eius, et percussit.*

27. *ruit: defecit*—Cod. Cas. 1. *ruens defecit;* alter Cas. *ruit, et defecit.* Pro *volvebatur ante pedes eius*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Y, Palatinus, Brev. goth. l. c. *ante pedes illius volvebatur.* Hebraicus textus in hoc versiculo ad litteram reddi potest *Inter pedes eius corruit, cecidit, iacuit: inter pedes eius corruit, iacuit: ubi corruit, ibi iacuit trucidatus.*

Verecundus: *In medio pedum eius palpitavit, cecidit et dormivit sub pedes eius. Miser factus est, et expiravit et cecidit.* Heic quoque holmesiani codices consentiunt, qui praeferunt ἐταλαιπώρησε. Verbum *palpitavit* latinus interpres exsculpsisse videtur ex ἐσκίρτησε, habita ratione contextus.

28. *respiciens*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, O, S, T, U, V, X, Y, Palatinus, Cas. 9., Rabanus *prospiciens;* quae quidem egregia lectio nobis videtur, maximeque consentanea hebraico textui. Post *mater* Brev. gothic. l. c. tacet *eius;* et post *loquebatur* addit *dicens.* Pro *moratur*, codd. M, Cas. 3. *remoratur;* codd. I, S, alii plures Cas. *morantur.* Cod. Y tacet *regredi.*

Verecundus: *Per fenestram retiatam prospexit mater eius, respiciens ad redeuntes cum Sisara. Quare tardabat currus eius advenire? et quare morantur vestigia currus eius?* Margo cod. gothic. leg. habet quoque *Per fenestram reciatam.* Auctor Italae graecos codices sequutus est qui legunt Ἐκύπτεν ἡ μήτηρ Σισάρα διὰ τῆς δικτυωτῆς, ἐπιβλέπουσα ἐπὶ τοὺς μεταστρέφοντας μετὰ Σισάρα. Διότι ᾐσχάτισε τὸ ἅρμα αὐτοῦ παραγενέσθαι; διότι ἐχρόνισαν ἴχνη ἁρμάτων αὐτοῦ; Quae profecto graecorum codicum lectio in multis sua facilitate commendatur.

29. *ceteris uxoribus*—Cod. Cas. 1. *ceteris uxor.*

Verecundus: *Sapientes mulieres, principes sensus virtutis suae, responderunt ad eam, et ipsa respondit ad eas sermonibus suis.* Graecus Αἱ σοφαὶ ἄρχουσαι αὐτῆς. Haud dubitamus verba *sensus virtutis* abiicienda e textu esse; constat enim hunc Verecundi locum satis turbatum fuisse.

30. *dividit*—Codd. B, E et Brev. goth. l. c. *dividet.* Post *pulcherrima* cod. A addit *fortissimaque;* et pro *eligitur*, legit *eligetur.* Post *vestes* Brev. gothic. l. c. addit *quoque;* et pro *traduntur*, habet *tradentur.* Pro *in praedam*, cod. A *in praeda;* Rabanus *ad praedam.* Pro *congeritur*, Brev. goth. l. c. *congeruntur;* Rabanus *congerit;* cod. E *congeretur.*

Verecundus: *Nonne invenient eum spolia dividentem? Amicantes amici, in caput viri spolia: tinctura Sisarae spolia, tinctura varietatis, tinctura varia circa cervices eius spolia.* In primis ex ipso Verecundi commentario, atque ex graecis codicibus manifestum existimamus legendum esse *Amicantem amicis;* reliqua cum graecis codicibus plane congruunt: Οὐχ εὑρήσουσιν αὐτὸν διαμερίζοντα σκῦλα; φιλιάζοντα φίλοις, εἰς κεφαλὴν ἀνδρὸς σκῦλα· βάμμα τῷ Σισάρα σκῦλα, βάμμα ποικιλίας, βάμμα ποικίλον περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ σκῦλα.

31. *Domine*—Codd. K, V rursum addunt *sic pereant.* Pro *diligunt te, sicut Sol in ortu suo splendet*, Brev. goth. pag. LXXIX. *te dili-*

gunt, sicut sol in ortu suo resplendens; item p. CLXIV. excepto pronomine *suo*, quod deest.

Verecundus: *Ita peribunt inimici tui Domine. Qui autem diligunt, sicut sol in ortu suo splendens, ita rutilant.* Post verbum *diligunt* excidit pronomen *te*, vel *eum*, quod graeci codices habent. Postrema permixta videntur cum hieronymiana interpretatione. Augustinus: *Sic pereant omnes inimici tui Domine: et diligentes eum, sicut ortus solis in potentia eius.*

32. *Quievitque* — Cod. B, Bibl. Ven. 1511. 1519. *Quievit*. Pro *quadraginta annos*, sixtini cum cod. A *annos quadraginta*.

Cap. VI, 1. *Fecerunt autem* — Codd. B, R *Feceruntque;* Petrus Com. *Fecerunt iterum*. Pro *tradidit illos*, pene omnes codices, Brev. goth. pag. 236., Rabanus, Rupertus, Petrus Com., Hugo *tradidit eos*.

2. *valde ab eis* — Cod. E *ab eis valde*. Pro *repugnandum*, codd. Cas. 2. *expugnandum*.

3. *ascendebat*—Petrus Com. et Hugo *ascendebant;* item veteres interpretes; attamen Augustinus legit *ascendebat*. Pro *Madian et Amalec*, Brev. gothic. l. c. *in Madian et Amalec;* cod. A legit tantum *Madian*. Pro *ceterique*, sixtini, codices fere universi et antiquiores editiones *et ceteri;* Brev. goth. l. c. *et ceteris*.

4. *ad vitam*—Cod. K *ad victum;* hebraeus מחיה. Pro *non oves, non boves, non asinos*, margo cod. gothic. leg. ex graeco *non ovem, aut vitulum, aut subiunctorium*.

5. *cum tabernaculis suis* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, E, G, K, Cas. 14., goth. legion., Brev. goth. l. c. Mox pro *complebant*, Rabanus *operiebant*.

6. *Israel valde*—Sixtini cum cod. A *valde Israel*.

7. *Et clamavit ad Dominum postulans* — Cod. Cas. 1. *Et clamaverunt ad Dominum postulantes;* item hebraeus et veteres.

8. *virum prophetam* — Cod. A legit tantum *prophetam*. Pro *et locutus est*, cod. Cas. 1. *qui locutus est;* cod. T addit *dicens*. Pro *Ego vos feci*, codd. R, S, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *Ego feci vos*. Mox post verbum *eduxi* tacent *vos* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, X, Y, Cas. 17., goth. legion., Palatinus, Thomasius I, 63., Brev. goth. l. c., Rabanus; item georgianus interpres.

9. *affligebant vos* — Codd. F, Y *vos affligebant*.

10. *timeatis deos* — Brev. gothic. l. c. ex mendo habet *timeatis terram*. Apud Sabatierium, ubi plura in hoc cap. habentur ex Lucifero calaritano, legendum est *timebitis* (non *timebis*) *deos;* prout nos docet ed. Ven. 1778. Operum Luciferi, pag. 30.

11. *Angelus* — Adhuc semel monere cogimur sixtinos hanc vocem cum priori littera maiuscula scribi voluisse; at vaticanae editiones, quas sequimur, alias minus sibi constant. Pro *sub quercu*, cod. A et Rabanus *super quercum;* codex holmesianus III. seu alexandrinus item legit ἐπὶ τὴν δρῦν; cod. E *sub quercum;* conf. infra v. 19.; cod. Cas. 1. *subter quercum*. Pro *quae erat*, cod. Cas. 1. *quae est;* Bibl. Mog. 1462. *qui erat;* cod. G tacet. Pro *Ezri*, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., all. cum graeco *Ezdri*. Pro *torculari*, cod. K *area;* quod Houbigantio probatur. Pro *ut fugeret*, cod. C *et fugeret*. Ex hoc versiculo nonnulla habentur, quae ad veterem Italam sunt referenda, in sermone XXXVI. in App. tom. V. Augustini, quae rursus occurrunt apud Isidorum V, 492. et Bedam IV, 424. *Gedeon cum sub quercu, tritici messem virga caederet, et a paleis frumenta excuteret.*

12. *Angelus Domini* — Haec non leguntur a sixtinis, quibus suffragantur codd. A, B, C, E, I, K, N, T, goth. legion., Rupertus; cod. P notat: « Superest *Angelus Domini*, quod ex » supra positis subintelligitur. » In cod. N legimus: « Secundum antiquos approbatos non » oportuit iterum repeti quod dicitur *Angelus* » *Domini*, quia de alio intelligi non poterat. » Brev. gothic. l. c. tacet *Domini*. Pro *virorum fortissime*, margo cod. goth. legion. ex veteri Itala habet *potens in virtute;* item Auctor lib. de promiss. apud Prosp.; at Lucifer calar. legit *potens virtute*, Augustinus vero *potens in*

fortitudine, et notat non esse vocativum casum, sed nominativum, « hoc est, ait, *Domi» nus potens tecum est*, non *tu potens*. » Revera graecus habet ἰσχυρὸς τῶν δυναμέων, vel δυνατὸς τῇ ἰσχύϊ. At cf. Bonfrerius.

13. *Dixitque ei* — Cod. B tacet pronomen, uti codex 70. Kennicotti, et codex 44. Holmesii. Pro *mi Domine*, codd. D, F, H, O, R, S, U, V, X, Y, Palatinus, Biblia Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573., Rabanus *Domine mi*; tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, E, G, I, K, N, T, goth. leg., palimpsestus bobiens., Brev. goth. l. c.; utroque modo efferri potest hebr. אדני, nempe vel cum adnexo pronomine, vel sine illo. Margo cod. gothic. leg. ex Itala *in me, Domine mi*; item Augustinus. Pro *si Dominus nobiscum est*, codd. K, palimpsestus bobiens., Brev. goth. l. c., Miss. Mozar. pag. 270. *si nobiscum est Dominus*; codd. O, Cas. 1. tacent *est*. Post *cur* cod. G et antiquiores editiones addunt *ergo*; hebraeus enim legit ולמה, Augustinus *et ut quid*; conf. Holmes. Post *haec omnia* addunt *mala* codd. B, K, R, S, Cas. 4., gothic. leg., Miss. Moz. l. c., Petrus Com.; item graecus; at hoc additamentum expungunt correctoria M, N, O. Pro *narraverunt*, cod. Cas. 1., Bibl. Rom. 1471., Ven. 1476. 1479. 1482., all. *enarraverunt*; cod. D addit *nobis*; huic autem suffragantur hebraeus et veteres omnes interpretes. Mox cod. A tacet *nostri*. Pro *dereliquit*, Brev. goth. l. c. *derelinquit*.

Ibid. *nos Dominus et tradidit* — Tacent *Dominus* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, X, Cas. omnes, Palatinus, goth. leg., palimpsestus bobiens., Bibl. Ven. 1480. 1483. 1494. 1498., Rabanus; item graecus, at cf. Holmesius. Pro *in manu*, codd. E, V, X, Biblia Sixti, Roberti Steph. et Lov. *in manus*; sixtini, Toletus, codd. A, B, H, N*, R, S, antiquiores omnes editiones hodiernam lectionem retinent, cui favent hebr. et veteres; reliqui vero codices, seu C, D, F, G, I, K, N, O, P, T, U, Y, Palatinus, gothic. leg., palimpsestus bobiens., Brev. goth. l. c., Rabanus *in manibus*. Pro *Madian*, palimpsestus bobiens. *Mazian*; at hanc scribendi rationem in aliis locis non semper servat.

14. *Respexitque* — Sixtini, codd. A, U *Respexit*; cod. Y *Responditque*. Pro *ad eum Dominus*, sixtini, codd. A, R, S, Hugo *Dominus ad eum*. Pro *liberabis*, cod. Cas. 1. *libera*. Pro *Israel*, cod. A *Israelem*. Pro *scito quod miserim te*, margo cod. gothic. leg. ex Itala cum Augustino *Nonne ecce misi te?* Mox prosequitur *Et dixit ei Gedeon: in me Domine*.

15. *mi Domine* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, R, S, T, U, V, X, Y, Palatinus, palimpsestus bobiens., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573., Rabanus *Domine mi*; Brev. goth. l. c. tacet *mi*; cf. ad v. 13. et Holmesius. Pro *liberabo*, cod. Cas. 1. *liberabis*. Pro *infima*, codd. X, gothic. leg., palimpsestus bobiens., Brev. gothic. l. c. *infirma*; hebr. הדל a Gesenio in *Thes. p. 341.* redditur *infirmissima*; graecus ἠσθένησεν. Cod. O notat non esse legendum *infimus*, quod in cod. G legitur, pro *minimus*.

16. *Dixitque ei* — Brev. goth. l. c. *Dixitque ad eum*; graecus καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν.

17. *Et ille* — Cod. Cas. 1. cum graeco *Et Gedeon*. Pro *loqueris*, quod gregoriani restituerunt, Sixtus, sixtini, codd. A, C, D, E, F, I, K, R, S, T, U, V, Y, Palatinus, Cas. 17., Bibl. Ven. 1476. 1479., all., Hugo, Brev. goth. l. c., Rabanus *loquaris*.

18. *Nec recedas* — Sixtini, codices fere universi, antiquiores plures editiones, Brev. goth. l. c. *Ne recedas*; consentiunt hebraeus et veteres; unde Lucas Brugensis hanc praefert lectionem scribens: « Manuscripta nostra » rectius scribere videntur *Ne*, absque con» iunctione quam *Nec* includit. » Post *respondit* Rabanus addit *ei*; item syrus, arabs et pauci graeci codices.

19. *Ingressus est* — Tacent *est* sixtini, codd. A, D, F, T, U, X, Y, Cas. 1., Palatinus. Mox ante *coxit* tacent *et* codd. A, Cas. 1. Pro *et de farinae*, codd. C, D, Y *et farinae*. Pro *mittens*, cod. A rursum habet *ponens*; codd. F, Y *misit*. Pro *sub quercu*, sixtini, codd. A, E, K, X, Palatinus, Bibl. Lugdun. 1535., Rabanus *sub*

quercum. Margo cod. goth. leg. ex Itala habet *et oephi similaginis azyma.*

20. *Angelus Domini* — Sixtini, codd. A, L, V, Bibl. Complut., Reg., Lugd. 1535. *Angelus Dei;* item hebraeus et graecus. Pro *et azymos panes, et pone supra,* sixtini legunt *et panes azymos, et pone super;* item codd. A, C, D, F, G, H, I, K, O, R, T, U, V, X, Y, Palatinus, palimpsestus bobiens., Brev. goth. l. c.; Rabanus, cum codd. E, S, legit *et panes azymos, et pones super;* habent quoque *super* Bibl. Mogunt. 1462., Paris. 1566., all.

21. *tenebat in manu* — Cod. T *tenebat manu.* Pro *et panes azymos,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, X, Y, Palatinus, palimpsestus bobiens., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., all., Brev. goth. l. c., Rabanus *et azymos panes.* Mox Brev. gothic. l. c. tacet *et carnes, azymosque panes.* Ante verbum *consumpsit* tacent *panes* codd. B, C, D, E, F, M, O, R, T, Y, Cas. 18., goth. leg., palimpsestus bobiens. Pro *ex oculis,* cod. T, Petrus Com. *ab oculis;* eadem est varietas apud graecos.

22. *Heu mi* — Codd. A, E, F, G, H, I, K, M, O, R, S, V, X, Y, Cas. 18., goth. leg., palimpsestus bobiens. *Heu mihi;* cod. Cas. 1. et Petrus Com. *Heu me;* Brev. gothic. l. c. tacet *mi,* nec legitur in hebraico textu.

23. *Pax tecum* — Sixtini et cod. A *Pax tibi;* hebraeus et veteres concinunt.

24. *ergo ibi* — Bibl. Ordin. tacent *ibi.* Pro *Domini pax,* sixtini cum cod. A et hebraico textu *Dominus pax;* cod. V *pax Domini;* graecus εἰρήνη Κυρίου; Ferrandus apud Gallandi XI, 365. *Domini est pax.* Mox cod. E tacet *usque.* Pro *Cumque,* sixtini, codd. A, S, Cas. 1. *Cum autem;* codd. B, C, D, E, F, I, K, T, U, X, Y, Cas. 16., Palatinus, palimpsestus bobiens. *Cum;* item hebraeus et graecus. Pro *Ezri,* cod. A *Esdri;* palimpsestus bobiens. *Teszri;* conf. ad v. 11. Augustinus in Speculo cap. II. ed. Mai. *Factum est autem cum adhuc esset Gedeon in Gufera patris sui filii Hesdri,* (25.) *locutus est illi in nocte illa Dominus, dicens: Sume duos vitulos, unum pastum patris tui, et alium septem annorum, et vade, everte aram Bahal, quam aedificavit pater tuus, et lucum qui est super ipsam excide.* (26.) *Et aedificabis altarium Domino Deo tuo, qui visus est tibi in verticem Mooch in ordinationem;* his conferenda sunt quae Sabatierius ex Vigilio taps. recitat. Margo cod. goth. leg. versiculo 25. habet *et vitulum secundum, septem annorum;* et vers. 26. *super verticem assumptionis in exercitu.* At auctor sermonis XXXVI. in Appendice tomi V. Augustini, item Isidorus V, 492., Beda IV, 424. legunt *alterum vitulum septennem;* Petrum Com. *taurum septennem.*

25. *circa aram* — Addunt *Baal* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. et posteriores editt. Rob. Steph.; at optimae notae codices silent.

26. *ante sacrificium* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, I, K, U, palimpsestus bobiens., Hugo *sacrificium ante.* Pro *tollesque,* codd. A, F, Y *tollensque.* Pro *struem lignorum,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, Y, Palatinus, palimpsestus bobiens. *lignorum struem.* Pro *succideris,* Bibl. Antuerp. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569. *succidetis.*

27. *Assumptis ergo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, aliique plures *Assumptis igitur.* Pro *de servis suis,* cod. A *de servis patris sui.* Post verbum *praeceperat* tacent *ei* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, T, U, V, X, Y, Palatinus, palimpsestus bobiens., Cas. 17.; accedunt slav., georgian. et plures graeci codices.

Ibid. *noluit id facere* — Hanc lectionem ex typographi vaticani alucinatione ortam putamus; quum enim veteres editiones haberent *noluit facere,* sixtini ad fidem codicis A pronomen *id* interposuerunt, et, numeris superimpositis, notarunt ad eiusdem codicis fidem legendum *id facere noluit;* typographis excidit haec postrema animadversio, adeoque nobis obtrudunt lectionem, cui codicum suffragium deficit. Reliqui nostri codices legunt *facere noluit.*

30. *filium tuum huc* — Tacent *huc* sixtini,

codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, X, Y, Cas. plures, Palatinus, palimpsestus bobiens., Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483. 1494. 1498., Petrus Com.; his suffragantur hebraeus et veteres. Pro *quia*, codd. B, E *qui*.

31. *ut pugnetis* — Sixtini, codd. A, B, E, G, I 2. m., K, Cas. 4., palimpsestus bobiens. *et pugnatis*. Pro *adversarius est eius*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, I, R, T, V, U, X, Palatinus, palimpsestus bobiens. *adversarius eius est*. Pro *veniat*, cod. C, Bibl. Reg. *veniet*. Egregiam esse hoc loco Vulgati interpretationem Gesenius fatetur in *Thes. p. 234*.

32. *Ex illo die* — Cod. E *Et illo die;* accedunt hebraeus et veteres. Pro *Ierobaal*, quidam codd. *Hierobaal;* alii *Ieroboal;* alii *Gerobaal*. Pro verbis *se de eo Baal*, sixtini, codd. A, H *se Baal de eo*. Pro *suffodit*, quod ad fidem optimorum codicum et antiquiorum editt. restituerunt sixtini, posteriores editiones Rob. Steph. et Biblia henteniana legunt *fodit;* cf. Lucas Brugensis. Pro *aram*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, R, T, U, V, X, gothic. legion., Cas. plures, palimpsestus bobiens., Biblia Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *altare*.

33. *Igitur* — Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., all. *Ergo*. Pro *Orientales*, Bibl. Paris. 1566. *Orientes;* Paris. 1573. *Orientis*. Mox Bibl. Compl. et Reg. legunt *congregati sunt simul transeuntes Iordanem: et castrametati sunt*. Pro *valle*, Brev. gothic. p. 237. *vallem*.

34. *induit Gedeon* — Codd. S, Cas. 2. *implevit Gedeon*, quae lectio aliis quoque codicibus tribuitur in codice M, nec reprobatur; at in cod. O reiicitur. Hugo notat ex diversis translationibus haberi *induit, implevit, confortavit*. Pro *buccina*, codd. D, F, V, Y *buccinam*. Pro *convocavit*, codd. K, Cas. 1. *congregavit;* codd. Cas. 2. *vocavit*.

Ibid. *ut sequeretur se* — Codd. A. 2. m., C, F, G, H, I, R, T, X, Rabanus, Herveus burgid. CLXXXI, 115. *ut se sequeretur;* Brev. gothic. l. c. *ut sequeretur eum;* tacent *se* sixtini, codd. A 1. m., B, D, E, K, U, V, Palatinus, gothic. legion., palimpsestus bobiensis.

35. *Misitque nuncios* — Cod. B *Misitqu nuncium*. Pro *Aser*, mendose Bibl. Rom. 1471. *Affer;* Bibl. Lovan. 1547. *Azer*.

36. *ad Deum* — Sixtus, codd. fere universi, antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c., Rabanus, Rupertus, all. *ad Dominum*. Eadem lectionis varietas habetur infra ad versic. 39. et 40.; unde Toletus scribit: « In his tribus » locis hebr., graecus, Complut. et Reg. le» gunt *Deum*. » Idque praetulerunt gregoriani; attamen Augustinus legit *ad Dominum*. Pro *facis*, codd. B, Q, palimpsestus bobiens., Rabanus itemque Augustinus *facies*. Pro *per manum meam Israel*, cod. K *Israel per manum meam;* codd. M, R, Cas. 2., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Ord., Rob. Steph., Reg., all. *per manum meam populum Israel;* at cod. O iure notat antiquiores codices non legere *populum*.

37. *hoc vellus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, I, K, R, S, T, U, palimpsestus bobiens., Rabanus, Rupertus, Herveus l. c. *vellus hoc*. Pro *per manum meam*, cod. A cum Augustino *in manu mea;* hebr. בידי, graecus ἐν χειρί μου.

38. *implevit* — Sixtini, nostri codices universi, Brev. goth. l. c., Herveus l. c., Hugo *complevit*.

39. *Dixitque rursus* — Brev. goth. l. c. *Dixitque reversus*. Pro *ad Deum*, Sixtus, codices et editiones veteres longe plures *ad Dominum;* mutarunt gregoriani et Toletus; cf. ad vers. 36.

40. *Fecitque* — Cod. Cas. 1. *Fecit*. Pro *Deus*, Sixtus, codices et editiones plures *Dominus;* cf. ad v. 36.

Cap. VII, 1. *qui et Gedeon* — Codd. A, I, Cas. 2. *qui est et Gedeon;* cod. E *qui est Gedeon*. Pro *de nocte*, cod. Cas. 1. *mane;* et pro *vocatur*, legit *vocabatur*. Pro *Harad*, cod. H cum hebraeo *Harod;* Hieronymus III, 155. *Areth*, sed Eusebius et non pauci codices holmesiani Ἀρέδ. Vulgati verba *collis excelsi* referunt nominis proprii interpretationem; nam hebr. מורה Hieronymus derivatum censuit a ראה, *excelsum, quod eminus conspici potest*.

unde Aquila reddidit τοῦ ὑψηλοῦ; it. alibi (Deut. XI, 30.) alexandrinus, qui ipsa verba hebraica heic retinuit legens ἀπὸ Γαβααθαμωραί.

2. *tecum est* — Cod. K, Bibl. Lugd. 1535., Petrus Com. et Salvianus apud Gallandi X, 42. *est tecum.* Pro *in manus,* Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565., Lugd. 1569., Ven. 1579. cum hebraeo et graeco *in manu.* Mox cod. Cas. 1. et margo Ordin. *ne forte glorietur,* ut hebr. et veteres. Pro *contra me Israel,* Brev. goth. p. 237. *Israel contra me.*

3. *et timidus est, revertatur* — Cod. G, Brev. goth. l. c. *est, et timidus, revertatur.* Pro *Galaad,* palimpsestus bobiens. *Gabaath.* Quum ex recepta lectione haud modica oriatur difficultas, plures suspicantur illud nomen corruptum esse. Cf. Calmet, Rosenmullerus, all. Pro *reversi sunt,* codd. B, C, D, E, G, I, R, S, T, U, Cas. 6., gothic. legion., palimpsestus bobiens., Hugo *reversa sunt;* Lucas Brugensis: « Quidam boni libri habent neutrum *reversa,* pro masculino *reversi.* » Hoc loco vaticanae editiones punctum exprimunt, atque periodum claudunt; at fortasse id typographorum vitio tribuendum est. Nullam enim interpunctionem adhibent veteres editiones, quibus plures ex recentioribus accedunt, quas inter memorare placet Bibl. Rom. 1671. 1765. 1768. 1784.

Ibid. *De populo* — Sixtus, codd. B, C, D, E, F, G, I, K, R, T, U, V, X, Y, goth. legion., palimpsestus bobiens., Rabanus, Brev. goth. l. c. et veteres editiones *ex populo.* Hodiernam lectionem probarunt sixtini et gregoriani, quibus suffragantur codd. A, H et Petrus Com.; unde Toletus notat: « Lege *de populo;* » sic mss. et utraque Congregatio. » Pro *vigintiduo,* codd. C, D, I, S, T, U, Rabanus *viginti et duo,* ut hebraeus et graecus; Brev. gothic. l. c. legit tantum *viginti,* ut cod. Kennic. 178.

4. *ad Gedeon* — Palimpsestus bobiens. *ad Gedeonem;* item in sequentibus. Pro *duc eos,* cod. A *duces eos;* cod. B *educ eos.* Mox pro *probabo illos,* cod. A, Bibl. Ordin., Rupertus *probabo eos.*

Ibid. *et de quo dixero tibi ut tecum vadat, ipse pergat: quem ire prohibuero, revertatur* — Brev. goth. l. c. *et de quibus dixero tibi ut tecum vadant, ipsi pergant: quem reprobavero, revertatur;* pro *pergat,* codd. G, R, Cas. 2. *vadat;* ante *ire* cod. Cas. 1. addit *ego;* cod. V *vero;* ante *revertatur* codd. G, H, I, L (seu Q), S, Cas. 1., goth. leg., Rabanus addunt *ipse,* quod in cod. O expungitur.

5. *Qui lingua* — Codd. G, I 2. m., L, M, N*, R, S, V, Cas. 2., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Compl., Reg., Ord., posteriores edd. Rob. Steph., all., Petrus Com., Hugo *Qui manu et lingua.* De hac varia lectione in correctoriis nostris disputatur; cod. M adnotat: « Hebraeus et antiqui non habent » *manu et;* sed Augustinus dicit quod grae» cus habet, et Glossa exponit. » In eodem codice, alio profecto auctore, scholiastes pergit: « Antiqui et hebraeus hic *Qui lingua lam» buerint;* et est alia translatio, quae sumitur » de graeco, sicut videtur velle Glossa. Sed » hoc plenius est in originali Augustini, quia » glossa illa non debet esse super hunc tex» tum, sed infra, ubi legitur *Fuit itaque nume» rus eorum qui manu ad os proiicientes* etc., » ubi alia translatio habet *Et factus est nu» merus eorum qui lambuerunt manu sua, lin» gua sua, trecenti viri.* » Idque paucis verbis confirmatur in cod. V, qui ad marginem notat: « Nec hebraeus, nec antiqui habent *ma» nu,* sed glossa est Augustini. » In cod. N legimus: « Antiqui: *Qui lingua lambuerint » aquas;* sed de glossa Augustini quidam in» terponunt hic quod dicitur *manu et,* quod » nec antiqui, nec hebraeus habent. Sed non » de hoc loco accipitur quod dicitur *manu,* » sed cum dicitur in sequentibus *qui manu » ad os proiiciente.* » Eadem adnotantur in codice O; et re quidem vera Augustinus *(Quaest. XXXVII.),* prolatis verbis ex versiculo sequenti, ubi legebat *Et factus est numerus eorum qui lambuerunt manu sua, lingua sua, trecenti viri,* subdit: « Plerique latini » codices non habent, *manu sua,* sed tantum» modo *lingua sua,* quoniam sic intellexerunt

*

» quod supra dictum est *sicut canes:* graecus » autem habet utrumque *manu sua, lingua* » *sua*.... Nam et interpretatio (Hieronymi) » ex hebraeo planius id habet his verbis *Fuit* » *itaque numerus eorum, qui manu in os pro-* » *iiciente aquam lambuerant.* » Ad augustinianam quaestionem quod pertinet, animadvertendum est graecum vaticanum legere ἐν χειρὶ αὐτῶν, πρὸς τὸ στόμα αὐτῶν, at non pauci codices vel legunt tantum ἐν τῇ γλώσσῃ, quod plerisque latinis tribuit Augustinus, vel habent ἐν χειρὶ αὐτῶν, ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτῶν, quod graecis Augustinus asserebat. Conf. Bonfrerius.

Ibid. *lambuerint*—Cod. L *lamberint*. Scholiastes in cod. O scribit: « *Secundum* Priscia» num *lambo* facit praeteritum *lambi*, non » *lambui;* unde introducit Lucilium ad hoc » probandum *qui lamberat ore placentas.* Et » forte non auctoritate Hieronymi, sed vitio » scriptorum dicitur *lambui.* » Magdalius quoque notat: « Rectius legitur *lamberint.* » At Hugo de s. Charo vult antiquiores grammaticos praetulisse *lambuerint.* Forcellini autem Lexicon notat haud facile imitandum *lambui;* verum vetustissimi codices non modo nos certiores reddunt de hieronymiana lectione, sed praeterea testantur hanc verbi formam longe antiquiorem esse, quippequae in veteri Itala reperiebatur. Post verbum *separabis* tacent *eos* codd. F, Y, Cas. 1. Pro *genibus*, cod. A 1. m. *genuis*.

6. *Fuit itaque* — Cod. C *Fuitque;* codd. Cas. 3. et Rupertus *Fuit autem.* Pro *ad os*, hieronymiani codices apud Augustinum l. c. *in os;* et mox pro *lambuerant aquas*, iidem codices *aquam lambuerant;* cod. A *aquam lambierant* (apud Cassiodorium LXX, 1261. legitur *lambio* pro *lambo*); sixtini, reliqui codices fere universi, plures editiones, Rabanus, Herveus l. c., Rupertus, Brev. gothic. l. c. *aquas lambuerant;* Bibl. Mogunt. 1462., Paris. 1566. *lambuerunt aquas.* Pro *proiiciente*, codd. G, M, Cas. 6., Brev. goth. l. c. *proiicientes*. Pro *reliqua multitudo... biberat*, cod. A *multitudo reliqua... bibebat.*

7. *in manu tua Madian*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, S, T, U, V, X, Y, Palatinus, palimpsestus bobiens., Herveus l. c., Petrus Com., Hugo *Madian in manu tua.* Pro *in locum suum*, codd. Cas. 2., Herveus l. c. et pauci graeci codices *in domum suam;* at cod. O notat: « Lege *in locum*, non vero *in domum.* » Cod. Y *ad locum suum.*

8. *omnem reliquam*—Cod. B interponit *autem.* Pro *praecepit*, cod. E et Herveus l. c. *fecit*. Pro *in valle*, palimpsestus bobiens., all. *in vallem;* cod. F tacet *in*.

9. *Dominus*—Tacet cod. E. Post *Surge* Rabanus cum hebraeo et graeco tacet *et*. Pro *in manu tua*, idem Rabanus *manui tuae*. Margo cod. gothic. leg. ex Itala habet *descende hinc quam celerrime;* sunt adhuc graeci codices addentes τὸ τάχος ἐντεῦθεν.

10. *Sin autem* — Codd. G, S, V, Cas. 4. *Si autem*. Pro *Phara*, cod. H *Phura*, ut hebraeus.

11. *Et cum audieris* — Rabanus tacet nexum. Mox cod. N notat veteres legere *in partem*, non *in parte*, quod nonnulli habent. Margo cod. gothic. leg. legit *Descendit ipse et Phara puer eius in castris in cacumine illorum ·L· qui erant in castris;* graeci codices interponunt εἰς τὴν παρεμβολὴν ἐπὶ τὸ ἀκρωτηρίων; conf. Holmes.

12. *et omnes Orientales* — Cod. A *et omnis orientalium;* cod. K tacet nexum. Pro *multitudo*, Brev. goth. l. c. *densitudo;* nota verbum, et cf. Maius *Class. AA. VIII, 171.* Pro *cameli quoque*, antiquiores omnes editiones paucique codices *cameli autem*. Mox cod. B 1. m. tacet *erant*. Pro *littore*, codd. A, F, V, gothic. leg., palimpsestus bobiens., Rabanus *littoribus*.

13. *referebat quod viderat* — Sixtini cum cod. A *quod viderat referebat*. In codice B deerant verba *proximo suo: et in hunc modum referebat quod viderat: Vidi somnium.* Mox sixtini ad fidem antiquiorum codicum scribendum autumarunt *subcinericius*, pro eo quod praeferebant editiones hentenianae *subcineritius;* recolantur quae de hac voce disputavimus ad Exod. XII, 39. Margo cod. goth. leg. habet *et ecce magnus panis hordeaceus;*

legerit aut coniecerit legendum μέγας pro μαγίς? holmesiani codices silent.

Ibid. *in castra Madian* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Y, Palatinus, palimpsestus bobiens., Brev. goth. l. c., Rabanus, Herveus l. c. *in Madian castra;* Bibl. Lugd. 1550., Ven. 1558. tacent *castra.* Pro *pervenisset,* codd. A, B *venisset.*

14. *Non est hoc aliud* — Codd. A, E 1. m., S tacent *hoc.* Pro *viri Israelitae,* Magdalius vult legendum esse *viri Israel.* Pro *tradidit enim Dominus,* sixtini, codd. A, C, D, E, M, T, U, Cas. 13., Herveus l. c. *tradidit Deus;* item hebraeus et graecus; codd. B, F, I, K, X, Y, Cas. 5., gothic. leg., Palatinus, palimpsestus bobiens., Petrus Com. *tradidit Dominus;* codd. H, O, Cas. 1. *tradidit enim Deus;* cf. Holmesius. Pro *in manus,* sixtini, codd. A, C, D, F, M, O, S, T, U, V, X, Palatinus, Bibl. Ord., Herveus l. c. *in manu;* accedunt hebraeus et veteres.

15. *adoravit* — Cod. G addit *Deum;* cod. Cas. 1. *Dominum;* item graecus et arabs. Pro *reversus est ad castra Israel, et ait,* sixtini, codd. A, E, G, H, K, R, S, Cas. 9., goth. leg., palimpsestus bobiens. *reversus ad castra Israel, ait;* cod. B 1. m. tacet *Israel.*

16. *lagenasque* — Cod. B *lagenas quoque;* Bibl. Ordin. Lugd. 1590. et Antuerp. 1634. *lagenas.* Forcellini animadvertit latinos scribere *lagena,* et *laguna,* quia graeci habent λάγηνος, et λάγυνος, at postremam hanc scribendi rationem propius sequitur noster cod. A, etsi minus constanter, exhibens *lagyna;* alii veteres codices *lagoena.* Pro *lampades,* hoc loco et infra v. 20., sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, O, V, X, Y, Palatinus, palimpsestus bobiens. *lampadas.* Margo cod. goth. legion. legit *tribus initiis . . . et hydrias vacuas, et faculas in medio hydriarum;* complures enim graeci codd. habent ἐν μέσῳ τῶν ὑδριῶν.

17. *ingrediar* — Manifesto errore Bibl. Ven. Scoti 1480. et 1494. 1498. legunt *et egrediar.*

18. *personuerit tuba* — Cod. A *personaverit bucina;* codd. D, F, I, T, Y, palimpsestus bobiens. *personaverit tuba.* Pro *per castrorum circuitum,* cod. A, Herveus l. c. *per circuitum castrorum;* Brev. goth. l. c. *per gyrum castrorum in circuitu.* Pro *Domino et Gedeoni,* cod. B 2. m. *gladius Domini et Gedeonis;* hanc lectionem, utpote consentaneam cum iis quae sequuntur, laudat Mariana in *Dissert. pro ed. Vulg. cap. 21.,* eamdemque praefert Houbigantius, cui adstipulantur chaldaeus, syrus, arabs, armen., georg., slavon., plures graeci codices holmesiani, et pauci hebraici apud De-Rossi, quibus addere potes codd. Kennic. 155. 632. Nos tamen haud dubitamus hanc lectionem ex vers. 20. petitam esse; cf. Flaminius Nobilius et Rosenmullerus.

19. *in partem* — Codd. C, D, E, F, I, Y *in parte.* Pro *buccinis clangere, et complodere inter se lagenas,* Brev. goth. l. c. *buccinis conclamare, complodere et inter se lagenas.* Margo cod. gothic. legion. habet *et centum viri cum eo,* quae consentiunt graecis codd. omittentibus οἱ.

20. *sinistris manibus lampades, et dextris sonantes* — Brev. goth. l. c. *sinistra lampades, et dextera sonantes;* pro *sonantes,* cod. L *sonabant.* Margo cod. goth. leg. *et invocaverunt gladium Domini et Gedeon.*

21. *stantes* — Codd. F, Y *statuentes.* Pro *circuitum,* codd. R, Cas. 1. *gyrum.* Pro *hostilium,* codd. H, Cas. 2., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. *hostium.*

22. *insistebant* — Herveus l. c. *instabant.* Pro *Immisitque,* Brev. goth. l. c. *Immisit.* Pro *truncabant,* codd. R, Cas. 1. *contruncabant;* Brev. goth. l. c. *truncaverunt.*

23. *usque ad* — Tacent *ad* sixtini, codd. A, B, C, D, E, I, M, O, R, S, T, U, V, Palatinus, Cas. plures, goth. legion., palimpsestus bobiens., Herveus l. c.; at Brev. goth. l. c. legit *usque in.* Pro *Bethsetta,* sixtini, codd. A, B, aliique fere omnes, Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., all. *Bethseta;* Sixtus, pleraeque veteres editiones, paucique codd. cum Brev. gothic. l. c. *Bethseca;* palimpsestus bobiens. *Betsea;* Bibl. Lugd. 1535. cum hebraeo *Bethsitta;* Toletus scribit: «Lege *Bethseta;* sic mss.

» et utraque Congregatio; in graeco est *Be-* » *thasetta*, et in hebr. similiter, sed unico *t*.» At in primis animadverte hebraeum legere בֵּית הַשִּׁטָּה cum *daghes* forti in *tet*, unde Aquila οἴκου Ἀσεττά: dein ad graecos quod pertinet, Toletus inspexit tantum edit. Complut., quae habet Βαιθασεττά, prout etiam legitur apud Hieronymum III, 178., at romana editio cum cod. vaticano Βηθσεέδ; denique utraque Congregatio reiecit quidem mendosum *Bethseca*, sed gregoriani scripserunt *Bethsetta*, indeque ortum habuit hodierna lectio. Pro *et crepidinem*, cod. Cas. 1. *et per crepidinem*. Pro *Abelmehula*, Hugo de s. Charo habet duplicem lectionem mendosam; nam dubitat utrum legendum sit *a Belmeula*, vel potius *ab Elmeula*. Pro *Tebbath*, Sixtus cum Bibliis hentenianis, aliisque *Tabbath;* huic lectioni favet hebraicus textus; cod. B *Tebba;* Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., all. *Thebbath;* hodierna lectio placuit sixtinis et gregorianis, quibus bonae notae codices, optimaeque editiones suffragantur. Margo codicis gothic. legion. legit *usque ad domum Susitae Zerratha, usque ad labium Abel Mohola super Tabbath.* Etsi haud desint graeci codices legentes ἕως οἴκου, et ἕως χείλους, tamen ex ipso hebraico textu illa interpretatio petita videtur, legitur enim עד־בית השטה צררתה עד שפת־אבל מחולה על טבת:

Ibid. *viri Israel* — Cod. B *filii Israel;* item syrus et arabs; cod. G *viri de Israel;* accedit cod. 18. holmesianus. Pro *et omni*, codd. C, D, F, V, Y *et omnis*. Pro *persequebantur*, Herveus l. c. *persecuti sunt*. Post *Madian* codices D, F, G, I 2. m., K, N* 1. m., R, S, U, V, X, Y, Palatinus, antiquiores editiones, Hugo addunt *et dedit Dominus victoriam populo Israel in die illa;* at recte correctoria M, N, O notant hebraeum et veteres codices istud additamentum non habere, nec a Hieronymo profectum fuisse; Lucas quoque Brugensis animadvertit illud redundare.

24. *Clamavitque* — Codd. B, goth. leg. *Acceleravitque*. Pro *atque Iordanem usque Bethbera*, codd. H, V cum hebraeo *usque Bethbara atque Iordanem;* Rabanus eodem ordine *usque Bethbera atque Iordanem*, cui veteres omnes consentiunt; Brev. gothic. l. c. addit *in* post *usque;* codd. C, D, F 1. m., I, P, T, U, X, Y, Cas. 12., Herveus l. c., Hugo tacent hoc loco *atque Iordanem;* cod. N notat: « Antiqui non » repetunt quod dicitur *atque Iordanem*, sed » novi. » Magis caute procedit scholiastes in cod. O, qui scribit: « Quidam antiqui non ha- » bent hic *atque Iordanem*. »

25. *viros Madian* — Cod. A tacet *Madian*. Pro *interfecit*, cod. B, uti hebraeus et veteres, *interfecerunt;* et pro *Torculari*, idem codex *Torcularibus*. Pro *trans fluenta Iordanis*, cod. H *contra fluenta Iordanis*, sed Martianaeus, collato loco Hieronymi III, 250., censuit legendum *de contra fluenta Iordanis*, est enim hebr. מעבר לירדן; cod. X *trans Iordanem*. Margo cod. goth. leg. habet *et occiderunt Oreb in Zur Oreb, et Zeb occiderunt in Iacheb Zeb;* nempe expressit lectionem codicum qui praeferunt Ἰακὲβ Ζήβ.

Cap. VIII, 1. *nos non vocares* — Codd. C, D, E, F, H, I, K, R, S, T, U, X, Y, Palatinus, Bibl. Mogunt. 1462. *non nos vocares;* cod. B 1. m. tacet *nos . . . iurgantes fortiter, et prope vim inferentes*.

2. *potui* — Codd. A, F 2. m., T, Petrus Com. *potuit*. Pro *melior*, codd. B, F *melius*.

3. *In manus vestras* — Codd. B, K *In manus nostras;* duo graeci codices et editio aldina Ἐν χειρὶ ἡμῶν. Pro *Dominus tradidit*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, T, U, V, X, Palatinus *tradidit Dominus;* Bibl. Compl., Reg., Lugdun. 1535., consentiente hebraeo, *Deus tradidit*. Mox codd. D, F 1. m., T, U, Y, Palatinus omittunt verba *quid tale facere potui, quale vos fecistis?* Margo cod. goth. leg. pro *requievit spiritus eorum*, legit *mitigavit spiritum eorum*.

5. *Soccoth* — Sixtus et veteres plures editiones *Socoth*, quod sixtini et gregoriani emendarunt; eadem varietas occurrit infra ad versic. 6. 8. 14. 15. 16., ubi idem nomen legitur. Cf. ad Gen. XXXIII, 17. et Num. XXXIII, 5. Pro *panes populo, qui mecum est*, Brev. goth.

pag. 240. *populo, qui mecum est, panes.* Post *Salmana* addunt *et* cod. B 2. m. et Rupertus CLXVIII, 169.

6. *Responderunt*—Nonnulli codd. Cas. *Responderuntque;* item hebr. et graecus. Pro *principes*, cod. B 2. m. *viri*, ut in vers. superiori. Pro *in manu tua*, cod. A *in manibus tuis;* cod. E *in manus tuas;* accedunt syrus, arabs, et nonnulli codices hebraici.

7. *Zebee et Salmana in manus meas* — Cod. K *in manus meas Zebee et Salmana;* sixtini cum cod. A pro *manus meas*, legunt *manu mea;* cod. O notat hebraeum et graecum hanc lectionem sequi. Hoc loco adduntur verba *et cum reversus fuero victor in pace* in codd. C, D, F, G, I 2. m., N*, R, S, V, X, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480. 1481. 1482., posterioribus editt. Rob. Steph., Lovan., all.; at vero illa pertinent ad vers. 9., adeoque heic merito expuncta fuerunt a sixtinis, quibus suffragantur codd. A, B, E, H, I 1. m. K, L 9., N, O, P, Q, aliique; immo scholiastes in cod. N scribit: « Quod hic solet interponi, nec hebraeus, nec antiqui habent hic, sed sunt » verba Gedeonis ad viros Phanuel cito post.» Eadem notatio descripta legitur antiqua manu in margine codicis V. Item Toletus recte adnotavit: « Lovanienses et alii codices addunt *et cum reversus fuero victor in pace;* » tamen haec non habentur in hebraeo, graeco, Ordin., Compl., Reg. et mss.; utraque » Congregatio delevit cum Sixto. » Sirletus dubitasse videtur dum in cod. vatic. 7093. scribit: « In mss. vetustissimis et in hebr. id » non legitur; at in Vulgata impressa et in » Concordantiis legitur. » Pro *conteram carnes vestras*, margo cod. goth. leg. habet *et discerpam carnes vestras.*

8. *conscendens*—Cod. A *consurgens;* cod. R *contendens.* Pro *loci illius*, codd. C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, X, Y, Palatinus *eius loci.* Pro *Cui et illi*, sixtini, codd. A, H, R *Cui illi;* cod. B *Et illi.* Pro *responderant*, codd. C, D, F, I, T, Y *responderunt.*

9. *Dixit itaque* — Codd. A, G *Dixitque.* Mox tacent *et* codd. C 1. m., E, G, S, T, V, X, Palatinus, veteres editiones, Brev. goth. l. c., quibus suffragatur graecus; at illam particulam ad fidem optimorum codicum addiderunt sixtini. Pro *turrim*, codices non pauci prae se ferunt *turrem;* item vers. 17.; conf. ad Gen. XI, 4. 5.

10. *Quindecim enim millia viri* — Sixtini, codd. A, E, I, K *Quindecim millia enim viri;* cod. Cas. 1. *Viginti enim millia virorum;* in voce *virorum* consentiunt codd. C, G; Petrus Com. *Duodecim enim millia viri.* Pro *remanserant*, cod. F, Brev. goth. l. c. *remanserunt* Pro *bellatorum*, codd. B, Cas. 1. *pugnatorum.* Mox codices fere omnes, et veteres editiones legunt *et educentium;* sixtini hanc lectionem intactam servarunt; neque nobis constat utrum quis ante Sixtum particulam *et* abiecerit, quae tamen in codd. B, E, L 2., Cas. 2. desideratur.

11. *partem Nobe* — Codd. B, I *partem Nobee;* codd. G, R, S, Y, Cas. 5., Brev. goth. l. c. *plagam Nobe;* cod. F utrumque habet *plagam partem Nobee;* Hieronymus III, 254. scribit: « *Nabbe* (ibid. pag. 49. *Nabe*) sive *Nobba* ad » quam ascendit Gedeon, urbs sacerdotibus » separata, quam postea legimus Saulis fu» rore subversam. » Cf. ad Num. XXXII, 42. Pro *Iegbaa*, antiquiores editiones, paucique codices legunt *Iecbaa;* cf. ad Num. XXXII, 35.

12. *persequens* — Cod. F *sequens.*

13. *ante solis ortum* — Margo cod. gothic. legion. *in ascensione Hares;* sunt enim graeci codices legentes *ἀπὸ ἀναβάσεος* Ἄρες. Ceterum hebraica verba מלמעלה החרם *ante solis ascensum*, de clivo hoc nomine donato interpretati sunt graecus, syrus, arabs, Aquila, Symmachus et Theodotio.

14. *apprehendit* — Cod. T *comprehendit.* Post *septem viros* codd. S, Cas. 5. addunt *numero*, quod in cod. O expungi iubetur.

15. *ad Soccoth* — Codd. V, Cas. 1. *ad viros Soccoth;* accedunt hebraeus et veteres omnes. Ante *idcirco* cod. A tacet *et.*

19. *Quibus ille respondit* — Sixtini, codices nostri plerique omnes, maxime antiquiores *Quibus ille ait.* Mox vero sixtini et lau-

dati codices tacent *quia*. Miramur has duas varietates tam magno codicum suffragio innixas, nullum in Bibliis editis reperire testem. Margo cod. goth. leg. habet *quoniam si vivificassetis eos*.

21. *iuxta aetatem robur* — Codd. I, N*, R, S, Cas. 3. *iuxta aetatem et robur;* cod. N adnotat non esse interponendam coniunctionis particulam, quam veteres codices ignorant; et subdit hebraeum legere: *quod est secundum hominem potestas eius*. Pro *Surrexit*, Brev. gothic. et Rupertus ll. cc. *Surrexitque*, ut hebr. et veteres. Ante *tulit* Vallarsius mendose tacet *et*.

22. *filius filii tui* — Codd. Cas. 2. *filii filii tui;* graeci codices non pauci habent οἱ υἱοὶ τοῦ υἱοῦ σου. Pro *quia liberasti*, codd. N, P *qui liberasti;* scholiastes in cod. N adnotat: « Pro *qui* nonnulli fecerunt *quia*, quod hebraeus habet; sed *qui* similiter causalitatem importat, id est, *quia;* sic Ios. XVII. (v. 1.) *patri Galaad, qui fuit vir pugnator;* hebraeus habet *quia fuit*. » Mox perperam Vallarsius notat Vulgatum tacere *manu*. Margo cod. goth. leg. habet *principare nobis*.

23. *Quibus ille ait* — Codd. Cas. 3. *Quibus et ille ait*. Pro *nec dominabitur in vos*, codd. I, V, Cas. 11. *nec dominabitur in vobis;* Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501. tacent *in;* Bibl. Brix. 1496. *nec dominabitur vobis*. Post verba *sed dominabitur* tacent *vobis* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, aliique fere universi, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., posteriores editt. Rob. Steph., all., Rabanus. Cod. S legit *sed dominabitur super vos*.

24. *postulo a vobis* — Codd. K, U *postulo vobis*. Pro *consueverant*, cod. A *consuerant*.

25. *Expandentesque* — Cod. A *Extendentesque*. Pro *in eo*, Rabanus *in eum*.

26. *mille septingenti* — Cod. A *mille septingentorum;* cod. Cas. 1. tacet *mille*. Pro *auri sicli*, cod. E legit tantum *sicli;* item Rabanus; hebraeus habet זהב, graecus τῶν χρυσῶν, quod *aureos*, nempe *siclos*, denotat, uti recte interpretatus est Hieronymus. Pro *reges Madian*, sixtini, codices fere omnes, Brev. goth. l. c. et Rabanus *Madian reges*. Ante *praeter* cod. E tacet *et;* cf. Holmesius et Sabatierius.

27. *Fecitque ex eo* — Brev. goth. l. c. *Fecitque de eo*. Pro *Ephod*, pauci codices, Bibl. Ven. 1476. 1480. 1482., all. *Ephot;* at recte scholiastes in cod. N animadvertit: « *Ephod* semper scribitur per *d* finalem; hanc vero litteram quidam auferentes, ubique per *t* finalem scribendum instituerant contra hebraeum et antiquos. » Gesenius in *Thes. p. 135*. pro certo habet hebr. אפוד hoc loco significare *simulacrum* idoli; cui favent arabs et Ephraemus, immo et syrus si Rodigeri sententiam admittimus, qui contendit legendum ܟܘܦܕܐ pro ܟܘܦܪܐ; at alii plures censent illud significare *humerale*, seu quoddam vestimentum summi sacerdotis, quo sensu accipitur in libris Exodi et Levitici; Augustinus in *Quaest. XLI*. diserte scribit Ephod non fuisse idolum, id est, cuiusquam dei falsi et alieni simulacrum, sed vestem sacerdotalem. Cf. Rosenmullerus et Wineri *Lexicon hebr.;* eodem fere sensu habemus coptice ⲉⲫⲟⲧⲧ *epomis, amiculum* ascetarum; conf. Peyronii *Lexicon copt. p. 45*. De hac autem quaestione plura dabit Bonfrerius.

Ibid. *Fornicatusque* — Cod. E *Fornicatus*. Pro *omnis Israel in eo*, sixtini cum cod. A *in eo omnis Israel*. Mox pauci codices Cas. tacent *omni*, ut hebraeus et veteres. Pro *in ruinam*, margo cod. gothic. legion. *in scandalum*, ex graeco; cf. Sabatierius.

28. *coram filiis Israel* — Codd. Cas. 2. *coram Israel*. Pro *potuerunt*, Brev. gothic. l. c. *poterant*. Pro *cervices elevare*, sixtini, codd. A, Cas. plures *levare cervices;* reliqui codices fere omnes, Brev. gothic. l. c., Rabanus, Hugo *elevare cervices*. Mox tacent *per* sixtini, codd. A, B, E; item Augustinus. Pro *Gedeon praefuit*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures, Brev. gothic. l. c., Rabanus, Hugo *praefuit Gedeon*.

29. *Ioas, et habitavit* — Codd. Cas. 2. *Ioas in Sichem, et habitavit;* cod. goth. leg. *Ioas, et habitavit in Sichem;* hoc additamentum ex vers. 31. vel ex IX, 1. petitum videtur.

30. *haberet* — Codd. C, D, F, S, T, U, V, X, Y, Cas. 2. *habuit;* codd. G, I, R, Cas. 5., gothic. legion. *habuerit.*

31. *genuit ei* — Codd. B, R tacent *ei;* item cod. 30. Kennic. Mox codd. Cas. 2. omittunt *nomine.*

32. *sepultus est* — Tacent *est* sixtini, codd. A, B, D, H, I, R, V, Cas. 8., Palatinus, Bibl. Ven. 1482. De *Ezri* cf. ad VI, 11.

33. *fornicati sunt* — Omittunt *sunt* codd. B, E, R, Cas. 4., goth. leg. Pro *cum Baalim,* veteres editiones *in Baalim,* quod ad fidem omnium codicum emendarunt sixtini.

34. *Domini Dei* — Codd. F, Y tacent *Dei.* Mox pro *manibus,* codd. B, E, F, N*, R, S *manu;* concinunt hebraeus et graecus. Pro *inimicorum suorum omnium,* codd. B, C, D, E, F, G, H, K, N, O, P, R, T, U, V, X, Y, Palatinus, Hugo, Rabanus *omnium inimicorum suorum;* cod. A tacet *omnium,* ut quatuor codd. Kenn.

35. *Gedeon* — Cod. A *et Gedeon;* cod. Cas. 1. *id est Gedeon;* cod. V *qui et Gedeon;* accedunt alexandrinus et syrus, item chaldaeus in polyglottis antuerpiensibus.

Cap. IX, 1. *Abiit autem* — Codd. Cas. 3. *Abiit itaque.* Post *ad fratres* codd. F 1. m., Y addunt *filios.* Mox codd. G, Cas. 2. tacent *domus.* Pro *patris matris,* codd. F, I, V, Y *patris et matris;* antiquiores editt. plures *patris matrisque;* codd. B, R 2. m., S, Cas. 3. et plures graeci codices, necnon duo hebraici legunt tantum *matris;* reliqui codices et Bibl. Lov. receptam lectionem servant.

2. *Quid vobis est melius* — Cod. A *Quid melius est vobis;* codd. F, Y *Quid est vobis melius.* Pro *omnes filii,* Bibl. Ordin. *filii omnes.* Pro *Ierobaal,* cod. E *Hierobbahal, id est, Gedeon;* palimpsestus bobiens. scribit quoque *Hierobbahal.* Post verbum *dominetur* sixtini cum cod. A addunt *vestri;* reliqui codices et fere omnes editiones *vobis;* Toletus in suis schedis adnotavit: « Bibl. Compl., Reg., Lov. » addunt *vobis;* mss. *vestri;* Ordin. neutrum » legit, quam sequutus est Sixtus; subintel» ligitur enim *vestri,* quod paulo ante posi» tum est. » Pro *quod os,* veteres codices, et editiones ante stephanicam anni 1532. legunt *quia os;* hanc lectionem primo admiserant sixtini, dein alteram restituerunt.

3. *de eo* — Cod. Cas. 1. tacet.

4. *pondo* — Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Complut., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., Lovan., all. *pondera;* ad fidem optimorum codicum, aliarumque editionum sixtini emendarunt. Augustinus qui legebat *Et dederunt septuaginta argenti,* adnotavit: « subauditur *pondo,* vel tale aliquid; interpre» tatio ex hebraeo, *septuaginta pondo* habet. » Pro *fano Baalberit,* codd. B, E *phano Baalbriht;* Sixtus et plures veteres editt. scribunt *phano,* quod merito castigarunt sixtini et Toletus; conf. ad Deut. III, 29. Pro *sibi ex eo,* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. *sibi ex ea;* codd. B, F, Y tacent *sibi;* hebraeus legit tantum בהם, graecus vero ἑαυτῷ, pro quo alii codices ἐν αὐτοῖς. Pro *inopes et vagos,* Bibl. Ord. *inopes vagos.* Margo cod. goth. legion. habet ex graeco: « *Septuaginta talenta* (hoc verbum additum videtur) *argenti de domo Baal Berith, et conduxit in eis* (codd. graeci ἐν αὐτοῖς) *Abimelech viros pestilentiae* (graeci codd. λοιμούς) *et superstitiosos.* Pro hoc postremo verbo graecus habet δειλούς, quod proprie *timidos* redditur, atque denotat nullius pretii homines, nebulones.

5. *in domum* — Codd. A, V, Y *in domo.* Ante *Ephra* tacent *in* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, O, U, V, X, Cas. 16., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. Pro *Ioatham,* cod. B *Ionathas;* cod. F, Bibl. Lugd. 1513. 1526., Beda IV, 427. *Ionatham;* antiquiores editt. paucique codd. minus recte *Ioathan;* conf. ad vers. 7.

6. *Congregati sunt autem* — Tacent *autem* codd. A, F, G, Y. Post verba *omnes viri* cod. A addit particulam *in.* Pro *quae stabat,* cod. B *quae stat;* cod. S *quae est.* Margo cod. goth. leg. habet *sub ilice inventa in Sicimis.* Duplex videtur interpretatio coaluisse apud graecos qui legunt πρὸς τῇ βαλάνῳ τῇ εὑρετῇ τῆς στάσεως τῆς ἐν Σικίμοις; nam στάσεως reddit מצב, at εὑρετῇ supponit מצא. Ad

hunc locum respiciunt Eusebius et Hieronymus III, 178. « *Balanus,* id est *quercus* Si» cimorum, ubi regnavit Abimelech, quae » usque hodie ostenditur in suburbano rure » Neapoleos propter sepulchrum Ioseph. »

7. *Ioatham* — Cod. B, Bibl. Mogunt. 1462., Compl., Reg., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., all. *Ionatham;* cf. vers. 5. Pro *ita audiat,* Sixtus, codices fere omnes, veteres editiones, Petrus Dam. CXLV, 469. *ita ut audiat;* expunxerunt particulam *ut* sixtini et gregoriani, quibus accedunt codd. B, E, K; unde Toletus scribit: « Mss. et utraque Congregatio » delent *ut.* In hebraeo et graeco non habe» tur *ita,* sed tantum *et audiat vos Deus,* quod » eumdem sensum habet. » Cf. Bukentopius p. 402. Pro *vos Deus,* plures veteres editiones, paucique codices *vos Dominus;* romani editores sequuti sunt lectionem in Bibl. Complut. et Lov. admissam; cod. N notat: « Hebr. » et antiqui habent *Deus,* non *Dominus.* »

9. *Quae respondit* — Cod. A addit *eis,* ut hebraeus et veteres. Pro *deserere,* Isidorus V, 499., Beda l. c., Rabanus *amittere.* Mox ante *dii* tacent *et* codd. G, K, Cas. 1., goth. leg., Rabanus. Margo cod. goth. legion. *Relinquens pinguedinem meam, quae est in me, quam honoravit Deus et homines, ibo principari lignorum?* graecus Compl. ἀφείσασα τὴν πιότητά μου ἣν ἐν ἐμοὶ ἐδόξασεν ὁ Θεὸς καὶ οἱ ἄνθρωποι, πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων;

10. *regnum accipe* — Cod. S, Isidorus et Beda ll. cc. *accipe regnum.*

11. *deserere dulcedinem meam* — Codd. F, V, Y, Petrus Dam. l. c. *dulcedinem meam deserere.* Mox cod. B tacet *cetera;* cui favent hebraeus et veteres. Pro *promovear,* sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, C, D, E, F, I, K, N, O, P, T, U, V, X, Y, goth. legion., Beda l. c. *commovear;* conf. infra ad vers. 13.

12. *Locutaque sunt* — Sixtini, codd. prope universi, Hugo, Isidorus, Beda, Petrus Dam. ll. cc., Rabanus *Locuta sunt quoque;* pauci cum cod. B *Locuta quoque sunt.* Post *ligna* addunt *et* codd. A, B, pauci Cas., Petrus Dam. l. c.

13. *Quae respondit eis* — Tacent *eis* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, aliique fere omnes, Isidorus, Beda, Petrus Dam. ll. cc., Rabanus; cod. O notat: « *Quae respondit* quater est hic (nimirum verss. 9. 11. 13. 15.); primo et » tertio loco non additur *eis;* secundo et quar» to additur. » Pro *Numquid,* codd. Cas. 1., goth. legion., *Non;* cod. F, Petrus Dam. l. c. *Num.* Pro *homines,* cod. A *hominem.* Pro *ligna cetera,* Bibl. Ordin. et Rabanus *cetera ligna;* cod. B tacet *ligna.* Rursum pro *promoveri,* legunt *commoveri* sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, B, C, D, E, F, H (etsi Vallarsius hanc lectionem ad marginem reiecerit), I, K, N, O, P, T, U, V, X, Y, goth. leg., palimpsestus bobiens., Bibl. Mog. 1462., Beda l. c.; cod. O notat: « Primo legitur *ut inter ligna* » *promovear* (v. 9.); secundo *ut inter cetera* » *ligna commovear* (v. 11.); tertio *et inter li-* » *gna cetera commoveri* (v. 13.). » Scholiastes in cod. N testatur: « Sic habent antiqui iuxta » hebraeum; nam quod hebraeus Gen. IV. » (v. 14.) dicit *vagus,* hic habetur *nua* (נוע), » quia dominorum est primo moveri, et alios » movere. » Laudatorum codicum consensus omnino demonstrat hebraicum verbum נוע a Hieronymo redditum fuisse *commoveri;* neque aliter alexandrinus, qui habet κινεῖσθαι, et Symmachus κλονεῖσθαι, et syrus ܠܡܬܙܥܘ. Margo cod. gothic. leg. habet: *Relinquam vinum meum, et epulationem, quam honoravit Deus et homines;* ubi latinus interpres vel ad vers. 9. oculos retulisse, vel geminam lectionem expressisse videtur; sunt enim graeci codices legentes καὶ τὴν εὐφροσύνην.

14. *et impera* — Tacent *et* sixtini et cod. A; consentiunt hebraeus et veteres.

15. *me regem vobis* — Codd. F, I, X, Y, Petrus Dam. l. c. *regem me vobis.* Pro *vobis constituitis,* codd. A, S *constituistis vobis;* codd. E, I, R, T, V, X, Cas. 2., palimpsestus bobiens., Bibl. Ven. 1492. 1497. 1498. 1501. 1511., Brix. 1496., Rob. Steph. 1528., all. *vobis constituistis;* cod. G legit tantum *constituistis.* Pro *sub umbra mea requiescite,* cod. A *requiescite sub mea umbra;* pro *umbra mea,*

legunt *mea umbra* codd. I, K, U, palimpsestus bobiens.; *mea arbore* cod. E; *meam umbram* codd. C, D, N, T; *umbram meam* codd. F, O, Y. Margo cod. gothic. legion. *Introite et submergite vos sub umbram meam.* Graeci habent ὑπόστητε, alii ὑποδύσατε (unde *submergite vos*), alii πεποίθατε (quod apud Augustinum redditur *confidite*), eumdemque sensum fundit ac hebr. חסו, *confugite.*

Ibid. *si autem*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, palimpsestus bobiens., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., all. *sin autem.* Mox sixtini verbum *vultis* expungunt; nec legitur in Bibl. Complut., Reg., Lugd. 1535., quibus favent hebr. et veteres; codex hoc loco a Stephano et Lovaniensibus laudatus est ipsa editio Complutensis. Pro *egrediatur,* palimpsestus bobiens. *egredietur,* hebr. תצא.

16. *constituistis*—Bibl. Ordin. *constituitis.* Margo cod. goth. legion. *Et quidem si in veritate et puritate fecistis hoc.*

19. *et domo eius, hodie laetamini* — Bibl. Compl., Reg., all. *et domo eius hodie, laetamini;* consentiunt hebraeus et veteres. Sixtus, codd. B, C, D, F, H, I, K, U, V, palimpsestus bobiens., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Ordin., Lovan., posteriores editt. Rob. Steph., all. *laetemini;* sixtini et gregoriani cum aliis optimae notae codicibus et editt., hodiernam lectionem praetulerunt; cui quidem haud obstant hebraeus et graecus modum imperativum adhibentes.

20. *Sin autem*—Codd. C, D, F, all. *Si autem.* Mox codd. L 3. tacent *ex eo.* Pro *et consumat,* codd. C, D, I, S, T, V, Cas. 1. *ut consumat.* Mox codd. E, Y omittunt verba *egrediaturque ignis de viris Sichem, et de oppido Mello;* cod. M notat haec verba deesse in multis libris glossatis, sed legi in hebr. et antiquis codicibus; palimpsestus bobiens. legit *egrediatur ignis de viris Sycem et de oppido Mellon;* ante *egrediaturque* cod. B 2. m. addit *eo quod frater vester sit;* quae ex v. 18. desumpta videntur.

21. *Bera*—Codd. C, D, F, I, R, T, U, V, X, Cas. 6., Hugo, aliique memorati in codice O *Berara;* cod. A *Ephra,* quae Gedeonis patria fuit; conf. ad Ios. XVIII, 23. Pro *ob metum,* legunt *metu* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, X, Y, goth. legion., palimpsestus bobiens., Hugo.

22. *Regnavit itaque* — Codd. F, R, T, Y *Regnavitque ita.*

23. *Dominus* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, K, O, R, T, U, Cas. 16., palimpsestus bobiens., Bibl. Complut., Reg., Lugd. 1535. *Deus;* item hebraeus et graecus.

24. *effusionem* — Cod. A et palimpsestus bobiens. *effusionis.* Pro *fratrem suum,* Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., all. *fratrem eorum;* non male. Pro *in ceteros,* codd. C, D, F, N, O, S, T, U, V, X, Y, Bibl. Ven. 1511., Compl., Reg., Lugd. 1535., all., Hugo, Rabanus *inter ceteros;* scholiastes in cod. N notat: « Varietas ista praepositionum plus imputat Abimelech, quam principibus, cum » hebraeus utrobique habeat *super;* nempe » *super Abimelech fratrem suum, et super ceteros.* » Pro *Sichimorum,* codd. A, E, et palimpsestus bobiens. *Sycimarum;* item alibi in hoc nomine. Pro *adiuverant,* codd. A, I, V *adiuvaverant;* codd. B, G, Bibl. Ordin. *adiuraverant* (perperam Blanchinius edidit *adiuraverat*); hanc lectionem sequutus est Hugo de s. Charo qui interpretatur: « Id est, cum » eo coniurati fuerant, et alios coniurare fe» cerunt; vel *adiuverant* habent aliqui libri, » et est sensus, adiuverant ad habendum re» gnum. »

25. *adversus*—Ita ad fidem optimorum codicum sixtini; in editis enim libris legebatur *adversum.* Pro *in summitate montium,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures cum palimpsesto bobiensi *in montium summitate.* Pro *praestolabantur,* codd. C 2. m., D, F, H, I, O, R, S, T, U, V, X, Y, Cas. 5., Bibl. Ord., Lugd. 1522., priores editt. Rob. Steph., all. *praestolarentur;* codd. A, B, C 1. m., E, K, Cas. 3., palimpsestus bobiens. *praestolantur.* Margo cod. gothic. leg. *et abripiebant ad eos omnes transeuntes via.*

26. *Obed*—Cod. H cum hebraeo *Ebed.*

*

27. *calcantes* — Cod. B *conculcantes.* Ex verss. 26. et 27. margo cod. goth. leg. habet: *et confidebant in eo principes* (ergo legebat ἄρχοντες) *sycimorum: et exierunt in agrum, et vindemiabant vineas suas et conculcabant: et fecerunt tibias, et introeuntes domum deorum suorum manducaverunt et biberunt.* Hoc loco animadvertendum latinum hunc priscum interpretem posuisse *tibias* pro eo quod alexandrinus, hebraica ipsa voce servata, posuit ἐλλουλίμ, quo loco, ex marginali glossemate, ut videtur, nonnulli codices suffecerunt χορούς. Theodotion unicus est inter veteres interpretes qui habet αὐλούς, *tibias;* Scharfenbergius et Schleusnerus pro certo habent Theodotionem in sacro textu legisse חלילים, *tibias*, pro הלולים, quod denotat dies festos post messem peractam celebratos. At vero latino nostro interpreti id nullo modo tribui potest; multoque minus admittimus hunc prae oculis habuisse Theodotionis versionem. Undenam igitur, inquies, ortum habuit illa interpretatio? Huius difficilis sane et intricatae quaestionis nodum soluturi praemittimus apud graecos Bibliorum interpretes χορός et αὐλός vicissim permutari; nam alexandrinus pro חליל ponit χορός ad III Reg. I, 40., et αὐλός ad Isa. V, 12.; pro חללים Aquila habet χοροί, Symmachus αὐλοί ad Psalm. LXXXVI, 7. Quid ni igitur dicamus latinum interpretem, nonnihil a contextus serie adiutum, priori voci alterius notionem tribuisse? Si cui haec minus placent, meliora expectabimus.

28. *clamante Gaal filio Obed* — Cod. H *et dixit Gaal filius Ebed;* item hebraeus; cod. A *clamantes* . . . ; palimps. bobiens. . . . *Obedi.* Pro *Quis est,* codd. A, E *Qui est;* codd. R, S, Cas. 4., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Ordin., Compl., Rob. Steph., all. addunt *iste,* quod in cod. N abiicitur. Pro *quae est Sichem,* codd. C, D, F, I, O, N*, T, U, V, X, Y *quis est Sichem;* Hugo *quis est iste Sichem;* Stephanus notat hebraeum legere *quis est,* sed nullum profert latinum codicem pro hac lectione; scholiastes in cod. N animadvertit heic nomen *Sichem* « antiquum auctorem civitatis, unde et nomen accepit, recolere; unde ibidem dicitur *super viros Emor patris Sichem.* » Pro *est filius,* Bibl. Ven. 1476., Rob. Steph. 1528., Complut., Reg., Lugd. 1522., all. *est ipse filius.* Mox cod. E tacet *et* ante *constituit.*

Ibid. *Zebul servum suum* — Codd. F, Y *servum suum Zebul;* cod. B *Zabul.* . . . Pro *Emor,* palimpsestus bobiens. *Emmor,* ut graecus; cf. ad Ios. XXIV, 32.; cod. B corrupte *Semor;* alibi Vulgatus semper habet *Hemor,* quod hebraeo consentaneum est. Pro *Cur ergo,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, aliique plures *Cur igitur.* Pro *serviemus,* codd. D, G, I, palimpsestus bobiensis et pauci codd. Cas. *servimus.*

29. *daret* — Cod. A *traderet.* Pro *ut auferrem,* codd. F, P *ut auferam;* codd. G, N*, R, Cas. 4. *et auferrem;* cod. N notat alios legere *auferam.* Pro *Dictumque,* Bibl. Ord. *Dictum.* Margo cod. goth. leg. habet *Quis dabit populum hunc sub manu mea, et obligabo Abimelech, et dicam Abimelech: Multiplica exercitum tuum et exi;* nimirum interpres sequutus est codices legentes δώσει et τῷ Ἀβιμέλεχ, et στρατείαν, pro δῴη, et πρὸς αὐτὸν, et δύναμιν.

31. *nuncios* — Cod. A tacet. Pro *Gaal,* cod. G et palimpsestus bobiens. *Gaad,* uti habent quidam codices holmesiani. Pro *in Sichimam,* idem palimpsestus bobiens. *Sycimam;* de hoc nomine pluries monent correctoria N, O legendum esse sine adspiratione, et cum simplici *c,* uti est in Psalmis *Sicimam;* non vero *Sicchimam.*

32. *Surge* — Palimpsestus bobiens. *Surgens.* Margo cod. goth. legion. *insides in eum in campo.*

33. *adversum te cum populo suo* — Codd. D, G, T, U *cum populo suo adversum te.*

35. *in introitu portae civitatis* — Cod. B 1. m. tacet *portae,* ut pauci graeci codices holmesiani; codd. F, Y omittunt *civitatis.* Pro *Surrexit autem,* codd. B, F, V, Y *Surrexit itaque.* Mox Bibl. Ord. Lugd. 1590. et Ant. 1634.

tacent *et omnis;* hebraeus et veteres non habent *omnis;* sunt tamen codices hebr. apud De-Rossi, et graeci apud Holmesium, qui cum Vulgato consentiunt.

36. *de montibus* — Cod. Cas. 1. *de monte.* Pro *capita hominum,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures cum palimsesto bobiens. et Petro Com. *hominum capita.* Verba *et hoc errore deciperis,* a Hieronymo addita sunt; sixtini cum cod. A particulam *et* omittunt; Bibl. Mog. 1462., Antuerp. 1565., Lugdun. 1569. legunt *decipieris;* Bibl. Rom. 1471. *deceperis.*

37. *Rursumque* — Codd. C, D, H, K, all. *Rursusque.* Pro *venit,* cod. E iterum ponit *descendit.* Margo cod. goth. leg. *Et adiecit Gaal loqui adhuc, et dixit: Ecce populus descendens secundum mare continens umbilicum terrae: et initium aliud venit a via ilicis respicientium.* Haec postrema verba demonstrant interpretem sequutum esse codices legentes δρυὸς ἀποβλεπόντων, pro eo quod recepta lectio retinet hebraicas voces Ἥλων Μωανενίμ. Illud autem *continens* respondet graeco ἐχόμενα.

38. *Cui dixit Zebul* — Cod. E *Et dixit Zebul.* Pro *quo loquebaris,* codd. D, I, Y, all. *quod loquebaris.* Pro *Quis est,* cod. A *Qui est.* Pro *hic populus est,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, R, T, U, V, X, Y, goth. leg., Cas. plures, palimpsestus bobiens., Hugo *iste est populus;* cod. S et Bibl. Lugd. 1535. *hic est populus.*

39. *spectante* — Codd. D, F, G, I, K, L, O, R, S, T, U, V, X, Y, Bibl. Mog. 1462., Ven. 1476., Compl., Reg., pleraque Rob. Steph., all. *expectante;* cod. B et goth. leg. *speculante.*

40. *ad portam* — Cod. A *ad portas.*

41. *in Ruma* — Palimps. bobiens. *in Roma;* cf. ad Ios. XV, 52.; codd. F, N, V 1. m., X, Bibl. Rom. 1471., Lugd. 1513. 1526. *in Ruina;* Bibl. Lugd. 1535. cum hebraeo *in Aruma;* Hieronymus III, 158. *in Arima.* Pro *Zebul autem,* cod. K *Zebul et.* Mox tacent *eius* Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. Pro *expulit,* cod. E *expulerat.*

42. *Sequenti ergo* — Codd. B, S, U *Sequenti autem;* cod. R *Sequenti vero;* cod. K tacet *ergo.*

43. *divisit* — Bibl. Ord. mendose *dimisit;* cod. Cas. 1. addit *eum;* item hebraeus et veteres. Pro *irruit in eos,* antiquiores omnes editt. *irruit in eo;* Bibl. Lugd. 1535. *irruit in eum;* cod. G *irruit super eos.*

44. *persequebantur* — Codd. B, E, K, U, palimpsestus bobiens. *sequebantur.*

45. *omni die illo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Y, palimpsestus bobiens., Hugo *omni illo die.* Pro *ipsaque,* antiquiores omnes editt. *ipsa quoque.* Cod. O memorat alios quosdam codices legentes *in eam* pro *in ea.*

46. *Berith* — Cod. B *Brith.* Pro *qui erat,* codd. F, V et palimpsestus bobiens. non male *quia erat.* Pro *munitus valde,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Y, palimpsestus bobiens., Rabanus *valde munitus.* A Hieronymo adiecta videntur verba *ubi foedus cum eo pepigerant, et ex eo locus nomen acceperat,* ut nominis idoli origo et etymon cognosceretur, eaque refricarentur quae ad VIII, 33. praescripta sunt. Denique verba *qui erat munitus valde* reddunt hebr. צרוח. Hieronymiani huius additamenti sensum minus perspectum habuit Rosenmullerus, qui illud minime probandum esse censuit.

47. *quoque* — Cod. B *vero;* cod. G *autem.*

48. *praecidit* — Bibl. Compl., Reg., Hugo, all. *praescidit.* Pro *arboris ramum,* cod. goth. leg. *de arboribus ramum.* Pro *videtis,* codd. E, G, H, K, palimpsestus bobiens., veteres editt. paene omnes *vidistis;* codd. A, R, S, Cas. 2. *videritis;* hodiernam lectionem ad fidem aliorum codd. et Bibl. Ord., intulerunt sixtini. Post *cito* codd. R, Cas. 5. addunt *hoc,* quod in cod. O expungendum notatur.

49. *Qui circumdantes praesidium* — Sixtini, codd. A, B, C, E, G, Cas. 12., palimpsestus bobiens. aliique codices laudati a Sirleto in suis schedis vaticanis *Quos circumdantes praesidio;* Rabanus *Qui circumdantes praesidio;* codd. D, F, I, K, N, O, P, T, U, X, Y, Hugo *Quos circumdantes praesidium.* Hanc

lectionem exponit scholiastes in cod. N scribens: « *Quos circumdantes, praesidium succenderunt;* scilicet *quos* ramos *circumdantes* » praesidio; quod accipitur de hoc quod dicitur *praesidium*. Similiter Matth. XXVII. » (v. 28.) *chlamydem circumdederunt ei.* Alii » de novo ponunt ibi *Qui*, ut ad homines » referatur; sed haec littera, de ramorum ap» positione, quod habet hebraeus, nullam » facit mentionem. » Etsi haud pronum sit definire quid scripserit Hieronymus, tamen codicum auctoritate permoti, vehementer suspicamur vulgatam lectionem non esse hieronymianam. Compertum enim est illam vix ullum in antiquis libris mss. habere praesidium. Attamen non diffitemur hebraicum textum duplici ratione explicari posse, adeoque neutram lectionem excludere. Legit enim וישימו על־הצריח, quod ad litteram sonat *et posuerunt contra arcem;* ubi subaudire possumus, uti animadvertit Rosenmullerus, vel *ramorum fasciculos* quos asportaverant, vel *castra*. Priorem interpretationem amplectuntur illi qui legere malunt *Quos circumdantes;* alteram vero qui communem receptamque Vulgati lectionem praeferunt; at non hanc sed illam veteres interpretes sequuti sunt.

Ibid. *mille homines* — Ita scripserunt sixtini ad fidem codicis A. Bibl. Ordin. ut hebraeus et graecus *mille fere hominum;* reliqui nostri libri tum mss., tum editi *mille hominum*. Pro *et mulieres*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique fere omnes, Rabanus *ac mulieres*. Mox pro *turris*, cod. B *urbis*.

50. *obsidebat exercitu*—Codd. E, K et palimps. bobiens. *obsidebat exercitum;* codd. I, S *obsidebat exercitus;* cod. V *obsedit exercitu*.

51. *simul viri* — Sixtini, codd. E, F, H, I, S, V, X, Y, palimpsestus bobiens. *viri simul*. Mendose ante *clausa* addunt *et* Bibl. Antuerp. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1576. 1578. 1579. 1583. 1599. Pro *stantes per propugnacula*, cod. Cas. 1. *statuentes propugnacula*.

52. *ostio* — Cod. B 2. m. addit *turris*, consentiunt autem hebraeus et veteres interpretes. Pro *nitebatur*, cod. E *nitebantur*, quod mendosum esse videtur.

53. *una mulier* — Codd. C, D, E, G, H, I, T, U *mulier una;* codd. Cas. 2. tacent *una*. Pro *fragmen*, sixtini, codd. A, C, D, F, I, N, O, P, S, T, U, V, X, Y, Cas. 15., Hugo *fragmentum;* Toletus notat: « Mss. et prior Con» gregatio legunt *fragmentum;* tamen Compl. » Reg., Ordin., Lov. et multi alii codices ha» bent ut in textu (Sixti V.), et sic reliquit » posterior Congregatio. » Eadem habet Rocca; at vero codex Columnensis testatur gregorianos quoque scripsisse *fragmentum*. Pro *molae*, Verecundus in *Spicil. solesm. IV, 70.* legit *molaris*. Pro *desuper iaciens*, cod. U *superiaciens*. Margo cod. goth. legion. pro *cerebrum*, habet *calvariam*, graecus τὸ κρανίον.

54. *et ait ad eum*—Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498. *et ait illi*. Post verbum *Evagina* codd. G, S, Cas. 5. addunt *cito*, quod in cod. O expungi iubetur. Pro *percute*, cod. Cas. 1. *interfice*. Pro *interfectus sim*, codd. F 1. m., R, Bibl. Rom. 1471., Ven. 1479. 1484. *interfectus sum*.

55. *Illoque* — Codd. F, X, Y, Bibl. Rom. 1471., Ordin., Compl., Rob. Steph., all. *Illo quoque;* cod. K *Illo itaque*. Post verba *omnes qui cum* ex typographi mendo desideratur *eo* in edit. Bibl. vaticana an. 1592. Mox codd. F, Y tacent *de Israel;* cod. E omittit *sunt*. Pro *in sedes*, cod. A *in domos;* cod. G *in civitates;* codd. H, R *ad sedes*.

56. *reddidit Deus* — Cod. F et palimpsestus bobiens. *reddidit Dominus*. Post *fratribus* cod. A tacet *suis*.

Cap. X, 1. *Thola* — Codd. B, Y *Thoa*. Pro *Phua*, codd. A, B, E, G, palimps. bobiens., Hieron. III, 48., Beda I, 529. *Phoa*. Pro *patrui Abimelech*, hebraeus legit בן דודו, quod a plerisque recentioribus accipitur pro nomine proprio, ac redditur *filii Dodonis;* pro hieronymiana tamen interpretatione stant alexandrinus, syrus et arabs; it. quaedam exemplaria chaldaei. Ceterum Vulgatus nomen proprium דודו alibi quoque constanter interpretatus est *patrui eius;* cf. II Reg. XXIII, 9. 24.

I Paral. XI, 12. 26. Pro *Samir,* codices Martianaei et Vallarsii, item nostri, praesertim antiquiores, omnes, Bibl. Mog. 1462., Ven. 1476. 1482., all., Beda l. c., Rabanus, Petrus Com. *Sanir;* attamen correctoria N et O notant: « Lege *Samir,* iuxta hebraeum; quae » littera videtur approbanda, quia pro hoc » graecus habet *Samaria:* alii tamen habent » *Sanir.* » Concinit Magdalius. Graecus receptus habet Σαμίρ, pauci vero codices Σαμαρεία; item in sequenti versiculo. Pro *montis,* codd. L 3. *monte;* Cas. 2. *montem;* Cas. 1. et margo Ord. cum hebr. et graeco *in monte.*

2. *Israelem* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, aliique plures, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1479., Complut., Ordin., all., Rabanus *Israel;* iidem testes eamdem prae se ferunt lectionem in proximo sequenti versiculo 3.; cf. ad Exodi VI, 14. Pro *viginti,* cod. K *triginta.* Mox tacent *et* cod. A et Rabanus. Pro *tribus,* palimps. bobiens. *tres;* codd. Cas. 2. *duobus;* item tres codices graeci holmesiani. Pro *mortuusque est, ac sepultus,* codd. B, C, D, F, G, H, I, K, T, U, Y, palimps. bobiens., Rabanus *mortuusque ac sepultus est.*

3. *Galaadites*—Palimpsestus bobiens. *Galaaditides;* item ad XI, 1. XII, 7. Eamdem loquendi rationem servat Vulgatus I Mach. V, 25. et seqq., nec aliena est ab indole latina. Mox tacent *per* codd. A, B; omittunt *et* codd. S, V, Y, Cas. 2.; eadem varietas est apud graecos.

4. *sunt appellatae*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures, Rabanus, Hugo *appellatae sunt.* Pro *Havoth,* antiquiores editiones mendose *Anoth;* Sixtus cum reliquis plerisque editionibus et multis codd. *Avoth,* de quo cf. ad Num. XXXII, 41.; Toletus notat: « Scribendum *Havoth;* sic hebr., » mss. et utraque Congregatio. » Praeiverant enim sixtini. Pro *Iair,* cod. B *Air;* item deinceps; alii *Iahir;* cf. ad Ios. XIII, 30. Pro *in Terra,* Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. *in terram.* Margo cod. gothic. legion. non sine mendo habet *ascendentes super ·XX· equos, et ·XX· civitates erant eis.*

5. *ac sepultus* — Cod. E addit *est.* Pro *cui est,* codd. C 1. m., Cas. 1. *cuius.*

6. *fecerunt malum* — Codd. R, S, Cas. 4. *fecerunt mala;* codd. F, Y praemittunt *et.* Contra tacent nexum post *Baalim* Bibl. Ordin. Lugd. 1590., Ant. 1634. Pro *coluerunt,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Y, Cas. plures, Hugo, Rabanus *colebant.*

7. *Contra quos Dominus*—Tacent *Dominus* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, I, K, O, T, U, X, Y, goth. leg., palimpsestus bobiens., Rabanus, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471.; item cod. 84. holmesianus. Pro *in manus,* sixtini, codd. A, E, V, gothic. leg. *in manu;* consentiunt hebraeus et veteres.

8. *et octo* — Cod. Cas. 1. *et septem.* Mox tacent *omnes* Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. et cod. 174. Kennicotti. Pro *habitabant,* cod. A 1. m. *habitant.* Post *Iordanem* cod. B tacent *in.* Pro *qui est in Galaad,* Sixtus, codd. C, D, E, F, G, I, O, R, S, U, V, X, Y, Cas. plures, palimpsestus bobiens., veteres editiones omnes *quae est in Galaad;* ad fidem aliorum codicum, et graecae versionis (hebraeus enim indifferens est) sixtini et gregoriani hodiernam lectionem invexerunt; conf. Bukentopius pag. 402.

10. *dereliquimus*—Addunt *te* codd. Cas. 4., Bibl. Ordin., Ven. 1480. 1482. 1483., Lugd. 1522. Mox tacent *Dominum* sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, I, K, L 5., Q, S, T, U, Cas. 15., goth. leg., palimpsestus bobiens., Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483., Compl., Reg., Rob. Steph. 1532., Antuerp. 1537., Lugd. 1535. 1542., all.; gregoriani illam vocem veluti dubiam subnotarunt: pro recepta Vulgati lectione faciunt septem codices hebraici apud De-Rossi, duo graeci apud Holmesium et targum in polyglottis londinensibus. Reliqui autem veterum latinorum codicum lectionem tuentur. Cod. K omittit verba *et servivimus Baalim.*

11. *filiique* — Codd. A, K, Y, Bibl. Ven. 1479. *filii quoque.*

12. *Chanaan* — Hebraeus legit מעון, at Vulgati lectio praesidium habet in Symma-

cho, et in graecis codicibus legentibus Χαναάν. Ante verbum *erui* palimps. bobiens. tacet *et;* concinunt arabs et slavon. ostrog.

13. *ut ultra vos liberem* — Sixtini, gregoriani, codd. A, D *ultra vos liberare;* cod. B tacet *ultra;* nec obstant veteres.

14. *tempore angustiae* — Addunt *vestrae* Bibl. Rob. Steph. 1532., Ant. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544. et margo Ordin.; item hebraeus et veteres.

15. *Dixeruntque* — Cod. B *Dixerunt.* Pro *tibi placet,* codd. R, S, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *placet tibi;* Bibl. Ordin. Lugdun. 1590., Antuerp. 1634. omittunt pronomen.

16. *Quae dicentes* — Codd. B, K *Qui haec dicentes;* in palimpsesto bobiens. legebamus *Qui aedificantes.* Pro *alienorum,* Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. *aliorum.* Pro *Domino Deo,* legunt tantum *Domino* sixtini, codd. B, C, D, F, H, O, R, S, T, U, V, X, Y, Cas. 2., Bibl. Ven. 1482. 1483.; it. hebraeus et veteres, praeter arabem; legunt tantum *Deo* codd. A, E, G, I, K, gothic. legion., Cas. 5., palimpsestus bobiens. et cod. 44. Holmesii; cod. Cas. 1. addit *suo.* Pro *super miseriis,* cod. E *super miserias.* Margo cod. goth. leg. legit: *et deservierunt Domino, et non est placatus in populo: et defecit animus Israel in labore.* Holmesiani codices καὶ ἐδούλευσαν τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐκ εὐρέστησεν ἐν τῷ λαῷ· καὶ ὠλιγοψύχησεν ἐν κόπῳ Ἰσραήλ.

17. *in Maspha* — Codd. I, K, R et palimpsestus bobiens. et Bibl. Ven. 1482. *in Masphat;* Vulgatus legit *Masphath* I Reg. VII, 5. Ierem. XL, 6. et seqq.; alias huius nominis varietates memoravimus ad Ios. XI, 3. Mox in palimpsesto bobiensi primo deerant verba *castrametati sunt;* cod. B legit iterum *congregati sunt.*

18. *ex nobis* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures cum palimpsesto bobiensi *e nobis;* margo codicis H notat id in hebraeo non legi. Animadvertat lector pro hac tantilla varietate optimorum codicum consensum haberi, quamvis veterum editionum suffragium nullum adsit. Pro *populi Galaad,* cod. Cas. 1. *populi in Galaad.*

Cap. XI, 1. *Fuit illo tempore* — Hanc lectionem praetulerunt sixtini et gregoriani, quibus suffragantur codd. A, H, K, gothic. leg., palimpsestus bobiens., all., unde Toletus notat: « Sic legunt mss. et utraque Congregatio. » Sixtus vero et veteres editiones *Fuit itaque illo in tempore;* codd. G, R, S *Fuit itaque in tempore illo;* codd. C, D, F, I, O, T, Cas. plures, Thomasius I, 63. *Fuit illo in tempore;* codd. U, V, X *Fuit in illo tempore;* cod. B et Petrus Com. *Fuit eo tempore;* cod. E *Fuitque illo tempore.* Pro *Iephte,* antiquiores editt. *Iepthe;* all. *Iepte.* Pro *Galaadites,* cod. B *Galaatides;* palimpsestus bobiens. *Galaaditides;* cf. ad X, 3. Pro *mulieris meretricis,* codd. C, D, E, G, I, K, T, U, Thomasius l. c. *meretricis mulieris.*

2. *uxorem* — Cod. B *et uxorem.* Pro *de altera,* codd. A, E, G, I, R, S, V, X, margo M, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Ordin., posteriores editt. Rob. Steph., all. *de adultera;* obstant reliqui codices, correctoria, hebr. et veteres; ex graeco ἑταίρας Augustinus habet *fornicariae,* sed multi codices legunt ἑτέρας, quod respondet hebraeo אחרת; hinc Nicolaus de Lira testatur in libris correctis et in hebraeo legi *de altera.* Pro *natus es,* codd. A, C, D, F, H, I, K, N, O, S, T, U, V, X, Y, goth. leg., Hugo *generatus es;* scholiastes in cod. N animadvertit: « Antiqui legunt *de altera matre generatus es;* novi ponunt ibi *natus;* alii *genitus,* quia generare est virorum, gignere mulierum; sed frivola sunt ista, quasi non cantet ecclesia de Virgine *generabis Dominum.* » Cod. B tacet *es.*

3. *Tob* — Cod. B *Hob;* antiquiores editiones *Thob;* item infra vers. 5. Pro *viri inopes, et latrocinantes,* margo cod. goth. legion. ex graeco *viri otiosi* interpretatur; apud Augustinum *viri latrones;* graecus ἄνδρες κενοί vel λιτοί.

5. *de Galaad, ut tollerent* — Cod. K *de Israel, ut colligerent;* codex quoque alexandri-

nus legit Ἰσραήλ. Mox pro *sui*, cod. B *sibi*; conf. infra ad vers. 11.

6. *Veni et esto* — Cod. K tacet nexum, ut syrus, arabs et cod. 16. holmesianus. Pro *princeps noster*, cod. D *princeps nostri*; cod. U *noster princeps*.

7. *et eiecistis*—Cod. Y addit *me*; concinunt hebraeus et veteres. Pro *venistis*, codd. D, I, N, O, T, U, Cas. 13., Bibl. Ven. 1533., Lugd. 1535. *venitis*; in margine codicis N legitur: « Debet dici in praesenti, non in praeterito. » Vulgato tamen concinit Augustinus cum graeco et hebraeo.

8. *Dixeruntque* — Cod. A 1. m. *Dixerunt*. Mox cod. B tacet *nunc*; ut duo codices Kennicotti. Pro *omnium*, palimpsestus bobiens. *eorum*. Pro *habitant in Galaad*, codd. D, N, *habitabant in Galaad*; scholiastes in cod. N exponit hanc lectionem scribens: « Ante sci- » licet XVIII. annos, quibus sunt vehementer » oppressi, et de finibus suis eiecti per filios » Ammon, qui ibi fixere tentoria: supra X. » (v. 8. et 17.) Alii satis antiqui habent *ha-* » *bitant*. » Cod. B *habitant in terra Galaad*; cod. E *inhabitant Galaad*; codd. F, Y *in Galaad habitant*.

9. *Dominus in manus meas* — Palimpsestus bobiens. *in manus meas Dominus*. Pro *vester princeps*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures cum palimpsesto bobiensi et Hugone *princeps vester*. Animadverte plerasque veteres editiones non habere hoc loco notam interrogationis; immo nec hebraeus nec graecus illam habent; at tamen interpretes nos docent subintelligendam esse. Margo cod. gothic. leg. habet *vestrum ero caput*; nimirum sequutus est codices legentes κεφαλήν pro ἄρχοντα.

10. *qui haec audit*—Cod. A *qui haec vidit*; codd. Cas. 2. *qui hoc audit*. Pro *faciemus*, codd. A, B, C, D, E, F, I, K, T, U, Cas. 12., palimpsestus bobiens., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471. *faciamus*; accedunt pauci graeci codices legentes ποιήσωμεν.

11. *eum omnis populus*—Palimpsestus bobiens. tacet *omnis*; item hebraeus et veteres; in Bibl. Ven. 1482. desideratur *eum*. Mox pro *sui*, legunt *sibi* codd. A, F, Y, Cas. 1.; alter Cas. habet *suum*.

12. *ex persona sua* — Codd. R, Cas. 4., Bibl. Lugd. 1550. 1567., Ven. 1558. *ex persona sui*. Pro *mihi et tibi*, cod. D *tibi et mihi*; ita legit quoque latina interpretatio chaldaei in polyglottis, sed contra fidem sui textus. Pro *venisti*, codd. F, Y *venis*; item georg.; huc facere possunt graeci codices qui habent ἥκεις.

13. *Arnon* — Cod. B mendose *Ermon*. Pro *Iaboc*, Sixtus et plures veteres editiones *Ieboc*; codd. C, D, F, O, U, Y *in Iaboc*; codd. M, R, S *ad Iaboc*; cod. H *Iebboc*; hodiernam lectionem debemus sixtinis et gregorianis, quibus favent codd. A, B, K, palimps. bobiens., all., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., all.; cf. ad Ios. XII, 2.; cod. E hoc loco habet *Iaboc*, sed infra v. 22. legit *Iacob*, de qua lectione conf. ad Gen. XXXII, 22. Pro *nunc ergo*, sixtini; codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures cum palimpsesto bobiensi et Hugone *nunc igitur*.

14. *rursum* — Palimps. bobiens. *rursus*.

15. *Terram Moab*—Bibl. Rom. 1471. *Moab*. Mox cod. X tacet *nec*.

16. *conscenderunt* — Cod. B *ascenderunt*; cod. U *descenderunt*. Pro *ambulavit*, cod. A *ambulaverunt*; ut syrus et arabs. Ante *Mare* tacent *ad* codd. C 1. m., E, Bibl. Ven. 1511. 1519., Complut., Reg., all.

17. *Dimitte me* — Tacent pronomen codd. B, C, D, E, F, G, I, K, O, S, T, U, V, X, Y, Cas. 15., palimpsestus bobiens., Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., priores editt. Rob. Steph., all.; neque legitur infra ad vers. 19. Mox ante *terram* tacent *per* veteres editiones fere omnes; verum hanc particulam ad fidem codicum paene universorum addiderunt sixtini. Pro *Misit quoque*, cod. A rursum legit *Misitque*; codd. B, C, D, E, F, H, I, T, V, palimpsestus bobiensis addunt *et*; accedunt hebraeus et veteres.

18. *contra Orientalem* — Hanc lectionem codicum auctoritate innixam esse recte adno-

taverat Robertus Stephanus; hanc post lovanienses, romani censores sequuti sunt; antiquiores autem editiones habent *ad Orientalem*. Pro *trans Arnon*, cod. B *contra Ernon*.

19. *Misit itaque* — Codd. F, X, Y, Bibl. Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *Misitque*. Pro *Israel nuncios*, codd. R, S et palimpsestus bobiens. *nuncios Israel;* item cod. holmesianus 108. cum edit. Complut.; codd. A, E tacent *Israel*. Pro *Hesebon*, palimpsestus bobiens. *Sebeon*. Post *Dimitte* cod. A addit *me;* ut supra vers. 17.

20. *Israel verba* — Sixtini cum cod. A *Israelis verba;* codd. S, T, V *verba Israel*. Ante *terminos* cod. E tacet *per*. Pro *Iasa*, sixtini, cod. A et palimpsestus bobiens. cum plerisque graecis codicibus *Iassa;* reliqui codices fere omnes legunt vel *Iessa* vel *Iesca;* unde scholiastes in cod. M vere adnotavit: « Aliqui » antiqui *Iassa*, alii *Iescha* aut *Iessa*. » Conf. ad Deut. II, 32.

21. *in manus* — Sixtini, codd. A, E, F, X, Y, palimpsestus bobiens., antiquiores complures editiones *in manu;* accedunt hebraeus et veteres. Pro *qui percussit*, veteres editiones *et percussit*, quod sixtini, suffragantibus antiquis omnibus codicibus, emendarunt. Pro *habitatoris*, codd. D, F, Y *habitatores*.

23. *pugnante contra illum populo suo Israel* — In primis legunt *pugnantem* codd. G, I, K, S, U, X, palimpsestus bobiens., Bibl. Ordin., Hugo: mox cod. A praefert *contra eum:* dein codd. F, R, S, Y *pro populo;* cod. G tacet *Israel*, et legit *populum suum;* correctoria M, O notant: « Aliqui legunt *pugnantem contra populum suum Israel;* moderni vero *pugnantem contra illum populo suo Israel*. Hebraeus: *Et nunc Dominus Deus Israel eiecit » Amorrhaeum ante populum suum Israel, et » tu haereditaberis eum?* » Pro *nunc vis*, sixtini cum cod. A *vis nunc*.

24. *ea quae possidet* — Cod. B *eam qui possident;* codd. A 1. m., C, D, F, G, K, R, T, U, V, X, Y, palimpsestus bobiens., veteres editiones *ea quae possedit;* ad fidem aliorum codicum emendarunt sixtini; Augustinus testatur quosdam latinos habuisse *quaecumque possedit;* graeci codices cum edit. Complut. ὅσα κατεκληρονόμησεν. Mox cod. K tacet *victor;* nec repugnant veteres.

25. *nisi forte* — Bibl. Lugd. 1522. *ne forte*. Pro *melior es*, cod. K, Bibl. Rob. Steph. 1532., Ant. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544. *melior est;* palimpsestus bobiens. *melius est*. Pro *filio Sephor rege*, cod. K *filius Effor rex;* palimpsestus bobiens. *filius Sefior rege;* de iis qui legunt *Sepphor* conf. ad Num. XXII, 2. Post *contra* addunt *te* codd. F 2. m., V.

26. *habitavit* — Sixtini, codd. C, D, F, T, U, V, X, Cas. 3. *habitabat*. Pro *et viculis eius*, cod. E *et viculis suis;* Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1535., all. *et in viculis eius*. Mox tacent *et* sixtini, gregoriani, cod. A, Bibl. Complut., Reg. Pro *Aroër*, palimpsestus bobiens. *Arohel*, item Bibl. Ven. 1558.; Hieronymus III, 155. legit *Aruir*. Pro *et villis*, codd. U, X *et in villis;* codd. G, K, R rursum habent *et viculis*. Pro *vel in cunctis*, codd. N*, R, S, Cas. 2. *et in cunctis;* scholiastes in cod. N adnotat particulam *vel* hoc loco positam esse pro *sive*, aut pro *et*.

Ibid. *iuxta Iordanem* — Vetustissima hoc loco habetur lectionis varietas; nam legunt *iuxta Arnon* Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535. 1536., all.; huic autem lectioni adstipulantur hebraeus, chaldaeus, syrus, arabs, slav. ostrog. At vero latini codices, quos videre licuit, perinde ac graeci universi cuiuslibet aetatis summo consensu receptam Vulgati lectionem tuentur. Nemo autem facile negabit huius plenissimae consensionis maximam esse vim ad demonstrandum tum alexandrinos et Hieronymum non *Arnonem*, sed *Iordanem* posuisse; tum veteres correctores, qui, collatis hebraicis codicibus latina et maxime graeca Bibliorum exemplaria, saepius et ultra quam par fuisset castigarunt, numquam existimasse nostram lectionem veluti mendosam aut suspectam habendam esse. Hinc Bonfrerius scribit: « Mihi suspicio est a Rabbinis in hebraeo *Arnon* suppositum pro *Iordane*, cum etiam omnes codices versionis

» Septuaginta hic *Iordanem* habeant. Quam» quam si de rei veritate agitur, verum sit » utrumque; nam Israelitae urbes possede» bant Sehoni ereptas ad Arnonis et Iordanis » ripas. Hoc tamen loco magis Iordanes con» gruit, cum in praecedentibus iam mentio» nem fecisset Aroer et villarum eius, quae » ad Arnonis ripas sitae erant. » Haec ille; cui, ut alias saepe, subscribit Rosenmullerus, quin tamen illius nomen proferat: « Loco » *Arnonis*, inquit, graeca alexandrina inter» pretatio in codicibus omnibus exhibet *Ior*» *danem*. Quamquam utrumque sit verum, » quia Israelitae urbes Sihoni ereptas ad Ar» nonis et Iordanis ripas possederunt; hoc » tamen loco magis Iordanes congruere vide» tur, quum iam mentio facta esset Aroeris » eiusque municipiorum. » Ad hanc lectionis varietatem referenda videtur nota marginalis codicis gothic. leg. in qua legitur *quae erant circa Aaron*, ubi reponendum censemus *Arnon*. Codd. I, R, S *trans Iordanem*.

Ibid. *per trecentos* — Codd. E, G, S *per CCCC*; codd. F, Y *per centos*. Mox codd. C, E 1. m., V legunt *super hanc repetitionem;* nonnulli codices habent seiunctim *super hac re petitione*. Pro *tentastis*, codd. G, V, Bibl. Ven. 1484. 1492. 1494., Compl., Reg., all. *tentasti;* accedit graecus.

27. *ego pecco*—Tacent *ego* Bibl. Ven. 1492. 1494. 1497. 1498. Mox cod. A 1. m. tacet *me*. Pro *indicens*, cod. E *indices*. Pro *et inter filios*, codd. B, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Complut., Reg., all. *et filios*.

29. *Factus est*—Codd. A, G *Factusque est*. De *Maspha* conf. ad Ios. XI, 3.

30. *tradideris* — Cod. E 1. m. *tradiderit;* consentiunt nonnulli graeci codices qui legunt παραδῷ.

31. *fuerit egressus* — Codd. A, S *egressus fuerit*. Pro *de foribus*, cod. H *fores*. Pro *mihique*, codd. A, K, X *mihi quoque*. Pro *occurrerit*, Bibl. Ven. 1492. 1497. *curreret*. Pro *holocaustum*, palimpsestus bobiens. *holocausto;* huic favent syrus, armenus, georg., slavon. et codices hebraici qui legunt לעלה. Ceterum de voto a Iephte nuncupato, deque eius holocausti ratione, praeter alios plures, erudite ac subtiliter pertractat cl. Ghiringhello in suis *Praelectt. de libris histor. antiqui foederis, pag. 164. et seqq.*

32. *quos tradidit*—Cod. B *tradidit eos*. Pro *in manus*, cod. X, Bibl. Ven. 1533., Hugo *in manu;* item hebraeus et veteres.

33. *Percussitque*—Cod. A *Percussit itaque*. Pro *viginti*, codd. F 1. m., Y *duodecim;* cod. Cas. 1. *viginti quinque;* cod. G *decem*.

34. *Revertente* — Codices nostri omnes, et editiones veteres ante hentenianam an. 1547. legunt *Revertenti*, nec dubitamus hanc esse genuinam Hieronymi lectionem, illam vero ex mendo typographi lovaniensis exortam fuisse; quod quidem vitium eo facilius diligentiam fugit romanorum censorum, Lucae Brugensis, Bukentopii, aliorumque, quod nullum grave incommodum sensui afferebat. Post *occurrit* tacent *ei* codd. B, E, H, I, K, N*, Cas. 2., goth. legion., palimpsestus bobiens., alii codices memorati in cod. O, Rabanus I, 426. et graecus; at cf. Holmesius; scholiastes in cod. N animadvertit hebraeum et veteres codices illud pronomen legere.

Ibid. *filia sua*—Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, O, R, T, U, V 1. m., X, Y, gothic. leg., Cas. fere omnes, palimpsestus bobiens., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573., Rabanus l. c. Ex hisce testibus colligimus illud pronomen in latinis Bibliis ante seculum XIII. probabiliter lectum numquam fuisse. Pro *alios liberos*, cod. E legit tantum *liberos*.

35. *vestimenta sua* — Tacent *sua* Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569.; at codices non suffragantur. Mox cod. B tacet *et*. Pro *Heu me*, codd. Cas. 2. *Heu, heu me;* sixtini omittunt *me*, quibus suffragantur codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, N, N*, R, T, U, V, X, Y, Cas. 5., gothic. legion., Rabanus, Petrus Com.; item hebraeus et veteres. Animadvertat lector pro hac sixtinorum correctione facere vetustiores omnes latinos codices (deficit enim hoc loco palimpsestus bo-

biensis), etsi editionum suffragium prorsus desideretur.

Ibid. *filia mea* — Cod. B tacet pronomen; reliqui codices (exceptis G, S qui vulgatam lectionem servant), et editiones veteres habent *filia mi;* Sixtus censuisse videtur id esse mendosum; nam utrum *mi* pro vocativo feminino apud classicos auctores occurrat, dubitant eruditi. Certissime tamen nobis constat a Hieronymo usurpatum fuisse *mi* in vocativo feminino, prout suadent tum exempla in lexico Forcellini prolata, tum alia plura quae ex Vulgati codicibus proferri possunt. Singularis est scholiastes in cod. O qui grammaticam quaestionem soluturus scribit: « Antiqui et moderni habent *mi,* et est genitivus et dativus primitivi, sicut quidam dixerunt, ut Priscianus testatur; qui tamen his non consentit, sed vult quod *mi* sit tantum vocativus masculinus a possessivo *meus.* Sententia aliorum videtur approbata a Hieronymo et a poëtis, qui utuntur *mi* pro *mihi,* et recte; cum enim *h* non sit littera, sed adspirationis nota, ipsa dempta, et duobus *i* brevibus in producto *i* mutatis, pro *mihi* dicitur *mi;* nam apud antiquos *mihi* sine *c* scribitur. » Nemo dubitat *mi* per apocopen recte usurpatum esse pro *mihi;* at profecto Hieronymus hoc loco posuit *mi* pro vocativo. Margo cod. goth. legion. ea quae sequuntur ex graeco reddita habet: *impedisti me, instimulatio* (nota verbum novum) *doloris facta es mihi;* consentiunt graeci codices holmesiani, et Ambrosius apud Sabatierium.

36. *si aperuisti* — Tacent *si* codd. F, Y, Bibl. Paris. 1566.; nec obstant hebr. et vett.

37. *deprecor* — Cod. H, Rabanus l. c. *te deprecor.* Mox idem Rabanus tacet *meis.*

38. *ac sodalibus* — Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. *et sodalibus.* Pro *flebat,* codd. B, D 1. m. *flevit;* non male.

39. *increbruit* — Hanc lectionem ad fidem antiquiorum codicum sixtini intulerunt. Alii scribere malunt *increbuit,* quod et recentiores multae Bibliorum editiones prae se ferunt: variant enim tum libri, tum eruditorum sententiae; at plerisque eruditis prior scribendi ratio probatur. Codd. C, D, F, G, R, S, T, Y, et veteres editiones legunt *increvit.*

40. *in unum* — Cod. Cas. 1. addit *omnes.*

Cap. XII, 1. *orta est seditio* — Sixtini, codd. A, E, F, H, I, K, V, X, Y *orta seditio est;* Hugo *exorta est seditio.* Pro *ad Iephte,* Bibl. Paris. 1566. *in Iephte.* Pro *incendemus,* codd. A, D, E, F, T, U, Y, palimpsestus bobiensis *incendimus;* addunt *te et* codd. B, H, L 2. (seu Q), priores editt. Roberti Stephani, all.; nec obstant hebr. et veteres; cf. tamen Bukentopius pag. 164.

2. *vocavique vos* — Cod. R, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *vosque vocavi;* cod. Cas. 1. tacet *vos.* Pro *ut praeberetis mihi auxilium,* sixtini cum cod. A legunt *ut mihi auxilium praeberetis;* codd. C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, X, Y, palimpsestus bobiensis *ut mihi praeberetis auxilium.* Margo cod. gothic. leg. ex graeco habet: *Et dixit ad eos Iephta: Vir litigator eram ego et populus meus.* Sequutus est enim codices legentes ἀντιδικῶν, pro μαχητής.

3. *posui animam meam in manibus meis* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures cum palimpsesto bobiensi *posui in manibus meis animam meam;* Hugo *posui meam animam in manibus meis.* Iephte hac loquendi formula significat praesentissimo periculo se exposuisse. Notant autem eruditi eamdem locutionem adhibuisse Xenarchum apud Athenaeum lib. XIII. ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχων. Mox pro *in manus meas,* cod. B *in manu mea.* Pro *consurgatis,* palimpsestus bobiens. *consurgeretis;* egregia lectio.

4. *Vocatis itaque* — Sixtini cum cod. A *Vocatis igitur.* Pro *viris Galaad,* codd. G, R, S, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Ordin., Compl., Reg., Rob. Steph., all. *viris de Galaad;* huic lectioni obstant antiquiores omnes codices. Pro *pugnabat,* pauci ex codd. Cas., adstipulante syro, habent *pugnabant,* alii melius *pugnavit.* Pro *viri Galaad,* codd. Cas. 2. *viri de Galaad.* Pro *Ephraim, quia di-*

xerat, cod. G *Ephraim, quia dixerant;* palimpsestus bobiens., consentientibus hebraeo et antiquis interpretibus, legit *Ephraim, quia dixerunt;* codd. E, Cas. 2. praemittunt *de*. Pro *habitat*, codd. F 1. m., G, K, Cas. 1. *habitabat;* codd. X, Cas. 3. *habitavit*. Aliquod dubium sixtinis obortum fuerat hoc loco; at non satis apparet quid sibi voluerint dum uncis incluserunt verba *quia dixerat: Fugitivus est.*

5. *Occupaveruntque*—Codd. N, Cas. 1. *Occupaverunt;* codd. G, R, S, Cas. 3. et multi graeci codices addunt *viri*, quod in codd. N, O expungendum notatur. Pro *reversurus*, codd. A, C 1. m., K, Bibl. Rom. 1471., Reg., Paris. 1566. *reversus;* cod. G *reversi*. Post verba *de Ephraim numero* codd. Cas. 2. addunt *homo;* codd. P, R, S, Cas. 3. addunt *vir*, quod in codicibus N, O reiicitur. Pro *permittatis*, cod. G *dimittas;* codd. B, C, D, E, F, I, K, aliique fere omnes et veteres editiones *permittas*, quod ad fidem codicis A sixtini emendarunt; Brugensis quoque affirmat praeferendum esse plurale *permittatis*. Pro *dicebant*, cod. E *dicebantque;* codd. F, I *dicebant enim;* hebr. ויאמרו. Mox pro *Numquid*, sixtini cum cod. A *Num*. Pro *Ephrathaeus*, veteres aliquot codices et editiones minus recte *Euphrathaeus*.

6. *Dic ergo Scibboleth, quod interpretatur Spica. Qui respondebat, Sibboleth: eadem littera spicam exprimere non valens* — Quoad prius nomen *Scibboleth* ita ad fidem cod. A scriptum fuit a sixtinis, item a gregorianis seu potius ab Angelo Rocca. Reliquorum testium varietates breviter proferemus postquam notationem Martianaei recitaverimus: « Primum nomen istud apud hebraeos scri» bitur per *scin*, שבלת, *Schibboleth;* poste» rius autem habet *samech* סבלת, *Sibboleth:* » idque monet scholiastes noster, qui he» braeum elementum ס, vocat *zamach;* nisi » notariorum, librariorumque pronuntiatio» ne vel imperitia *zamach* illud fluxerit pro » *samech*. Quidam volunt litteram ש fuisse » prolatam ut *s* nostrum in principio dictio» nis; ס autem ut *s* inter duas vocales, tam» quam pronuntiaretur *Zibboleth*. Quae pro» fecto quadrant ad scholia Canonis hebrai» cae veritatis, uti perspicuum est; et ad le» ctionem insuper antiqui exemplaris ms. in » nostra bibliotheca obtinentis num. 1.; nam » in eo codice corbeiensis monasterii scri» ptum legimus: *Dic ergo Sebboleth, quod* » *interpretatur spica. Qui respondebat Zebbo*» *leth*, etc. Sic etiam habebatur olim in ms. » codice colbertino aniciensi num. 157. ubi » ab aliquo emendatore de *Zebbolet* factum » est *Tebolet;* quemadmodum superstitibus » adhuc litterarum vestigiis planissime de» monstratur. Alii autem docent hebraeorum » ש pronunciari ut *s* crassum, quod Ephra» thaei proferre nequiverunt, sed loco eius *s* » acutum proferebant, id est, pro *Schibbo*» *leth*, dicebant *Sibboleth*. Huic opinioni suf» fragari potest codex noster s. Germani n. 3. » quia utroque loco scribit *Sibboleth*, quasi » discrimen ש, et ס hebraeorum, nullum sit » apud latinos, praeterquam in sono pronun» tiantis. Notat denique R. David Kimhi eo» dem vitio Ephrathaeos laborasse, quo la» borant Galli non valentes sonare litteram » *scin*, sed eam efferentes ac si esset *thau* » raphatum; quod verum esse nemo non di» xerit, qui consulet mss. codices biblicos, » regium 3563., colbertinum 181., corbeien» sem 10., s. Germani 5. et 7., praecipue vero » 164., in quo *thau* raphatum reperitur, hoc » est *Thoboleth*, pro *Sibboleth* vel *Zibboleth*. » Caeteri legunt *Tebboleth*, nempe *t* pro he» braeo ס. At de his elementis, ac prolatione » eorum audiendus est ipse Hieronymus, qui » libro nominum hebraicorum litteram *s* non » praetermisit intactam: *Hoc nunc quoque*, » inquit, *in* s *littera sciendum est. Siquidem* » *apud hebraeos tres sunt* s *litterae; una quae* » *dicitur* samech, *et simpliciter legitur, quasi* » *per* s *nostram litteram describatur. Alia* sin, » *in qua stridor quidam non nostri sermonis* » *interstrepit. Tertia*, sade, *quam nostrae au*» *res penitus reformidant.* » His quae a Martianaeo fuse disputata sunt, pauca addimus. Pro *Scibboleth* ex nostris codicibus legunt

Sebboleth codd. B, C, D, E, F, O, T, V, Y, Cas. 18., item codices Vallarsii et antiquiores editiones; at vero Sixtus cum Bibl. Ord., Rob. Steph. et Lov. *Schibboleth;* codd. G, I, R, S, Bibl. Ven. 1482., Complut., Reg., all. *Seboleth;* cod. H, Bibl. Ven. 1533. *Sibboleth;* palimpsestus bobiens. *Sedbolech.* In sequenti voce *Sibboleth* conveniunt non paucae ex antiquis editionibus; at codices et reliquae editiones maximam prae se ferunt lectionum varietatem. Codd. A, B, E, G, I, K, R, S, U, V, Cas. 7., goth. legion., Biblia Mogunt. 1462., Rom. 1471. *Thebboleth;* codd. N*, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480., all., Hugo *Chebboleth;* Bibl. Ven. 1482., Lugd. 1522., all. *Cheboleth;* Bibl. Complut., Reg. *Ceboleth;* Bibl. Lugdun. 1535. 1536. *Chiboloth;* codd. C, D, F, T, Y, Cas. 14. *Gebboleth;* palimpsestus bobiens. *Iebblec;* codd. N, X *Sebboleth;* cod. H, Bibl. Ven. 1533. *Zibboleth.* In cod. M legitur: « *Dic ergo Seboleth;* quod sequitur: » *quod dicitur interpretatum spica,* hebraeus » non habet. *Qui respondebat Theboleth.* Apud » hebraeos ea littera, quae est in principio » dictionis *Seboleth,* fortiter sonat, scilicet » sicut *s* in principio dictionis, vel sicut du- » plex *s* inter duas vocales. *Theboleth* pro- » nunciandum est tenuiter, et ideo scribitur » per adspirationem; aliter enim sonat *theth,* » aliter *thau:* at male quidam pronunciant » *Matthaeus* sicut *Mattaeus.* Talis modus lo- » quendi in multis est, quibus *s*, et *c* pro » una littera sonat, ut *fasies* pro *facies,* alii » peius dicunt *fachies;* tales cito periclitaren- » tur cum Ephrathaeis, sicut et alii qui di- » cunt *Lasarus,* pro *Lazarus.* Quod etiam se- » quitur *eadem littera spicam exprimere non* » *valens,* hebraeus non habet. » Denique praetermittere non debemus aliud singulare scholion quod in cod. N habetur: « *Dic ergo Seb-* » *boleth, quod interpretatur spica. Qui respon-* » *debat Sebboleth.* Non est ibi *Theboleth* vel » *Ceboleth,* licet sonus litterae *samech* ali- » quantulum assimiletur, quae est in *Sebbo-* » *leth* prout Ephrataei proferebant. Cum igi- » tur tres diversae sint litterae *s* apud he- » braeos, quae sunt *sade* et *samech,* quae » ambae exiliter sonant, et *sin,* quae fortius, » quae tres litterae idem sunt elementum, » quod per unum *s* designatur, oportet quod » utrobique sit *Sebboleth:* vel imitari debere- » mus sonum hebraicum dicentes *Ioceph,* pro » *Ioseph,* et *Cina,* pro *Sina,* quia talis littera » *s* est ibi sicut in secundo posito nomine » *Sebboleth:* dicemus etiam *Cion,* pro *Sion,* » ubi *sade* quoque est littera. Igitur iuxta » antiquos et hebraeum dicamus et scriba- » mus *Sebboleth* secundum nomen, tamquam » prius. Require ad II Reg. XXI. (v. 18.) et » I Paral. XX. (v. 4.) Littera autem *b* apud » nos geminatur, quia *beth* littera hebraica » in ventre punctum habet. » Margo codicis gothic. leg. latinam veterem ex graeco interpretationem servat, quae sic se habet *Dicite ergo compositio spicae* (fortasse *spica*); *et non dirigebant loqui sic.* Geminae lectionis interpretatio coaluisse videtur; nam recepta lectio habet Εἶπον δὴ στάχυς; at sunt codices non pauci legentes Εἴπατε δὴ σύνθημα; unica est editio Compl. quae habet utrumque Εἴπατε δὴ στάχυς σύνθημα.

Ibid. *Et ceciderunt* — Cod. Cas. 1. *Et occiderunt.* Pro *illo tempore,* cod. B *illo die,* ut georg. Vix est cur moneamus quadragintaduo hominum millia non ad Iordanis vada fuisse iugulata, sed perpaucos inibi caesos, plerosque in praelio aut per agros et vias palantes et vagos peremptos fuisse.

7. *Iudicavit itaque* — Codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, S, T, U, V, X, Y, Cas. 17., palimpsestus bobiens. *Iudicavitque.* Pro *Galaadites* rursum palimpsestus bobiens. *Galaaditides;* cf. ad X, 3. Pro *sex annis,* codd. U, V *septem annis;* item Auctor *de geneal. Patr. LIX, 539.* Mox palimpsestus bobiens. tacet *et.*

8. *iudicavit Israel* — Cod. A *iudicavit in Israel;* vide infra ad vers. 13. et 14. Pro *Abesan,* sixtini, codd. A, E, G, I, Bibl. Mogunt. 1462., Ven. 1476., Compl., Reg., all., Hugo, Petrus Com. *Abessan;* concinit graecus.

9. *maritis dedit* — Sixtini cum cod. A *maritis tradidit.* Pro *filiis suis accepit uxores,*

palimps. bobiensis *accepit uxores filiis suis.* Post *introducens* cum cod. A sixtini particulam *in* expungunt.

10. *ac sepultus* — Cod. A addit *est.*

11. *Ahialon*—Sixtini, codd. B, C, X, Cas. 2. *Ahilon;* cod. A *Hiailon;* alii *Aialon;* graecus Αἰλώμ; Beda I, 529. *Achialon:* ab his recedunt codd. H, L, Q, priores editiones Rob. Steph., all. legentes *Elon,* quod saepius in Vulgato recurrit pro hebraeo אֵילוֹן. Mox pro *iudicavit Israel,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, I, U, Y *iudicavit Israelem.*

12. *in Zabulon*—Hebraeus et plerique veterum habent *in Aialon in terra Zabulon;* apud Hieronymum III, 158. legimus: « *Aialim* (Eusebius Αἰαλίν) civitas in terra Zabulon, de qua fuit ille Aialon, qui iudicavit populum Israel. » Cum Vulgato tamen faciunt arabs, nonnulli codices holmesiani, Auctor *de geneal. Patr. l. c.* et cod. 168. Kenn.

13. *iudicavit Israel* — Codd. A, E, palimpsestus bobiens. *iudicavit in Israel;* vide vers. sequenti. Pro *Abdon,* cod. A *Abdo.* Pro *Illel,* Sixtus cum Bibl. Ord., Rob., Steph. et Lov. *Elel;* plerique codices et antiquiores editiones *Hellel;* cod. B et Hieronymus III, 47. *Allel;* sixtini, gregoriani et Toletus ad fidem codicis A et hebraici textus hodiernam lectionem intulerunt; cf. Bukentopius p. 402. Pro *Pharathonites,* Bibl. Lugd. 1536. 1537. *Pharaonites;* Hugo de s. Charo notat: « Hoc nomen *Hellel Phara* non legitur in libro de hebraeis nominibus: unde dicunt veriorem litteram esse *Helles Pharonites,* a *Pharoth* loco, ubi sepultus est iste Abdon. » Vide infra ad vers. 15.

14. *septuaginta* — Codd. Cas. 2. *triginta;* consonat cod. 149. Kennicotti. Margo cod. goth. legion. ex graeco habet *LXX. equos;* at graecus legit ἑβδομήκοντα πώλους. Pro *iudicavit Israel,* codd. A, D, E, F, I, Y, Cas. 1. *iudicavit in Israel;* alias fere omnes laudati codd. vel cum Vulgato faciunt, aut legunt *iudicavit Israelem;* cf. supra verss. 7. 8. 9. 11. 13.

15. *mortuusque est, ac sepultus* — Cod. Y *mortuusque ac sepultus est.* Pro *Pharathon,* cod. B *Pharaathon;* cod. K *Pharathonite;* palimps. bobiensis *Frathon;* Hieron. III, 214. *Fraaton;* notat Hugo de s. Charo alios legere *Pharaam.* Pro *Amalec,* codd. I, O, P, T, V *Amalachi;* codd. D, F, Y *Amalichi;* cod. M notat: « Hieronymus *Amalech;* hebraeus *Amalechi;* aliqui *Amalechim* vel *Amalachim.* » In cod. N sedulo adnotatum legimus: « Hebraeus et antiqui *in monte Amalechi* (alii *Amalichi*). Sicut nomen gentile derivatur apud nos de *Iuda Iudaeus,* de *Chanaan Chananaeus,* sic apud hebraeos de *Iuda Iudi,* de *Chanaan Chanani,* de *Amalech Amalachi* (secunda manu *Amalechi*), quod hic accipitur. » Est enim in sacro textu עמלקי, nempe *Amalekitarum.*

Cap. XIII, 1. *in manus* — Codd. A, G *in manu;* item hebraeus et veteres. Mox cod. Cas. 1. tacet *quadraginta annis.* Multi codices hunc versiculum ad cap. XII. referunt, atque a sequenti vers. incipiunt cap. XIII.

2. *quidam vir* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, aliique fere omnes, Rabanus, Petrus Com., Thomasius I, 64., Brev. goth. p. 242. *vir quidam.* Post *Saraa* cod. S et Brev. goth. l. c. tacent *et;* quibus consentiunt hebr. et veteres, excepto arabe. Pro *Manue,* codd. B, K cum alexandrino constanter *Manoe;* palimps. bobiens. *Manuhe;* hebr. מנוח.

3. *et absque* — Rupertus tacet nexum.

4. *bibas vinum*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures, Rabanus, Rupertus *vinum bibas.* Mox pro *nec immundum,* codd. A, C, D, E, F, I, T, Y *ne immundum.*

5. *quia concipies, et paries* — Sixtus habet tantum *quia paries;* quod mendo typographi adscribit Bukentopius pag. 402.; Toletus adnotat: « Adde *concipies et;* sic hebr., graecus, Ordin., Compl., Reg., Lov. et alii codices; et omnino addi debent. » Pro *non tanget caput novacula,* codd. F, Y *caput non tanget novaculam.* Pro *erit enim,* cod. B *erit autem.* Pro *nazaraeus Dei,* nonnulli codd. Cas. *nazaraeus Domini;* Brev. goth. l. c. tacet *Dei* (cf. infra v. 7.); et post *utero* tacet *et;* cf. Sabatierius.

6. *ad maritum suum*—Omittunt pronomen

codd. B, C, D, E, F, I, K, O, T, U, X, Y, Cas. 15., goth. leg., Brev. goth. l. c.; cod. Cas. 1. legit *ad virum suum*. Vulgato consentiunt longe plures graeci codices, itemque Augustinus in verbis *Quem cum interrogassem,* licet hebraeus et reliqui veteres legant *Et non interrogavi eum*. Bonfrerius et Cornelius a Lapide censent negationem superfluam esse; contra necessariam existimat illam Calmetus, qui tamen, nostra quidem sententia, minus recte contendit Augustinum subodorasse necessitatem huius negationis. Pro *et unde venisset, et quo,* Brev. gothic. l. c. *aut unde venisset, aut quo*. Mox pro *dicere,* cod. E 1. m. *indicare;* huic favent hebraeus et veteres.

7. *hoc respondit* — Codd. V, Cas. 2. cum hebraeo et antiquis interpretibus, interponunt *mihi*. Pro *nec siceram,* codd. B, G, I, K, palimpsestus bobiens. et Rabanus *ac* (vel *et*) *siceram;* ut supra vers. 4.; item hebraeus et graecus. Verum scholiastes in cod. N animadvertit: « Modo ponit interpres unam negationis particulam plus quam prius, et tamen eodem sensu. Require Deut. XVIII. (v. 10.) » Post *nazaraeus* tacent *Dei* codd. F, V, X, Y, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. et cod. 237. holmesianus: alii legunt *Domini;* unde cod. N notat: « Lege *Dei,* quod hebraeus et antiqui habent sicut supra (v. 5.). »

Ibid. *ex utero matris suae* — Praemittunt *et,* ut supra v. 5., Sixtus, codices fere omnes, veteres editiones, Brev. goth. l. c., Rabanus. At vero illam particulam hoc loco abiecerunt sixtini et gregoriani, nec legunt codd. A, D 1. m., X; unde Toletus: « Non legunt *et* hebraeus, graecus, mss. et Congregatio. » Cf. Bukentopius p. 402. In cod. vaticano 6879. anonymus scribit: « Veteres codices non habent *et:* et bene. » Tacent *suae* codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures, Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483., Rabanus, Brev. goth. l. c. Nonnulli codices Cas. tacent quoque pronomen *suae* post *mortis*.

8. *Dominum* — Codd. E, G, I, S, Cas. 4., palimpsestus bobiensis, Brev. gothic., l. c. *Deum;* codd. B, D, V *ad Dominum;* hebr. אל־יהוה; graecus πρὸς Κύριον, sed conf. Holmesius. Mox in Brev. goth. l. c. omittitur *Dei*. Pro *et doceat,* codd. F, Y *ut doceat*. Ante *debeamus* addunt *nos* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566.; at cod. O notat id expungendum, quamvis apud graecos legatur. Post *nasciturus est* pauci codd. Cas. addunt *nobis*.

9. *Exaudivitque Dominus* — Codd. F, Y, Bibl. Ven. 1482. *Exaudivit Dominus;* Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535., all. cum hebraeo et graeco, *Exaudivitque Deus*. Pro *deprecantem,* sixtini et prima manu gregoriani cum cod. A *precem;* Toletus quoque memorat codices hanc lectionem praeferentes; at codd. B, C, D, E, G, H, I, R, S, T, U, V, X, gothic. leg., palimpsestus bobiens., Brev. goth. l. c., Dionysius Carthus. *precantem*. Pro *Angelus Dei,* codd. A, B, C, F, G, I, K, N*, R, S, X, Cas. 7., palimpsestus bobiens., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Ordin., all., Hugo, Brev. gothic. l. c. *Angelus Domini,* uti supra v. 3. et in seqq. saepe; attamen cod. N adnotat: « Hebraeus et antiqui habent *Dei*. »

10. *nunciavitque ei, dicens* — Brev. gothic. l. c. *Dixitque ei;* cod. A tacet pronomen; in cod. E desideratur nexus. Mox cod. Cas. 1. et Brev. gothic. l. c. omittunt *vir*. Pro *ante,* Bibl. Lugd. 1535. *antea*.

11. *ad virum* — Cod. I *ad eum;* cod. V addit *Dei;* cod. A addit *suum;* et mox pro *Et ille,* idem codex habet *Cui ille*.

12. *a quo se observare debebit* — Brev. goth. l. c. *quod observare debeamus;* codd. F, X, Y *a quo se debebit observare;* pauci codd. Cas. et nostri I, S legunt *quomodo se observare debebit;* cod. E particulam *a* tacet. Recte notant codd. Cas. hebraeum legere: *Quod erit ius pueri, et opus eius?*

13. *Angelus Domini* — Codd. B, V *Angelus Dei,* ut v. 9. Pro *abstineat se,* codd. C, T, X, Cas. 2. et Sirletus *abstinebit se;* Bibl. Lugd. 1535. omittunt *se*.

14. *et quidquid* — Bibl. Ord., Rob. Steph. 1532., all. tacent coniunctionem; item hebraeus et veteres. Pro *ex vinea,* cod. Cas. 1.

de vinea. Animadverte sermonem esse non de puero, sed de matre, etsi ex Vulgato non satis id appareat.

15. *Dixitque*—Antiquiores editiones, cod. R *Dixit itaque*. Pro *Domini*, codd. Cas. 3. *Dei*. Mox cod. G tacet *te*. Pro *faciamus*, codd. E, G, Cas. 1., Brev. gothic. l. c. *faciemus*; item hebraeus et veteres; codd. B, Cas. 1. *faciam*; cod. X *adducam*.

16. *respondit Angelus* — Addunt *Domini* codd. F, V, X, Y, Cas. 2., Rabanus; consentiunt hebraeus et veteres. Pro *si autem*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, aliique fere omnes, Hugo, Rabanus *sin autem*. Mox pro *Domino*, Brev. gothic. l. c. *Deo*. Pro *Angelus Domini*, codd. B, C, D, F, G, I, O, T, U, V, X, Cas. 14., palimpsestus bobiensis, Rabanus *Angelus Dei*; item Augustinus.

17. *honoremus*—Codd. R, S, Cas. 3., Brev. gothic. l. c. *honorificemus*; consentit Augustinus in *Spec*. edit. Maii, c. II.

18. *Cur quaeris nomen meum, quod est mirabile?*—Brev. gothic. l. c. *Nomen meum est mirabile*. Sunt enim qui, collato Isa. IX, 5., nomen פלי pro Angeli nomine accipiendum existimarunt. Cf. ad Gen. XXXII, 29.

19. *libamenta*—Palimpsestus bobiens. *libamina*. Pro *super petram*, pauci codd. et edd. *supra petram*. Pro *facit*, cod. E, Brev. goth. l. c. *fecit*.

20. *ascenderet*—Cod. Cas. 1. *ascendisset*. Pro *altaris*, cod. E *ignis*. Pro *pariter in flamma*, legunt *in flamma pariter* sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, I, K, T, U, V, X, palimpsestus bobiens., Hugo, Rabanus, Rupertus. Ab hoc loco nos deserit codex E, uti praescripsimus in *Proleg. tom. 1. pag. LXXXVI*. Pro *vidissent*, codd. F, G, K, R, X, Y, Cas. 7., alii memorati in cod. O, antiquiores editiones fere omnes *vidisset*. Apud Augustinum, uti alias saepe, legitur *expectabant* pro *spectabant*; cf. infra ad XVI, 27. Pro *proni ceciderunt*, cod. Cas. 1. *proiecerunt se*.

21. *ultra eis non*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, I, K, S, T, U, V, X, Y, palimpsestus bobiens., Brev. gothic. l. c., Rabanus *ultra non eis*. Pro *Domini esse*, sixtini, et praeter laudatos codices, cod. H, Brev. goth. l. c., Hugo *esse Domini*.

22. *vidimus Deum*—Sixtus, codd. F, G, I, R, S, Y, veteres editiones fere omnes, Gregorius M. 1, 164. IV, 136., Rabanus, Petrus Com. *vidimus Dominum*; hodiernam lectionem ad fidem antiquiorum omnium codicum intulerunt sixtini et gregoriani; unde Toletus: « Lege *Deum*; sic mss., hebr., graecus, Com» plut., Reg. et Congregatio. »

23. *Si Dominus nos vellet occidere*—Sixtini, codd. A, X *Si vellet Dominus occidere nos*; codd. F, Y *Si Dominus vellet occidere nos*. Pro *holocaustum*, codd. F, G, V, Y *holocausta*; item pauci graeci codices. Pro *nec ostendisset*, codd. C, D, F, H, R, S, T, U, V, X, Y, Cas. 17., Hugo *sed nec ostendisset*.

24. *Samson*—Notant correctoria quosdam perperam legisse *Sampson*, alios *Sanson*; illud graecorum, istud vero italorum proprium fuisse videtur.

25. *in castris Dan*—Magis recte scriberetur *in Castris Dan*; ex ipso enim Vulgato infra ad XVIII, 12. satis patet hoc esse loci nomen proprium; cod. G tacet *Dan*. Pro *Esthaol*, cod. B *Estaal*; conf. ad Ios. XV, 33.

Cap. XIV, 1. *Descendit ergo*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, I, K, R, S, T, U, V, X, Cas. 13., goth. leg., palimpsestus bobiens., Hugo, Rupertus, Petrus Com. *Descendit igitur*. Pro *vidensque ibi*, Brev. gothic. pag. 243. *vidensque illic*.

2. *matri suae*—Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, G, H, I, K, O, T, U, V, Cas. 14., goth. leg., Brev. goth. l. c. et armenus. Pro *mihi accipiatis*, Bibl. Lugd. 1535. *accipiatis mihi*.

3. *dixerunt*—Cod. B *dixit*; concinunt hebraeus, chaldaeus in polygl. Ant. et graecus; at conf. De-Rossi et Holmesius. Pro *pater et mater sua*, Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *pater suus et mater*; item pauci graeci codices; at reliqui cum hebraeo pronomen utroque loco efferunt. Pro *in filiabus*, Brev. goth. l. c. *de filiabus*. Mox cod. gothic.

legion. tacet *et*. Pro *populo meo*, Sixtus, codd. C, D, F, H, I, O, S, T, U, X, alii mss. apud Martianaeum, veteres editiones *populo tuo;* item syrus, arabs, et apud Holmesium non pauci graeci codices, quos sequitur Houbigantius; cod. G *populo nostro*. At sixtinis et gregorianis, qui emendarunt, adstipulantur codices A, B, K, R, V, gothic. leg., Cas. 14., Urbinas, palimpsestus bobiens., aliique apud Sirletum; unde Toletus: « Lege *meo;* sic he-» braeus, graecus, mss., margo Ordin. et » utraque Congregatio. » Rosenmullerus et Maurerus Dathium refellunt, qui contendebat legendum עמך pro עמי. Pro *de Philisthiim*, codd. B, I *de filiabus Philisthiim;* consentiunt tres codices hebraici et unus chaldaicus apud De-Rossi, quatuor graeci apud Holmesium, et arabs. Pro *mihi accipe: quia*, Brev. goth. l. c. *accipe mihi: quia;* codd. B, goth. legion. *mihi accipe uxorem, quae*. Post verbum *placuit* cod. Cas. 1. addit *in;* cf. infra v. 7.

4. *occasionem* — Maior pars veterum editionum habet *occasiones*. Pro *eo enim tempore Philisthiim*, codd. K, palimpsestus bobiensis et Brev. gothic. l. c. *qui;* cod. B pro *eo*, legit *hoc*. Pro *Philisthiim dominabantur*, codd. R, S, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. *dominabantur Philisthiim*. Pro *Israeli*, codd. C, D, F, aliique cum palimpsesto bobiensi *Israel*.

5. *et matre* — Addunt *sua* codd. F, G, V, X, Y, Cas. 1., Bibl. Lugdun. 1535.; item hebraeus et veteres. Mox pro *venissent*, codd. I, K, X, palimpsestus bobiens. *venisset;* concinit alexandrinus. Pro *oppidi*, cod. Cas. 1. *Engaddi*. Ante *rugiens* tacent *et* codd. A, B, C, D, F, G, H, I, R, S, T, U, V, X, Y, Cas. plures, gothic. leg., palimpsestus bobiensis, Brev. gothic. l. c., Hugo. Vulgatus habet *saevus, et rugiens* pro eo quod hebraeus legit tantum שאג, *rugiens*. Pro *occurrit ei*, codd. A, C, F, G, I, O, S, T, U, V, Y, Cas. 3. *occurrit eis;* obstant hebraeus et veteres.

6. *quasi hoedum* — Cod. goth. leg. *quasi si hoedum*. Pro *discerpens*, quod ad fidem codicis A intulerunt sixtini, Rupertus legit *decerpens;* codd. C, D, F, I, O, R, S, U, V, X, Y, Cas. plerique et veteres editiones fere omnes *decerperet;* codd. H, Cas. 5., aliique apud Sirletum, Bibl. Lugdun. 1535. 1536. *discerperet;* cod. G *descerperet;* vetus Itala videtur habuisse *discerpsit;* codd. B, K, palimps. bobiens. et Brev. gothic. l. c. *concerperet*. Mox Brev. gothic. l. c. tacet *et matri*.

7. *oculis* — Codd. B, X *in oculis;* hebraeus quoque et chaldaeus praeferunt בעיני; immo et graecus receptus habet ἐν ὀφθαλμοῖς, sed plures graeci codices legunt ἐνώπιον.

8. *aliquot dies* — Codd. A, B *aliquos dies*. Pro *apum*, codd. A, C, D, F, I, Y *apium*. Pro *in ore leonis*, sunt qui legendum autumant uti habet margo Ordin. *in corpore leonis*, de quibus sermo erit in notis ad sequentem versiculum. Pro *ac favus*, Bibl. Ord. paucique codices *et favus*.

9. *comedebat* — Cod. Cas. 1. *comedit*. Pro *et matrem*, sixtini, codd. A, D, F, V, X *et ad matrem*. Pro *assumpserat*, quidam codices Cas. *sumpserat*.

Ibid. *de corpore leonis* — Codd. G, L 10., N*, P, R, S, Cas. 7. *de ore leonis*, ut in superiori versiculo. Communem receptamque Vulgati lectionem tuetur in suis *notationibus* Lucas Brugensis, quia hanc multi latini codices cum hebraicis et chaldaicis sequuntur. Dein pergit: « Epanorthotes, secundum alios lati-» nos codices *de ore leonis* legendum censet: » mutationem ex hebraeo factam existimat. » Sed cur magis ex hebraeo verbum *ore*, » quam ex versu praecedenti mutatum est » verbum *corpore?* immo vero id potius vide-» tur, interpretem hoc loco vertisse *corpore*, » scriptorem autem substituisse quod prae-» cedenti versu legerat *ore*. . . . Sane manu » scripta nostra et antiquiora et correctiora, » cum plerisque impressis codicibus, supe-» riori versu *ore*, isto *corpore* legunt. Tostatus » etiam diserte annotat, libris nostris prius » *ore*, posterius legi *corpore*, cum hebraeis » idem utrobique sit nomen. Atque hac in » parte noster interpres forte graecam trans-» lationem sequutus est: habet enim eodem

» paene modo, versu octavo *et ecce examen* » *apum in ore leonis;* versu nono *quod ex cor-* » *pore leonis extraxerat mel.* Priori enim loco » determinatam corporis partem, quam ae- » nigmatis verba, *De comedente exivit cibus,* si- » gnificare videntur, interpretes indicandam » censuerunt. Posteriori, corporis seu cadave- » ris vocabulum, quod conveniret aptius, reti- » nendum iudicarunt. Quod Epanorthotes ait, » graece legi *ore,* de versu praecedenti verum » est, sed hoc versu non invenimus. Quae » namque consuluimus exemplaria ἐκ τῆς » ἕξεως habent, vel, quae vaticani codicis » lectio est, ἐκ τοῦ πτώματος. Porro ἕξις » pro *corpore* hoc loco accipitur, qua signifi- » catione apud classicos scriptores reperitur. » . . . Germana igitur videtur noni versus le- » ctio *quod mel de corpore leonis assumserat.* » Huic sententiae libenter subscribimus; at falsus est Lucas Brugensis in iis, quae de Epanorthote et de graeca versione protulit. Nam quum correctorium nostrum M ad verba versiculi 8. *in ore leonis,* adnotasset: « Hebraeus » habet *in corpore leonis* et hic, et infra, quia » examen natum erat inter costas cadaveris » leonis; » et ad v. 9. animadvertisset: « Hic » conveniunt quidam antiqui cum hebraeo le- » gentes *de corpore leonis;* » auctor correctorii nostri N, quod est *Epanorthotes* Lucae Brugensis, quodque notulas superioris correctorii castigare solet, perspicue scribit: « *Et ecce* » *examen apum in ore leonis erat* (v. 8.); et in- » fra *quod mel de corpore leonis assumpserat* » (v. 9.). Sed pro *ore* (v. 8.) ponunt *corpo-* » *re,* quod modernus hebraeus habet utrobi- » que. Sed usque nunc omnes libri habue- » runt quod dicitur *ore.* Nonne magis debeo » praesumere pro libro Christiani, quam Iu- » daei? Verum esto quod numquam fuerit in » hebraeo *ore,* sed *corpore;* nonne potuit de- » terminare qua parte corporis? Probabile est » quod in foramine faucium, quia infra dixit » ipse cantans *De comedente exivit cibus.* Sic » igitur ipse textus insinuat et propter hoc, » vel quia et antiquum hebraeum habuit; » graeci enim interpretes habent *ore;* sed et » glossa Isidori dicit *ore.* Qua ergo audacia » deletur littera communis? Infra enim dici- » tur: *Cum cives illius loci vidissent* (v. 11.); » hebraeus non habet *cives;* numquid cur- » remus et delebimus decem millia talia? » Require supra V. (v. 10.) et Levit. XXIV. » (v. 11.). » Tota igitur quaestio quam Epanorthotes ad versiculi octavi tuendam lectionem pertractat, a Brugensi perperam relata est ad nonum versiculum. At fortasse aliquod fuit in eius codice vitium quod illum fefellit. Ad graecos interpretes quod pertinet, codex vaticanus, vaticana editio et plerique codices habent στόματι versiculo 8., et στόματος vers. 9.; huic autem interpretationi consentit et Symmachus (cf. Montfauconius et Holmesii *Append.*). Priori loco solus est cod. 76. holmesianus qui habet πτώματι; codici autem alexandrino minus recte tribuit Holmesius σώματι; constat enim ex editione Herveii Baberi illum legere στόματι. Altero loco duodecim numerantur codices, praeter veteres editiones, qui habent ἐκ τῆς ἕξεως; at vero animadvertendum est hos ipsos codices non omnino adversari; nam pro eo quod nos legimus *Quem cum sumpsisset manibus,* habent Καὶ ἐξεῖλεν αὐτὸ (scilicet τὸ μέλι) ἐκ τοῦ στόματος τοῦ λέοντος, vel εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ; cui lectioni accedunt armenus, georg. et slavonicus. Item, ni fallimur, vetus Itala apud Sabatierium; nam etsi in versu 8. Ambrosius legisse videtur *in corpore,* seu, uti alias habet, *in utero leonis;* tamen ex priori parte versus 9. censendus est derivasse verba *et mel sustulit de ore eius;* item Auctor libri de Promiss. *favum mellis in ore leonis suspiciens abstulit.* Cf. Isidorus III, 63. V, 503., Beda IV, 429. Hinc Schleusnero (*Lexic. V. T. tom. V. p. 116.*) persuasum est alexandrinos interpretes voce στόματος reddidisse hebraicum verbum גויה, aliorumque criticorum coniecturas respuit, qui reponendum existimabant σώματος aut πτώματος.

10. *Samson* — Bibl. Lugd. 1535. *Samsoni,* sic et alibi. Pro *consueverant,* palimpsestus

bobiensis *consuerant;* cf. supra ad VIII, 24. Exod. XXI, 7. Lev. XXII, 13.

11. *Cum ergo*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, aliique plures cum palimpsesto bobiensi *Cum igitur.* Mox tacent *illius* sixtini, codd. A, D, F, I, K, T, U, X, Y, palimpsestus bobiens., Brev. goth. l. c. Pro *ut essent,* Sixtus, veteres editiones et codices fere omnes *qui essent;* hodierna lectio a sixtinis et gregorianis ex cod. A derivata fuit; unde Toletus: « Lege *ut essent;* sic mss. et utraque Congre» gatio. In hebraeo et graeco est *et erant cum* » *eo.* » Cf. Bukentopius p. 403.

12. *Proponam*—Palimpsestus bobiensis et Petrus Com. *Propono;* item alexandrinus; sed plures graeci codd. pro *προβάλλομαι*, legunt *προβαλῶ.* Pro *problema: quod,* palimpsestus bobiens. habet ΠΡΟΒΛΗΜΑ. *quaestionem. quod;* cod. A legit *problema.* ΠΡΟΒΛΗΜΑ. *quod;* cod. K *problema, quaestionem, quam;* cod. I *problema, quaestionis, quod;* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. *quaestionis problema, quod;* Martianaeus testatur duos latinos codices, ex iis quibus utebatur praetulisse vocem *problema* scriptam ut supra expressimus, litteris graecis. Item in sequentibus verss. 13. 15. 16. 19. Ex hisce autem testibus recte colligi posse videtur Hieronymum ipsam graecam vocem, graecis litteris conscripsisse, quam alii interpretati sunt per *quaestionem,* alii plures retinuerunt, sed latinis litteris conscripserunt. Mox pro *intra,* aliqui habent *infra,* inquit Hugo. Pro *totidem tunicas,* codd. K, Cas. 4. *eiusdem numeri tunicas,* uti est in vers. sequenti; cod. M hanc lectionem modernis adscribit, et notat hebr. legere *XXX. mutatoria;* margo cod. goth. leg. ex graeco habet *XXX. stolas vestimentorum.*

13. *sin autem non*—Bibl. Lugdun. 1535. *sin autem;* alii legunt *si autem non;* conf. ad Gen. XXXIV, 17.; Brev. goth. l. c. *sin autem vos non.* Pro *eiusdem numeri,* cod. Cas. 1. *totidem,* ut superiori versu. Mox cod. Cas. 1. tacet *ei;* item quatuor codices hebraici apud Kennicottum, et unus holmesianus. Post *problema* cod. K iterum addit *quaestionis.*

14. *de forti*—Codd. A, C, D, F, T *de forte.* Pro *per tres dies,* cod. gothic. legion. *per sex dies;* sequitur enim *Cumque adesset dies septimus;* simili coniectura graecus, syrus et arabs legunt quidem hoc loco *per tres dies,* sed mox subiiciunt *Cumque adesset dies quartus;* vide notam sequentem.

15. *Cumque adesset dies septimus*—Petrus Comestor hanc sibi proponit quaestionem: « Quomodo septem diebus flebat, uti dicitur » v. 17., cum hic legamus venisse ad eam » iuvenes die septimo? » Hanc autem difficultatem ita solvit: Potest dici *Cum adesset dies septimus,* id est, cum adhuc esset dies inter septem primus: vel cum appropinquaret, sed nondum esset; quod autem dicitur septem diebus flevisse, hoc est, in illis septem, non per illos. Quidam tamen corrigunt ita: *Cumque adesset dies unus;* quod vitio scriptoris reor factum, qui videns *septem* abbreviatum, aestimavit legi *unum.* Eadem fere habet Hugo de s. Charo. At vero Hugo de s. Victore scribit: « Verum est quod dicitur quod per tres » dies non potuerunt solvere propositionem. » Quod autem sequitur: *Cumque adesset dies* » *septimus,* per se legendum est, ac distin» guendum, ut sequenti clausulae non copu» letur, sic: *per tres dies non potuerunt sol-* » *vere propositionem. Cumque adesset dies se-* » *ptimus:* hic suspende, ut subaudiatur, tunc » solverunt eam. Et quomodo solutionem eius » invenerint subiungit; quia locuti sunt ad » uxorem Samson; locuti sunt scilicet post » diem tertium cum defecissent. Et illa, pre» cibus eorum susceptis, flevit apud virum » suum septem diebus convivii; non tamen » totis septem diebus; sed quatuor diebus, » qui superfuerunt de septem post tres. Fle» vit igitur septem diebus, id est in illis se» ptem diebus flevit: flevit septem diebus, id » est usque ad consummationem septem die» rum. » Cf. De-Rossi *Variae Lectt.*, Houbigantius, Maurerus, all. Post *problema,* cod. K addit *quaestio;* cf. ad v. 12. Pro *incendemus,* codd. F, palimpsestus bobiens. et Brev. goth. l. c. *incendimus;* addunt *et* codd. C, D, F, I,

T, U, X, Y, goth. leg., Cas. 14., palimpsestus bobiensis, Hugo; cf. supra ad XII, 1. Pro *et domum*, cod. Cas. 1. *in domo;* Cas. alter addit *tuam*. Pro *vocastis nos*, sixtini, codd. A, C, D, F 2. m., G, H, I, K, O, T, U, V, X, palimps. bobiens. *nos vocastis;* codd. Cas. 2. *vocasti nos;* codd. B, F 1. m., Y tacent *nos;* mendose Blanchinius tribuit codici B *vocasti*. Pro *spoliaretis*, cod. Cas. 1. *spoliaremur;* codd. V, Cas. 1. addunt *nos*.

16. *Odisti me*—Cod. G, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Compl., Reg., all., Brev. gothic. l. c. *Odis me*. Post *matri* sixtini, codd. A, Cas. 2. addunt *meae;* item hebraeus et veteres. Pro *indicare*, sixtini, codd. A, palimpsestus bobiensis *indicere*. Pro *potero*, Bibl. Ven. 1511. 1519., Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., all. *potuero*.

17. *ante eum .... esset molesta*—Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, K, O, R, S, T, U, V, X, Y, goth. leg., Cas. plures, palimpsestus bobiensis, Brev. goth. l. c., Petrus Com. *apud eum .... molesta esset;* magis accedunt hebraeo עליו; graecus habet πρὸς αὐτόν, vel ἐπ' αὐτόν.

18. *dixerunt ei*—Tacent pronomen Bibl. Paris. 1566. 1573.; item syrus et arabs. Pro *fortius leone*, sixtini, codd. A, C, D, F, H, I, K, T, U, V, X, Y, palimpsestus bobiensis, Brev. gothic. l. c. *leone fortius*. Pro *in vitula mea*, cod. B *in vitulam meam;* Brev. goth. l. c. *cum vitula mea*. Dictio proverbialis qua Samson utitur hoc loco, significat: nisi meo ipsius auxilio usi essetis. Pro *invenissetis*, cod. A *inveniretis*.

19. *in eum Spiritus Domini*—Codd. F, X, Y *Spiritus Domini in Samson;* codd. C, D, G, I, K, N, O, P, T, Brev. goth. l. c. *in eo Spiritus Domini;* codd. N, O notant ita legere hoc loco veteres codices, etsi infra XV, 14. et in graeco legatur *in eum*. Post *descenditque* cod. B addit *ad;* chald. לְאַשְׁקְלוֹן. Mox Brev. gothic. l. c. tacet *ibi*.

20. *unum de amicis eius*—Cod. X, Bibl. Rom. 1471. *unum de amicis suis;* in Bibliis Rom. 1671. mendose praetermissum fuerat pronomen; at in tabella praefixa, qua vitia praeli corriguntur, perperam legitur *amicis suis;* codd. G, S, Brev. goth. l. c. tacent *unum*.

Cap. XV, 1. *Post aliquantulum autem*—Sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, I, K, T, U, V, X, Y, goth. leg., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Brev. gothic. l. c., Rupertus *Post aliquantum autem;* Bibl. Compl., Reg., all. tacent *autem*. Pro *triticeae*, Brev. goth. l. c. *tritici*. Pro *instarent*, codd. A, C 1. m., D, F, G, T, U, V, X, Bibl. Rom. 1671. (ex mendo), Hugo, Rupertus *instaret;* cod. K *insisteret;* cod. B *adstarent*. Pro *invisere volens*, Brev. goth. l. c. et Petrus Com. *visere volens*.

Ibid. *attulit ei*—Tacent pronomen codd. F, Y; qui mox omittunt quoque *solito;* at codd. S, Cas. 1. et Rupertus habent *solito more*. Pro *prohibuit eum*, vett. editiones *prohibuit illum*, quod ad fidem codicum sixtini mutarunt.

2. *amico tuo*—Brev. goth. l. c. *amico suo*. Pro *iunior*, cod. Cas. 1. *minor*. Mox codd. N, P tacent *et;* scholiastes in cod. N adnotat nec hebraeum, nec veteres habere nexum. Dein cod. K omittit *illa*.

3. *Samson respondit*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Y, Brev. gothic. l. c. *respondit Samson*.

4. *Perrexitque*—Cod. Cas. 1., Bibl. Ven. 1479. *Perrexit*. Pro *iunxit*, codd. I, N*, P, S, Bibl. Rom. 1471. *vinxit;* at scholiastes in cod. N scribit: « Antiqui: *caudasque earum* » *iunxit*. Non est ibi *vinxit*. Hebraeus hoc » tantum habet: *Et vertit caudam ad caudam,* » *et lampadem unam posuit inter duas vulpes* (lege *caudas*) *in medio*. Unde nec semel est » ibi *vinxit;* sed *iunxit* positum est ratione » sensus. » Codices quoque O, P notant hebraeum legere *Et vertit caudam ad caudam*. Codd. F, X, Y *adiunxit*. Augustinus in *Spec.* edit. Maii cap. CXXXVI. *alligavit illis cauda ad caudam invicem binis: et posuit lampadas singulas inter duas caudas in medium*. Vulgatus (itemque vetus Itala) *vulpes* dicit animalia vulpi simillima, quae latinis *thoas* appellata sunt, quaeque frequentissima in Palaestina occurrunt. Conf. Schulz.

5. *Quae statim* — Cod. A *Qui statim*. Pro *comportatae*, codd. A, C 2. m., D, I, T, Y, Cas. 1. *confortatae;* item alii in cod. O memorati; at cod. M notat: « Quidam male ha- » bent *confortatae*. Nam stantes adhuc fru- » ges, et redactae in acervos pariter succen- » sae sunt. » Codd. C 1. m., Cas. 1. *portatae*. Mox Brev. gothic. l. c. tacet *et*.

6. *quia tulit* — Cod. K *qui tulit*.

7. *Licet haec* — Cod. Cas. 1. et Rabanus *Licet hoc*. Pro *expetam*, Bibl. Antuerp. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569. *petam;* palimps. bobiens. *expetiam*.

8. *Percussitque*—Cod. A *Percussit quoque*. Augustinus (*Quaest. LV.*) huius loci hieronymianam interpretationem laudat: *Percussit eos ingenti plaga, ita ut stupentes suram femori imponerent;* atque interpretatur: « Per- » cussit eos valde mirabiliter, id est, ut ad- » mirando stupentes tibiam super femur po- » nerent. » At recentiores interpretes docent proverbialem illam locutionem sacri textus: *Percussit eos crus super femur;* significare ingentem cladem, qua usque ad internecionem caesi profligatique fuere. Pro *Et descendens habitavit*, Brev. goth. pag. 244. *Et descendit, et habitavit;* Rupertus *Et decedens habitavit*, sed in commentario legit *descendens* atque *discedens;* multi codices hebraici, quibus favent syrus et arabs, legunt וילך. Pro *petrae Etam*, palimpsestus bobiens. *Petraea;* cod. K tacet *Etam*.

9. *castrametati sunt* — Bibl. Compl., Reg. tacent *sunt;* sixtini, codd. A, H, I, K, palimpsestus bobiensis addunt *et;* item hebraeus et veteres. Mox Brev. goth. l. c. tacet *est*. Pro *Lechi*, codd. C, D, H, I, K, N, O, P, U, X, Y, gothic. legion., Cas. 14. *Lehi;* cod. M notat: « *vocatus est Ramathlechi*, alia translatio. Mo- » derni habent *Lechi;* sed plures antiqui et » hebraeus *Lehi*, et idem est. » Integrum nomen est revera *Ramathlechi*, uti describitur vers. 17. At moris est hebraici, inquit Rosenmullerus, contrahere interdum nomina propria composita ex duabus vocibus, quarum altera omittitur. Utrum vero alia exstiterit translatio quae integrum nomen hoc loco referret, ignoramus.

Ibid. *ubi eorum* — Sixtini, codd. A, B, H, I, K, N, T, gothic. leg. tacent *ubi;* cod. N notat: « Secundum antiquos sine adverbio *ubi*, » inchoa versum sic: *In loco, qui postea vo-* » *catus est Lehi, id est maxilla, eorum effusus* » *est exercitus*. » Item cod. P notat: « Alias » superest *ubi;* et tunc incipe versum ibi *In* » *loco*. » Vallarsii editio perperam addit *ubi*, perinde ac si a maurinis mendose omissum fuisset. Codd. G, palimpsestus bobiensis ac nonnulli codd. Cas. legunt *ibi eorum*. Pro *effusus est*, codd. C, D, O, T, U *est effusus;* codd. H, I, palimps. bobiens., Brev. gothic. l. c. *est fusus;* Sixtus, codd. A, B, F, G, K, N*, R, S, Y, veteres editiones fere omnes *fusus est;* item legit Hugo de s. Victore, qui id rectissime exponit: « Id est diffusus, vel ef- » fusus, sive expansus ingenti multitudine » terram occupans. » margo Ord. *extendit se*. Cf. Gesenii *Thesaur. p. 881*. Hinc patet optimam esse Vulgati lectionem eam, quae interpungendi rationem adhibet ut sequitur: *Igitur ascendentes Philisthiim, in terra Iuda castrametati sunt; et in loco, qui postea vocatus est Lechi, id est maxilla, eorum effusus est exercitus*. Hebraeus enim, cui reliqui veteres interpretes consentiunt, legit: *Et ascenderunt Philisthiim, et castrametati sunt in Iuda, et extenderunt se in Lechi*. Hoc dicitur, inquit Liranus, ad denotandam magnitudinem exercitus eorum, quia occupabat magnum terrae spatium. Sixtinis, gregorianis et Toleto hodierna lectio placuit, quam prae se ferunt et Biblia Ordin. et codd. N, V, X.

10. *de tribu Iuda* — Bibl. Ordin. praemittunt *viri;* cod. A legit *tribus Iuda*. Augustinus, qui cum hebraeo et graeco legebat *vir Iuda*, in libro *Locutionum* animadvertit: « Sin- » gularem posuit pro plurali; dixerunt enim » *viri Iuda*, non unus vir. » Pro *ascendistis*, codd. D, N, P, Cas. 1. *ascenditis;* scholiastes in cod. N adnotat: « Antiqui *Cur ascenditis*, » et mox *venimus*: utrumque praesentis tem- » poris: secundum novos *ascendistis*, et infra

» *venimus* in praeterito. » Pro *et reddamus*, palimpsestus bobiensis *ut reddamus;* cod. I *et ut reddamus*. Pro *quae in nos*, sixtini cum cod. A *quod in nos;* codd. F, R, S, Y, Cas. 3., Bibl. Lugd. 1522. 1526. 1542., Ven. 1533., Hugo *quae in nobis*.

11. *ad specum*—Codd. G, Cas. 1. et Brev. goth. l. c. *ad speluncam*, ut supra v. 8. Pro *imperent*, cod. B et Rupertus *imperant*. Pro *quare hoc*, cod. A *quare haec;* sixtini, codd. C, D, G, I, L 2., Q, T, U, Cas. 2., Bibl. Ord., Paris. 1566., priores editt. Rob. Steph., Hugo, all. *quare ergo hoc;* hebraeus ומה־זאת; graecus *καὶ τί τοῦτο*. Mox tacent particulam *sic* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, K, R, T, U, V, X, Y, goth. leg., Cas. plures, Hugo, Rabanus, Brev. goth. l. c.; item pauci codices holmesiani.

12. *in manus* — Sixtini, codd. A, K, Brev. goth. l. c. *in manu;* ut hebr. et veteres; sed conf. Holmesius.

Ibid. *Quibus Samson, Iurate, ait, et spondete mihi* — Etsi in hisce verbis consentiant veteres editiones, tamen eadem luxata esse arbitramur; maxima enim est in codicibus et reliquis testibus discrepantia; ita ut haud facile quid Hieronymus posuerit definiri possit. Verba sacri textus veterumque interpretum perspicua sunt: *Dixit eis Samson: Iurate mihi;* ex quibus suspicio oritur illud *spondete* superadditum fuisse. At latinorum testium singulas lectiones proferamus, eruditis criticis permittentes delegendi arbitrium, a quo nos ultro abstinemus. Cod. A *Quibus respondit: Iurate respondentes mihi;* Hugo *Quibus Samson, Iurate, inquit, et respondetis mihi;* sed idem notat: « Aliqui libri pro *respondetis*, » habent *spondete*, et forte melius. » codd. H N*, R, Cas. 7., Alfonsus Tostatus *Quibus respondit Samson: Iurate, et spondete mihi;* item codd. P, S, excepto quod addunt verbum *ait* post *Iurate;* codd. F, V, Y, Cas. 2. *Quibus respondit: Iurate et spopondite mihi;* cod. X *Quibus ille respondit: Iurate et spopondite mihi;* codd. C, D, N, O, U *Iurate et spondete* (nonnulli *spondite*) *mihi;* item cod. I, in quo tamen secunda manus interponit *ait;* cod. T *Iurate, inquit, et spondete mihi;* cod. K *Iurate, respondit, mihi;* Brev. goth. l. c. *Iurate ergo, inquit, mihi;* cod. G *Et ait Samson: Iurate, ait, et spondete mihi* (sic); cod. gothic. legion. *Respondit: Iurate, et spondete mihi;* codd. B, Cas. 13., Rabanus *Respondit: Iurate mihi;* cod. M notat: « Quod sequitur: *Quibus* » *respondit Samson*, plures antiqui non ha» bent; hebraeus: *Et dixit eis Samson.* » Scholiastes quoque in cod. N animadvertit miram hoc loco librorum varietatem, atque adnotavit: « Antiqui propter frequentes responsio» nes nihil ponunt, licet hebraeus habeat » hoc: *Quibus respondit Samson*. Similiter » III Reg. XVIII. (v. 8.) *Ego. Vade;* Luc. VII. » (v. 40. 41.) *Magister, dic. Duo debitores.* » Sic et hic; sed quidam interposuerunt *ait;* » modo alii deleverunt, et posuerunt *Quibus* » *respondit Samson*. Diversitas haec contra se » attestatur. » Nusquam nos alibi maiorem codicum inconstantiam vidimus.

Ibid. *non occidatis me* — Sixtini, codd. A, F, V, X, Y, Rabanus *me non occidatis;* codd. C, D, G, H, I, K, O, T, U, Hugo, Brev. goth. l. c. *non me occidatis*.

13. *Non te occidemus, sed vinctum trademus* — Codd. A, C 1. m., D, F, N, O, P, T, Y *Non te occidimus, sed vinctum tradimus;* Brev. goth. l. c. legit tantum *Non te occidemus*. Post verbum *tulerunt* tacent *eum* sixtini, codd. A, B, G, H, K, Cas. 6., gothic. legion.

14. *venisset* — Codd. A 1. m., S, Cas. 3., Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Ven. 1579., all. *venissent;* accedunt graecus et arabs, sed cf. Holmes. Mox pro *in eum*, codd. K, V *super eum;* hebraeus עליו; graecus *ἐπ' αὐτόν*. Pro *odorem*, codd. L 10., S, Bibl. Ven. 1481. 1484. 1492. 1497. 1501. 1511., Brix. 1496., Ord., Compl., Reg., priores editt. Rob. Steph., all., Brev. goth. l. c., Petrus Com. *ardorem;* at antiquiores editiones et codices fere omnes receptam lectionem tuentur, de qua vide notationem Lucae Brugensis, quam mox proferemus. Pro *lina*, legunt *ligna* Sixtus, codd. A,

B, C, D, F, G, I, K, L 10., R, S, T, U, V, X, Cas. plures, alii memorati in cod. O, veteres editiones fere omnes, Dionysius Carth., Brev. gothic. l. c. At scholiastes in cod. M scribit: « Antiqui habent *ligna*, sed hebraeus *lina*, et » ita Magister (Petrus Com.) exponit in hi» storiis. » Accedit Hugo de s. Victore, qui diserte notat: « *Lina*, absque *g*, unde vestis » linea; non *ligna* per *g*, unde domus lignea. » Odorem autem primam calefactionem intel» lige ignis, quia levis materia facili incen» dio concrematur. » Hanc lectionem probarunt sixtini et gregoriani, quibus praeterea adstipulantur codd. H, L 2. (At vero a Luca Brugensi edocemur ex hisce duobus lovaniensium codicibus unum praeferre hanc lectionem in margine; alterum et recentem, nec satis certum esse.), O, paucique ex Cas., Bibl. Compl., Reg., priores editt. Rob. Steph., all., Petrus capuanus in *Spic. soles. III, 70.*, all. Item Toletus, qui tamen minus recte lectionem Sixti tribuit vitio impressorum; scribit enim: « Habent *ligna* Ord. et aliquot im» pressa; sed est mendum impressorum. In » Compl. et Reg. est *lina;* et sic in hebraeo » et graeco, scilicet stuppa aut linum; et sic » Congregatio. » Hoc autem loco operae pretium nos ducimus eruditam Lucae Brugensis notationem describere: « Pleraque exemplaria » legunt: *ad odorem ignis ligna consumi;* duo » autem Hentenii, et ex nostris octo, cum » textibus, qui Glossae ordinariae et Tostato » adiecti sunt: *ad ardorem ignis ligna consu» mi*. . . . Verisimile omnino est non *ligna*, sed » *lina* scribendum esse; nam et hebraei codi» ces, et graeci atque chaldaei (syros adde » et arabes) ita habent, quibus nec ea est vo» cum *lina* et *ligna* similitudo, ex qua error » irrepsisse videtur. Accedit quod ad odorem » ignis ligna consumi non soleant, neque ad » ardorem, nisi sensim, id quod huius loci » similitudini non convenit. Itaque proban» dum videtur quod Complutensia et Claria» na Biblia legunt *lina*. Sed an *ardorem* le» gendum sit, quomodo eadem Biblia cum » aliis quibusdam habent, an *odorem*, non » satis liquet. Hebraice legitur: *Et fuerunt » funes qui super brachiis eius, tamquam lina » quae arserunt in igne, et dissoluta sunt vin» cula eius de manibus eius*. Noster interpres » sensum eleganter reddidit. Quod autem di» xit: *sicut solent lina consumi*, ei respondere » videtur quod hebraice est כפשתים אשר » בערו, *sicut lina quae arserunt;* quod addi» dit *ad ardorem* (aut *odorem*) *ignis*, illi » באש, *in igne*. Itaque quod hebraice dicitur » *in igne*, exposuit *ad ardorem* (aut *odorem*) » *ignis;* quapropter ex hebraeo vera lectio » colligi non posse videtur. Verum graecis co» dicibus legitur *ὡσεὶ στυππίον* (aut *στυπ» πίου*) *ἡνίκα ἂν ὀσφρανθῇ πυρός*, *sicut » stuppa quando olfecerit ignem* (item Theo» dotio, Chrysostomus et Augustinus). An » igitur בער *odorari* significet, ut hinc latinis » codicibus odoris sit mentio? an potius grae» ci codices ex versu sequentis capitis nono, » aut aliunde, corrupti sint? positionem בער » huius significationis esse non comperi. Sane » alter, ut minimum, vaticanorum codicum, » ad quos iussu Granvellani Cardinalis grae» ca Bibliorum editio argentoratensis collata » est, legit *ὡσεὶ στυπίου* (antiquissimus » cod. vat. *στιππύον*) *ὃ ἐξεκαύθη ἐν πυρί*, » *sicut linum quod incensum est in igne*. Sed » quid ad chaldaeum interpretem, qui con» vertit ככיתנא דארח ביה נורא, *sicut li» num quod olfecit in se ignem?* ארח enim » aphel est a ריח, quod *odorari* significat, » deductum. Nam et proximo capite pro he» braeo הריח positum est. Verum aliis *inflam» mare* denotat; reddunt enim: *sicut linum » quod inflammavit in eo ignis;* atque etiam » proximo capite similiter. (Cf. Buxtorfii *Lex. » chald. col. 215. et 2251*. et adde R. David » legisse דאחד *corripuit, comprehendit*) Non » potest igitur statui latinum interpretem pro» pter positionem בער *odorem* reddidisse: at» tamen pleraque exemplaria nostra, et qui» dem praestantissima quaeque, *odorem* le» gunt; et certe odoris vocabulum huius loci » similitudini apte congruit. Declaratur enim » quam facile Samson funes novos confrege-

» rit, nimirum, sicut ignis linum continuo » devorat, si ei vel olfaciendum offeratur: » non opus habet ardoris sui flamma com- » plectatur, atque integris utatur viribus. Pro- » ximo capite eadem diversitas est: at eo loci » procul dubio *odorem* dixit interpres. Nam » praeterquam quod pleraque latina exempla- » ria, et quidem universa nostra, sic legunt, » etiam hebraea et graeca sic habent. An ex » eo loco hic mutatus sit, nescio. Abulensis » episcopus utroque loco *odorem* legit. »

Ibid. *ita vincula* — Codd. B, C, D, F, G, I, R, U, V, Y, Cas. plures, Hugo *ita et vincula*. Pro *soluta*, cod. K *dissoluta*.

15. *arripiens* — Cod. B *et arripiens*.

16. *in mandibula* — Codd. G, I 2. m., S, Cas. 4. *id est in mandibula*. Pro *asinarum*, codd. A, C, G, Cas. 2. *asinorum*; conf. scholion ex cod. N relatum supra ad V, 10. Magdalius testatur alios libros pro *percussi*, legere *necavi*; quod in nostris codicibus non reperimus. Probe tamen animadvertunt eruditi hebraicum verbum הִכָּה non modo *feriit, cecidit* significare, sed percutiendo *devicit, fugavit*; adeoque sensus est: Philisthaeos partim prostratos, partim fuisse dispersos.

17. *verba canens* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, I, K, R, S, T, U, V, X, Y, Hugo, Brev. goth. l. c., Rupertus *canens verba*; cod. Cas. 1. *verba canere*. Post *mandibulam* codd. F, G, X, Y addunt *asini*. Pro *Ramathlechi*, alii habent *Ramathlehi*, de quo cf. supra ad v. 9.

18. *en siti morior* — Codd. et editiones veteres praemittunt *et*; quae particula vaticanis typographis excidisse videtur; romani enim censores hoc loco prorsus tacent.

19. *Aperuit itaque* — Codd. F, G, Y, Cas. 1. *Aperuitque*. Pro *Dominus*, Bibl. Compl., Reg., Lugdun. 1535., all. *Deus*; accedunt hebr. et graecus. Pro *egressae sunt*, Brev. gothic. l. c. *exierunt*. Post verbum *aquae*, codd. A, V addunt *largissimae*; accedit arabs, qui habet كثير. Post *spiritum*, Biblia Roberti Steph. 1532., Ant. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544. addunt *suum*. Pro *appellatum est*, Brev. goth. l. c. *vocatum est*. Pro *invocantis*, cod. A *invocationis*; Ambrosius apud Sabatierium: *Et vocavit locum, Invocationem fontis.*

Ibid. *molarem dentem in maxilla asini* — Haud negare possumus hanc esse genuinam Hieronymi interpretationem, qui quum existimaret aquam ex ipsa mandibula profluxisse, quod alii quoque fere omnes veteres censuerunt, vocem *asini* adiecit; cui suffragantur syrus et arabs. At vero hanc vocem hebraeus, graecus et chaldaeus non habent; non enim ex molari maxillae, sed ex rupis foramine latens aquae fons emanavit, uti praeclare interpretatur cl. Ghiringhello (*Praelect. de libris hist. antiqui foed. p. 135.*), ex quo pauca proferre liceat: « Cum tractus ille montuo- » sus, ubi asini mandibula Philisthaei fue- » rant debellati רמת לחי, *elevatio*, seu *collis* » *maxillae* ob victoriae monimentum a Sam- » sone dictus sit, eadem metaphora collis aut » rupis cavum, unde subitus ille aquae fons » scaturivit, mortariolum, seu dentis locula- » mentum, aut ipse, aut eius aequales voca- » verunt; quamobrem hebraica verba ויבקע » אלהים את־המכתש אשר בלחי, *et aperuit* » *Deus dentis loculamentum quod in maxilla*, » significant Deum diffidisse rupem, cui cum » *maxillae* nomen postea factum sit, tropice » ipse hiatus *dentis alveolus* dictus est. Re- » vera de rupe eiusque cavo, non autem de » maxilla eiusque molari sermonem esse col- » ligimus, tum ex verbis insequentibus, qui- » bus fons ille *invocantis* nomine donatus, » usque ad scriptoris aetatem dicitur scatu- » riisse בלחי *in maxilla*, quod absurdum, » nisi de loco ita nuncupato interpreteris; » tum ex v. 9. ubi legimus Philisthaeos ca- » strametatos fuisse בלחי, quod de regione » intelligendum procul omni dubio est; ni- » mirum scriptor (quod hagiographis fami- » liare) per prolepsim nomen praescribit fa- » cto enarrando posterius. » Eamdem sententiam amplexati sunt plures ex recentioribus interpretibus post Malvendam et Calmetum; ex antiquis Targum et Iosephus (*Antiq. V. 8.*), de quo perperam Georgius Cedrenus (*Histor. Compend. ed. Paris. p. 69.*) scribit: « Samso-

» nis historiam aliter narrat Iosephus, quam » sacrae litterae. Refert enim ab eo maxilla » asini mille viros caesos; sed id non refert, » ex ea aquam erupisse. Sed locum, ait, » cum ante nomine careret, *Maxillam* ab eo » facto appellatum; eoque loco ex saxo quo» dam fontem aquae copiosae ac dulcis ex» stitisse, unde sitim Samson restinxit, loco » nomen hodieque manere. » Conf. Gesenii *Thes. pag. 725.*

20. *in diebus*—Addunt *illis* codd. C, D, F, V, X, Cas. 3.; at profecto istud pronomen redundat; sequitur enim *Philisthiim.*

Cap. XVI, 1. *mulierem meretricem*— Codd. C, D, G, H, I, K, T, U, Miss. Moz. pag. 348. *meretricem mulierem.*

2. *cum audissent* — Codd. G, N*, R, S, Cas. 5. *cum vidissent;* at contra in cod. N adnotatur: « Antiqui: *Quod cum audissent Phili» sthiim, et percrebruisset;* utique ex auditu. » Unde non est ibi *vidissent.* Hoc solum ha» bet hebraeus: *Gazaeis ad dicendum;* quod » graecus supplet sic: *et annunciaverunt Ga» zaeis dicentes;* nihil autem tangitur quid vi» dissent; sed ex annuntiatione audire conti» git, non videre. » Dubitare non possumus in hebraico textu excidisse verbum ויגד, *et nunciatum est,* quod veteres interpretes omnes exprimunt. Pro *percrebruisset,* sunt libri tum mss., tum editi, qui legunt *percrebuisset;* variant enim eruditorum sententiae; cf. supra ad XI, 39. verbum *increbruit.* Pro *urbem Samson,* Miss. Moz. l. c. *Samson urbem.* Pro *positis in porta,* Rabanus *impositis in porta;* pauci codd. Cas. *positis in portis.* Pro *tota nocte,* Bibl. Lugd. 1535. *totam noctem.*

3. *medium noctis*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Y, Hugo, Rabanus, Miss. Moz. l. c. *noctis medium.* Pro *et sera,* codd. Y, Cas. 3. *et seras.* Pro *impositasque,* cod. T, Miss. Moz. l. c., Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., all. *impositisque.* Post *humeris* tacent *suis* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, X, Y, Cas. plures, Miss. Moz. l. c. et cod. 82. Holmesii. Pro *qui respicit,* cod. A *qui aspicit;* codd. F, X, Y, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1482. 1483. 1484., all. mendose *quae respicit.*

4. *amavit*—Miss. Moz. l. c. *amabat;* cod. V *adamavit,* ut Gen. XXXIV, 2. Pro *habitabat,* codd. R, Cas. 5. et antiquiores editiones *habitavit.* Pro *in Valle Sorec,* Sixtus *in Vallesorec,* quod ab Angelo Rocca seiunctum fuit; antiquiores editiones paucique codices mendose *in valle Soreth;* mendosius Petrus Com. *in monte Sorec;* Hieronymus III, 275. ex Eusebio habet: « *Sorech,* nomen torrentis, de » quo loco fuit Dalila, illa Samsonis: sed et » usque hodie ad septentrionalem plagam » Eleutheropoleos vicus ostenditur, nomine » *Capharsorech,* iuxta villam Saraa, unde et » Samson fuit. » Multi enim graeci codices legunt ἐπὶ τοῦ χειμάῤῥου Σωρήχ, quia נחל utramque notionem, *vallis* nempe et *torrentis* exhibet. Cf. ad Gen. XXVI, 17. Pro *Dalila,* antiquiores plures editiones paucique codices cum graecis corrupte habent *Dalida,* quod in correctoriis M, N, O reiicitur; hinc Hugo scribit: « Usitatum est dicere *Dalida,* sed li» bri correctiores habent *Dalila,* et sic dici» tur in libro *de interpr. nominum hebr.* »

5. *disce ab illo* — Rupertus et Godefridus t. CLXXIV, 276. *disce ab eo.* Mox pro *habeat tantam,* sixtini, codd. A 2. m., C, D, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Y, Hugo, Miss. Moz. l. c., Rupertus, Godefridus l. c. *tantam habeat;* codd. A 1. m., B *tantam habet.* Post *dabimus tibi* Miss. Moz. l. c. addit *mercedem.* Pro *mille et centum,* Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471. *mille,* ut cod. 55. holmesianus; codd. A, B, C, D, F, G, I, K, R, S, T, U, V, Y, Cas. plures, Bibl. Ven. 1476., Complut., Reg., Rob. Steph. 1528., all., Hugo, Miss. Moz. l. c., Rupertus, Godefridus l. c. *mille centum;* cod. X cum syro et arabe habet *mille trecentos.*

6. *sit tua*—Codd. F, X, Y *tua sit.* Pro *quid sit,* Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. *quod sit;* cod. K addit *tibi.* Pro *quo ligatus,* codd. A, C, D, F, I, T, V, Y aliique memorati in cod. O *quod ligatus.*

7. *nerviceis funibus*—Cod. A *funibus nervicis;* legunt quoque *nervicis* codd. B, C, D,

F, I, O, S, T, Y, Godefridus l. c.; itemque alii memorati in cod. M; alii cum Bibl. Rom. 1471. *nerviciis;* cod. K et Miss. Moz. l. c. *nervis*. Librarius qui codicem G scripsit incertus fuisse videtur; nam huius vocis spatium vacuum dimisit. Mamotrectus interpretatur *nerviceus* « quod est de nervo. » At hanc inter barbaras voces amandat Lexicon Forcellini. Eiusdem autem Lexici editores lipsienses ex hoc unico Vulgati loco inter latinas voces admittunt *nerviceus*. Verum ex laudatis testibus patet non satis certam esse Vulgati lectionem; quae etsi certa esset, non tamen recte illam vocem ab Hieronymo confictam diceremus, uti Bonfrerio videtur; sciunt enim eruditi Hieronymum non facile novas voces excudisse, quamvis nonnullas habeat quae in reliquis bonis auctoribus desiderantur. *Nervicus* vero, auctore Vitruvio VIII, 3., hactenus accipiebatur pro eo qui nervorum vitio laborat; nostri autem codices id usurpant pro eo quod ex nervo factum est. Glossarium editum a Maio *(Auctt. class. VIII, 385.)* habet: « Nervicus, et nervicosus pro fortis dicuntur. » Eadem leguntur in Glossis Isidori VII, 476. Vegetius *de re militari IV, 9.* loquitur de *nervinis funibus*. Hugo de s. Charo notat alios legere *verveceis* a vervece, id est ariete. Pro *et adhuc humentibus*, cod. A *et adhuc humectibus;* Godefridus l. c. *sed adhuc humentibus*.

9. *latentibus apud se insidiis, et* — Cod. B tacet *apud se;* Miss. Moz. p. 349. omittit particulam *et*. Cod. Cas. 1. non legit *finem rei expectantibus;* quae a Hieronymo addita videntur. Pro *Qui rupit*, cod. A *Rupitque*. Mox pro *si rumpat quis*, Miss. Moz. l. c. *si erumpat quis;* Bibl. Lugd. 1535. *si quis rumpat*.

Ibid. *filum de stuppae tortum putamine* — Sixtini et gregoriani hanc lectionem ad fidem optimorum codicum admiserunt. Sixtus enim cum antiquis editionibus, paucisque codicibus legebat *filum de stupa* (antiquiores edd. *de stuppa*) *tortum sputamine*. Ad haec Toletus notat: « Sic Ord., Compl., Reg. et multi » impressi. In hebraeo autem et graeco non » legitur nisi *filum stuppae;* mss. vero habent » *filum de stuppae tortum putamine*, quod le- » ctioni hebraei et graeci magis quadrat; et » sic censuit Congregatio. » Re quidem vera hebraici textus verba פתיל הנערת denotant *stupeum funiculum;* nec aliud sonant graecae voces *στρέμμα στυππίου*; perperam enim Vallarsius existimat Vulgatum longe abludere ab hebraico textu, quem ipse reddit *floccum stupae;* nec magis recte Flaminius Nobilius ex graeco interpretatur *globum stuppae;* nam פתיל et *στρέμμα* significat *filum contortum*, seu *funiculum;* neque alio sensu accipitur quod habent quidam graeci codices cum Theodotione *κλῶσμα* (conf. Schleusneri *Lexicon V. T.* ad h. v.), etsi hoc postremum reddi quoque potest *glomus* (non *globus*). Hieronymus addidit *putamine* fortasse ut redderet quod multi graeci cum Theodotione habent *τοῦ ἀποτινάγματος*. Ex latinis codicibus alias praeterea varietates habemus; pro *de stuppae*, legunt *stuppae* aut *stupae* codd. C, D, F, I, N, O, P, T, U, V, X, Y, Cas. 15., Palatinus, Hugo, Godefridus l. c.; pro *tortum*, Miss. Moz. l. c. *et tortum;* pro *putamine*, codd. B, H 2. m., goth. leg. *stamine;* cod. V *in stamine;* codd. N, U, T, aliquot Cas. *vel staminis;* ad hanc lectionem referimus codicem P, qui in Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1526. in 4°. habet *staminis*, quamvis in Bibl. Lugd. 1513. 1522. 1526. in fol. 1533. legat *sputaminis;* codd. F, X, Y, Palatinus, Godefridus l. c. *staminis putamine;* codd. D, O *vel staminis putamine*. Cod. M notat: « *filum de stupa* » *tortum sputamine*, id est sputo, quia filum » quanto crassius est, tanto saepius spargi- » tur sputo dum filatur. Quidam dicunt *stu-* » *pamine*, id est stupamen, purgamentum » stupae subtilioris, id est crassa stupa; et » haec littera satis consonat hebraeo, qui » dicit *quomodo si rumpat filum de crassa* » *stupa*. » Eadem fere leguntur apud Hugonem de s. Charo. Denique Epanorthotes in cod. N singularem habet adnotationem quam ex duobus nostris exemplaribus describimus, etsi aliquod librarii mendum subesse creda-

mus: « Antiqui, iuxta hebraeum, *quomodo si » rumpat quis filum stupae tortum, vel stami» nis*. Pro quo hebraeus habet sic: *si rumpe» ret vittam stupae*. Pro *vitta* igitur ponunt » *staminis*, forsitan ut pro *subtemine*, quae » magis stupa est, ponitur ibi *filum stupae*: » vel pro *vitta*, quae de subtili materia fieri » solet, ponitur ibi *staminis*, quod est subti» lius; hoc est: *si quis rumpat filum subtegmi» nis, aut staminis*. Quod autem novi ponunt » ibi *amputatum*, nihil assimilatur litterae la» tinae vel hebraicae. Alii cum stupa iungunt » *stupamine*. Cudalricus *putamine*, a *puto*, » quod est *secare*; vel, ut dicit, significat » pelliculas vitis. Vere, sicut Boetius dicit, » omnis diversitas discors. » Cf. Lucas Brugensis, Bukentopius p. 164. et Bonfrerius.

Ibid. *odorem* — Codd. L 2., goth. legion., Bibl. Lugd. 1522. 1535., all., *ardorem;* conf. ad XV, 14. Pro *est cognitum*, cod. B *cognovit*.

10. *illusisti mihi* — Codd. T, U *illusisti me;* cf. IV Reg. IV, 28. Pro *nunc indica*, codd. F, K, V, Y *indica nunc*. Mox tacent *mihi* codd. B, F, I, Y, Cas. 2., goth. leg.; item cod. 174. Kennicotti. Pro *quo ligari*, cod. A *in quo ligari;* Augustinus *in quo ligaberis;* quod magis hebraeo et graeco respondet.

11. *novis funibus* — Codd. G, Cas. 2. *novem funibus;* quod quidem aperte mendosum est. Sunt tamen plures graeci codices qui legunt ἐν ἑπτὰ καλωδίοις, *in septem funiculis;* quod ex vers. 7. et 13. petitum videtur.

13. *decipis* — Codd. C, D, F, G, H, I, U, R, S, X, Cas. 8., Bibl. Ord., Hugo *decipies*. Pro *quo vinciri*, cod. A *quo vinci;* cod. D *quo vinari* (sic); Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Ordin., all. *de quo vinciri;* cod. Cas. 1. *mihi quo vinciri;* hebraeus quoque et veteres addunt pronomen *mihi*.

Ibid. *Cui respondit Samson: Si septem* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, K, L 6., O, Q, T, U, X, Y, Cas. 17., goth. leg. *Si, inquit, septem;* codd. R, S, V 2. m., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., all. *Cui respondit Samson: Si, inquit, septem;* hebraeus et veteres interpretes *Dixitque ad eam: Si septem*. Pro *plexueris*, cod. B *texueris*, quod Marianae probatur; Rupertus *plexeris;* Forcellini Lexicon ad v. *plecto* notat: « Hac no» tione (nempe pro plicare, flectere) *plexi* » habet in praeterito, ut Prisc. docet 10, 903. » exemplum afferens Liv. in Erotopaegn. Vos» sius de Grammat. 5, 31. etiam *plexui* tri» buit, sed auctoritate parum idonea, qualis » est in Bibliis Iudic. 16, 13. » Attamen vix dubitare possumus Hieronymum, bonum utique auctorem, scripsisse *plexueris;* hanc positionem habet quoque vetus glossarium editum a Maio in *Class. Auctt. VIII, 441*. In cod. B deerant verba *et clavum his circumligatum terrae fixeris*. Pro *infirmus*, cod. X *firmus*.

15. *dicis* — Palimpsestus bobiensis *dices;* Aquila, Theodotio multique graeci codices legunt ἐρεῖς. Pro *quod amas*, sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, D, H, I, K, O, T, U, V, Cas. 5., palimpsestus bobiensis, Hugo *quod ames*. Mox pro *maxima fortitudo tua*, sixtini, laudati codices, Hugo et Miss. Moz. l. c. *tua maxima fortitudo;* cod. G *magna tua fortitudo;* hebr. כחך גדול, graecus ἡ ἰσχύς σου ἡ μεγάλη.

16. *Cumque molesta esset ei* — Sixtini, codd. A, C, D, F, I, K, R, T, U, V, X, Y, palimpsestus bobiens., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., Hugo, Godefridus l. c. pag. 280., Miss. Moz. l. c. *Cumque molesta ei esset;* cod. H et Rupertus *Cumque ei molesta esset;* codd. B 1. m., G, S tacent *ei*. Nonnulli codices Cas. post *iugiter* addunt *ei*. Pro *ad quietem non tribuens*, codd. F, G, I, V, Y *ac quietem non tribuens;* Godefridus l. c. *ac quietem non tribueret*. Pro *lassata est*, cod. A 1. m. *perlata esset*, 2. m. *lassa est*.

17. *consecratus Deo sum* — Cod. A *consecratus sum Deo;* codd. R, S, antiquiores editiones *consecratus Domino sum;* cod. G, Miss. Moz. l. c. tacent *Deo;* at recte cod. N notat hebraeum et antiquos legere *Deo*. Pro *sicut ceteri*, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Y, palimps. bobiens., Rupertus, Godefridus et Miss. Moz. ll. cc. *ut ceteri;* item v. 7.

18. *Vidensque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, I, K, T, U, V, X, Y, Cas. plures, goth. legion., palimpsestus bobiens., Miss. Moz. et Godefridus ll. cc. *Videns*. Pro *animum suum*, cod. K et Miss. Moz. l. c. *animam suam*. Pro *ac mandavit*, codices paene universi, Miss. Moz. l. c., Hugo *atque mandavit;* Godefridus l. c. *atque mandavit, dicens*. Pro *adhuc semel*, codd. F, Y, Godefridus l. c. *huc semel;* palimpsestus bobiens. praemittit *et*. Pro *cor suum*, codd. F, X, Y *os suum;* Bibl. Ordin. *totum cor suum;* item hebraeus et veteres.

19. *eum fecit*—Codd. F, V, X, Y, Miss. Moz. l. c. *fecit eum*. Pro *rasit septem crines eius, et coepit*, cod. H *rasis septem crinibus eius, coepit*. Pro *abigere*, sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, D, G, I, K, R, S, U, V *abicere;* Rupertus, Godefridus l. c. *abiicere;* codd. F, Y *proiicere*. Pro *statim enim*, cod. Cas. 1. *statimque*. Pro *ab eo fortitudo discessit*, codd. C, D, F, T, U, Y, Cas. 3. *ab eo fortitudo recessit;* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., all. *de eo fortitudo discessit*.

20. *dixitque* — Cod. goth. legion. addit *ad eum;* quod exprimunt syrus, arabs et non pauci graeci codices. Pro *consurgens*, codd. B, F, Y *surgens*. Pro *sicut ante*, codd. C, H, I, R, Cas. 6. *sicut et ante;* Miss. Moz. l. c. *sicut antea*. Pro *recessisset ab eo Dominus*, codd. C, F, G, H, I, K, S, T, U, V, X, Y, Godefridus l. c. p. 283., Miss. Moz. l. c. *Dominus recessisset ab eo;* cod. A *Dominus discessisset ab eo;* cod. D *Dominus recessit ab eo;* Ambrosius *Dominus discessit ab eo;* Hugo *ab eo recessisset Dominus*.

21. *et duxerunt Gazam* — Miss. Moz. l. c. *et adduxerunt in Gazam*. Pro *clausum in carcere*, sixtini cum cod. A *clausum carcere*.

23. *convenerunt* — Codd. I, Cas. 1. *convenerant*. Pro *magnificas;* cod. A *pacificas;* Bibl. Ord. et Rob. Steph. 1532., all. *magnas;* item hebraeus et veteres. Pro *Deus noster*, Miss. Moz. l. c. *Dominus;* tacent pronomen alexandrinus (sed conf. Holmesius) et duo codices hebraici apud De-Rossi: quum vero id referatur ad Dagon, vaticanae editiones, prout alibi solent, scribere debuissent *deus noster;* item in sequenti versu.

24. *laudabat deum suum, eademque dicebat* — Codd. F, V, Miss. Moz. l. c. *laudabant deum suum, eademque dicebant;* consonant hebraeus et veteres. Pro *adversarium nostrum in manus nostras*, sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, I, K, N, O, T, U, V, X, Y, Cas. plures, goth. leg., Miss. Moz. l. c. *in manus nostras adversarium;* codd. R, S *in manus nostras adversarium nostrum;* item hebraeus et veteres, excepto alexandrino, de quo cf. Holmes.

25. *per convivia* — Cod. Cas. 1. *per convivium*. Pro *vocaretur*, codd. A 1. m., R et Miss. Moz. pag. 350. *vocarent*. Pro *et ante*, Bibl. Lugd. 1535. et Miss. Moz. l. c. *ut ante*.

26. *regenti gressus suos* — Haec in Miss. Moz. l. c. desiderantur. Pro *omnis*, cod. A 1. m. *omnibus*. Pro *et recliner*, codd. B, C, D, F, G, I, R, S, U, V, X, Cas. plures, goth. leg., Godefridus et Miss. Moz. ll. cc. *ut recliner;* cod. Cas. 1. *ut reclinem*.

27. *erat plena*—Sixtini, codd. A, C, D, K, I, T, U, V, X, Y, Miss. Moz. l. c. *plena erat*. Pro *et solario*, codd. A, X *et de solario*. Pro *spectantes*, sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, I, K, O, T, U, V, X, Y, Cas. 17., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., Miss. Moz. l. c. *spectabant;* Lucas Brugensis hanc lectionem praefert, eamdemque in suis mss. confirmari testatur; item Sirletus. Animadverte duo aut tres ex laudatis codicibus legere cum Petro Comestore *expectabant*, nam a librariis confunduntur *specto* et *expecto;* cf. supra ad IX, 39. XIII, 20. et vide interpp. ad *Vellei. Pat. 2, 14.*, Oudend. ad *Caes. B. G. 2, 20.*, Drak. ad *Liv. 6, 33, 1.*, all. Immo in latina lingua non esse plane insolitum *expecto* pro *specto* demonstratur a cl. Maio tum in suo glossario *(spicileg. rom. tom. IX.)*, tum in *nova patrum bibliotheca tom. I. pag. 65. 129. 387. 468. 483.*, quibus locis habemus *expecto*, *expectator*, *expectans*, *expectaculum*, *expectabilis*, pro *specto*, *spectator*, *spectans*, *spectaculum*, *spectabilis*. Quid plura? Sic loquitur etiam Cicero *de rep. III, 7.*, uti ani-

madvertit laudatus Maius. (conf. edit. Rom. anni 1846. pag. 150.)

28. *invocato Domino* — Godefridus l. c. *invocato Deo suo*. Post *Domine Deus*, codd. G, R, S, V 2. m., antiquiores fere omnes editiones addunt *meus*. Pro *mihi nunc*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, aliique plures *nunc mihi*. Pro *fortitudinem pristinam*, sixtini, codd. C, D, F, G, I, K, O, R, S, T, U, V, X, Y, Miss. Moz. l. c. *pristinam fortitudinem;* cod. A, Godefridus l. c. *pristinam fortitudinem meam;* Bibl. Lugd. 1522. 1542., Ven. 1533., priores edd. Rob. Steph., all., margo Ordin. *fortitudinem meam pristinam*.

Ibid. *Deus meus* — Cod. B praemittit *Domine;* nonnulli codd. Cas. et Godefridus l. c. tacent. Mox codd. F, Y omittunt pronomen *me;* nec obstant hebraeus et veteres. Pro *de hostibus*, cod. K *de inimicis*. Pro *et pro amissione*, cod. A *ut pro amissione*. Demum pro *ultionem recipiam*, codd. F, V, X, Y *recipiam ultionem;* Godefridus l. c. *expetam ultionem*.

29. *innitebatur*—Cod. A *nitebatur*. Pro *alteramque earum*, codd. F, Y *alteramque eius*.

30. *quae ibi erat* — Codd. F, V, X, Y, Rupertus *quae erat ibi;* cod. K *quae ibi erant*. Pro *multoque plures*, Rabanus *multosque plures*. Pro *interfecit*, cod. B *occidit*. Pro *ante*, Rabanus, Godefridus l. c. pag. 276., Miss. Moz. l. c. *antea*. Pro *vivus*, Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1572. 1579. *vivens*. Pro *occiderat*, codd. C, D, F, N, O, Y, Godefridus l. c. *occideret;* scholiastes in cod. N notat: « Anti» qui legunt *occideret*, id est occidere con» sueverit vel illa, vel alia vice. Littera au» tem, quae est in novis *occiderat*, videtur » cogere quia tunc plures occidisset quam » simul diebus omnibus vitae suae. »

31. *sepelierunt inter Saraa et*—Miss. Moz. l. c. mendose legit *sepelierunt in terra sua in;* cod. S *sepelierunt in terra Saraa et;* cod. Cas. 1. et Godefridus l. c. p. 286. *sepelierunt eum inter Saraa et*. Pro *Esthaol*, cod. D et Miss. Moz. l. c. *Asthaol;* cod. B *Esthaal;* cf. ad XIII, 25. Pro *in sepulchro*, codd. F, X, Y *in spelunca*. Post *patris* tacent *sui* codd. A, K, Cas. 2., palimpsestus bobiensis. In cod. Y desiderantur verba *iudicavitque Israel viginti annis;* pro *viginti*, cod. X *viginti duo;* cod. Cas. 1. *triginta;* palimpsestus bobiens. mendosius *centum viginti*.

Cap. XVII, 1. *Fuit eo tempore* — Sixtus et fere omnes veteres editiones *Fuitque eo tempore;* pauci codices Cas. *Fuit autem eo tempore;* sixtini et gregoriani hodiernam lectionem intulerunt, quam paene universi codices, Bibl. Ven. 1511., Complut., Reg., all. confirmant. Pro *de monte*, Rupertus *in monte*. In nomine *Michas*, quod saepius hoc capite et sequenti occurrit, non satis sibi constant libri; nam quandoque, praesertim v. 4. et 10., tum mss., tum editiones habent *Micha* pro *Michas* et pro *Michae*. Magdalius Gaudensis notat: « Hebraice legitur *Michaiahu* (מיכיהו), » quod in latinum versum legitur *Micheas* » seu *Michaias*, et sic dictus est ante lapsum » (v. 1. et 4.). Post lapsum vero (v. 8. et » seqq.) imminutum est nomen eius, et vo» catus est *Micha* vel *Michas* (מיכה), quod » interpretatur *quis est iste*. *Michaiahu* autem » interpretatur *quis est iste dominator*, seu » *dominus noster*. Debet ergo legi ante forma» tionem Ephod *Michaias* seu *Micheas;* post » formationem vero eiusdem *Michas* seu *Mi*» *cha*. » Sed futilia sunt ista rabbinorum commenta; nam prior forma est producta, altera vero contracta: utraque vero idem significat; nec dubitare possumus hodiernam Vulgati lectionem esse sanam. Graecus receptus habet Μιχαίας, sed plures codices Μιχά. Conf. Holmesius et Tischendorfius *Monum. sacra inedita I, 173*.

2. *Mille et centum*—Tacent nexum sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, X, Y, Cas. plures, palimpsestus bobiensis, antiquiores editiones, Rupertus, Godefridus CLXXIV, 1078., Petrus Com., all. Pro *separaveras*, nonnulli codd. Cas. *separasti*. Mox antiquiores omnes editiones omittunt *tibi*.

Ibid. *filius meus Domino*—Sixtus, codd. K, Cas. 1. *filius meus a Domino;* in cod. O no-

tatur expungenda particula *a;* quam revera expunxerunt gregoriani et Toletus. Utraque loquendi ratio occurrit alias in Vulgato. Cf. Ruth II, 20. III, 10. I Reg. XV, 13. XXIII, 21. II Reg. II, 5.

3. *Reddidit ergo eos matri suae, quae dixerat ei*—Haec verba desiderantur in Bibliis Sixti V.; at quum nulla appareat ratio ob quam eadem omittenda sint, Bukentopius p. 403. scribit: « Reor haec per inadverten» tiam typographi deesse in editione Sixti V., » quandoquidem reliqui latini codices novi et » veteres, omniumque linguarum textus illa » habeant. » Hinc verba illa restituta a gregorianis et Toleto qui notat: « Haec addenda » sunt; habentur enim in hebraeo, graeco, » Ord., Compl., Reg. et caeteris. Sixtus abs» tulit. » Pro *dixerat*, cod. Cas. 1. *dixit;* non male. Post *Consecravi*, Biblia Sixti V. addunt *enim*, quae particula in aliis libris non occurrit, ac propterea a gregorianis et Toleto expuncta fuit.

Ibid. *hoc argentum*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, R, T, U, V, X, Y, palimpsestus bobiensis, Godefridus l. c. p. 1079. *argentum hoc*. Mox pro *et faciat*, cod. A *ut faciat*. Post *conflatile*, codd. D, X addunt *quod fuit in domo Michae*, quae verba ad sequentem versum pertinent.

4. *Reddidit igitur eos*—Tacent *eos* sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, I, K, T, U, V, X, Y, gothic. leg., palimpsestus bobiens., Cas. plures, Rupertus, Godefridus l. c. Pro *ducentos argenteos* « libri correctiores habent *mille centum argenteos;* » ita scribit Hugo de s. Charo; attamen huius lectionis nullum vestigium in nostris codicibus offendimus. Quamvis enim superius v. 2. sermo sit de mille et centum argenteis, tamen nonnisi ducentos mulier dedit argentario ut faceret sculptile. Reliquos nongentos verisimile est mulierem destinasse ad reliquum apparatum sacrum comparandum, ad vestes sacerdotales, sacellum, aram et reliqua. Rursum post verbum *dedit* cod. B 1. m. omittit *eos*.

5. *et theraphim*—Codd. C, D, H, O, T, aliique cum palimpsesto bobiensi *ac theraphim*. Mox cod. A 1. m. omittit *id est*. Pro *idola*, codd. B, K *idolum*. Nicolaus de Lira monet in hebraeo non legi verba *id est, vestem sacerdotalem, et idola*, quae apposita fuere ab interprete ut exponeret quid significaret *ephod, et theraphim*. Pro *unius*, codd. B, F, Y *unus;* cod. Cas. 1. *uni*. Pro *manum*, cod. B *manu*.

7. *Fuit quoque*—Cod. Cas. 1. omittit *quoque;* antiquiores editiones addunt *in tempore illo*. Pro *ex cognatione*, sixtini, codd. A, C, D, F, K, N, O, P, T, U, V, X, Y, Cas. 14., palimpsestus bobiens., Thomasius I, 64., Godefridus l. c. pag. 1081. *et cognatione;* scholiastes in cod. N notat: « Antiqui: *de Bethlehem Iuda* » *et cognatione eius*, id est Iuda, sicut he» braeus habet. Quod dicitur *de* resumitur » sic: Igitur iste erat de Iuda licet levites. » Conf. Bukentopius pag. 30. et De-Rossi *de praecip. caus. pag. 100.;* cod. Cas. 1. *de cognatione*. Dubitant critici utrum sacri textus verba ממשפחת יהודה pro glossemate habenda sint; attamen eadem profecto legebat Hieronymus, immo ante Hieronymum graeci eadem interpretabantur, sive legas cum codice vaticano δήμου Ἰούδα, sive cum alexandrino addas ἐκ τῆς συγγενείας Ἰούδα; quae eorumdem verborum altera (fortasse Theodotionis) interpretatio est; unde minus accurate Dathius et Rosenmullerus asserunt illa in graeco vaticano codice deesse. Denique chaldaeus quoque interpres eadem legit. Pro *habitabat*, cod. A *habitavit*.

8. *in montem*—Codd. A, C, D, F, palimpsestus bobiensis *in monte;* cf. ad XVIII, 2. Pro *in domum*, codd. G, I, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Compl., Reg., all. *in domo*.

9. *unde venisset*—Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, I, O, R, T, U, V, Y, Palatinus, Cas. plures, Godefridus l. c. *Unde venis?* palimpsestus bobiens. *Unde venisti?* concinunt hebraeus et veteres. Pro *ut habitem*, cod. A 1. m. *ut inhabitem*. Pro *potuero*, Bibl. Lugd. 1535. *potero*. Pro *esse perspexero*, veteres edi-

tiones fere omnes praeferunt *esse prospexero;* priores editiones Rob. Steph. habent tantum *prospexero;* codd. A, palimpsestus bobiensis *esse praespexero* (nota verbum). Hodiernam lectionem intulerunt sixtini, quibus longe plures codices adstipulantur; eamdemque probat Lucas Brugensis.

10. *Dixitque Michas: Mane apud me*—Sixtini, codd. A 1. m., B, C, D, H, I, K, R, S, U, X, Cas. plures, gothic. leg., palimpsestus bobiens. *Mane, inquit, apud me;* Biblia quoque Mogunt. 1462. tacent *Dixitque Michas,* at longe plures veteres editiones legunt *Dixitque Micha: Mane apud me, inquit;* accedunt codices F, G, V, Y *Dixitque Micha: Mane, inquit, apud me;* Biblia Lugdun. 1550., Paris. 1566. 1573., all. post *Dixitque* addunt *ei,* quod legitur praeterea in hebraeo antiquisque interpretibus. Pro *decem,* cod. Cas. 1. *ducentos.* Magis errant illi qui decem argenteos *in singulos dies* promissos fuisse interpretantur; rectissime enim pro לימים Hieronymus posuit *per annos singulos;* cf. Bonfrerius et Rosenmullerus. Pro *ac vestem,* sixtini, cod. A et Godefridus l. c. *et vestem.* Pro *sunt necessaria,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, T, U, V, Y, palimpsestus bobiensis, Godefridus l. c. *necessaria sunt.*

11. *Acquievit* — Cod. B *Acquievitque;* nec obstant hebraeus et veteres. Pro *mansit apud hominem,* cod. X *apud hominem mansit.*

12. *puerum sacerdotem apud se* — Sixtini, codd. A, C, D, F, H, I, K, U, V, X, Y, palimpsestus bobiensis, Godefridus l. c. p. 1083. *apud se puerum sacerdotem;* cod. G *apud se ipsum sacerdotem;* tacent *puerum* graecus, syrus et arabs, sed conf. Holmes.

13. *benefaciet mihi* — Codd. A, C, D, H, I, K, T, U, X, palimpsestus bobiens. *bene mihi faciat;* alii plures *benefaciat mihi* vel *mihi benefaciat.* Pro *Deus,* Bibl. Complut., Reg., Lugd. 1535. *Dominus;* consentiunt hebraeus et graecus.

Cap. XVIII, 1. *In diebus illis* — Cod. A *In illo tempore.* Pro *non erat,* Biblia Sixti V. *necdum erat;* communem lectionem restituerunt gregoriani et Toletus qui notat: « Lege *non* » *erat;* sic hebraeus, graecus, Ord., Compl., » Reg. et Congregatio. »

2. *Miserunt ergo* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, T, U, V, X, Y, goth. leg., palimpsestus bobiensis *Miserunt igitur.* Pro *et Esthaol,* cod. H *et de Esthaol;* concinunt hebraeus et veteres. cod. B *et Esthaal,* et sic deinceps; conf. ad XVI, 31. Pro *et considerate,* cod. K *et explorate;* codd. X, Cas. 2. tacent nexum, ut hebraeus et veteres, praeter graecum. Mox pro *in montem,* codd. A, G, T *in monte;* et pro *domum,* codd. F, R, U, V, Bibl. Ven. 1479., Godefridus l. c. p. 1084. *in domum.*

3. *dixerunt ad eum* — Sixtini cum cod. A *dixerunt ad illum.* Idem cod. A 1. m. legit *diversorium* pro *diversorio.* Bibl. Lugd. 1535. post verbum *voluisti* rursum ponunt *quid hic agis?*

4. *respondit eis* — In cod. S et Bibl. Ord. pronomen desideratur. Pro *et me mercede,* codd. B, D 1. m., F, Y, palimpsestus bobiensis *et mercede.*

5. *Rogaverunt autem*—Sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, K, O, S, T, U, V, X, Y, Cas. plures, palimpsestus bobiens., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., Godefridus l. c. *Rogaveruntque.* Pro *Dominum,* Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535. *Deum;* item hebraeus et graecus. Pro *ut scire possent,* veteres codices et editiones magno consensu legunt *et scire possent,* nec aliquid mutatum reperimus a romanis correctoribus: attamen Martianaeus et editiones Hugonis hodiernam lectionem expresserunt. Post *pergerent* cod. V addit *an non.*

6. *Ite in pace*—Ita legendum existimarunt sixtini, quibus suffragantur codd. A, Cas. 4. Hebr. לכו לשלום; graecus Πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ aut εἰς εἰρήνην (cf. Holmes. et Tischend. *Monum. sacra inedita I, 173.*); syrus ܐܙܠܘ ܒܫܠܡܐ. Verum reliqui nostri codices, veteres editiones, Godefridus l. c. habent *Ite cum pace.* Pro *respicit,* cod. B, et Godefridus l. c. p. 1086. *respiciat;* cod. Cas. 1. *respiciet.* Pro *quo pergitis,* cod. B *per quod pergitis;* palimpsestus bobiensis tacet *quo*

7. *Euntes igitur* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, I, K, R, S, T, U, V, X, Y, Cas. 8., palimpsestus bobiensis, Godefridus l. c., Hugo *Euntes itaque;* codd. Cas. 3. *Euntes autem.* Pro *Lais,* codd. G, K, N*, R, S, Cas. 2. *Lachis;* palimpsestus bobiensis hoc loco habet *Laes,* sed infra *Lachis;* cod. N notat: « Hebraeus et antiqui habent *Lais* per totum capitulum; nec capit vel mutuat *c* litteram vel consimilem. » Alexandrinus Λαϊσά, et Vulgatus pro לַיְשׁ ad Isa. X, 30. I Mach. IX, 5. habet *Laisa.* Haec eadem urbs in libro Ios. XIX, 47. dicitur *Lesem.*

Ibid. *consuetudinem Sidoniorum* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, X, Y, palimpsestus bobiens., Godefridus l. c. *Sidoniorum consuetudinem.* Pro *nullo ei,* codd. A, B, C, D, F, G, I, K, T, U, V, Y, Cas. plures, antiquiores editiones *nullo eis.*

8. *Reversique*—Sixtini cum cod. A addunt *sunt;* palimpsestus bobiens. *Reversusque,* sic hebraicus codex 16. in taurinensi bibliotheca legit ויבא; Sixtus habet *Reversi itaque,* at gregoriani et Toletus communem lectionem restituerunt. Post *Esthaol* priores editiones Rob. Steph., all. tacent *et.*

9. *Surgite, ascendamus*—Utrum haec lectio data opera invecta fuerit in vaticanis editionibus compertum non habemus; silent enim romanorum correctorum documenta quae ad manus sunt. Nostri autem codices universi, itemque hebraeus et graecus, maximo consensu legunt *Surgite, et ascendamus;* et ita legunt quoque plures ex antiquis editionibus; at Bibl. Ven. 1476., Compl., Reg., posteriores editt. Rob. Steph., all. prae se ferunt *Surgite, et eamus.* Post *vidimus enim* cod. K addit *eam.* Contra cod. palimpsestus bobiensis tacet *eam* post verbum *possideamus.*

10. *ad securos*—Codd. Cas. 3. *securi;* cod. B 2. m. praemittit *ad possidendum eam.* Mox pro *Dominus,* Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535. *Deus;* consentiunt hebraeus et graecus. Pro *in terra,* palimpsestus bobiensis *in terram.*

11. *Profecti igitur* — Cod. B tacet *igitur.* Post verba *de cognatione Dan* omittunt *id est* cod. L, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476. 1479., Compl., Reg., posteriores editt. Rob. Steph., all.; his favent hebraeus et veteres. Pro *sexcenti,* cod. U *ducenti;* cod. G *DCC;* graeca editio Aldi εἴκοσι.

12. *in Cariathiarim* — In cod. B deerant quae sequuntur usque ad finem versiculi.

13. *Inde* — Codd. H, K, L 2., Q *Et inde;* quibus favent hebraeus et veteres. Pro *ad domum,* cod. A *in domum.*

14. *Terram Lais* — Codd. K et palimpsestus bobiensis *Lachis.* Bibl. Lugdun. 1522., Ven. 1533., priores editt. Rob. Steph., all. tacent *et* ante *theraphim.*

15. *qui erat* — Palimpsestus bobiens. *quae erat;* codd. A 1. m., R, S *qui erant.*

16. *Sexcenti autem* — Codd. Cas. 3. tacent *autem.*

17. *ingressi fuerant*—Cod. B *ingressi sunt.* Post *sculptile* tacent *et* codd. B, goth. legion. Pro *sexcentis,* cod. B 2. m. *cum sexcentis.*

18. *intraverant*—Cod. G, Bibl. Rom. 1471., Paris. 1566. *intraverunt.* Ante *ephod* codd. C, G, V addunt *et,* ut in superiori versiculo; item graecus, syrus et cod. 30. Kennicotti.

19. *pone digitum* — Addunt *tuum* codd. T, Cas. 2., Rupertus; accedunt hebraeus et veteres. Pro *ut habeamus,* codd. K, palimpsestus bobiensis *et habeamus;* codd. F, Y *et ut habeamus.* Pro *ac sacerdotem,* sixtini, codd. A, D, F, aliique plures cum palimpses. bobiens. ac Ruperto *et sacerdotem.* Mox tacent *in domo* codd. B, K. Post *familia* omittunt *in* codd. B, K, palimpsestus bobiensis, Bibl. Ven. 1479.; item Theodotio apud Montfauconium.

20. *et idola* — Bibl. Rom. 1471., Paris. 1566. omittunt *et.* Pro *ac sculptile,* codd. C, D, F, T, U, V, X, Y *atque sculptile;* Bibl. Lugd. 1535. *et sculptile.* Pro *et profectus est cum eis,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, X, Y, palimpsestus bobiensis *et cum eis profectus est.*

21. *ac iumenta* — Sixtini, codd. A, C, D, F, K, T, U, V, X *et iumenta.*

22. *et iam a domo*—Codd. G, Cas. 2. *cumque iam a domo;* reliqui nostri codices et ve-

teres editiones quas vidimus omnes legunt *iamque a domo;* neque nobis constat utrum immutatio a romanis correctoribus facta sit. Pro *habitabant,* cod. U, Biblia Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. *habitant;* cod. B *erant.* Pro *in aedibus,* codd. B, Cas. 2. *in domo;* codd. R, Cas. 3. *in domibus,* quod in cod. O reiicitur. Pro *conclamantes,* codd. A, G *clamantes.*

24. *quos mihi feci, tulistis, et*—Codd. F, Y *quos feci, tulistis mihi, et;* tacent *et* Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496.; item duo codices Kennicotti. Post verbum *dicitis* pauci codices Cas. addunt *mihi;* accedunt hebraeus et graecus. Pro *Quid tibi est,* cod. Cas. 1. *Quid tibi vis;* ut superiori versiculo.

25. *Dixeruntque ei* — Tacent pronomen codd. K, V, Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. Pro *et ipse,* codd. F, Y *et tu ipse.*

26. *fortiores se* — Sixtini, codd. A, K, X tacent *se.*

27. *veneruntque in Lais*—Cod. B *veneruntque Lais;* codd. F, Y *venerunt in Lais.*

28. *rursum extruentes*—Cod. A *rursus exstruentes;* cod. K *rursum instruentes;* codd. I, U *rursum struentes.*

30. *Posueruntque sibi* — Codd. C, D, T, U, X *Posuerunt sibi;* codd. A, V, Cas. 1. *Posueruntque ibi.* Pro *Ionathan,* Bibl. Mogunt. 1462., Paris. 1566. 1573., all. *Ionatham;* vaticanae editiones in hoc nomine pro quarto casu modo priorem positionem, modo alteram usurpant; eadem varietas est in graecis codicibus. Cod. M ad hunc locum notat: « Hieronymus (seu potius Auctor *quaest. hebraicarum in libros Paral.,* quae vulgo Hieronymo tribuuntur, III, 807.) super I Pa» ral. (XXIII, 15.) dicit quod *Sebuhel* filius » Gersan, filii Moysi videtur esse *Ionathan,* » qui in libro Iudicum dicitur fuisse *sacer» dos cum filiis suis in tribu Dan usque ad » diem captivitatis terrae;* id est usque ad » diem quando arca Dei ab Allophylis capta » est. » Mox pro *Gersam,* codd. M, N, R, V, X, Palatinus, Urbinas, palimpsestus bobiens., antiquiores editiones *Gersan;* hanc lectionem sequuntur non paucae ex hentenianis editionibus, veluti Bibl. Antuerp. 1559. 1563., Ven. 1572. 1578. 1579. 1583. 1599.; legunt *Gerson* Bibl. Ven. 1533., Paris. 1566., all., item graecus receptus, cui accedunt syrus, arabs paucique hebraici codices apud De-Rossi; legunt *Gersom* codd. H, Q, Bibl. Ord., priores editiones Rob. Steph., et ex hentenianis editionibus Bibl. Ant. 1565. in 16°. 1574. 1583. in fol. et in 8°., Ven. 1588.; item hebraeus, chaldaeus et graecus codex vaticanus; legunt *Gersa* Bibl. henteniana Antuerp. 1565. in 8°., Franc. ad M. 1566. Verum posteriores editiones Rob. Steph., indeque princeps editio Hentenii Lovan. 1547., item editiones hentenianae Lugd. 1569., Ant. 1561. 1572., Ven. 1576. in fol. et in 8°. hodiernam lectionem exhibent, quam merito praetulerunt sixtini, quippequae latinis optimae notae codicibus consentit. Cf. ad Exod. II, 22. et Holmes. Audiamus Martianaeum, qui de hac et de altera quae mox sequitur quaestione erudite scribit: « Apud LXX. *Gerson* et » *Gersom* legimus: in latinis autem exempla» ribus *Gersan* et *Gersam.* Canon hebr. veri» tatis *Gerson* habet; sed manifestus est, ni » fallor, exscriptoris lapsus, qui promiscue » accipit nomina *Gerson* filii Levi et *Gersom* » filii Mosis. Porro Gersom iste in hebraeis » ac graecis voluminibus constanter dicitur » filius Manasse; quum tamen in omnibus » latinis codicibus mss. legatur esse filius » Mosis. Id vero dissidii conciliare videtur » Theodoretus dum ait: *Ionathan filius Ma» nasse, filii Gersam, filii Moysi* (Ἰωνάθαν » υἱὸς Μανασσῆ, υἱοῦ Γερσὼμ, υἱοῦ » Μωσῆ. *Quaest.* XXVI.). Quod non tacuit » scholiastes graecus apud Nobilium; quam» vis in omnibus minime consentiat cum » Theodoreto: sic enim habet, Ἰωνάθαν φη» σὶ υἱὸν Μανασσῆ, υἱὸν Ῥηχὰβ, υἱοῦ » Μωσῆ, id est *Ionathan dicit, filium Ma» nasse, filium Rhechab, filii Mosi.* Legendum » forte υἱοῦ Ῥηχάβ, non υἱόν. Hebraeo» rum doctores aiunt hunc adolescentem fu» isse quidem filium Gersom filii Mosis, sed

» quia fecit opera Manassis, eiusdem quo» que filium dici ob cultum idolorum. Ideo » nomen *Manasse* in hebraeis voluminibus » habet *nun* pendulum hoc modo מנשה. » Quod ita suspenderunt, ut significarent Io» nathan istum fuisse nepotem Mosi, et in » honorem Mosis suspensum esse *nun*, ac si » diceret, fecit opera quasi filius esset Ma» nasse, et non Mosi. Haec illi latissime » prosequuntur in suis Commentariis; quae » quantumvis futilia videbuntur multis, inde » tamen manifeste colligimus veram esse le» ctionem Hieronymi, apud quem constanter » legitur nomen Mosis in omnibus codicibus, » non autem Manassis ut apud Septuaginta.» Haec ille, qui dein pergit proferens testimonium ex pseudo-hieronymo, superius memoratum a scholiaste nostri codicis M. Nostri codices prorsus confirmant ea quae de latinis exemplaribus a Martianaeo proferuntur; neque repugnat palimpsestus bobiensis qui legit *Gersan filii Moysei*. Ad hebraeum textum quod pertinet vide sis *Varias Lectt*. De-Rossi ad h. l. et in *Append.*, ubi addere possumus scholion quod legitur in margine codicis 490. Kennicotti, ita conceptum שלא מנשה היה אלא משה. Denique apud Holmesium non pauci graeci codices adhuc retinent Theodoreti lectionem a Martianaeo excitatam, aliique plures pro Μαvασσῆ legunt Μωσῆ; quibus consentit Ephraemus (I, 327.), qui habet ܓܪܫܘܢ ܒܪܗ ܕܡܘܫܐ.

31. *Mansitque* — Codd. D, F, G *Mansit*; cod. X *Mansit itaque*. Pro *idolum*, Bibl. Paris. 1566. *idolon*. Mox codd. K, palimpsestus bobiensis tacent verba *in diebus illis non erat rex in Israel;* quae verba in hebraico textu ad caput quod sequitur transferuntur. Pro *non erat*, cod. S *non fuit;* Sixtus legit *nec erat*, quod emendarunt gregoriani et Toletus, qui scribit: « Lege *non erat;* sic Complut., » Reg., Ordin., et multi codices, ut in prin» cipio huius capitis. »

Cap. XIX, 1. *vir Levites habitans in latere montis Ephraim* — Palimpsestus bobiens. *vir Levitis habitans in monte Efrain;* Rupertus omittit vocem *vir*. Pro *accepit*, cod. K legit *recepit*.

2. *in domum*—Cod. A *in domo*. Ante *Bethlehem* tacent *in* sixtini, codd. A, D, F, I, H, K, R, T, U, Y, gothic. leg., palimpsestus bobiens., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., Rupertus. Pro *apud eum*, Brev. goth. pag. 247. *apud eam*.

3. *volens reconciliari ei*—Sixtini, codd A, C, D, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Y, palimpsestus bobiens., Brev. goth. l. c., Hugo, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526. *volens ei reconciliari;* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476. 1480. 1482., all. *volensque reconciliari ei*. Pro *suscepit eum*, codd. Cas. 2. *suscepit eos*. Mox pro *eumque vidisset*, codd. H, X *cumque vidisset*.

4. *et amplexatus* — Cod. B tacet *et*.

5. *Die autem quarto* — Cod. Cas. 1. *Die autem tertia*. Pro *de nocte consurgens*, Brev. goth. l. c. *consurgens de nocte;* et mox tacet *ad eum*. Pro *pauxillum*, Sixtus, codd. R, S, veteres editiones, Brev. goth. l. c. *pusillum;* codd. C, D, O, T, U, Cas. 8. *pauxillulum;* cf. ad Gen. XXIV, 17. 43.; accedit goth. legion. qui habet *pausillulum;* Forcellini Lexicon ad v. *pauxillulum* profert testimonium Plauti; at eiusdem Lexici editores lipsienses animadvertunt plerasque easdemque optimas Plauti editiones legere *pausillulum*. Hodiernam Vulgati lectionem ad fidem aliorum codicum, praesertim codicis A, intulerunt sixtini et gregoriani; unde Toletus scribit: « Lege *pau*» *xillum;* sic mss. et utraque Congregatio. » Pro *conforta stomachum, et*, codd. C, D, F, O, S, T, U, V, Y, Cas. 3. *confortato stomacho*.

6. *ac comederunt et* — Sixtini, codd. A, C, D, F, H, I, K, R, U, V, Y, Hugo, Brev. goth. l. c. *et comederunt ac*.

7. *At ille* — Brev. goth. l. c. *Et ille*. Mox cod. B tacet *velle;* nec obstant hebraeus et veteres. Pro *Et nihilominus*, codd. C, D, T, U, Y, Cas. 1. *Nihilominus*.

8. *Mane autem*—Sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, I, K aliique fere universi tacent *autem*. Pro *parabat*, cod. B *paravit*. Pro *socer rur-*

sum, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Y, Hugo, Brev. gothic. l. c. *rursum socer.* Pro *Oro te, inquit,* codd. R, S, veteres editiones et Brev. goth. l. c. *Obsecro, inquit;* cod. K *Oro, inquit;* sixtini, consentientibus paene universis codicibus, hodiernam lectionem intulerunt. Dein pro *capias,* codd. C, D, F, G, T, U, V, X, Y *accipias.*

9. *Surrexitque* — Codd. Cas. 6. *Surrexit;* codd. G, S *Surrexit ergo.* Mox omittunt *ut pergeret* Bibl. Ven. 1511., Complut., Reg., aliaque. Pro *declivior,* cod. B *proclivior.* Pro *propinquat,* sixtini, codd. A, B, C, D, F, I, O, R, S, T, V, X, Y, Bibl. Ordin., Hugo, Berno augiens. CXLII, 1150. *propinquet;* quae quidem lectio consonat superiori membro, in quo legitur *Considera quod dies ad occasum declivior sit;* Brev. gothic. l. c. *declinet.* Pro *vesperum,* codices non pauci *vesperam.*

10. *Noluit* — Cod. A *Noluitque;* concinunt hebraeus et veteres. Pro *statim perrexit,* codd. F, H, L (seu Q), V, Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all., Brev. gothic. l. c. *statim surrexit;* hebraeus et veteres habent *surrexit et perrexit.* Pro *vocatur,* legunt *vocabatur* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, N, O, P, S, U, V, X, Y, Cas. 18., palimpsestus bobiensis, Bibl. Ordin., Lugd. 1535., Hugo; scholiastes in cod. N notat: « Bene dicitur *vocabatur;* » nam etiam antequam adquireretur a Iosue, » hoc nomine appellata erat. Ios. X. (v. 1.) » Angelus Rocca primo scripserat *vocabatur.*

11. *Iamque erant* — Ita sixtini et gregoriani, quibus favent pauci codices Casinenses. Reliqui nostri testes habent *Iamque aderant* vel *Iamque aderat;* priorem lectionem sequuntur Sixtus, codd. A, B, C, F, G, H, I, K, R, S, U, V, palimpsestus bobiens., veteres editiones, Brev. goth. l. c.; alteram lectionem praeferunt codd. D, N, O, P, T, X, Y; Epanorthotes in cod. N animadvertit: « Antiqui legunt *Iamque aderat.* Melius dixit in sin» gulari secundum consequentiam, de quo » praemiserat *et venit contra Iebus* (v. 10.); » subintelligitur enim de illis, de quibus di» xerat. Similiter I Paral. XIII. (v 6.) *ut au» ferret;* II Paral. XI. (v. 1.) *ut dimicaret;* » et III Reg. XII. (21.) latini nostri et etiam » LXX. *ut reduceret,* in singulari omnia po» nunt. » At pluralem numerum hebraeus et veteres exprimunt.

Ibid. *iuxta* — Cod. B *contra.* Pro *mutabatur,* codd. G, Cas. 1. *vertebatur.* Ante *declinemus* praemittunt particulam *et* Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496.; item hebraeus, chaldaeus et graecus.

12. *quae non* — Codd. F, X, Y *quia non.*

13. *pervenero, manebimus* — Brev. gothic. l. c. *venero, maneamus;* Theodotio et non pauci graeci codices legunt αὐλισθῶμεν: cod. S *pervenero, manebo.*

14. *Transierunt ergo* — Sixtini, codd. C, D, F, G, H, I, K, S, T, U, V, X, gothic. leg., palimpsestus bobiens., Brev. goth. l. c., Hugo *Transierunt igitur;* cod. A *Transierunt igitur in.* Pro *coeptum carpebant,* cod. K *certum carpebant;* Brev. gothic. l. c. *coeptum pergebant.* Pro *occubuitque eis,* codd. F, T, Y, Cas. 5., Bibl. Lugdun. 1550. 1567., Ven. 1558. *occubuitque ei;* codd. S, Cas. 4. tacent pronomen; item slav. ostrog., cod. 209. holmesianus et alexandrinus. Mox codd. F, Y omittunt *est.*

15. *diverteruntque* — Codd. A, C, D, aliique plures praeferunt *deverteruntque;* cf. infra XX, 4. In profanis quoque scriptoribus saepe ambigunt eruditi utrum legendum sit *diverto* aut *deverto.* Pro *Quo,* cod. Cas. 1. *Quam.* Pro *voluit,* sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, I, K, O, S, T, V, Y, Cas. plures, palimpsestus bobiensis, Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., all., Hugo, Brev. goth. l. c. *volebat;* codd. U, X *volebant.*

16. *Et ecce, apparuit* — Cod. B *Ecce apparuit eis;* addunt quoque *eis* codd. G, R, V, goth. legion. et Cas. 4.; addit *ei* Cas. 1. Pro *vesperi,* codd. H, I, K, palimpsestus bobiens., *vespere.* Pro *de monte erat,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, X, Y, palimpsestus bobiensis, Brev. goth. l. c., Hugo *erat de monte.* Mox codd. F, Y cum hebraeo et graeco tacent *erant.* Pro *Iemini,* codd. B, C, F, G, K, P, R, S, U, V, X, Y, Bibl. Rom.

1471., Ven. 1479.; 1480., Complut., all. *Gemini;* veteres interpretes habent *Beniamin;* conf. dicta supra ad III, 15.

17. *Elevatisque* — Brev. goth. l. c. *Levatisque.* Pro *vidit senex,* cod. K, Brev. goth. l. c. *senex vidit.* Mox cod. gothic. legion. omittit *hominem.*

18. *respondit ei* — Cod. Cas. 1. tacet pronomen. Dein pro *in Bethlehem,* cod. B *de Bethlehem;* tacent *in* codd. H, K, R, pauci Cas., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., Brev. goth. l. c.; cf. v. 2. Pro *ad domum Dei,* Bibl. Complut., Reg., Lugd. 1535. *ad domum Domini;* item hebraeus qui habet ואת בית יהוה; quod de Silo accipiendum, ubi arca et sacrum tabernaculum servabatur (conf. ad XX, 18.), prout interpretatus est chaldaeus.

Ibid. *nullusque sub tectum suum nos vult recipere* — Cod. A *nullusque nos sub tecto suo voluit recipere;* sixtini, codd. C, D, F, H, I, K, S, T, U, V, X, Y, Brev. gothic. l. c., Hugo *nullusque nos sub tectum suum vult recipere;* cod. G tacet *nos.*

19. *ancillae tuae* — Cod. Cas. 1. *ancillae meae;* huic favere videtur graecus qui pronomen tacet; at non pauci graeci codices addunt pronomen cum hebraeo et reliquis. Pro *qui mecum est,* codd. G, H, K *qui mecum sunt.*

20. *tantum, quaeso* — Bibl. Compl. et Reg. omittunt *tantum;* Brev. gothic. l. c. interponit *vos;* cod. Cas. 1. addit *te.* Pro *maneas* cod. Cas. 1. et Brev. goth. l. c. *maneatis.*

21. *Introduxitque eum* — Codd. B, gothic. leg. *Introduxitque eos;* item georgianus. Mox Brev. goth. l. c. *in domo sua,* pro *in domum suam.* Pro *laverunt,* cod. A *laverant.* Pro *in convivium,* cod. B *in convivio.*

22. *et potu* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, O, R, T, U, V, X, gothic. legion. *ac potu.* De *Belial* conf. ad Deut. XIII, 13. Mox codd. Cas. 2. tacent verba *id est, absque iugo;* cod. M notat haec non legi in hebraeo; at scholiastes in cod. N animadvertit: «Ad sub» tilem notulam super hoc quod dicitur *abs-* » *que iugo* non est in hebraeo, adde: Nihilo» minus est de textu latino; unde infra XX. » (v. 18.) hebraeus habet *venerunt in Be-* » *thel,* pro quo, ne de civitate illius nominis » dicere videretur, posuit *venerunt in domum* » *Dei,* addens *hoc est in Silo.*» Cf. Bukentopius p. 30. Pro *fores,* codd. Cas. 3. *ad fores;* accedunt hebraeus et graecus. Pro *dicentes,* codd. Cas. 4. *dixerunt.* Denique pro *domum,* codd. F, G, R, Y *in domum.*

23. *Nolite fratres* — Codd. B, S addunt *mei;* concinunt hebraeus et veteres, excepto graeco, de quo tamen conf. Holmesius. Pro *malum hoc,* cod. A *hoc malum.* Pro *hospitium meum,* Brev. goth. l. c. *domum hospitii mei;* cod. X *in domum meam,* ut hebraeus et veteres.

24. *scelus hoc* — Codd. U, Y *hoc scelus;* codd. F, S tacent *hoc.*

25. *Nolebant acquiescere* — Brev. goth. l. c. *Nolebant audire;* favent hebraeus et veteres. Pro *sermonibus illius,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, O, R, S, T, U, V, X, Y, gothic. leg., Brev. goth. l. c., Hugo *sermonibus eius.* Pro *eduxit,* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. *adduxit.* Pro *qua cum,* codd. A, C, T, V *quam cum.*

26. *recedentibus* — Sixtini cum cod. A *decedentibus;* non male.

27. *aperuit ostium* — Cod. V, Bibl. Ordin., Hugo addunt *domus;* his favent hebraeus et veteres. Pro *sparsis,* cod. T *spansis* (sic); Brev. goth. p. 248. *expansis,* quod correctoris ingenium sapit.

28. *putans eam* — Cod. X *reputans eam;* cod. K tacet *eam.* Pro *et ambulemus,* codd. A, C, D, I, K, O, S, U, V, Cas. 5., palimpsestus bobiensis, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Complut., Reg., Rob. Steph., all. *ut ambulemus;* item slavon. Pro *erat mortua,* codd. B, Cas. 3., goth. legion. *esset mortua;* codd. A, palimpsestus bobiensis legunt tantum *erat;* graecus habet ὅτι ἦν νεκρά, sed hebraeus et reliqui omittunt verba *intelligens quod erat mortua.*

29. *in duodecim partes* — In cod. B secunda manus addidit *divisit.* Non pauci libri

mss. et editi pro *frusta,* habent *frustra,* uti monuimus ad Levit. VIII, 20. et Ios. IX, 5.; his accedit palimpsestus bobiensis tum hoc loco, tum infra XX, 6. Pro *misit,* cod. A 2. m. *et misit.*

30. *conclamabant* — Cod. V, Brev. gothic. l. c. *clamabant;* mox vero idem Brev. habet *ex ea die, qua.*

Cap. XX, 1. *Egressi itaque sunt* — Cod. A *Ingressi sunt itaque;* sixtini, codd. C, D, F, H, I, K, S, T, U, V, X, Y, palimps. bobiens., Brev. gothic. l. c., Hugo, Rabanus *Egressi sunt itaque;* cod. G *Egressique sunt.* Pro *congregati,* cod. B et Brev. goth. p. 248. *conglobati.* Pro *Bersabee,* cod. B *Bersebee.* Pro *Maspha,* cod. gothic. legion., all. *Masphath;* cf. supra ad X, 17.

2. *Omnesque* — Antiquiores editiones minus recte legunt *Omnes quoque.* Pro *anguli populorum,* codd. F, Y *populorum anguli.* Pro *quadringenta millia,* codd. F, I, P, T, U, V, X, Cas. 15., Palatinus, palimpsestus bobiensis, aliquot mss. Martianaei, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476. 1479. 1480., posteriores editt. Rob. Steph., all., Brev. gothic. l. c., Alfonsus Tostatus *quadraginta millia;* Bibl. Ven. 1482. *quadraginta millium;* cod. Y *viginti millia.* At recte Martianaeus has varietates incuriae atque imperitiae librariorum tribuit. Scholiastes in cod. N notat: « Lege » *quadringenta millia;* cui concordat idem » numerus infra (v. 17.) positus, etsi qui» dam habeant *XL. millia:* sed hebraeus et » graeci habent *quadringenta millia;* unde » constat litteram hebraeam esse antiquam. » In cod. O scholiastes aperte id demonstrat scribens: « *Convenerunt ·CCCC· millia;* et » infra (v. 17.) *inventa sunt ·CCCC· mil» lia,* non vero *·XL·* sicut quidam male ha» bent. Nam post ·XL· millia filiorum Is» rael, qui interfecti fuerunt a filiis Benia» min (v. 21. 25.), illi qui remanserant per» emerunt omnes de tribu Beniamin, praeter » ·DC· (v. 47.) » Librarius qui codicem V descripsit, hanc notam adiecit: « Hebraeus et » graecus habent *quadringenta millia.* »

3. *Interrogatusque* — Codd. Cas. 2. *Interrogatus.* Mox in cod. B *scelus* deerat.

4. *diverti* — Vetustiores nostri codices, uti A, C, palimpsestus bobiensis, aliique praeferunt *deverti;* conf. ad XIX, 15.

5. *nocte* — Hoc verbum desideratur in palimpsesto bobiensi, et in cod. 70. Kennicotti. Pro *furore libidinis,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, aliique fere omnes cum palimpsesto bobiensi et Brev. gothic. l. c. *libidinis furore.* Post *denique* cod. A addit *et.* In cod. M admonemur defectivam esse huius versiculi locutionem; quam planiorem reddere possemus legentes *quae denique mortua est.*

6. *possessionis vestrae* — Cod. Cas. 1. *possessionis nostrae;* alter Cas. *possessionis Israel,* quod habent hebraeus et veteres.

7. *Adestis omnes filii Israel* — In Bibl. Paris. 1566. haec verba mendose praetermissa sunt. Pro *facere,* palimpsestus bobiensis *agere.*

8. *quasi unius* — Cod. H et antiquiores omnes editiones *et quasi unius;* at recte animadvertit Robertus Stephanus nexum in plerisque codicibus deesse. Pro *respondit,* Brev. gothic. l. c. *respondebant;* accedunt graecus, syrus et arabs; sed cf. Holmes. Pro *recedemus,* codd. A, palimpsestus bobiensis *recedimus.* Pro *quisquam,* codd. C, D, F, aliique cum palimpsesto bobiensi *quisque.*

9. *faciamus* — Hanc lectionem praetulerunt sixtini, quibus adstipulantur codd. A, Cas. 1., Bibl. Ordin. At reliqui nostri codices et veteres editiones legunt *faciemus;* nec repugnant hebraeus et veteres; at conf. Holmesius.

10. *e centum* — Codd. F 1. m., S, Brev. gothic. l. c. *de centum.* Post *tribubus* codd. Cas. 2. addunt *filiorum.* Pro *ut comportent,* Brev. gothic. l. c. *et comportent.* Pro *cibaria,* palimpsestus bobiensis *cibariam.* Pro *et possimus,* correctores gregoriani prima manu, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. goth. l. c. paucique codices *ut possimus;* accedunt hebraeus et veteres; cod. A *et possemus.*

Ibid. *pugnare contra Gabaa Beniamin, et*

reddere ei — Sixtini, primo gregoriani, codd. A, C, D, F, H, I, K, O, R, S, T, U, V, X, Y, Cas. plures, goth. leg., palimpsestus bobiensis, Brev. goth. l. c., Hugo *pugnantes contra Gabaa Beniamin reddere ei;* cod. B tacet *ei.*

11. *universus Israel* — Brev. gothic. l. c. *omnis Israel;* Bibl. Paris. 1566. *exercitus Israel.* Pro *homo unus,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Y, palimpsestus bobiensis, Brev. goth. l. c., Hugo *unus homo.* Pro *unoque,* cod. Cas. 1. *eodemque;* codd. S, Y *uno.*

12. *tribum* — Deest in codice Cas. 1. Mox pro *in vobis,* palimpsestus bobiensis *in nobis;* Cat. Niceph. ἐν ἡμῖν.

13. *Tradite homines* — Codd. T, Cas. 2. cum arabe et slavon. ostrog. interponunt *nobis;* cod. S *omnes.*

14. *sortis suae . . . universum populum Israel* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Y, palimpsestus bobiens., Rupertus *suae sortis . . . universum Israel populum;* legunt quoque *suae sortis* Brev. gothic. l. c. et Hugo.

15. *viginti quinque* — Cod. A tacet *quinque;* Petrus Com. legit *triginta quinque;* Isidorus Clarius, margo Ordin. cum hebraeo, chaldaeo, syro et arabe *viginti sex;* graecus habet εἰκοσιτρεῖς, sed plerique codices cum Vulgato legunt εἴκοσι καὶ πέντε, item Iosephus *Antiq. V, 2. num. 10.,* Ambrosius, et armenus, slav., georg.; hanc Vulgati lectionem praeferunt Bukentopius p. 165., Gordonus, Bonfrerius, aliique. At plerique critici stant pro hebraico textu; cf. Michaëlis *Bibl. Or. V, 243.,* Schulzius *II, 210.,* Houbigantius, Rosenmullerus, Malvenda, Alfonsus Tostatus, Nicolaus de Lira, Caietanus. Cod. X addit *hominum;* cui accedunt hebraeus et veteres. Mox tacent particulam *de* Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496. Pro *educentium,* cod. A *ducentium.*

16. *lapides ad certum iacientes* — Sixtini, codd. A, C, H, I, K, T, V, X *ad certum iacientes lapides;* codd. D, F, G, O, U, Y, Hugo, Brev. goth. l. c. *ad certum iactantes lapides.* Mox codd. B, G, S, V tacent *quoque.* Pro *possent,* codd. C, D, I, T, U, Cas. 1., Hugo *possint.* Pro *ictus,* sixtini ad fidem codicis A posuerant *iactus,* quos sequutus est Sixtus; at vero gregoriani et Rocca restituerunt *ictus.*

17. *Virorum quoque* — Brev. gothic. l. c. *Virorum autem.* Rursum pro *quadringenta,* codd. A 1. m., X, Cas. 3., antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c. *quadraginta;* Hugo de s. Charo notat: « Quidam libri mendaces » habent *quadraginta* millia, quod esse non » potest. Nam Beniamitae occiderunt de eis » XXII. millia prima vice, et secunda XVIII. » millia; ita nullus remansisset de Israel; » quod falsum est. » Cf. supra ad v. 2. Pro *educentium,* Bibl. Ven. 1511. 1519. *adducentium.* Pro *ad pugnam,* cod. Cas. 1. *ad bellum.*

18. *in domum Dei, hoc est, in Silo* — Hebraicus textus, cui reliqui veteres interpretes consentiunt, legit tantum בית־אל, unde margo Ord. *Bethel.* Porro etsi ante Salomonis aetatem arca foederis certam immotamque sedem non habuerit, tamen eamdem a Iosue temporibus in urbe Silo plerumque commoratam fuisse exploratum est ex Ios. XVIII, 1. XIX, 51. I Reg. I, 24. Hinc de Silo Hieronymus (III, 274. cf. VI, 692.) ex Eusebio habet: « In hoc loco arca testamenti » mansit, et tabernaculum Domini usque ad » tempora Salomonis. » Neque minus certum est, locum in quo tabernaculum et arca servabantur, nuncupatum fuisse *domum Dei* aut *Domini;* cf. Iudic. XVIII, 31. XIX, 18. Psal. V, 8. Exinde, ni fallimur, Hieronymus hoc loco, et infra vers. 26. XXI, 2. pro hebr. בית־אל (quod *domum Dei* significat) intellexit Silo. Certe praedictis rationibus permotus fuit Iohannes Clericus (qui utinam alias hieronymianis doctrinis plus aequo infensum non se praebuisset) dum in eamdem sententiam concessit. At vero quum arca foederis aliquando delata fuerit tum ad oppidum Maspha (cf. XX, 1.), tum etiam in Bethel (conf. XX, 27. et I Reg. X, 3.), doctissimi interpretes in laudatis locis autumant בית־אל non de *Silo,* sed de oppido *Bethel* accipiendum

esse. Bonfrerius ipse, cui tamen Vulgati interpretatio probatur, scribit: « Etsi facile in » nostra versione veteris Testamenti ter cen- » ties habeatur *domus Domini* vel *domus Dei,* » cum sermo est de tabernaculo foederis, » vel templo hierosolymitano, nusquam ta- » men alibi in hebraeo illud appellatur *Be-* » *thel,* sed vel *Beth-Iehova,* vel *Beth-Elohim.*» Re quidem vera nomen בית־אל perpetuo usurpatur in s. Scripturis ad denotandam huius nominis civitatem; proindeque illud pro nomine appellativo urbis Silo haberi nequit; dicendum enim fuisset vel בית־האלהים vel בית יהוה. Quapropter Hieronymi sententia, quam alii plures ex nostris interpretibus quos inter Calmetus, Mariana, Tirinus, Malvenda, tuentur, minus probabilis nobis videtur: at non ideo manifestae falsitatis illam arguere audemus. Nobiscum faciunt censores qui iussu Pii V. florentinos codices contulerunt; nam ad huius loci marginem adnotarunt *hoc est Bethel.*

Ibid. *consulueruntque Deum* — Ita legendum censuerunt sixtini et gregoriani, quibus suffragantur codd. H, K, V, aliique pauci, unde Toletus scribit: « Lege *Deum;* sic he- » braeus, graecus, Complut., Reg., Ordin. et » Congregatio. » At Sixtus cum reliquis fere universis antiquis editionibus, paucis codicibus et Brev. goth. l. c. habet *consulueruntque Dominum.* Vallarsium fefellit mendosa Calmeti editio dum hanc lectionem hodiernis Vulgati editionibus adscribit. Codices autem A, B, C, D, aliique longe plures habent *consulueruntque eum.*

19. *filii Israel surgentes*—Codd. F, Y *surgentes filii Israel.*

21. *Egressique* — Cod. B addit *inde.* Mox Bibl. Mog. 1462. et Rom. 1471. tacent *duo.* Pro *virorum,* codd. A, F 2. m., I, K, gothic. legion. *viros.*

22. *Rursum* — Codd. F, R, V, Cas. 3. *Rursumque.* Pro *certaverant,* cod. A *certabant;* antiquiores editt., Brev. goth. l. c., paucique codices legunt *certaverunt.*

23. *ascenderent et flerent* — Cod. K *ascendentes flerent.* Pro *consulerentque eum, et dicerent,* Brev. goth. l. c. *consulueruntque Deum et dixerunt;* accedunt hebraeus et veteres.

Ibid. *Debeo ultra procedere ad dimicandum contra filios Beniamin fratres meos* — Bibl. Ven. 1476., 1480., Compl., Reg., posteriores editt. Rob. Steph., all., Hugo, Rupertus *Debemus ultra procedere ad dimicandum contra filios Beniamin fratres nostros;* accedunt graecus (at cf. Holmesius), syrus et arabs; orationis quoque contextus suffragatur. At, quum obstent latini codices, hanc lectionem ex vers. 28. derivatam censemus. Pro *Ascendite ad eos,* codd. B, H, K, palimpsestus bobiensis, Brev. gothic. l. c. *Ascendite ad eum;* consentiunt hebraeus, syrus et multi graeci codices.

24. *altera die* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, aliique fere omnes cum palimpsesto bobiensi *altero die.* Mox sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, K, aliique plures cum palimpsesto bobiensi tacent *filios;* his consentiunt non pauci graeci codices holmesiani, et cod. 96. Kennicotti. Brev. goth. l. c. pergit hoc pacto *altera die processissent ad praelium contra Beniamin* (supplendum videtur *eruperunt filii Beniamin*) *de portis Gabaa: occurrerunt eos, tantaque in eis caede* etc.

25. *de portis* — Cod. Cas. 1. *de porta.* Pro *in illos,* codd. C, D, G, H, T, U *in eos;* codd. F, V, Rupertus cum Brev. gothic. l. c. *in eis.* Pro *decem et octo,* cod. Cas. 1. *viginti octo;* codd. R, S *XX. et VIII.*

26. *domum Dei*—Intellige *Bethel,* ut praescripsimus ad vers. 18. Pro *sedentes flebant,* codd. Cas. 2. *sedebant flentes;* codd. Cas. 3. *sedentes fleverunt.* Pro *die illo,* codd. A, C, D, F, G, H, K, aliique *illo die.* Pro *vesperam,* pauci codices cum Brev. goth. l. c. *vesperum.* Pro *atque pacificas,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, aliique fere omnes cum palimpsesto bobiensi et Brev. goth. l. c. *et pacificas.*

27. *super statu* — Codd. G, T, V, Cas. 4. *super stratu.* Pro *interrogaverunt,* cod. B 2. m. *in terra iacuerunt;* codd. F, Y, Cas. 1. addunt *eum;* hebraeus et veteres *Dominum.* Pro *foe-*

deris Dei, Sixtus, codd. B, C, F, I, K, M, S, T, Cas. plures, palimpsestus bobiensis, veteres editiones fere omnes *foederis Domini;* cf. De-Rossi *Varr. Lectt. ad h. l.;* errat Vallarsius dum hanc lectionem tribuit editioni clementinae. Sixtini et gregoriani hodiernam lectionem intulerunt, quibus favent codd. A, D, G, H, R, U, V, X, Cas. 4., all.; hinc Toletus scribit: « Lege *Dei;* sic hebraeus, mss., Compl., » Reg. et Congregatio. In graeco et Ord. est » *Domini.* » Animadverte Toletum contulisse graecam editionem Compl. quae habet tantum Κυρίου, at sixtina cum plerisque codd. legit Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Perperam additur *in Silo* in codd. R, S, Cas. 6., quod correctoria M et O notant expungendum; ipsemet Nicolaus de Lira qui illud legebat suis in codicibus, adnotavit in hebraeo deesse.

28. *filii Aaron* — Cod. A praemittit *sacerdotis;* item duo codices hebraici derossiani et Targum in polyglottis antuerpiensibus; codd. Cas. 3. eamdem vocem addunt, ut syrus, arabs, Talmud babylonicum, nonnulli codices hebraici apud De-Rossi et graeci apud Holmesium; codd. I, R, S, Cas. 4. addunt *erat.* Post verba *praepositus domus* cod. A addit *Domini;* cod. K *Dei;* cod. S *Levi;* hebraeus legit tantum לפניו, *coram ea,* nempe arca foederis; nec aliter veteres interpretes habent. Pro *ad pugnam,* cod. A et Brev. goth. p. 249. *ad pugnandum.* Mox tacent *filios* codd. F, Y; cf. ad v. 24.; consentiunt pauci codices hebraici apud Kennicottum et graeci apud Holmesium, item Talmud babylonicum.

31. *audacter*—Quidam codices cum Brev. goth. l. c. praeferunt *audaciter.* Pro *eruperunt de civitate, et fugientes,* codd. F, Y *proruperunt et fugerunt de civitate.* Pro *sicut primo die et secundo, et caederent per duas semitas vertentes terga,* cod. A, paucique Cas. *sicut primo et secundo die, et ceciderunt per duas semitas terga vertentes;* sixtini, codd. C, D, F, G, H, I, K, T, U, V, X, Y, palimpsestus bobiensis, Brev. gothic. l. c., Hugo *sicut primo et secundo die, et caederent per duas semitas terga vertentes.*

Ibid. *ferebatur* — Codd. A, B, G, Cas. 3., palimpsestus bobiens. *ferebat;* optima lectio, tum quia magis respondet hebraeo et graeco, ubi habetur *ascendens;* tum quia politiorem latinitatem sapit. Ita apud Caesarem *B. C. I, 27.* « Itinera duo, quae extra murum » ad portam ferebant. » Pro *Bethel,* codd. A, I *Bethlehem.* Pro *et altera,* codd. A, B, C, R, Cas. 4., palimpsestus bobiens. *altera.* Palimpsestus bobiensis pro *Gabaa,* legit *Gabaath.*

32. *solito eos more*—Sixtini, codd. A, G, K *eos solito more;* codd. I, palimpsestus bobiensis *solito more eos.* Pro *cedere,* quod habent omnes romanae editiones, quibus plures codices et veteres editiones consentiunt, nonnulli, etiam ex recentioribus, praeferunt *caedere.* De hac quaestione diserte agit Bukentopius pag. 30. et 165. Prior lectio significat Beniamitas existimasse reliquos Israelitas solito more cedere loco, seu fugere; idque aperte exprimitur infra ad vers. 39. At vero hebraeus textus utroque loco exprimit Beniamitas dixisse: *Caesi sunt Israelitae ante nos;* hinc Bukentopius pag. 518., Bonfrerius in h. l. aliique haud dubitant praeferre lectionem *caedere.* Verum si Hieronymo licuit aut placuit priorem sensum exprimere ad v. 39., de quo nemo dubitat, non est cur alterum sensum hoc loco reddidisse censeatur. Quidquid vero sit de hac critica quaestione, unum est quod, quum ad legitimam lectionem tuto constabiliendam faciat, quumque operis nostri utilitatem maxime commendet, nulla ratione praetermittere nobis licet: plantinianos nempe editores, suadente Luca Brugensi, inter errores typographicos vaticanarum editionum temere prorsus recensuisse istud *cedere;* adeoque suffecisse *caedere* in suis editionibus Antuerp. 1599. 1603. 1608., aliisque recentioribus; unde ad alias plures quae alibi locorum prodierunt editiones, eadem lectio propagata fuit, suosque propugnatores nacta est. At perperam. Quum enim sixtini censores reperissent scriptum *caedere* in Bibl. Antuerp. 1583., quibus utebantur, subortum eis est dubium utrum recte se ita lectio ha-

beret; hinc, collatis aliis libris mss. et editis, quos inter cod. A, et Bibl. Lovan. 1547., existimarunt restituendum *cedere*. Nemo igitur in posterum hanc vaticanae editionis lectionem typographorum vitio iure adscribere poterit.

Ibid. *inierunt*—Sixtini *iniere;* consentiunt codd. A, C, D, F, G, H, I, K, O, S, T, U, V, X, Y, palimpsestus bobiens., Hugo. Pro *abstraherent,* cod. Cas. 1. *abstrahentes*. Mox tacent *eos* codd. K, palimpsestus bobiensis. Pro *et quasi,* legunt tantum *quasi* codd. D, F, G, K, U, Y, Cas. 1.

33. *vocatur* — Codd. F, O, S, Y, Cas. 5., Brev. gothic. l. c. *vocabatur*.

34. *et ab Occidentali urbis parte* — Brev. gothic. l. c. *et ad occidentalem urbis partem;* haec ad superiorem versum pertinent, ubi Hieronymus legebat ממערב (pro ממערה), ut et graeci qui habent ἀπὸ δυσμῶν; cod. Cas. 1. addit *ad certamen*. Post *habitatores urbis* codd. Cas. 3. tacent *ad;* codd. Cas. 3. addunt *Gaad* (fortasse *Gabaa*). Mox tacent *illis* codd. U, X, Bibl. Lugdun. 1535.

35. *Percussitque*—Cod. A 1. m. *Percussit*. Pro *ex eis in illo die,* codd. B, goth. legion., Brev. gothic. l. c. *ex illis, illo die;* codd. K, R, S, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *ex illis, in illo die;* cod. A *in illo die* tantum. Post *quinque millia* codd. F, X addunt *hominum*. Post *bellatores* cod. A tacet *et,* nec legitur supra v. 25.; cf. ad VIII, 10.

36. *ad praeparatas*—Codd. Cas. 4. *in praeparatas*. In codice A desiderantur verba *quas iuxta urbem posuerant*.

37. *daret*—Codd. G, K, Bibl. Lugd. 1535. *darent*. In cod. B deerat pronomen *eam*.

38. *dederant* — Codd. C, D, S, U, Y, Cas. 13., Brev. gothic. l. c. *dederunt*. Pro *in insidiis,* codd. A, F, Y, goth. legion., Bibl. Mog. 1462., Ven. 1494. 1498. *insidiis;* cod. Cas. 1. addit *ducentos quadraginta*. Ante *postquam* in cod. B deerat *ut*. Pro *ignem,* Bibl. Ven. 1484. 1492. 1497., Brix. 1496., Lugdun. 1535., Brev. goth. l. c. *igne*. In cod. B deerant verba *ut ascendente in altum fumo, captam urbem demonstrarent;* cod. A legit *et ascendente fumo in altum* etc.; alii quoque plures codices habent *et ascendente*.

39. *putaverunt*—Codd. C, D, aliique apud Sirletum *putaverant*. Ad *Beniamin* codd. S, Cas. 2. addunt *more solito,* quod ex vers. 32. petitum videtur. Pro *persequebantur,* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, K, R, S, T, U, V, Y, goth. leg., Brev. goth. l. c. *sequebantur*.

40. *et viderent* — Ita scripserunt sixtini, gregoriani, codd. A, H, L, aliique pauci; nam reliqui codices fere omnes, Sixtus, Bibl. Ordin., Lov., priores editt. Rob. Steph., all. *et viderunt;* antiquiores editiones legunt *ut viderunt*. Pro *conscendere,* codd. F, Y *ascendere*. Pro *aspiciens retro,* cod. R, veteres editiones *respiciens retro;* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, O, T, U, V, X, Y, Brev. gothic. l. c. *retro aspiciens*. At in Brev. goth. l. c., omissis verbis *et viderent quasi columnam fumi de civitate conscendere. Beniamin quoque,* legitur *Israel vero retro aspiciens*.

Ibid. *cum captam*—Sixtini, codd. A, F, G, I, T, Y, Cas. 3. tacent particulam *cum;* qua ablata, planior evadit contextus. Animadvertat lector haec verba *Beniamin quoque aspiciens retro, captam cerneret civitatem, et flammas in sublime ferri,* veluti parenthesi inclusa esse; integram vero periodum ab initio v. 39. decurrere ad medium vers. 41. Id vero Sirletum fugisse videtur, qui heic adnotavit mancam esse orationem, atque nonnulla deesse. At revera orationis series prorsus integra et perfecta est. Ita tamen libere se gerit hoc loco, et in iis, quae proxime sequuntur, latinus noster interpres, ut vix pro re critica varias latinorum codicum lectiones ad hebraicum textum antiquosque interpretes conferre valeamus. Adeoque ne quae dubia nimis incertaque sunt proferamus, ab huiusmodi periculo faciendo supersedemus. Pro *cerneret,* antiquiores editt. *cernerent*. Pro *flammas,* codd. G, H, *flammam*.

41. *fortius resistebant* — Cod. K, Brev. goth. p. 250. *fortiter resistebant;* codd. F, Y *fortius insistebant*.

42. *succenderant* — Codd. G, I, Cas. 3. *accenderant.*

43. *nec erat ulla* — Codd. C, F, K, Y *nec erat ultra;* Bibl. Ordin. *nec ulla erat.* Pro *requies morientium,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, aliique fere omnes cum palimpsesto bobiensi et Brev. gothic. l. c. *morientium requies.* Pro *Ceciderunt,* sixtini, codd. A, G, H, I, S, V, Cas. 3. *Cecideruntque.* Mox cod. B 2. m. ante *prostrati* addit *ita.*

44. *in eodem loco* — Codd. K, palimpsestus bobiensis, Brev. gothic. l. c. *in eo loco.* Pro *pugnatores,* codd. A, I *bellatores.*

45. *remanserant* — Cod. F, Brev. goth. l. c. *remanserunt.* Mox *Petram* cum priori littera maiuscula scribimus uti est infra vers. 47. et XXI, 13., etsi in principe editione clementina anni 1592. hoc loco cum minuscula scribatur; nam ut sibi constet scribendi ratio alteram et tertiam editionem vaticanam sequimur. At vide ne hanc *rupem* Remmonis confundas cum *Petra* de qua supra ad I, 36.

Ibid. *palantes* — Codd. C, D, I, N, P, T, U, V, X, Y, goth. legion., Cas. 5. *latentes;* scholiastes in cod. N nimia subtilitate disputans scribit: « Hebraeus sic habet: *Et vindemia-» verunt in semitis quinque millia viros.* Hinc » constat, quod hoc quod dicitur *in diversa » tendentes* est accusativi casus; ista enim » fugientibus per se fugantibus *(sic)* per ac-» cusativum conveniunt. *Palantes* vero quod » secundum modernos ibi ponitur, est, ut » dicit Papias, palam vagantes; quod mor-» tem fugientibus non congruit, sed latibula » potius in diversis semitis quaerere, iuxta » quod hebraeus habet. Per hoc ergo quod » dicitur *in semitis,* illud quod dicitur *laten-» tes* accipiatur, palamque vagari magis in » campis congruit; per pluralitatem etiam se-» mitarum accipitur quod dicitur *et in diver-» sa tendentes.* Alia littera *palantes.* Graeci » adhaerent hebraeo. » Cod. G tacet *palantes, et.* Mox pro *virorum,* nostri codices et veteres editiones legunt *viros;* neque aliter habere putamus codices Martianaei, quamvis ipse vulgatam lectionem exhibuerit; de hac autem romanorum censorum scripta quae habemus, alte silent. Post *persecuti sunt* cod. K tacet *eos;* margo Ordin. et florentini censores addunt *usque Gidom,* quod in latinis codicibus desideratur. Pro *alia duo,* codd. A, K, goth. leg., palimpsestus bobiensis *alios duo.*

46. *Et sic factum est* — In codd. S et palimpsesto bobiensi primo deerat *sic.* Pro *qui ciderant,* codd. K, palimpsestus bobiensis *quos occiderunt.* Pro *pugnatores,* codd. A, F, V *pugnatorum.* Pro *ad bella,* codd. C, D, F, I, S, T, U, V, X, Y, Cas. 2. *ad bellandum.*

47. *qui evadere, et fugere in solitudinem potuerunt* — Heic rursum tacent schedae romanorum correctorum, atque ignoramus utrum quis ante Sixtum hanc lectionem admiserit. Nostri enim codices et veteres editiones magno consensu legunt *qui evadere potuerunt* (vel *potuerant*), *et fugere in solitudinem* (pauci *in solitudine*). Pro *in Petra Remmon,* palimpsestus bobiensis *Petrae Remmon;* Sixtus *Petraremmon,* item ad XXI, 13. At Rocca et Toletus duas voces seiunxerunt; cf. supra ad vers. 45.

48. *Regressi autem* — Codd. S, Cas. 3. *Egressi autem;* cod. G *Reversi autem;* cod. Cas. 1. addit *a filiis Beniamin;* hebraeus legit אל-בני בנימן, graecus πρὸς υἱοὺς Βενιαμίν, unde margo Ordin. *ad filios Beniamin.* Pro *consumpsit,* palimpsestus bobiensis *consumit;* cod. G *combussit.*

Cap. XXI, 1. *Iuraverunt* — Codd. K, R, S, Cas. 3., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Compl., Reg., posteriores editt. Rob. Steph., all. *Iuraverant.* Haec lectio inde commendatur, quod admodum probabile sit Israelitas non post confectum bellum, sed antequam illud susciperent, iurasse, quando scilicet in Maspha convenerunt, uti exponitur initio superioris capituli. Pro *dixerunt,* codd. R, S, Cas. 3. *dixerant.* Pro *filiabus suis,* codd. G, N* 1. m., P, R, S, Cas. 4. *filiabus nostris;* at scholiastes in cod. N scribit: « Secundum hebraeum et antiquos non est ibi » *nostris,* sed *suis.* »

2. *ad domum Dei in Silo* — De huius inter-

pretationis ratione verba fecimus ad XX, 18. Hebraeus et veteres legunt tantum *ad Bethel,* quo, nostra quidem sententia, tunc delata fuerat arca; sequitur enim in sacro textu *et consederunt ibi coram Deo.* Pro *levaverunt vocem, et magno ululatu,* cod. B *levaverunt vocem, et cum magno ululatu;* codd. C, D, F, Y *levaverunt voce magna et ululatu;* codd. T, U *levaverunt vocem magnam et ululatu;* palimps. bobiens. *levaverunt vocem magno ululatu.*

3. *Domine Deus*—Cod. Y, Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. *Dominus Deus.* Pro *auferretur,* codd. G, R, S, Cas. 4. *auferatur;* alii plures scribunt *auferetur.*

4. *diluculo* — Antiquissimi codices cum palimpsesto bobiensi prae se ferunt *deluculo,* quod apud Forcellini Lexicon adnotatum non reperimus. Pro *obtuleruntque ibi,* codd. C, D, F, T, Y *et obtulerunt ibi;* codd. G, Cas. 3. tacent *ibi;* hebraeus et veteres non habent istud adverbium hoc loco, sed in superiori membro.

5. *in exercitu* — Codd. F, G, I, L, R, S, X, Y, Cas. 7., antiquiores omnes editiones, Brev. gothic. l. c. *in exercitum.* Pro *Grandi enim,* codd. A, C, D, F, N, O, P, T, U, Y, et pauci Cas. *Gravi enim;* pro hac lectione scholiastes in cod. N scribit: « Antiqui legunt » *Gravi;* et plus est sententiosum dicere *Gra-* » *vi,* quam sequendo litteram (hebraici tex- » tus) ponere *Grandi,* quod novi habent. » Cod. K tacet *enim.* Pro *iuramento se,* codd. A, C, D, F, G, H, R, T, U, V, X, Y, palimpsestus bobiensis *se iuramento;* cod. B tacet *se.* Pro *constrinxerant,* palimps. bobiensis et Brev. gothic. l. c. *constrinxerunt.*

6. *fratre suo* — Cod. B *fratres suos filios;* addunt quoque *filios* syrus, chaldaeus, arabs et pauci codices hebraici apud De-Rossi; perperam Vallarsius notat Vulgatum legere *fratres suos,* quod non habetur nisi in mendosa Calmeti editione, quam ille unicam conferebat. Pro *tribus una,* sixtini, codd. C, D, F, G, H, I, K, R, S, U, V, X, Y, Brev. gothic. l. c. *una tribus.*

7. *omnes enim* — In cod. B deerat *enim.* Mox idem cod. tacet *nos.* Pro *his filias nostras,* codd. A, R, S *filias nostras his.*

8. *Et ecce* — Tacent nexum codd. B, U. Pro *habitatores,* Brev. gothic. l. c. *viri.* Pro *Iabes,* sixtini, codd. A, B, D, F, G, I, K, R, U, X, Y, palimpsestus bobiensis, antiquiores editiones, Brev. goth. l. c., Hieron. III, 235. et Ambrosius *Iabis;* item infra verss. 10. 12. 14.; graecus Ἰαβεῖς.

9. *Eo quoque*—Cod. B *Eoque.* Rursum hoc loco Hieronymus tum ex praeconcepta opinione, de qua egimus ad XX, 18., tum ex eo quod infra v. 12. memorentur *castra in Silo,* adiiciendum censuit *cum essent in Silo.* Verum hoc loco census in Maspha habitus (XX, 17.) intelligendus videtur; aut saltem heic sermo est de censu ante confectum bellum habito. Pro *nullus ex eis ibi repertus est,* Brev. goth. l. c. *nullus est ex eis ibi repertus.*

10. *decem millia* — Si hebraeum, antiquosque interpretes attendamus, dubitare non possumus mendosam esse hanc lectionem, atque Hieronymum posuisse *duodecim millia,* quod et apud Ambrosium legitur; quum vero haec lectio a latinis codicibus, saltem quos videre licuit, prorsus exulaverit, mendum irrepsisse videtur vitio antiquissimorum librariorum, qui hieronymianam interpretationem primis temporibus descripserunt. Conf. Bonfrerius, Cornelius a Lapide in h. l., Bukentopius p. 165. 527. et De-Rossi *de praecip. caussis, p. 97.* At, dices, cur romani censores non emendarunt? Multiplex ratio intercessit. Idque paucis declarare studebimus, ne cui scrupulum ingerat obiectio, quae subinde restaurari potest ab iis qui vel nostros labores adversantur, aut saltem illos minus opportunos esse verentur. Et primo quidem hunc locum aliosque paucos eiusdem generis, correctores pontificii immutatos, seu, uti loquitur Hieronymus, inemendatos dimiserunt, quia sapientissime constituerant nihil absque idoneis latinis testibus, in recepta Vulgati lectione immutandum esse, nisi forte aliunde aliqua urgeret necessitas et evidens ratio. Huius autem legis illos

umquam immemores fuisse nos omni confidentia negamus. Hinc errorem, de quo agimus, utpote plane innocuum, nulla necessitate corrigere compellebantur. Praeterea nemo ignorat in huiusmodi criticis quaestionibus haud raro hominum iudicia ita dissimilia esse, ut quod tibi evidentissimum apparet, alteri dubium, vel etiam minus vere prolatum videatur. Ad haec accedit habendam esse temporum rationem. Multa enim quae nostra demum aetate, tot subsidiis criticis aucta mirificeque locupletata, luce clariora asseri possunt, superioribus temporibus non aeque evidentia apparebant. Denique ea sunt recolenda quae romani correctores aperte professi sunt in praefatione clementinae editionis, ubi testantur nonnulla *quae mutanda videbantur, consulto immutata relicta* fuisse. Haec, ni fallimur, satis declarant atque tuentur rationem, quam illi in castiganda Vulgati editione ineundam existimarunt, nobisque suadent iudicii temperantiam in aestimandis illorum laboribus, etiamsi nos quandoque meliora assequi nobis videamur.

Ibid. *ite, et percutite*—Tacent nexum codd. F, Y; item syrus et georgianus.

11. *Et hoc erit*—Codd. Cas. 2. *Et hoc est.* Pro *debebitis*, sixtini, codd. A, B, G, K, R, Cas. 6., Bibl. Compl., Reg., Lugdun. 1569., Brev. goth. l. c. *debetis;* codd. C, D, F, O, S, T, U, V, X, Y, Cas. 5. *debeatis.* Pro *Omne generis masculini*, cod. B *omnes masculos;* multi ex recentioribus codicibus legunt *Omnes generis masculini.* Pro *viros*, codd. Cas. 2. *virum;* accedunt hebraeus et veteres, qui tamen singularem numerum in iis quoque adhibent nominibus, quae praecedunt.

Ibid. *virgines autem reservate* — Codd. B, D, U, R, S, V, Cas. 7., goth. leg., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *virgines reservate;* sixtini, codd. A, C, H, I, K, L 6., M, N*, N, O, P, Q, Cas. 2., Isidorus Clarius, priores editiones Rob. Steph., all. omnino tacent haec verba; correctoria M, N, O diserte notant: « Hebraeus et antiqui non » habent in textu *virgines reservate*, quia » subintelligitur ex quo corruptae occidi iu» bentur. » His concinit Martianaeus dum scribit: « Editi hoc loco retinent quoddam » additamentum Septuaginta interpretum, id » est, *virgines autem reservate.* Quae verba » absunt in hebraico textu, in Canone, et in » antiquioribus mss. latinis. » Immo sunt et graeci codices qui illa omittunt. Huiusmodi autem additamentum necessarium esse, uti Dathius contendebat, recte negavit Maurerus; qui tamen nimis confidenter affirmat illud a Hieronymo admissum fuisse. Nam testes quos excitavimus suadere videntur verba illa non esse hieronymiana. Gregorianis primo ea videbantur resecanda, at dein haeserunt. Vide utrum ortum habuerint ex Num. XXXI, 18.

12. *Inventaeque*—Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. *Inventae.* Pro *nescierunt*, cod. F, Brev. goth. l. c. *nesciebant.* Pro *adduxerunt*, Bibl. Rom. 1471. *adduxerant.* Pro *ad castra*, sixtini, codd. A, K *in castra.* Pro *in Terram*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, T, U, V, X, Y *in terra;* nimirum, iuxta hebraeum et veteres, *quae est in terra.*

13. *praeceperunt eis*—Cod. B tacet pronomen. Pro *ut eos*, Sixtus, codd. G, R 2. m., S, Nicolaus de Lira, et veteres editiones fere universae *ut eas;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus adstipulantur paene omnes codices et Bibl. Mog. 1462.; item hebraeus et veteres. Pro *susciperent in pace*, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, N, T, U, V, X, Y, palimpsestus bobiensis, Brev. gothic. l. c. *in pace susciperent.*

14. *Veneruntque filii Beniamin in illo* — Cod. B *Venerunt filii Beniamin in Silo;* concinunt sex graeci codices holmesiani. Pro *repererunt*, palimpsestus bobiensis *receperunt.*

15. *egit poenitentiam* — Sixtini, codd. A, B, C, F, H, I, N, O, P, R, T, U, V, X, Cas. 17., goth. legion., palimpsestus bobiensis, Hugo, Bibl. Ordin. *egit poenitudinem.* Pro *super interfectione*, codd. A, C, F, G, N, T, V, Brev. goth. l. c. *super interfectionem.* Pro *ex Israel*, cod. A *Israel.*

16. *Dixeruntque* — Cod. A addit *omnes.* Pro *omnes in Beniamin*, codd. S, gothic. leg. *omnes enim in Beniamin;* suffragantur hebraeus et veteres; Brev. goth. l. c. *omnes de Beniamin.*

17. *et magna nobis cura* — Cod. A 1. m. *cura et magna nobis.*

18. *Filias enim* — Tacent *enim* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, X, Y, Cas. plures, goth. leg., palimpsestus bobiens., Brev. goth. l. c.; cod. Cas. 1. praemittit rursum *Dixeruntque maiores natu.* Pro *iuramento et maledictione, qua,* cod. B *iuratione et maledicto, quod.* Pro *uxorem Beniamin,* codd. F, Y *Beniamin uxorem.*

19. *ad Septentrionem urbis Bethel, et ad Orientalem plagam* — Veteres editiones omittunt particulam *et,* quam, consentientibus latinis codicibus prope universis, sixtini addiderunt; codd. B, S legunt tantum *ad Septentrionalem plagam;* legunt quoque *Septentrionalem* codd. C, V, Y, palimpsestus bobiensis, pauci Cas. et Brev. gothic. l. c., in quo mox pro *plagam,* legitur *partem;* codd. G, R, paucique Cas. pro *Septentrionem,* habent *Septentrionalem plagam.* Pro *Lebona,* codd. B, F 1. m., V, Y *Lebna;* de hoc nomine egimus ad Num. XXXIII, 20. ubi textus samaritanus legit ࠋࠁࠅࠍࠄ, uti habet hoc loco hebraeus.

20. *latitate* — Codd. A, B, palimpsestus bobiensis *latete.*

21. *exite repente* — Cod. K interponit *de;* Brev. gothic. l. c. legit *ite repente.* Pro *rapite ex eis,* sixtini, codices paene universi cum palimpsesto bobiensi et Brev. goth. l. c. *rapite eas.* Mox Brev. goth. *in terra Beniamin.*

22. *patres* — Cod. goth. leg. et Hincmarus CXXV, 1030. *parentes.* Pro *ac fratres,* codd. B, palimpsestus bobiensis *aut fratres;* item hebraeus et veteres. Pro *atque iurgari,* codd. A, G *ac iurgari.* Pro *rapuerunt,* cod. A *rapuerant.* Pro *non dedistis,* codd. C, D, F, G, T, U, V, Y, Cas. 2., Bibl. Ordin., Hincmarus l. c. *et non dedistis;* cod. D 2. m. addit *eis,* ut hebraeus et veteres.

23. *imperatum* — Cod. R, Bibl. Rom. 1471. *impetratum.* Pro *numerum suum,* codd. F, Y *suum numerum;* codd. G, K, palimpsestus bobiensis tacent pronomen. Mox pro *possessionem suam,* cod. Cas. 1. *possessiones suas;* ita habet latina versio ex chaldaeo in polyglottis, sed contra fidem sui textus.

24. *Filii quoque* — Cod. Cas. 1. *Filii autem.* In cod. K desideratur *et familias;* item in cod. 71. Holmesii. Sixtus pro *non erat,* legit *nec erat,* quod emendarunt gregoriani et Toletus; conf. supra ad XVIII, 1. 31. et Bukentopius pag. 403. Ante *faciebat* tacent *hoc* cod. T, Petrus Com.; item hebraeus et graecus. In fine cod. A addit *Amen.* Bonizo apud Card. Maium in *nova biblioth. Patrum VII, parte 3. pag. 58.* legit *sed unusquisque quod suum erat libitum faciebat.*

Quemadmodum in *Appendice* ad librum Iosue praemonuimus, nonnulli latini codices ab alcuiniana recensione pendentes, ad unumquemque librum notulam subiiciunt, qua consignatur numerus versiculorum, quibus idem liber constat. Has vero notulas ob rationes in eadem *Appendice* memoratas proferre pergimus. Cod. C legit: *Explicuit Sopthiem, id est, Iudicum V· Ī·DCCL·* (Conf. Thomasius *I, 64.,* Blanchinius *Vindiciae, p. CCCXXXVI.*); cod. D habet: *Explicit liber Soptim, id est, Iudicum. V̄· ĪDCCL·* (Cf. Blanchinius, *l. c. pag. CCCXXIII.*); cod. T: *Explicit liber Sopthim, id est, Iudicum. habet vr. I·DCCL·* Consentiunt codices vaticani 4220. 5729. et palatinus 3. Neque dissentiunt codices Martianaei *(Proleg. IV.)* qui notant hunc librum habere versus *1750.* Hodiernus textus hebraicus numerat versus *617.,* cui fere consentit Vulgatus noster, qui ab hebraeo in hoc tantum recedit, quod c. V. numerat versus 32. pro 31., cap. XIV. numerat versus 20. pro 19., et cap. XXI, numerat versus 24. pro 25. Exinde rursum patet singulos nostri Vulgati versiculos paene tricolum apud veteres latinos, iuxta hieronymianam vel potius alcuinianam supputationem, constituisse.

RUTH

Cap. I, 1. *praeerant* — Rupertus addit *in Israel*. Pro *fames*, non pauci codd. *famis*, quod in recto apud Varronem usurpatur; cf. ad Gen. XLI, 54. Pro *Abiitque*, codd. Cas. 5., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *Abiit ergo;* cod. Cas. 1. *Abiit quoque;* Rabanus *Abiit itaque;* cod. V *Abiit*. Mox Rabanus et codd. non pauci habent *et duobus*, pro *ac duobus*. Pro *liberis*, cod. Cas. 1. cum Ambrosio *filiis*.

2. *Ipse* — Codd. H, V et vatic. 4220. *Et ipse;* accedunt hebraeus et veteres. Nonnulli libri mss. et editi pro *Elimelech*, praeferunt *Helimelech*. Pro *et uxor*, codd. G, S, palat. 2., Rabanus *uxor autem;* cod. I *uxor vero;* codd. A, E, T, goth. leg., Cas. 7., Hugo tacent nexum. Margo cod. H pro *Noëmi*, legit *Nahmi*, de quo conf. Martianaeus.

Ibid. *et duo filii* — Sixtini, codd. A, S et vatic. 4220. secunda manu addunt *eius*, quibus favent hebraeus et veteres; codd. B, C, U, Cas. 11., goth. leg. habent *e duobus filiis;* codd. D, E, F, T, Y, Cas. 2., vatic. 4220., palatinus 2. et 3. *et duobus filiis;* cod. I, Rupertus *et e duobus filiis;* cod. M notat: « Moderni habent *et duo filii;* antiqui *et duobus filiis eius;* hebraeus *et nomen duorum filiorum eius*. » Pro *alter Mahalon*, cod. B *alter vocabatur Mahalon;* Brev. gothic. pag. 254. *unus vocabatur Mahalon;* cod. I *unus Maalon;* alii plures, omissa adspiratione, scribunt *Maalon*.

Ibid. *Chelion* — Cod. H, Bibl. Lugd. 1535. cum hebraeo et graeco veneto *Chilion*, et sic deinceps; alii plures codices *Cheilion* aut *Cheilon*. Pro *Ephrathaei*, cod. A *Ephrathaeus;* cod. B, all. *Euphrathaei;* conf. ad Iudic. XII, 5., at ibi *Ephrathaei* dicuntur qui ad tribum *Ephraim* pertinent: hoc autem loco incolae Bethlehemi, quae olim *Ephratha* nuncupata fuit; cf. Hieronym. III, 755. Pro *Ingressique regionem Moabitidem*, cod. A *Egressique in regionem Moabitidae;* alii scribunt *Moabitiden*.

3. *cum filiis* — Cod. Y *cum filiis suis;* Bibl. Rob. Steph. 1532., Ant. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544. *cum duobus filiis;* utrumque habet hebraeus, nempe ושני בניה, cui concinunt reliqui veteres interpretes.

4. *Moabitidas* — Deerat in codice B. Pro *Orpha*, margo cod. H *Harpa*, de quo conf. Martianaeus. Pro *altera vero*, sixtini, codd. A, H, K, Cas. 1. *et altera;* plures veteres editiones, paucique codices cum Brev. goth. l. c. *alteraque;* reliqui fere omnes nostri codices, Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., Hugo, all. legunt tantum *altera*.

5. *ac marito* — Pauci codices cum Rabano *et marito*.

6. *Et surrexit* — Tacent *Et* cod. B et Brev. goth. pag. 255. Pro *ut in patriam*, cod. A *ut patriam*. Sixtini intra parenthesim concluserant verba quae sequuntur *audierat enim quod respexisset Dominus populum suum, et dedisset eis escas;* codd. L 3., S, T omittunt *eis;* codd. G, K, L legunt *ei;* nonnulli codd. cum Hugone *Dominus respexisset*.

7. *Egressa est* — Codd. Y, vat. 4220. *Egressaque;* cod. E 1. m. et Bibl. Ordin. *Egressa*. Post verba *cum utraque nuru* codd. B, I, L 5., S, V, Cas. 5., goth. leg., Brev. goth. l. c. ad-

dunt *sua*, ut in superiori versiculo; consentiunt hebraeus et veteres. Pro *revertendi posita*, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures, palimps. bobiens., Brev. gothic. l. c., Rabanus *posita revertendi*. Pro *in Terram*, Bibl. Ord. et codices non pauci *in terra*.

8. *dixit* — Codd. A 1. m., F, Y *dixitque*. Pro *matris vestrae*, codd. A, B, E, F, G, R, S, V, Y, Cas. 11., vatic. 4216. 4220., Brev. goth. l. c. *patris vestri;* item armenus, slavonicus paucique graeci codices: at vero Hugo de s. Charo diserte notat: « *Matris* dicit, non » *patris*, quia forte pater earum erat mor» tuus; vel quia filiae magis solent matres » diligere. » Pro *vobiscum Dominus*, codd. A, C, D, F, H, S, T, U, Y, Cas. plures, vatic. 4216. 4220., palatinus 3., palimpsestus bobiensis, Brev. gothic. l. c., Rabanus *Dominus vobiscum*. Post verba *cum mortuis* codd. A, I, V 2. m., Cas. 2. addunt *meis*, quod in codice O expungitur: intellige cum maritis olim vestris, seu cum mortuis filiis meis; id enim chaldaeus, syrus et arabs expresserunt.

9. *elevata*—Codd. A, palimpsestus bobiensis, Brev. goth. l. c. *levata*.

10. *pergemus*—Codd. C, D, E 1. m., G, N, P, T, U, Y, Cas. plures, vatic. 4220., palatinus 3., Hugo *pergimus;* alexandrinus ἐπιστρέφομεν, at multi codices ἐπιστρέψομεν.

11. *filiae meae*—Sixtus et veteres codices fere universi, praesertim antiquiores, legunt *filiae mi;* laudati testes rursum habent *filiae mi* ad versiculos 12. 13., et *filia mi* ad II, 2. 22. III, 1.; hanc autem postremam lectionem sequuntur capite secundo et tertio veteres editiones quas vidimus omnes; at capite primo paucae excipiendae sunt, quae praeferunt *filiae meae;* sic Bibl. Ord., priores editiones Rob. Steph., Paris. 1566., Hugo, all. Isti enim editores censuerant pronomen *mi* usurpari quidem recte pro vocativo feminino singularis numeri, at non item pro plurali. Verum antiquiores nostri codices in hoc pronomine pluralem numerum a singulari non distinguunt. Toleto autem et gregorianis placuit sufficere *meae* tribus prioribus locis, et in reliquis tribus *mea*. Cf. dicta ad Iudic. XI, 35.

Ibid. *venitis*—Codd. R, goth. leg. *venistis*. Pro *num ultra*, codd. S, Cas. 3. *non ultra*. Pro *habeo*, Sixtus, codd. E, K, palat. 2., veteres editiones, Brev. gothic. l. c., Rabanus *habebo;* cod. I *habere potero;* sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum omnium codicum emendarunt: hebraeus et graecus tacent verbum. Pro *possitis*, Brev. goth. l. c. *possetis*.

12. *Revertimini filiae meae, et abite*—Sixtus, plures codices et editiones pro *meae*, legunt *mi*, quod gregoriani et Toletus emendarunt, uti supra dictum est; codd. A, D, F, N, O, Y, Cas. 3., palimpsestus bobiensis tacent particulam *et*, quae in hebraeo, chaldaeo et graeco ven. non legitur; codd. C 1. m., E, T, U, palatinus 2., posteriores editiones Rob. Steph., Bibl. Lugd. 1542. 1551. 1556. 1561. 1566., Basil. 1544., Salmant. 1584., all., Rabanus, Abulensis manifesto mendo legunt *Revertimini filiae Moabitae;* codd. R, S *Revertimini filiae mi Moabitidae, et abite;* codd. N*, V, Cas. 3. *Revertimini filiae Moabitides, et abite;* Bibl. Paris. 1573. *Revertimini Moabitae;* graecus, syrus et arabs tacent *et abite;* at nullus veterum legit *Moabitae;* hinc scholiastes in cod. O notat: « Lege *mi, abite*, non » *moabitae*, quod factum est vitio scripto» rum, *i* in *o* mutato. » Alter vero scholiastes in cod. M adnotat: « Hebraeus et plures an» tiqui *filiae mi, abite;* alii habent *filiae moa*» *bitides;* moderni vero *filiae moabitides et* » *abite*. » Pro *senectute*, Brev. gothic. l. c. *in senectute*. Pro *possem*, codd. C, D, E, O, U, Y, Cas. 4., vatic. 4220., palat. 2. 3., Hugo, Rabanus *possim*.

13. *velitis* — Palimpsestus bobiensis *velletis*. Pro *pubertatis impleant*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures, palimpsestus bobiensis, Biblia Ordin., Hugo, Rabanus *impleant pubertatis*.

Ibid. *filiae meae*—De pronomine vide ad v. 11.; codd. F, G, V, Y, vatic. 4216. 4220., Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480., Ordin., Rob. Steph., Compl., Reg., all., Hugo, Brev. goth.

l. c. addunt *facere hoc*. Pro *magis me premit*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Y, Cas. 7., vat. 4216. 4220., palat. 2. 3., Hugo, Rabanus *me magis premit;* cod. B et Brev. goth. l. c. *me magis pressit;* Bibl. Ord. *magis premit me.*

14. *Elevata igitur* — Cod. A *Elata igitur;* cod. K *Elevata iterum;* cod. V *Elevata itaque.* Pro *rursum flere*, Brev. gothic. l. c. *iterum flere;* Bibl. Ord. *flere rursum;* tacent *rursum* codd. B 1. m., Cas. 3. paucique graeci codices. Pro *osculata est socrum, ac*, sixtini cum cod. A *osculata socru;* post *socrum* addunt *suam* codd. Cas. 2.; item hebraeus et veteres.

Ibid. *ac reversa est* — Tacent *est* codd. B, C, D, E, F, G, H, I, T, U, V, Y, Cas. 7., goth. leg., vatic. 4216. 4220., palat. 2. 3., Brev. goth. l. c., Rabanus. Animadverte verba illa declarationis gratia a Hieronymo addita fuisse, cui syrus et arabs concinunt: graecus quoque supplet καὶ ἐπέστρεψεν εἰς τὸν λαὸν αὐτῆς. Hinc Cappellus, Houbigantius, Dathius volunt olim in hebraico textu aliquid simile lectum fuisse; at Buxtorfius, Rosenmullerus, Maurerus notant numquam textui obtrudenda esse quae ex orationis contextu facile colligi possunt. Conf. Bonfrerius. Post *Ruth* cod. Cas. 1. addit *vero*, ut hebraeus et graecus.

15. *ad populum suum* — Apud Rabanum mendose *ad populum tuum*. Pro *vade*, cod. Cas. 1. *et vade*. Placet hoc loco verbis a cl. Ghiringhello mutuatis gravissimam solvere quaestionem: « Inique socrui vitio vertitur, » quod patriae superstitioni, quantum quidem in se fuit, nurum utramque permiserit; videtur enim potius laudanda, quod » mature utriusque animum pertentaverit, si » forte gravissima, quibus obviam ibant, in» commoda forti ac generoso animo essent » toleraturae, alioquin satius fuisset illas do» mi manere securas, quam demigrantes, ae» rumnis tentatas recentem fidem, aut male» suada fame, pudorem exuere. Illud etiam » animadvertas velim, cum primum Noëmi » nurus suas missas fecit, nullatenus ad pa» trios deos, sed ad maternam eorum domum » illas ablegasse (v. 8. 9.); insistentibus ino» piae dumtaxat, et orbitatis metum obiecis» se (v. 14. 15.); Orpha tum discedente, » Ruthae animum suprema hac quaestione » exploravisse, num scilicet firmo atque con» stanti proposito parata non modo caros in» visendi, et probabilem spem nuptiarum » abiicere, sed avitae superstitioni in per» petuum valedicere. Quapropter Noëmi ver» ba: *En reversa est cognata tua ad populum » suum, et ad deos suos, vade cum ea*, non » adhortantis aut permittentis, sed inquiren» tis sunt; eadem nempe ratione Christus » multis ex eius discipulis ab ipso deficien» tibus, et Apostolis abeundi facultatem fa» cere visus est, inquiens: *Numquid et vos » vultis abire?* (Ioh. VI, 68.) Elias hebraeis » optionem dare, utrum Deo an idolis vellent » inservire (III Reg. XVIII, 21.). Utramque » porro, nurum et socrum recte de Deo sen» sisse ex ipsa Ruthae responsione apertis» simum est. » *(Praelect. de libris hist. antiqui foederis, p. 211.)*

16. *quocumque enim perrexeris, pergam: et* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, T, U, Y, gothic. legion., Cas. plures, vatic. 4216. 4220., palat. 2. 3., Isidorus III, 323. V, 504., Beda IV, 429., Rabanus, Petrus Cluniac. CLXXXIX, 238. legunt *quocumque perrexeris, pergam;* praeterea tacent *enim* codd. G, I, S, V, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573., Brev. gothic. l. c.; particulam *et* omittunt Hugo et duo codices Kennic. Ante *Deus tuus* tacent *et* codd. A, I, Petrus Com. et graeca editio Aldi. Brev. goth. l. c. addit *et* ante *Deus meus*.

17. *terra morientem susceperit* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures, Brev. gothic., Isidorus, Beda ll. cc., Rabanus, Petrus Cluniac. l. c. *morientem terra susceperit;* codd. R, S, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Compl., Reg., all. *terra susceperit morientem*. Pro *Dominus*, Sixtus, plerique codices, veteres editiones fere omnes, Brev. gothic. l. c., Rabanus, Petrus

Cluniac. l. c. *Deus;* item auctor oper. imperf. apud Sabatierium, syrus, cod. 384. Kennic. paucique graeci; cod. C 2. m. *Dominus Deus;* hodiernam lectionem intulerunt sixtini et gregoriani quibus adstipulantur codd. A, H, all.; hinc Toletus: « Lege *Dominus;* sic mss., » Complut., Reg., hebraeus et graecus. » Pro *me et te,* codd. B 2. m., K, palat. 2. 3., Rabanus *me a te;* codd. F, Y *a te me.*

18. *Videns ergo*—Codd. Cas. 3. tacent *ergo.* Pro *animo Ruth,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures, antiquiores editiones, Brev. goth. l. c., Rabanus *Ruth animo.* Pro *nec ad suos ultra,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, T, U, V, Y, Cas. plures, vatic. 4216. 4220., palat. 2. 3., Bibl. Ord., Hugo, Brev. goth. l. c., Rabanus *nec ultra ad suos.*

19. *sunt simul, et*—Cod. B 1. m. legit tantum *simul.* Pro *apud cunctos,* codd. F, Y, vat. 4216., Cas. 1. *apud vicinos.* Pro *percrebruit,* codd. A 1. m., C, H, I, K, all., Bibl. Compl., Reg., Rob. Steph., Lov., all. *percrebuit;* cf. ad Iudic. XVI, 2.; codd. E, vat. 4216. *percrepuit.* Post verbum *dicebantque* addunt *ei* codd. F, Y et duo graeci codices holmesiani. Vulgatus addit *mulieres* ut intelligatur cuinam *dicebant* referendum sit. Houbigantius censuit illud nomen in hebraico textu vitio scribarum omissum; hinc Rosenmullerus: « Sunt » qui verbo feminino (ותאמרנה) mulierum » cumprimis loquacem connotari existiment » curiositatem, ut nomen נשים *mulieres* sub» audiendum sit. Quod non reiiciendum vi» detur ob pronomen suffixum femininum » plurale proximi versus initio. »

Ibid. *Haec est illa Noëmi* — « Suntne ista, » inquit Bukentopius p. 31., verba asseren» tium, an interrogantium et admirantium? » Est in hebraeo manifesta interrogatio הזאת » נעמי, *Haeccine est Noëmi?* Similiter LXX. » Εἰ αὕτη ἐστὶ Νωεμίν; *Num illa est Noe» mi?* Hoc signum interrogationis desidera» tur in Vulgata correcta, et assertive trans» latum est etiam in Bibliis lovaniensium tam » gallicis, quam flandricis. » De eadem quaestione Hugo de s. Charo scripserat: « Inter» rogative vel remissive potest legi. » Magdalius vero notat hebraeos quidem interrogative, sed catholicos depressive legere. Verum, praeter codices non paucos, Bibl. Complut., Reg., all. notam interrogationis adhibent; immo ex recentioribus quoque Vulgati editionibus nonnullae interrogationem exhibent, uti Biblia polyglotta londinensia. Ludovicus Cappellus in *critica sacra V, 8.* asserit Hieronymum pro הֲזֹאת, legisse הַזֹּאת, seu habuisse litteram ה pro articulo demonstrativo, non pro interrogativo; at id nulla ratione demonstratur; neque omnino constat utrum Hieronymus interrogationem abiecerit; quin potius Bonfrerio admodum verisimile videtur ab illo servatam fuisse.

20. *Quibus ait* — Interponunt *illa,* codd. I, V, Cas. 1. et Petrus Com. Pro *Ne vocetis,* codd. C, Cas. 2. *Non vocetis.* Sequitur: *Noëmi (id est, pulchram) sed vocate me Mara (id est, amaram);* ubi in primis tacent *me* codd. B 1. m., Cas. 1.; pro *pulchram* et *amaram,* codd. C, D, E, F, G, N, O, aliique plures, Petrus capuan. in *Spicil. solesm. II, 129.* habent *pulchra* et *amara;* ac proinde in cod. N diserte adnotatur: « Antiqui legunt *id est,* » *pulchra;* et mox *hoc est, amara,* in nomi» nativo casu. Require Gen. XXXI. (v. 47.) » et XXXV. (v. 18.) » Praeterea pro *pulchram,* Bibl. Lugdun. 1535. habent *dulcem;* at Vulgati lectio consentit cum iis quae Hieronymus habet in libro *de nominibus hebr. III, 51.,* quae profecto cum hebraicae vocis etymo egregie componuntur. Idem s. Doctor in *epist. ad Furiam I, 291.* minus proprie tradit nomen Noëmi significare παρακεκλημένην, *consolatam,* quasi esset נחמי, non vero נעמי. Pro *id est* secundo loco, legunt *hoc est* codd. C, D, E, G, H, I, K, M, N, O, P, all., Bibl. Ord., Hugo, Rabanus. Denique cod. M notat: « Hebraeus non habet quod sequitur » *id est pulchram;* neque illud *hoc est, ama» ram.* » Scilicet paronomasiam, quae latino sermoni non suppetit, interpres hac gemina adiecta parenthesi supplevit. Apud Gregorium M. II, 493. legimus: *Nolite me vocare*

Noëmi, id est pulchram; sed vocate me Mara, quia amaritudine plena sum.

Ibid. *amaritudine valde replevit me* — Sixtini, codd. A, D, E, F, G, K, T, U, V, Y, Cas. 6., vatic. 4216. 4220., palat. 2. 3., Rabanus *valde me amaritudine replevit;* animadverte sixtinorum correctionem ex optimae notae codicibus derivatam, uti praescripsimus in *t. I. Proleg. pag. XXIX;* ceterum nonnihil discrepant alii pauci; nam cod. H legit *amaritudine me valde replevit;* cod. C *valde me replevit amaritudine;* codd. I, S, Cas. 2., Bibl. Ord., Brev. gothic. l. c., Petrus capuan. l. c. *valde amaritudine replevit me.*

21. *Egressa sum plena, et* — Cod. Cas. 1. *Egressa plena.* Pro *reduxit me,* codd. R, S, Cas. 2., Bibl. Ordin. *me reduxit;* Brev. goth. l. c. *reducit me.* Pro *Cur ergo,* codd. A, C, D, E, F, aliique fere universi, Bibl. Ord., Hugo, Brev. goth. l. c. *Cur igitur.* Pro *vocatis,* codd. C, G, Cas. 2., goth. legion. *vocastis.* Pro *Dominus humiliavit,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, aliique plures, Brev. goth. l. c., Hugo *humiliavit Dominus;* codd. Cas. 2. *humiliavit Deus.*

22. *Venit ergo* — Codd. H, K, S *Venit igitur.* Pro *hordea metebantur,* codd. C, D, Bibl. 1481., Ven. 1484., Paris. 1566., Hugo *hordea metabantur,* codd. F, Y *metebantur hordea.*

Cap. II, 1. *viro Elimelech* — Codd. C, D, H, I, U, Cas. 1., vat. 4216. 4220., palat. 3., *viri Elimelech;* codd. B, E, F, G, K, R, S, V, Y, Cas. plures, gothic. leg., palat. 2., Rabanus, Petrus Com. *vir Elimelech.* Recepta lectio satis perspicuum sensum reddit, nec est cur altera ei substituatur. Hieronymus hoc loco studuit brevitati, quin tamen officeret sensui, uti demonstrat Houbigantius. At singularis est ratio qua graecus venetus interpretatur verba sacri textus מידע לאישה, *affinis marito eius;* nam posuit ἔγνωστο τῇ γυναικί, *cognoscebatur mulieri;* ubi manifesta est ratio quae interpretem in errorem duxit. Pro *consanguineus, homo potens,* Bibl. Ordin. Lugd. 1590. Ant. 1634. *consanguineus homo.* Pro *et magnarum opum,* cod. A cum Rabano *ac magnarum opum;* cod. B et Brev. goth. l. c. *et magnarum facultatum.*

2. *Dixitque Ruth* — Cod. H *Dixit Ruth;* Vallarsius perperam notat Vulgatum omittere nomen *Ruth,* quod non deest nisi in mendosa Calmeti editione, qua ille utebatur. Pro *Moabitis,* codd. A, E, S *Moabitidis;* conf. ad Iudic. X, 3. Pro *in agrum, et colligam,* codd. F, Y *in agro ut colligam.*

Ibid. *fugerint manus metentium* — Codd. A, C, D, E, G, H, I, T, U, V, vatic. 4220., palat. 2. 3., Brev. gothic. l. c. *metentium fugerint manus;* cod. K *metentium effugerint manus,* codd. F, Y, vat. 4216. *metentium fugiunt manus;* Rabanus *metentium fugerant manus.* Pro *clementis in me,* codd. B, K, Y *clementissimi;* Brev. goth. l. c. *clementis;* Mamotrectus memorat codices legentes *clementis me.* De *filia mea* vide ad I, 11.

3. *Abiit itaque* — Cod. A *Ivit itaque;* Cas. 1. *Abiit ergo.* Pro *post terga metentium,* cod. C *metentium post terga;* codd. I, K *post tergum metentium.* Mox tacent *nomine* codd. B, E, H, K, Cas. 2., goth. legion., palat. 2.; nec male hoc verbum omitti videtur, quod fortasse ex vers. 1. petitum fuit.

4. *Et ecce* — Rabanus *Ecce.* Post *responderunt* tacent *ei* codd. Cas. 2., palat. 2., Bibl. Ven. 1480. 1483. 1494. 1498.; it. cod. 109. Kennicotti et pauci graeci codices.

5. *Dixitque Booz iuveni, qui messoribus praeerat* — Haec deerant in cod. B; Rabanus legit . . . *praeerat messoribus.* Pro *est haec,* cod. K, Bibl. Paris. 1566. 1573. *haec est.*

6. *Cui respondit* — Codd. A, C, D, E, F, G, I, K, aliique longe plures, Hugo, Rabanus *Qui respondit;* consentiunt hebraeus et graecus. Mox cod. K tacet *Moabitis;* codd. V, Cas. 2. et Petrus Com. addunt *illa,* quod in cod. O expungitur.

7. *sequens* — Codd. F, Y *Quae sequens.* Pro *usque nunc,* codd. R, V 2. m., Cas. 2. *usque ad nunc.* Pro *et ne ad momentum,* codd. G, K, N*, R, S, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Ord., Compl., Reg., all. *et nec ad momentum:* at scholiastes in cod. N animad-

vertit: «Novi, qui hic ponunt *nec* adverbium, » faciunt coniunctionem *et* superfluere.» Hieronymus hoc loco cum alexandrino interprete adiecit negationis particulam; aliter enim huius loci sensus ex hebraeo textu colligitur: nam quum Booz adveniens in agrum conspexisset Rutham aestu et labore defessam sub tugurii umbra quiescentem, a iuvene qui messoribus praeerat sciscitatus est quaenam esset puella. Hic vero patefacto nomine et conditione Ruthae, subiunxit: *A summo mane ad hanc usque horam collegit spicas;* tum adiecit: *nunc sedet paullulum in tugurio.* Vera tamen sunt ea quae Hieronymus expressit dum asserit Rutham integrum diem in agro fuisse, domumque ne ad momentum quidem discessisse.

8. *Et ait Booz ad Ruth*—Rabanus *Unde et Booz ad Ruth ait.* Pro *in alterum agrum ad colligendum,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Y, vatic. 4216. 4220., palat. 2. 3., Brev. goth. l. c., Rabanus *ad colligendum in alterum agrum;* nonnulli addebant *spicas,* quod in cod. O expungitur. Pro *nec recedas,* codd. C, vatic. 4220., Bibl. Lugd. 1569. *ne recedas.* Pro *sed iungere,* cod. B *sed iunge te;* cod. K *sed coniungere;* Rabanus tacet *sed.*

9. *pueris meis*—Toletus notat: «Non habent *meis* hebraeus et graecus, sed tamen » habetur in omnibus codicibus latinis.» Et re quidem vera nullum codicem latinum omittentem hoc pronomen invenimus. Pro *molestus sit tibi,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, all., Hugo, Brev. goth. l. c., Rabanus *tibi molestus sit.* Post *et pueri* addunt *mei* antiquiores omnes editiones, pauci codices ex recentioribus et Brev. gothic. l. c.; it. nonnulli graeci codices; verum in cod. O notatur expungendum pronomen, et Toletus scribit: «Compl., Reg., Ordin. addunt *mei;* » tamen non habetur in hebraeo, graeco et » mss., sicuti nec illud *meis* paullo superius, » quod tamen relictum est, quia habetur in » omnibus codicibus latinis. Hoc autem loco » non est receptum, quia non habetur in » multis mss.»

10. *adorans super terram, dixit ad eum*—Brev. goth. l. c. *adorans ait;* cod. 185. Kenn. tacet ארצה; cod. vero 125. omittit אליו, item pauci graeci codices; cod. B 1. m. *adorans eum, dixit ad eum.* Pro *Unde mihi hoc,* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573., Rabanus *Unde hoc mihi.* Vallarsius perperam notat Vulgatum legere *invenerim,* pro *invenirem.* Pro *et nosse,* codd. B, R *ut nosse.*

11. *Cui ille*—Codd. A, E tacent *ille.* Pro *Nunciata sunt mihi omnia,* codd. D, T, U, V, vatic. 4220., palat. 3. *Nunciata mihi sunt omnia;* cod. C *Sunt nunciata mihi omnia;* Bibl. Ord. *Nunciata mihi omnia sunt.* Pro *et quod,* cod. Cas. 1. *eo quod.* Pro *reliqueris,* codd. B, E, G, H, K, gothic. legion., Brev. goth. l. c., Rabanus *dereliqueris.* Pro *veneris,* cod. A *venires.* Pro *antea,* sixtini, codd. A, K, Brev. gothic. l. c. *ante.*

12. *Reddat*—Cod. D *Reddet.* Pro *recipias,* codd. E, F, Y *accipias;* cod. G *recipies;* Brev. gothic. l. c. *accipies,* et mox pergit *a Domino meo Deo.*

13. *Quae ait*—Codd. I, Cas. 1. addunt *ad Booz;* accedunt syrus et arabs, qui pronomen supplent. Pro *Inveni,* codex sangermanensis a Roberto Stephano et lovaniensibus memoratus, Bibl. Ord., Rob. Steph. 1532., all. *Inveniam;* Bonfrerio probatur haec lectio; scribit enim: «In hebraeo et Septuaginta habetur in » futuro *Inveniam gratiam;* et forte ita etiam » scripsit Hieronymus (nam et ita legerunt » Liranus et Abulensis in Commentario) licet » extrita ultima syllaba, pro futuro praeteri- » tum remanserit. Et vero videtur haec sen- » tentia optantis esse, ac si dicat: Perge, ob- » secro, me benevolis oculis aspicere. Potest » tamen illud praeteritum, *Inveni,* in versio- » ne nostra explicari: Video me invenisse.» Bukentopius p. 166. addit quosdam Vulgati libros legentes *Inveniam* consentire hebraeo אמצא et graeco *Εὕροιμι.*

Ibid. *apud oculos tuos*—Sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, B, E, K, V, Cas. 3., vatic. 4220., Brev. goth. l. c., Rabanus *ante oculos tuos;* et item supra vers. 10.; codd.

N*, R, S, Cas. 6., moderni apud codicem O, Bibl. Lugdun. 1522. 1535. *coram oculis tuis;* cod. G *in conspectu tuo;* hebraeus בעיניך, alexandrinus ἐν ὀφθαλμοῖς σου, graecus ven. ἐν ὄμμασί σοι. Haec quidem locutio in Bibliis frequentissima est; at Vulgatus alias numquam posuit *apud oculos*. Pro *qui consolatus,* cod. K *quia consolatus;* Bukentop. l. c. cum Bonfrerio scribit: « Pro *qui* est in he» braeo כי, *quia*, prout et in graeco ὅτι. Fa» cile fuit in latino ex *quia* ultimam litteram » decidere. » Post *locutus* tacent *es* codd. C, D, E, F, K, O, T, U, Y, Cas. 11., vatic. 4216. 4220., palat. 3., Bibl. Lugdun. 1535., Hugo. Pro *puellarum,* codd. F, Y, Cas. 1., margo Ordin. *ancillarum;* Bukentopius p. 31. notat sensum esse: « Praestantior me est vel in» fima *ancillarum* tuarum; nam *ancillas* si» gnificat hebraeum שפחת. »

14. *Dixitque . . . et intinge* — Brev. gothic. l. c. *Dixit . . . et tinge*. Post *buccellam* tacent *tuam* codd. F, Y, Petrus Com. Pro *ad messorum latus,* Bibl. Ordin., Lugdun. 1522., all. *ad latus messorum*. Mox id quod Vulgatus habet *congessit polentam sibi,* ex sacro textu antiquisque interpretibus accipiendum est de Booz qui *porrexit ei polentam,* quod in Bibliis Isidori Clarii et Caietani exprimitur; seu uti habet alexandrinus καὶ ἐβούνισεν αὐτῇ Βοὸζ ἄλφιτον. Nam ויצבט est *porrexit* aut *collegit*, idem ac ויצבר vel ויצבת; unde Parchon in Lexico edito a De-Rossi p. 36. interpretatur אגד לה עומרים שבולים מהובהבין באש, *Collegit ei manipulos spicarum, quae erant assatae igne*. Graecos autem imitatus est Hieronymus dum posuit *polentam* pro hebraico verbo קלי, quod hordei vel tritici spicas tostas significare videtur; utramque notionem expressit syrus qui habet ܘܩܪܒ ܠܗ ܩܡܚܐ. ܘܨܒܥ ܠܚܡܐ ܒܚܠܒܐ. ܘܐܪܡܝ ܦܬܐ ܕܦܪܟܬܐ ܘܩܪܒ ܠܗ܀ *et praebuit ei polentam, et intinxit panem in lacte, et iniecit fragmenta spicarum perfricatarum, et dedit ei*. Cf. Gesenii *Thes. p. 1215.;* graecus venetus habet ἐχορήγησέ τ' αὐτῇ τὸν δίπυρον.

15. *Atque inde* — Rabanus tacet *inde;* nec obstant hebr. et veteres. Pro *Etiamsi,* codd. et editt. non paucae *Etiam si*. Pro *ne prohibeatis,* Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., aliaeque editiones inde petitae *nec prohibeatis*.

16. *remanere* — Palimpsestus bobiens. *manere*. Pro *ut absque*, codd. F et vatic. 4220. uterque secunda manu, Rabanus *et absque*. Pro *corripiat*, codd. G, Cas. 1. *prohibeat*.

17. *collegerat* — Codd. A, C, E 1. m., F, K, U, Y, vatic. 4220., palat. 3., Bibl. Ven. 1479., Brev. gothic. pag. 256. *colligerat*. Pro *ephi,* palimpsestus bobiensis aliique codices *oephi;* sixtini *Ephi;* conf. ad Exodi XVI, 36. Quae sequuntur *id est, tres modios,* a latino interprete adiecta sunt; at in cod. B desiderantur; cf. Mariana in h. l. et infra III, 15.

18. *de reliquiis* — Codd. N*, R, S, Cas. 3., Brev. goth. l. c. *reliquias;* non male; ex hebraeo enim et graeco apparet Rutham socrui dedisse quidquid domum asportaverat.

19. *Dixitque* — Bibl. Paris. 1566. *Dixit*. Post *socrus* tacent *sua* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Y, vatic. 4216. 4220., palat. 3., Cas. plures, gothic. leg. Pro *fecisti opus . . . misertus est,* Bibl. Ordin. *opus fecisti . . . misertus sit;* hebraeus habet מכירך, *qui te agnovit;* it. alexandrinus ὁ ἐπιγνούς σε, graecus ven. ὁ ἐπιγινώσκων σε; seu, uti recte notat Bonfrerius, qui ita se erga te gessit, teque beneficio affecit, quasi nota esses, quod est idem reipsa ac misereri. Mox legimus *fuisset operata* prout scripserunt sixtini, consentientibus codd. A, H; at reliqui nostri codices, veteres editiones, Brev. gothic. l. c. habent *esset operata*.

20. *Rursumque ait: Propinquus* — Sixtini, codd. A, C, D, F, H, I, T, U, V, Y, Cas. 12., palimpsestus bobiensis, vatic. 4216. 4220., palat. 2. 3., Rabanus *Rursumque, Propinquus, ait;* cod. K *Et rursus ait: Propinquus;* Brev. goth. l. c. *Rursusque: Propinquus*.

21. *inquit* — Tacent codd. G, Cas. 2.; et mox iidem omittunt *eius*.

22. *filia mea* — De iis qui scribunt *filia mi* cf. ad I, 11.; Toletus hoc loco notat: « Licet

» pronomen *mea* non habeatur in graeco, ta» men est in hebraeo et in latinis codicibus.» Pro *exeas*, codd. G, Cas. 2. et Rabanus *eas*. Mox Vallarsius mendosam Calmeti editionem sequutus, perperam absurdeque notat Vulgatum legere *ad molendum*. Pro *ne in alieno*, Brev. gothic. l. c. *ne in alio;* Rabanus *nec in alieno*.

23. *Iuncta est itaque*—Codd. I, goth. leg., palat. 2., Brev. goth. l. c., Rabanus *Iuncta est igitur;* codd. G, T *Iunctaque est*. Pro *cum eis messuit*, Rabanus *messuit cum eis*.

Ibid. *hordea et triticum* — Codd. C, D, F, N, O, P, T, U, Y, pauci Cas., Hugo, Bibl. Lugd. 1535. praemittunt *et;* codd. Cas. 4. et Bibl. Ord. legunt *triticum et hordeum;* codd. G, R *hordeum et triticum*. Pro *conderentur*, codd. R, Cas. 1. *conderetur*.

Cap. III, 1. *reversa est* — Codd. Cas. 7. addunt *Ruth;* item syrus et arabs. De *filia mea* conf. ad I, 11.

2. *noster est*—Codd. C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures *est noster*. Pro *et hac*, codd. C, G, R, S, T, U, V, Cas. 2., Bibl. Ordin., Hugo *et in hac;* vatic. 4220. *et de hac*.

3. *Lavare* — Codd. A, C, E, I, K, N, P, T *Lava;* in cod. N frigide ac prope insulse adnotatur: « Antiqui habent *Lava;* et sic utitur » Augustinus in libro de Confessionibus, sic » Gregorius in fine Consecrationis, et Ioh. » IX. (v. 7.) *Lava in natatoria*. » Pro *vestimentis*, cod. K *indumentis*. Pro *et descende;* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique fere omnes, Bibl. Ord., Hugo, Rabanus *ac descende;* cod. Cas. 1. addit *et abscondere*, et mox legit *in area*. Pro *potumque*, cod. B *potumve*.

4. *dormiat* — Bibl. Ordin., Caietanus *dormiet;* hebr. ישכב. Pro *veniesque et discooperies pallium*, codd. F, Y *veniesque et discooperiens pallium;* codd. G, Cas. 2. *veniensque discooperies pallium;* cod. Cas. 1. addit *manu*. Pro *operitur*, codd. A, B, Brev. goth. l. c. *operietur;* egregia lectio.

5. *praeceperis*—Cod. K et Brev. goth. l. c. addunt *mihi;* item syrus, chaldaeus, arabs, armenus, slav. georg., complures codd. hebraici et non pauci graeci; conf. De-Rossi et Holmes.

6. *socrus* — Addunt *sua* Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1535., Hugo, all.; adstipulantur hebraeus et veteres.

7. *factus esset*—Cod. B et Brev. goth. l. c. *factus fuisset*. Pro *iuxta acervum*, codd. M, P, R, Cas. 4., Petrus Com., Hugo *iuxta archonium;* item margo codicis V; in Glossario Cangii legimus: « *Archonium* Iohanni de Ia» nua dicitur acervus manipulorum vel alia» rum rerum. W. Brito in Vocabul. mss., et » Mamotrectus : *Archonium* dicitur acervus » manipulorum vel gelimarum, vel aliarum » rerum. *Gelima* autem dicitur *garba*, et di» citur garba quod genu et manibus ligata » est. Dicitur *archonium* ab arctus, etc. Cod. » ms. s. Germani Paris. ad Ruth. III, 7. *iuxta* » *archonium manipulorum;* ubi Hugo Card.: » *Archonium* est acervus gelimarum in imo » latus, in summo acutus. » Pro *abscondite*, codd. G, S, Cas. 4. *et abscondit se*.

Ibid. *et discooperto pallio a pedibus eius, se proiecit*—Cod. A *et discooperto a parte pedum pallio eius, se proiecit;* cf. vers. 4.; codd. C, D, E, F, H, I, K, T, U, V, Y, vatic. 4216. 4220., palat. 2. 3., antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c., Rabanus *et discooperto a pedibus eius pallio, se proiecit*. Animadverte Sixtum nullam posuisse interpunctionem, tres autem editiones vaticanas Clementis VIII. exhibere comma post verbum *pallio*, quod mendum castigatur in triplici correctorio vaticano edito anno 1598.; cf. Bukentopius p. 492. 518. et *Proleg*. ad nostrum *t. I. p. LXXII.;* at in tertio ex laudatis correctoriis iterum mendose legitur *pallio eius a pedibus, se*. Aliud vitium occurrit in Bibliis editis a Leandro van Ess (*Tubingae 1824.*), ubi ad calcem secundae partis editor adnotavit Biblia Sixti V. anni 1590. legere *discooperto pallio a pedibus se eius proiecit*.

8. *nocte iam media* — Brev. goth. l. c. *iam noctis media;* codd. G, R, S *iam nocte media* Cod. Cas. 1. tacet *iacentem*.

9. *et ait illi* — Cod. B omittit pronomen; item hebraeus, chaldaeus et graecus; sed cf. Holmes. Ad verba quae sequuntur *Quae es?* Bukentopius p. 31. notat: « Miror quod Bonfrerius et La Haye hic dicant, ex interrogatione illa in hebraeo non satis colligi » quod Booz ante responsum Ruthae cognoverit iacentem ad pedes suos fuisse mulierem et non virum aliquem. Quamvis enim » hoc nequeat colligi ex hebraeo מִי, quod » communis generis est, tamen ex coniuncto » pronomine *tu* potest sciri, cum in hebraeo » sit אַתְּ. » Hisce adde septem hebraicos codices apud De-Rossi subnectere בתי, *filia mea*. Pro *Illaque respondit*, codd. B, G, K, S, Cas. 8., Brev. goth. l. c. *Illa respondit;* cod. R *At illa respondit*. Post *pallium* Brev. gothic. l. c. omittit *tuum*.

10. *inquit, es* — Codd. G, I, S, Bibl. Ord., Hugo *es, inquit*. Mox pro *a Domino*, legunt *Domino* codd. C, D, E 1. m., F, I, K, N, O, T, U, Y, Cas. 10., goth. legion., vatic. 4216. 4220., palat. 3.; hebraeus ליהוה, graecus τῷ Κυρίῳ Θεῷ. Conf. ad Iudic. XVII, 2. I Reg. XV, 13. II Reg. II, 5.; Rabanus tacet *a Domino*. Pro *et priorem*, cod. K *en priorem;* cod. Cas. 1. *et quidem priorem;* Rabanus *quia priorem;* accedit graecus. Pro *posteriore*, Bibl. Mogunt. 1462., all. *posteriori*. Pro *pauperes*, cod. B et Brev. goth. l. c. *sive pauperes;* favent hebraeus, chaldaeus et graecus.

11. *metuere, sed*—Cod. Cas. 1. *metuere, mane hic, et*. Pro *quidquid dixeris mihi*, cod. H *quidquid mihi dixeris;* Brev. goth. l. c. *quid dixeris mihi;* cod. Cas. 1. tacet *mihi;* item hebraeus, alexandrinus et graecus venetus; at conf. De-Rossi et Holmes. Pro *Scit enim*, cod. B et Brev. gothic. l. c. *Scit autem*. Pro *qui habitat*, cod. A 1. m. *qui habitant;* in cod. C haec desiderantur, nec legunt hebraeus et veteres.

12. *Nec abnuo me* — Codd. G, Cas. 3. *Annuo me;* codd. I, Y, Cas. 1. *Nec abnego me;* codd. T, Cas. 2. addunt *tibi esse*.

13. *ille noluerit* — Tacent pronomen codd. B, E, K, T; quibus favent hebraeus et veteres; cod. Cas. 1. legit *ille te noluerit*. Pro *ego te absque ulla dubitatione suscipiam*, Bibl. Ordin. *absque ulla dubitatione ego suscipiam te;* cod. A pro *absque*, legit *sine;* cod. Cas. 1. tacet *ulla*.

14. *ad noctis abscessum* — Omittunt *ad* cod. B et Brev. goth. l. c.; codd. F, Y, vatic. 4216. legunt *ad noctis excessum*. Pro *Surrexit itaque*, codd. E, H, I, K, Cas. 2., gothic. leg., vatic. 4216., Brev. goth. l. c., Rabanus *Surrexitque*. Pro *se cognoscerent*, Bibl. Ordin. *cognoscerent se*. Pro *et dixit Booz*, sixtini et cod. A *Dixitque Booz;* codd. V, vatic. 4216. 4220. interponunt *ad eam;* cod. gothic. leg. *ei;* item duo codices holmesiani. Hebraeus habet tantum ויאמר, item graecus venetus; at alexandrinus cum Vulgato consentit; chaldaeus addit לעולמוי *pueris suis;* syrus autem et arabs perperam id referunt ad Rutham, quasi ab ipsa prolata fuerint ea quae sequuntur. Recte autem Hieronymus adiecit nomen *Booz* ne ulla esset ambiguitas; nam verbum *Surrexit*, quod antecedit, ad Ruth refertur quia in hebraeo est feminini generis; at verbum *dixit* est generis masculini, adeoque ad Booz referendum est.

15. *Et rursum* — Cod. Cas. 1. tacet *rursum*, quod eleganter a Hieronymo additum videtur. Mox codd. F, Y, Cas. 1., vatic. 4220. omittunt *inquit*. Pro *pallium*, sixtini, codd. A, C, D, E, I, K, N, O, P, S, T, U, Cas. 12., goth. leg., vatic. 4220., palat. 2. 3., Hugo, Rabanus, Petrus Com. *palliolum*, quod fortasse Hieronymus posuit imitatus Symmachum qui habet συνδόνιον (cf. *Append.* Holmesii); at alexandrinus περίζωμα, graecus ven. ἄμπυχα: hebraeus habet מטפחת, quod est mulierum *palla*, aut, si mavis, *ventrale*. Pro eo quod sequitur *sex modios hordei*, hebraeus et graecus habent *sex hordeorum*, nempe mensuras; neque alio sensu accipiendum est Vulgati *modium*, quod profecto denotare nequit romanorum mensuram quatuor et viginti libras frumenti, seu sextarios sexdecim continentem. Cf. ad I Reg. I, 24.

16. *Narravitque ei* — Tacent pronomen

codd. B, E 1. m., S, Cas. 1., Brev. goth. l. c. Pro *fecisset homo*, cod. B *dixit homo;* accedit arabs; cod. A tacet *homo*.

17. *Et ait: Ecce sex modios hordei dedit mihi* — Haec desiderantur in cod. B 1. m.; cod. V addit *homo*. Pro *mihi, et ait*, cod. K *mihi, dicens*. Pro *ad socrum*, cod. B et Brev. goth. l. c. *ad domum*.

18. *Expecta filia* — Cod. A addit *mi;* item hebraeus et veteres, excepto graeco. Mox pro *quem res exitum*, Brev. goth. l. c. *quem exitum*. Pro *quod locutus*, codd. C, G, R, S, V, Cas. 2. *quae locutus*.

Cap. IV, 1. *prius sermo* — Sixtini et cod. A *sermo prius*. Pro *vocans eum nomine suo*, Brev. goth. l. c. *vocato eo nomine suo*.

3. *sedentibus* — Haec lectio in vaticanas editiones a typographis illata videtur ex sequenti versiculo; nam a romanis censoribus hoc loco nil immutatum reperimus; nostri autem codices, veteres editiones, Brev. goth. l. c., Rabanus, all. habent *residentibus;* nec erat cur Lucas Brugensis adnotaret quosdam minus apte hanc lectionem praeferre. Pro *fratris nostri*, codd. G, R 1. m., Cas. 2. *patris nostri*. Pro *vendet*, codd. A, B, E, F, G, H, I, L 6., O, Q, R, S, T, U, Y, Cas. 6., goth. leg., vatic. 4216. 4220., palat. 2. 3., Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., all., Brev. gothic. l. c., Rabanus *vendit;* codd. P, V, Cas. 6., alii apud cod. O, Bibl. Lugdun. 1522. 1535., Hugo, Dionysius Carth., Isidorus Clarius cum hebraeo *vendidit;* Petrus Com. interpretatur *disposuit vendere;* at fortasse Noëmi ad incitas redacta fundum Elimelechi iam vendiderat; nunc vero per redemptionis legem illum vindicandum adfini suo proponebat Booz; ideoque is dicit agrum quidem vendidisse Noëmi, sed ita tamen ut eiusdem propinqui integrum redimendi ius haberent; quo iure dum uterentur, agrum ab ipsa Noëmi emere censebantur. Cf. Abulensis *quaest. V. et seqq.* In contrariam abeunt sententiam Bonfrerius, Calmetus, all. qui fundum Elimelechi distrahi potuisse negant.

4. *quod audire* — Cod. goth. leg. *quod videre*. Ante *maioribus* cod. Cas. 1. tacet *et*. Post *possidere* codd. G, Cas. 5. addunt *agrum*. Pro *sin autem*, antiquiores editiones *si autem*. Pro *displicet tibi*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique fere omnes cum Rabano *tibi displicet*.

Ibid. *tibi, hoc ipsum indica* — Bibl. Ord.; Rob. Steph., all. *tibi hoc ipsum, indica;* codd. E, V, Rabanus *tibi, et hoc ipsum indica*. Pro *enim est*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, aliique pene universi cum Brev. goth. l. c. et Rabano *est enim;* cod. goth. leg. tacet *enim*. Pro *propinquus*, cod. Cas. 1. *propinquior*. Pro *prior*, cod. A *propinquior;* codd. F, Y *prius*.

5. *Ruth quoque* — Hebraeus, alexandrinus, chaldaeus, arabs, graecus venetus *et a Ruth*, perinde ac si non modo Noëmi, sed et Ruth agrum venumdaret. At Vulgati lectionem tuentur plures critici; conf. Cappellus, Houbigantius, Dathius, Rosenmullerus, De-Rossi in *Suppl. ad Varr. lectt.*, quibus suffragatur syrus interpres, neque omnino adversatur alexandrinus, qui etsi habeat *καὶ παρὰ Ῥούθ*, tamen addit *καὶ αὐτὴν κτήσασθαί σε δεῖ*. Manifeste corruptum hoc loco hebraicum textum, duplicique ratione sanari posse autumat Maurerus: vel nempe pro ומאת et pro קניתי legimus prout legisse videtur Hieronymus, ואת et קנית; idque suadent vers. 9. et 10. ubi fere iisdem verbis Booz narrat quid sit de quo ipse cum altero convenerit: vel, servato illo ומאת, legimus קניתו, ut sensus sit: *quando emis fundum illum a Noëmi et a Rutha moabitide, defuncti uxore; emis eum* ea lege, *ut nomen defuncti suscitetur in possessione eius*. Hac posita emendatione, difficultas evanescit; nimirum verbis non re discrepant Vulgatus et hebraeus; quandoquidem prolem mortuo parare dicuntur ii, qui ex iure leviratus, mortui uxorem ducebant.

Ibid. *propinqui tui* — Sixtini cum cod. A tacent pronomen; item hebraeus et veteres, qui tamen hoc loco non habent *propinqui*, sed *defuncti* prout Isidorus Clarius posuit. Pro *in hereditate sua*, codd. G, V *in hereditate*

tate tua; in Brev. gothic. l. c. haec desiderantur.

6. *Cedo iuri* — Sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, N, O, P, R, S, T, U, V, Y, Cas. 16., vatic. 4216. 4220., palat. 2. 3., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573., Thomas. I, 65., Brev. goth. l. c., Rabanus, Petrus Com. *Cedo iure;* Toletus quoque hanc lectionem probat utpote magis consentaneam grammaticae legibus: « Lege *iure;* sic mss. et prior Congregatio. » Iidem testes eamdem habent lectionem versiculo sequenti. Pro *posteritatem*, mendose cod. T *prosperitatem;* hebraeus et veteres *haereditatem*. Post verba *privilegio, quo* cod. A tacet *me*.

7. *Hic autem*—Cod. E 1. m., Rabanus *Hic enim*. Pro *inter propinquos*, cod. Cas. 1. *inter proximos*. Pro *ut si quando*, codd. A, C, D, E, F, H (perperam Vallarsius suffecit communem lectionem), I, T, U, Cas. plures, vatic. 4220., palat. 3. *et si quando;* sixtini, codd. B, G, N, O, Cas. 1., vatic. 4216., Brev. goth. l. c., Rabanus *si quando;* scholiastes in cod. N diserte scribit: « Nec hebraeus, nec antiqui » ante *si quando* habent coniunctionem ali» quam. » Et in cod. O adnotatur: « Antiqui » non habent *et* ante *si quando;* et tunc in» cipit versus *Si quando alter*. » Pro *cedebat: ut*, cod. Cas. 1. *cederet: ut;* sixtini et non paucae editiones veteres *cedebat, ut;* aliae nullam interpunctionem habent. Pro *proximo suo*, codd. L, R, S, Cas. 4., antiquiores omnes editiones *propinquo suo*. Mox Hugo tacet *erat*. Pro *cessionis*, codd. B, F, Brev. gothic. l. c. *concessionis*.

8. *propinquo suo Booz*—Sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, Cas. 1., vatic. 4220., palat. 2., Rabanus *propinquus Booz;* hanc lectionem praeferunt Isidorus Clarius, Cappellus in *Crit. sacra V, 9.*, aliique. Nam hebraeus et veteres ad litteram habent: *Et dixit redemptor ad Boaz: Acquire tibi. Et solvit calceamentum suum.* Graecus addit καὶ ἔδωκεν αὐτῷ, *et dedit ei.* Potuit igitur Hieronymus interpretari: *Dixit ergo propinquus Booz: Tolle* (nempe, sume tibi, aufer, accipe) *calceamentum; quod statim solvit de pede suo*. Hoc sensu apud Ambrosium legimus: *Et dicebat propinquus: Accipe et adquire tibi tu; et solvebat calceamentum suum.* At vero Toletus sixtinorum egregiam correctionem respuit scribens: « In hebraeo et graeco est » *propinquus ad Booz;* latini autem codices » legunt ut in textu (Vulgati). In quodam » tamen ms. legitur *Dixit propinquus;* et ita » censuit prior Congregatio. Attamen ex hi» storia id stare non potest. Nam in hebraeo » et graeco habetur verbum quod non est in » codicibus latinis, scilicet *Posside tibi;* et » hoc dixit propinquus ad Booz, quia ille » propinquitatem huic renunciabat. In lati» nis autem est *Tolle calceamentum tuum*, » quod verbum est Booz petentis calceamen» tum a propinquo, ut tolleret de pede, et » daret sibi: atque ob id recte dicitur *Dixit* » *propinquo suo Booz;* sequitur enim quod » propinquus ad verbum Booz solvit calcea» mentum et dedit illi, scilicet Booz. » Hinc colligimus ex Toleti sententia legendum esse *propinquo suo*, quia mox subditur *Tolle calceamentum tuum;* Toletus enim verbum *Tolle* accepit pro *solve, exue, detrahe*, vel quid simile: mox vero pronomen *tuum* omnino genuinum existimat quia necessario subintelligeretur etsi non fuisset expressum. De hoc pronomine infra sermo erit. Interim animadverte ex hac interpretatione sensum exurgere a sacro textu antiquisque interpretibus prorsus alienum, ac proinde minus probabilem. Duriuscula insuper evaderet locutio in sequenti orationis membro, in quo subiectum verbi *solvit* reticetur. Denique animadvertimus maximum in re critica pondus habere latinos testes quos excitavimus, dum difficultatem omnem depellunt, latinamque interpretationem cum sacro textu plane conciliant. Ea enim latinorum codicum lectio, quae cum hieronymiana interpretandi ratione consentit, seu quae sensum hebraici textus accurate reddit, genuina censenda est, nisi aliunde suspicio exoriatur illam a librariis vel criti-

cis illatam fuisse. Quum itaque nulla huius suspicionis ratio suppetat, haud dubitare possumus correctionem a sixtinis propositam optimam esse, etsi a maxima codicum parte iam diu illa exulaverit. Nam codd. B, C, D, F, G, H, K, O, T, U, V, Y, Cas. plures, goth. legion., vatic. 4216., palatin. 3., Bibl. Lugd. 1522., all. legunt *propinquo Booz;* cod. E *Booz propinquo suo;* cod. I *Booz proximo suo.*

Ibid. *calceamentum tuum* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, I, K, O, S, T, U, V, Cas. plures, vatic. 4216. 4220., palat. 2. 3., antiquiores omnes editiones, Brev. gothic. pag. 257., Hugo, Rabanus tacent *tuum;* codd. R, Cas. 5., palatin. 1. legunt *calceamentum tibi;* Toletus rursum notat: « Non habetur *tuum* in Ord., » Complut., Reg. et multis impressis. Tamen » legunt Lovan. et mss. (tres nempe codd. » apud Rob. Stephanum, aliique pauci). In » hebraeo et graeco habentur verba multum » dissimilia, ut diximus. Hoc tamen sive po» natur sive non, intelligi debet. » Nimirum si vera sunt quae superius affirmabat Toletus, istud pronomen saltem subintelligi debet; at si in superiori membro illam Vulgati lectionem admittimus, quae hebraico textui antiquisque interpretibus consentanea est, vel abiiciendum erit pronomen *tuum,* vel ita erit accipiendum ac si dicatur *Tolle calceamentum,* hactenus meum, quod exinde *tuum* erit in testimonium peractae cessionis. Verum enimvero in hac argumentatione diligentiam Toleti desideramus. Nam ex hoc pronomine supra demonstrare nitebatur haec verba a Booz prolata fuisse; heic vero ipsius pronominis necessitatem propugnat ex eo quod haec sint verba a Booz dicta. Haec operae pretium visum est paullo fusiori calamo declarare, ne in posterum scriptores nostri aut extranei in propugnanda aut in arguenda Hieronymi doctrina atque diligentia frustra fatigarentur. Aut saltem ne quis temere Hieronymo adscribat quod ex aliorum socordia ortum esse verisimile demonstratur. Saepius enim vidimus falsa crimina in Hieronymum coniecta ab illis, qui nimia confidentia eidem tribuunt vitia, quae librariis indoctis aut imprudentibus criticis debentur. Ioh. Clericus, exempli gratia, in commentariis ad hunc locum scribit: « Male Hieronymus haec παρα» φράζει : *Dixit ergo propinquo suo Booz* etc. » Hanc versionem hominis parum attenti es» se puto, non aliter legentis. » Si quis autem horum mendorum patrocinium susceperit, illum de re critica, et de Hieronymi auctoritate bene mereri nemo dixerit.

9. *maioribus natu, et universo populo* — Cod. Cas. 1. *maioribus ex universo populo suo.* Pro *Testes vos, inquit,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, aliique plures *Testes, inquit, vos;* codd. B, gothic. legion., Brev. goth. l. c. praemittunt *ait.* Pro *estis hodie,* cod. K *hodie estis.*

10. *sumpserim* — Cod. Cas. 1. *duxerim.* Pro *ac fratribus,* cod. K *ac tribus;* et pro *et populo,* plures ex hentenianis editionibus legunt *de populo;* ita Bibl. Antuerp. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1572. 1576. 1578. 1579. 1583. 1599.; alexandrinus καὶ ἐκ τῆς φυλῆς λαοῦ αὐτοῦ.

11. *sit exemplum* — Cod. B 1. m. tacet *sit.* Pro *et habeat,* cod. A *ut habeat.*

12. *Thamar peperit* — Cod. A 1. m. et Ambrosius *peperit Thamar;* cod. Cas. 1. *Thamar genuit.* Pro *tibi dederit Dominus,* sixtini, codd. A, C, D, F, H, K, U, Y, vatic. 4219. 4220., palat. 3. *dederit Dominus tibi;* codd. E, G, I, S, T, Brev. goth. l. c., Rabanus *dederit tibi Dominus;* cod. V *dederit Dominus Deus tibi;* item cod. holmesianus 76.

13. *ingressusque* — Brev. goth. l. c. *ingressus.* Post *dedit* cod. B 1. m. tacet *illi;* item cod. 17. Kennic. et cod. 241. Holmes.

15. *consoletur* — Codd. A, R *consolaretur.* Pro *enutriat,* codd. F, I, Y, vatic. 4216. *nutriat;* Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480. 1482., all., Brev. goth. l. c. *enutriet.* Pro *quae te diligit,* Sixtus, codices ex recentioribus plerique, veteres editiones, Rabanus, Brev. goth. l. c. *qui te diliget;* ad fidem optimorum codicum sixtini et gregoriani emendarunt, con-

sentientibus hebraeo, antiquisque interpretibus; unde Toletus notat: « Lege *quae te diligit;* sic hebraeus, graecus, mss., margo » Ordin. et Congregatio. » Bukentopius vero pag. 166. animadvertit: « Omnes pene antiquiores libri Vulgatae, atque etiam Sixti V. » (editio), prout et Liranus, Abulensis, Dionysius Carthus. ac plerique veteres legunt » *qui te diliget;* sed duplici mendo, nempe » pro feminino *quae,* masculinum *qui,* et pro » praesenti *diligit,* futurum *diliget.* Siquidem » in hebraeo est אשר־אהבתך, *quae dilexit* » *te* hactenus; ita etiam LXX. ἡ ἀγαπήσασά σε. » At idem Bukentopius pag. 332. mendose tribuit Sixto V. lectionem *diligit.* Cf. Lucas Brugensis et Bonfrerius. Mox pro *et multo,* codd. E, I, palat. 2., Rabanus *et multum.* Pro *melior est,* codd. C, D, F, I, K, T, U, V, Y, vatic. 4219. 4220., palat. 3., Brev. gothic. l. c., Rabanus *est melior;* codd. G, Cas. 2. *est melius.*

16. *Susceptumque*—Brev. goth. l. c. *Susceptum;* codd. G, V, Y *Susceptum quoque.* Pro *puerum,* cod. U *filium.* Pro *fungebatur officio,* codd. C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. goth. l. c., Rabanus *officio fungebatur;* cod. B mendose *fungebantur.*

17. *congratulantes ei, et dicentes* — Codd. A, E *congratulantes ei dicebant;* codd. V, Cas. 3. *congratulabantur ei dicentes.* Pro *vocaverunt,* codd. E, Cas. 3. *vocaveruntque.* Hieronymus hoc loco liberius interpretatus est; hebraici enim textus verba sonant: *Et vocaverunt ei vicinae* mulieres *nomen dicendo: Natus est filius Noemi,* in eius bonum. *Et vocaverunt nomen eius Obed.* Consentiunt hebraeo veteres interpretes, paucis exceptis; nimirum pro *Et vocaverunt* primo loco syrus habet ܘܐܡܪܘ, *et dixerunt,* item arabs; pro *ei,* alexandrinus αὐτοῦ, sed conf. Holmesius. Num Hieronymus apud graecos invenerit παρεκάλεσαν, pro καὶ ἐκάλεσαν, priori loco, unde hauserit *congratulantes,* deficientibus nobis testibus, affirmare non audemus.

18. *Esron* — Antiquiores editiones cum graeco legunt *Esrom;* alii melius *Hesron,* de quo conf. ad Gen. XLVI, 9.

19. *Aram* — Codd. H, L (seu Q), P, Bibl. Lugd. 1535., margo Ordin. *Ram;* cod. N notat: « Hebraeus pro *Aram,* habet *Ram,* uti » I Paral. II. (v. 9.) » Alexandrinum sequitur Vulgatus, cui suffragantur syrus et arabs; item Matth. I, 3. Luc. III, 33.

20. *Nahasson*—Alii *Naason, Naasson* alii; cf. ad Exod. VI, 23. Pro *Salmon,* codd. A, P, Bibl. Lugdun. 1535. *Salma;* in cod. N legimus: « Hebraeus habet *Salma* ut I Paral. II. (v. 11.) » Hebraeus hoc loco legit שלמה; at sequenti versiculo habet שלמון, et in Paral. l. c. שלמא; cf. De-Rossi *Varr. Lectt.*

22. *David* — Addunt *regem* codd. A, C 1. m., E, G, L 8., R, S, T, U, V, Cas. 8., palat. 2., Bibl. Rom. 1471., Ven. 1476. 1479. 1480., Ord., Paris. 1566. 1573., all., Hugo, Brev. gothic. l. c., Dionysius Carth., Abulensis; cod. I addit *regem, qui ambulavit coram Domino;* codex alexandrinus cum aliis duobus codicibus holmesianis τὸν βασιλέα; Targum, etsi eius latina interpretatio taceat, addit מלכא דישראל; syrus ܡܠܟܐ; arabs الملك عليه افضل السلام. His favere videtur locus Matthaei I, 6.; quum enim ex hoc Ruthae libro Matthaeum Davidis genealogiam ad litteram descripsisse admodum verisimile sit; quumque Evangelista procul dubio scripserit Δαυεὶδ τὸν βασιλέα, non improbabile videri potest ab eiusdem saltem aetate in ipso libro Ruthae ita lectum fuisse. Verum contra, nos haud dubitamus latinos (idem dicendum de syris et graecis) illos, qui in extrema parte et conclusione libri Ruthae scripsere *David regem,* vel respexisse ad Matth. I, 5. 6., vel frequentatissimum in veteri Testamento, nec non in liturgicis libris, Davidis regalem titulum hoc loco desiderari passos non fuisse, omninoque supplendum existimasse; iam enim longo usu Davidem *regem* compellare adsueverant. Haec eadem ratio, quamquam non videntur alia momenta defuisse, Matthaeo suasit ne regis appellationem dignitatemque in Davide reticeret. E

contrario hanc auctor libri Ruthae necessario tacuisse videtur, eo quod suam historiam conscripserit antequam David ab universa natione rex salutaretur. Id autem demonstrant, ni vehementer fallimur, universi hebraici codices, qui maximo consensu, hoc loco nullum additamentum agnoscunt; it. fere omnes graeci codices alexandrinae versionis; item graecus venetus interpres; item plerique latini codices: neque obstant, aut saltem difficultatem non augent, chaldaeus et arabs, tum quia neque secum ipsi conspirant, neque cum reliquis consentiunt; nam ille legit *regem Israelis*, iste autem *regem super quem optima pax:* tum quia prior alia innumera, quod neminem latet, in hoc libro proprio marte adiecit; alter vero a suo fonte, syro nempe (uti Aemilius Roedigerus demonstravit), manifeste recedit; quem tamen etsi non deseruisset pro uno eodemque teste cum illo habendus esset.

Quod ad calcem librorum Iosue et Iudicum praestitimus, heic praetermittere non debemus; vetus nempe stichometria latinis in codicibus a priscis antiquariis consignata; nobis memoranda est. Itaque codices D, E, T, vaticanus 4220., palatinus 3. notant ad calcem huius libri *Explicit liber Ruth. habet versus ·CCL·;* item codices Martianaei (conf. eius *Proleg. IV.*). Praetermittimus inscriptionem codicis C, in quo librarius mendose scripsit numerum versuum esse ·*ICCL*· (conf. Blanchini *Vindiciae Biblior. p. CCCXXXVI.*); item alteram mendosiorem ex quodam vaticano codice apud Thomasium memoratam (*t. I, p. 65.*), quae ponit summam versuum ·*II*·*CCL*· Manifestum est enim Ruthae librum maiorem versiculorum quam verborum numerum complecti non potuisse; ac proinde milliarii notam in hisce codicibus perperam adiectam ab imperito librario. Quum autem textus masorethicus et hodiernus Vulgatus huic libro tribuant versus quinque supra octoginta, manifestum est servatam heic quoque fuisse illam proportionem quam in libro Iosue et Iudicum adnotavimus. Nam vetus versiculorum divisio qua bis centum quinquaginta commata numerabantur, hodiernam plus minus triplicabat.

LIBER I. REGUM

Titulus *Liber primus Samuelis, quem nos primum Regum dicimus* — Biblia Sixti V. habent tantum *Liber primus Regum;* gregoriani et Toletus titulum, quem post Robertum Stephanum admiserant lovanienses, restituendum censuerunt. In codicibus modo *Samuel,* modo *Regum* legitur (cf. Thomas I, 79. 91. 109.). Nam apud latinos post Hieronymum uterque titulus propagatus fuit. Tradiderat enim s. Doctor in *Prologo galeato* (IX, 458.) hebraicum canonem inscribere SAMUEL librum, quem latini, graecos sequuti, *Regnorum* (Βασιλειῶν) *primum et secundum* dicebant (ita apud Sabatierium, Hilarius, Ambrosius, Augustinus, quibus alios plures addere possumus); *Malachim* vero praenotasse librum qui *tertio et quarto Regum* volumine continetur: ac praeterea subnotaverat nos melius REGUM, quam *Regnorum* dicere posse. Istud autem Hieronymi testimonium post Isidorum et Bedam latini scriptores innumeri protulerunt aut refricarunt, ita ut vulgo frequentatum atque protritum evaserit. « Liber » *Regum,* inquit Hugo de s. Victore, apud nos » quatuor distinctionibus clauditur, quarum » duae priores apud hebraeos liber *Samue-* » *lis* dicuntur; duae sequentes *Malachim.* » *(CLXXV, 95.)* Singularis est atque notatione digna inscriptio, quam in fronte huius libri praefert noster codex E. Nam grandioribus litteris variisque coloribus distinctis scriptum legitur: *Incipit liber Regum qui apud hebraeos in duobus divisus est voluminibus, apud latinos autem propter prolixitatem sui in quatuor sectus est partes.*

Cap. I, 1. *de Ramathaimsophim* — Plures libri cum hebraeo seiungunt *de Ramathaim Sophim;* pauci cum Gregorio M. (quoties Gregorium in hoc libro excitamus absque alia nota, intelligimus *Expositiones in I. Regum* inter eius opera editas tom. III. parte 2.) et Rabano *de Ramatha Sophim;* hinc nonnulli (conf. Hugo de s. Charo) mendose scripserunt *de Ramatha in Sophim,* quod recte castigatur in correctoriis M, N, O. Hieronymus (III, 158.) scribit: «*Armathem Sophim* (grae» cus Ἀρμαθαὶμ Σιφά), civitas Helcanae » et Samuelis, in regione thamnitica, iuxta » Diospolim, unde fuit Ioseph qui in Evange» liis *de Arimathia* scribitur. » Beda II, 501. testatur veterem editionem legisse *Armathem;* cf. Isidorus VII, 419. De huius autem oppidi situ non una est apud eruditos opinio; vide Gesenii *Thes. p. 1275.* Mox pro *Elcana,* minus recte veteres multi scribunt *Helcana;* eademque varietas est apud graecos.

Ibid. *Ieroham* — Recentiores plerique codices, antiquiores editiones, Gregorius M., Eucherius, Rabanus, Claudius taurin. CIV, 637., Godefridus CLXXIV, 401., Pseudo-Hieronymus III, 824., Miss. Moz. p. 353., Thomasius I, 91. 109. *Ieroboam;* at codd. M, O diserte notant legendum tum hoc loco, tum I Paral. VI, 27. 34. *Ieroham,* non vero *Ieroboam.* Pro *Eliu,* veteres non pauci libri minus apte *Heliu.* Pro *Thohu,* codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, aliique plures, antiquiores editiones, Gregorius M., Eucherius, Beda, Angelomus, Godefridus, Miss. Moz. ll. cc. *Thahu* vel *Thau;* incerta nobis est huius nominis

scriptura; nam hebraicus textus hoc loco habet תֹּחוּ, sed I Paral. VI, 26. נַחַת et v. 34. תּוֹחַ; Martianaeus fatetur quamplures latinos codices legere *Thau*, at tamen veram Hieronymi lectionem contendit esse *Thou* tum ex paucis codicibus qui ita legunt, tum ex libro *de hebraicis nomm.* et ex *lib. I. adv. Iovin.* Verum notat Vallarsius Hieronymum ex hebraeo potuisse scribere *Thau*, quamvis alibi ex graeco posuerit *Thou*. Pro *Suph*, Bibl. Lugdun. 1535., all. *Zuph;* hebr. צוּף. Pro *Ephrathaeus*, veteres libri non pauci *Eufrathaeus;* conf. ad Ruth I, 2. et Petrus Com. in h. l. Ex levitico autem genere ortum fuisse Samuelem aperte traditur I Paral. VI, 19-38.; at compertum non habemus qua ratione eius parentes Ramatham migraverint, quod oppidum inter leviticas urbes non censebatur.

2. *et habuit* — Gregorius M. *Qui habebat;* mox tacet particulam *et*. Pro *Phenenna*, codd. C, D, all. *Phennena;* graecus interpres Φεννάνα. Pro *Annae autem*, Gregorius M. *Annae vero*. Pro *erant*, cod. E *fuerunt*. Cod. H notat hebraeum pro *liberi*, legere *parvuli*, nimirum habet ילדים.

3. *ascendebat* — Rupertus et Godefridus l. c. *ascendit*. Pro *statutis*, Bibl. Ordin. *statutisque*. Pro *et sacrificaret Domino*, cod. Cas. 1. et Gregorius Magnus *et immolaret Domino Deo;* accedit graecus. Pro *Ophni*, codd. G, I, Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498. *Ofin*, et sic deinceps.

4. *et immolavit* — Codd. B, Cas. 1., Miss. Moz. l. c. *ut immolaret*. Pro *uxori suae, et cunctis filiis eius, et filiabus partes*, Gregorius M. et Petrus Com. *et filiis, et filiabus eius partes;* Godefridus l. c. *et filiis, et filiabus suis partes;* graecus quoque omittit *cunctis;* cod. G tacet *partes;* scholiastes in cod. M notat: « *partes*, id est vestes, ut dicit Hieronymus, » quae in tribus festis, scilicet Paschae et » Pentecostes et Tabernaculorum, iuxta mo» rem gentis illius, uxoribus et liberis et fa» miliis tribuebantur. » At perperam id dicit Pseudo-Hieronymus (III, 755.) ex quo eadem habet Rupertus; nam מנוּת *partes* ad epulas, seu ad victimarum carnes referendum est. Hinc recte Angelomus: « Hae par» tes, inquit, partes sacrificiorum, quas de » immolatis dedit, intelliguntur secundum » consuetudinem legis; quamquam opinio iu» daeorum, *vestes* intelligi velit. » Eucherius autem: « Accipiunt partes de sacrificiis divi» nis, et edunt de hostiis Dei. » Item Claudius taurinen. CIV, 638., Nicolaus de Lira, aliique.

5. *tristis, quia* — Cod. B *tristi, qui*, sed idem cod. 2. m. *quia*. Pseudo-Hieronymus l. c. recte scribit: « In hebraeo ita legitur: » *Annae autem dedit partem unam duplicem,* » *quia Annam diligebat.* » Huic concinit margo codicis H ubi adnotatur hebraeum legere *duplicem;* hanc autem interpretationem proferunt quoque Petrus Com. et Hugo de s. Charo, eidemque adstipulantur syrus et arabs et alius incertus interpres hexaplaris in codice X. holmesiano memoratus, qui pro אפים posuit διπλῆν, idque Maurero et Gesenio (cf. *Thesaur. p. 127.*) probatur: nec multum distare videtur chaldaeus, qui reddit בחיר *optimam, electam;* at alexandrinus postquam de suo adiecit ὅτι οὐκ ἦν αὐτῇ παιδίον, posuit πλήν, ac si legisset אַף vel אפס. Verum, dices, cur Hieronymus interpretatus est *tristis?* Nimirum אפים reddi potest *cum ira;* haec autem vox ad tristitiam nonnumquam refertur, atque s. Doctor hanc notionem praetulisse videtur.

6. *exprobraret quod* — Cod. B *exprobraret eam eo quod;* hebraeus quoque interponit pronomen *eam*. Pro *Dominus conclusisset*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Angelomus, Miss. Moz. l. c. *conclusisset Dominus;* Gregorius M. semel legit *exprobraret ei quia concluserat Dominus*.

7. *ascenderent ad templum* — Tacent particulam *ad* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, N, O, U, V, Cas. 14., goth. leg., Theutmirus apud Claudium taurin. CIV, 627., Miss. Moz. l. c.; hebraeus legit quidem בבית; sed multi codices apud De-Rossi habent בית.

Pro *templum*, legunt *domum* codd. G, M, N*, P, R, S, Cas. 4.; notat autem scholiastes in cod. M: « Hebraeus, Rabanus et antiqui ha» bent *ascenderent ad domum Domini;* aliqui » habent *in templum.* » At vero huic plane oppositam sententiam sequitur Epanorthotes in cod. N qui scribit: « Antiqui *ascenderent tem» plum Domini;* sed quidam mutaverunt po» nentes hebraicum quod dicunt habere *do» mum* iuxta Hieronymum. Sed Deut. XVII. » (v. 8.) ubi hebraeus habet *inter lepram et » lepram,* ipse Hieronymus posuit *inter le» pram et non lepram,* intelligens quamdam » vocari lepram et non esse. In translatione » quam fecit post illas disputationes, de qui» bus hoc assumitur, pro *domo Domini,* non » potuit dicere *templum Domini?* Si dixe» rint: Nondum erat templum. Immo proba» bo quia tabernaculum *templum* dicitur in» fra II. (v. 29.) *ut offerrentur in templo;* et » utique hebraeus habet ibi *in habitaculo.* » Infra etiam II Reg. V. (v. 8.) *non intrabunt » templum,* licet Hieronymus (III, 772.) di» cat hebraeum habere *domum,* et intelligi » non de templo, sed de domo communi, ta» men nullus fuit ausus illam destruere lit» teram, ut pro *templo,* poneret *domum,* sicut » hic fecerunt. Beda etiam expositor huius » libri habet *templum,* dicens quod templum » vocat tabernaculum (Beda II, 504.). » Denique cod. O notat veteres legere *templum,* modernos vero *domum.* Chaldaeus interpretatur לבית מקדשא *ad domum sanctuarii;* cf. infra ad vers. 9.

8. *comedis* — Codd. C, D, E, Cas. 1., veronensis apud Vallarsium *comedes;* hebraeus תאכלי. Pro *tibi sum,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique multi, Bibl. Ordin., Hugo, Angelomus, Miss. Moz. l. c. *sum tibi.*

9. *Surrexit autem*—Gregorius M. *Surrexit ergo.* Pro *comederat,* Rabanus *ederat.* Pro *et biberat in Silo,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, aliique plures, Hugo, Rabanus, Angelomus, Miss. Moz. l. c. *in Silo et biberat;* concinunt hebraeus, chaldaeus, syrus et graeci codices apud Holmesium; pro Vulgato facit arabs. Mox tacent *Et* codd. G, Cas. 2. et Gregorius M.

Ibid. *super Sellam* — Gregorius M. paucique codices *super sella.* Pro *templi,* Sixtus, codd. G, R, S, veteres editiones fere universae legunt *domus;* item arabs et cod. 150. Kennicotti; at vero codices plerique et vetera correctoria obstant; nam cod. M notat: « Ra» banus et antiqui habent *templi;* hebraeus » non habet proprie *templum,* nec *domum,* » sed *hecal* (היכל), id est *palatii;* moderni » habent *domum.* » Hanc vero notulam ex parte castigat scholiastes in cod. N dum apposite scribit: « Hebraeus, et antiqui, et novi, » et Rabanus, et LXX., et Glossa hic habent » *templi.* Non, inquiunt; quia hebraeus habet » *hecal,* quod iudaei interpretantur *palatii.* » Sciendum autem est quod in toto libro Re» gum, et etiam in Psalterio, quando vult » loqui Scriptura de templo proprie, id he» braice est. Sed et iudaei illud semper *pa» latium* interpretantur. Verum quid nobis et » iudaeis, ad nostrum canonem destruen» dum? Glossa etiam dicit: ut ingredientibus » et exeuntibus templum, verbum Dei mini» straret. Beda quoque *templi* habet. » Recte igitur sixtini et gregoriani hodiernam lectionem comprobarunt; unde Toletus: « Lege *tem» pli;* sic hebraeus, graecus, Ordin., mss. et » Congregatio. »

10. *cum esset Anna* — Cod. H *quumque esset;* Gregorius M. *et cum esset;* consentiunt hebraeus et veteres; praeter laudatos testes omittunt *Anna* codd. O, gothic. leg., Cas. 2., Angelomus, Miss. Moz. l. c.; codex M notat: « Rabanus et plures antiqui habent *Anna;* » alii antiqui et hebraeus non habent, sed » subintelligitur. » Vulgato tamen accedunt pauci graeci codices apud Holmesium, et cod. 150. Kennicotti. Pro *ad Dominum,* Miss. Moz. l. c. *Domino;* tacent *ad* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures, Hugo, Rabanus, Angelomus, Godefridus l. c.; receptus textus legit על יהוה; at multi codices habent אל יהוה.

11. *Domine* — Codd. S, Cas. 1. addunt

Deus, quod in cod. O expungitur; at alexandrinus et duo codices Kennicotti illis favent. Pro *omnibus diebus,* sixtini, codd. A, C, D, F, I, K, N, O, P, U, Cas. plures, Beda, Rabanus, Godefridus l. c., Miss. Moz. l. c. *omnes dies;* in cod. N Epanorthotes habet: « *omnes* » *dies.* Dicit quidam corrector: Rabanus et » antiqui sic habent. Et ego inquam: Quare » ergo pro littera novorum commutasti? Beda » *omnes dies.* » Pro *vitae eius,* Gregorius M. *vitae suae;* Godefridus l. c. addit *Vinum et siceram non bibet,* quod solus alexandrinus interpres habet: « Graeci interpretes, inquit Houbigantius, ponunt *καὶ οἶνον καὶ μέθυ-* » *σμα οὐ πίεται, et vinum et id, quod ine-* » *briat, non bibet,* quae nos adscivimus, » quia haec non omitti solent ubi tangitur » Nazaraeatus; et quia eiusmodi sunt, ut » graeci interpretes non haec ponerent, nisi » et legerent. » Basilius autem (II, 14.) legit *οἶνον, καὶ σίκερα οὐ μὴ πίοι,* et Tertullianus *et vinum et ebriamen non bibet.* At vide num graecus interpres id hauserit ex Iudic. XIII, 14. vel ex Luc. I, 15. conf. Calmetus in h. l.

12. *Factum est autem* — Codd. A, B, H, I, K, Cas. 4., Beda, Rabanus, Angelomus, Miss. Moz. l. c. *Factum est ergo;* Godefridus l. c. *Factumque est.* Pro *ut Heli,* cod. Cas. 1. et Miss. Moz. l. c. *et Heli;* hebraeus ועלי.

13. *labia illius* — Antiquiores omnes editiones, pauci codices, Gregorius M., itemque Cyprianus *labia eius.* Post *et vox,* codd. G, Cas. 2. addunt *illius;* consentiunt hebraeus et veteres. Pro *Aestimavit ergo,* sixtini, codd. A, G, H, K, V, Gregorius M., Beda, Angelomus, Miss. Moz. l. c. *Aestimavit igitur;* cod. F 2. m., Rabanus, Godefridus l. c. *Aestimabat ergo.*

14. *digere paulisper vinum, quo mades* — Cod. N notat hebraeum legere *aufer vinum tuum desuper te;* eadem ratione alexandrinus ad litteram interpretatus est *περιελοῦ τὸν οἶνόν σου* (codd. supplent *ἀπὸ σοῦ*). At Hieronymus alienum putans ab interpretis virtute verbum verbo appendere, latinis auribus stilum attemperavit, eamdemque sententiam eleganter expressit. Conf. Mazochius *spicil. bibl. II, 136.*

15. *Respondens Anna* — Rabanus *Responditque Anna;* item hebraeus et graecus. Mox idem Rabanus cum graeco tacet *mi.* Post verba *mulier infelix* codd. B, V, Miss. Moz. l. c. omittunt *nimis;* Hieronymus hac locutione *infelix nimis,* egregie reddidit hebraica verba קשת־רוח; neque alio sensu accipiendus est alexandrinus, qui habet *γυνὴ ἡ σκληρὰ ἡμέρᾳ* (sic enim legendum, non *ἡμέρα*); nam קשת־רוח, idem est ac קשת־יום, *admodum infelix.* Pro *vinumque,* codd. B, U, priores editiones Rob. Steph., all., Gregorius M., Miss. Moz. l. c. *vinum;* it. slav. et Constit. apost. V, 20. Pro *et omne quod,* codd. F, K *et quod;* hebraeus et veteres tacent *omne.* Pro *inebriare,* cod. F, Miss. Moz. *inebriari.*

16. *Ne reputes* — Gregorius M. et Miss. Moz. l. c. *Ne putes.* Pro *de filiabus,* Rupertus et Pseudo-Hieronymus l. c. *ex filiabus;* et pro *doloris, et moeroris,* iidem testes *moeroris, et doloris;* apud Rabanum deest *et moeroris;* alexandrinus legit tantum *ἀδολεσχίας,* at cf. Holmesius. Pro *in praesens,* Pseudo-Hieron. *ad praesens.*

17. *ait ei* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, D, U, Cas. 1., Gregorius M.; it. hebraeus, chaldaeus et armenus. Pro *Deus,* codd. B, G, V, Miss. Moz. l. c. *Dominus Deus;* item pauci graeci apud Holmesium. Petrus Com., Hugo de s. Charo, Nicolaus de Lira, all. notant hebraeum legere *dabit,* pro *det;* est enim יתן. Post *petitionem* omittunt *tuam* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, S, U, V, Cas. plures, goth. legion., Bibl. Ordin., Hugo, Miss. Moz. l. c., Gregorius M., Godefridus l. c.; accedunt Chrysostomus IV, 720. et Ephraem syrus I, 333.

18. *Et illa* — Ita sixtini cum antiquis codd. et Bibliis Ordin.; nam reliquae veteres editiones habent *At illa.* Post *comedit* codd. F, V, Cas. 1., vatican. 4220. cum graeco addunt *et bibit;* hunc locum ex veteri itala profert Claudius taurin. CIV, 811. *Et abiit mulier in viam*

suum; et intravit in hospitio suo (id est adhuc in Sylo) *et manducavit cum viro suo, et bibit, et facies eius non concidit amplius;* haec autem postrema verba memorantur et apud Isidorum VII, 420. et apud Hugonem de s. Charo. Pro *vultusque illius,* codd. A, E, F, I, K, V, Cas. 2., Gregorius M., Beda, Rabanus, Miss. Moz. l. c. *vultusque eius.* Mox codd. D, U, V tacent *amplius.*

19. *Ramatha* — Sixtus, codd. E, V, Bibl. Rom. 1471., Complut., Reg., Rob. Steph., Lovan., all., Gregorius M., Miss. Moz. l. c. praemittunt particulam *in;* hanc vero expunxerunt sixtini, gregoriani et Toletus, quibus adstipulantur fere omnes veteres codices et plures editiones. Mox pro *uxorem,* Gregorius M. *coniugem.*

21. *vir eius* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B 1. m., E 1. m., K, P, Cas. 2., veronensis, Thomasius I, 91., Brev. gothic. p. 260.; his concinunt hebraeus et veteres; omittunt *vir eius* codd. C, D, N, O, U, V 1. m., Cas. 3., goth. legion.; item arabs et cod. 76. Kennicotti; scholiastes in cod. N animadvertit: «Antiquiores codices non habent *vir eius,* » et bene. At cum hebraeus habeat *vir Helcana,* quidam ponunt quod in hebraeo di» missum est, et de suo supplent quod dici» tur *eius,* interponentes *vir eius;* et male.» Pro *immolaret,* codd. N, P, V *immolarent.*

22. *dixit enim* — Cod. goth. leg. *dixit autem.* Pro *Non vadam,* Brev. gothic. l. c. *Non ascendam;* haec desunt in hebraeo antiquisque interpretibus, sed pauci graeci codices cum edit. Compl. legunt Οὐκ ἀναβήσομαι. Pro *ut appareat,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures, Gregorius M., Brev. goth. l. c. *et appareat;* pauci Cas. *et pareat.* Mox pro *ante conspectum Domini,* cod. E *in conspectu Domini;* Brev. goth. l. c. *in conspectu Dei;* Rabanus I, 427. *coram Deo.* Pro *et maneat,* nonnulli codd. Cas. *ut maneat.*

23. *Et ait ei* — Gregorius M. *Et dixit ei;* Brev. goth. l. c. et Rabanus cum arabe tacent pronomen; at Vallarsius perperam notat Vulgatum non legere *ei.* Pro *bonum tibi,* codd. G, S, V, Bibl. Ven. 1479., Gregorius M., Brev. goth. l. c. *tibi bonum.* In Brev. goth. l. c. desiderantur verba *precorque ut impleat Dominus verbum suum;* pro *suum,* codd. Cas. 2., Hugo *tuum;* concinunt graecus, syrus et arabs; at obstant correctoria M, N, O. In cod. B deerant verba *et lactavit filium suum;* pro *lactavit,* Brev. goth. l. c. *lactabat;* cod. Cas. 1. *ablactavit;* pro *filium,* cod. Cas. 1. et margo cod. M *puerum.* Hoc loco animadvertendum existimamus Vulgatum servare verbum *ablacto* (et hinc *ablactatus, ablactatio*), quod in Lexico Forcellini desideratur, seu potius inter barbaras voces perperam reiicitur; non enim tantum Hieronymi, utique boni auctoris, testimonium pro illo verbo proferre possumus, sed et veteris italae, ex qua illud frequentant Ambrosius, Augustinus, Hilarius, Prosper, Cassiodorius, aliique plures; conf. Sabatierius ad Gen. XXI, 8. Psal. CXXX, 2. Osee I, 8. Hinc vero in glossario edito a Maio (*class. auctt. VIII, 315.*) legitur: « A *lacteo,* » *lacto,* quod componitur *ablacto,* id est a » lacte extrahere, et inde *ablactatus* et *abla*» *ctatio.* »

24. *in vitulis* — Bibl. Lugd. 1535. *cum vitulis;* Alfonsus Tostatus notat hoc loco legi *in,* pro *cum;* Symmachus μετὰ ταύρων; pro *vitulis tribus,* graecus, syrus et arabs ponunt *vitulo trienni;* his favere videtur quod sequitur de unius vituli immolatione; at obstant hebraeus, chaldaeus et Symmachus; potest autem הפר vers. 25. collective sumi, quae est Schulzii sententia. Pro *tribus modiis,* gregoriani prima manu, codd. L 2. (seu Q), Bibl. Isidori Clarii, Ord., priores editt. Rob. Steph., all. *uno modio;* cod. H 2. m. *modio,* Pseudo-Hieronymus III, 755. animadvertit: « In hebraeo non *tribus modiis farinae,* sed » *modio farinae* legitur; quem locum apud la» tinos scriptorum vitio constat esse depra» vatum. Si enim cum vitulis tribus; tres » modios farinae obtulit, contra praeceptum » legis fecit. In lege enim ita praecipitur . . . » *tres decimas per singulos vitulos, duas deci*» *mas per arietem, unam decimam per agnum*

» (Num. XXIX, 3.). Haec vero decima, de» cima pars erat Ephi. Unde datur intelligi, » quod Elcana non obtulerit tres modios fa» rinae cum tribus vitulis, sed novem de» cimas; quibus secundum hebraicam men» suram unus efficitur Ephi. » Haec eadem leguntur apud Rabanum, Rupertum et Angelomum; memorantur quoque a Petro Com., Hugone de s. Charo et a scholiaste in cod. M, qui notat: « Hieronymus dicit quod hebraeus » habet *uno modio*, quod quidam vocant sex» tarium. » Toletus ex marginibus lovaniensium hanc excerpsit notationem: « Hebraeus, » graecus et duo mss. habent *uno modio*; sed » ceteri codices ut in textu (Vulgati). » Verum Bukentopius p. 166. recte animadvertit lovanienses minus accurate adnotasse hebraeum et graecum legere *uno modio*; nam habent איפה, *οἰφί*, quod mensurae genus *tria sata* continebat, seu, uti alibi alexandrinus interpretatur (conf. Exod. XVI, 36. Isa. V, 10.), *τρία μέτρα*. Apertum est igitur Hieronymum posuisse tres modios pro tribus satis, seu uno Epha. At contra ea quae ex Pseudo-Hieronymo supra recitavimus, iam proferenda nobis est erudita Lucae Brugensis notatio: « *Et tribus modiis farinae*, haec com» munis est latinorum codicum lectio, quam » auctor quaestionum hebraicarum in libros » Regum, scriptorum vitio depravatam as» serit, legendumque iuxta hebraea docet *et* » *uno modio farinae*. Sunt autem nonnulla » latina exemplaria, in quibus ita legitur, » s. Germani parvum, societatis Iesu rubrum, » sorbonicum correctorium, textus glossae » ordin. coniunctus et Clariana Biblia. He» braice est: *et ephi uno farinae*. *Ephi* au» tem sive *epha*, latinus interpres aliquando » *modium*, aliquando *tres modios* vertit. *Mo*» *dium* reddidit Deut. XXV, 14. 15.; iterum » Iudic. VI, 19. *Tres modios* interpretatus est » Ruth II, 17.; chaldaeus exposuit *tria sata*; » rursus Isa. V, 10. . . . . . Igitur *ephi* nunc » *tres modios*, nunc *modium* interpretatus est. » Sunt enim diversi modii. Atticum modium » unum, continet ephi; nam, ut Iosephus » (Antiq. XV, 11.) ait, *corus* decem modia » attica habet, seu decem ephi (conf. Ezech. » XLV, 11.). Tres vero modios valet ephi, » eorum qui sata dicuntur; ephi enim trium » satorum mensura est. Satum autem, sive » סאה, interprete nostro *modius* dicitur IV » Reg. VII, 1. et alibi. Ergo sive legamus » tres farinae modios Annam apportasse, si» ve unum, unum ephi attulisse, ut hebraice » est, intelligi potest. Non facile igitur cor» ruptelae arguenda est lectio ista *et tribus* » *modiis farinae*; immo vero, maior librorum » consensus eam interpretis scripturam esse » docere videtur; cum accedat etiam Gre» gorii, Bedae et Angelomi auctoritas. Patet » enim locum non habere quod hebraicarum » quaestionum auctor dicit, si ephi, ut unius » generis unum modium, ita alterius generis » tres modios complecti intelligatur. Et quid » si Anna tres modios, hoc est, tria ephi at» tulisset, non continuo obtulisset: potuisset » donare sacerdotibus, vel comedere cum » familiaribus, quemadmodum tres vitulos » adduxisse et unum obtulisse legitur. » Cf. Arias Montanus *de mensuris*, et Martianaeus in h. l.

Ibid. *ad domum* — Codd. E, H, I, N, P, Cas. 3., Gregorius M., Pseudo-Hieronymus, Angelomus, Brev. goth. l. c., Concil. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1428. *in domum*; Rupertus *in domo*; epanorthotes in cod. N scribit: « Prae» positionem *in* quidam mutaverunt in *ad*, » quam antiqui et hebraeus non habent. » Pro *erat adhuc*, codd. E, I, V, Gregorius M. *adhuc erat*; Brev. goth. l. c. tacet *adhuc*.

25. *vitulum* — Cod. B 2. m. *vitulos*.

26. *Et ait Anna* — Sixtini, codd. A, B, H, K, L 2. (seu Q), Cas. 2., Isidorus Clarius, priores editt. Rob. Steph., all., Rabanus I, 427. tacent *Anna*; cf. Holmesius; Brev. goth. l. c. legit *Annaque ait*. Mox cod. Cas. 1. omittit verba *vivit anima tua domine*; Rabanus l. c. habet *vivet anima tua Deo*; Brev. goth. l. c. *vivat anima tua*; tacent *domine* codd. E, G, L, R, S, V, Cas. 12., Bibl. Ven. 1476. 1479., Compl., Reg., Ordin., posteriores editt. Rob.

Steph., Gregorius M., Brev. goth. l. c.; item graecus, at conf. Holmes.; cod. Cas. 1. addit *mi*, quod habent hebraeus et reliqui veteres. Pro *illa mulier*, codd. G, R, S, nonnulli Cas., Bibl. Ord. *mulier illa*. Pro *coram*, cod. Cas. 1. *ante*.

26. 27. *orans Dominum. Pro puero isto oravi*—Codd. non pauci antiquioresque editiones habent *orans Dominum pro puero isto. Oravi*; cod. M notat paucos legere *Domino* (ita cod. R), et subdit incipiendum esse versum ab illis verbis *Pro puero isto*, iuxta hebraeum.

27. *mihi Dominus*—Cod. A *Dominus mihi*. Pro *petitionem meam, quam postulavi eum*, Gregorius M. *petitionem, quam rogavi eum*; cod. R tacet *meam*; item Chrysostomus IV, 726., cf. ad v. 17.; pro *eum*, Rabanus l. c. *ei*.

28. *et ego commodavi* — Cod. K, Gregorius M., Hugo *et ego commendavi*; Brev. goth. l. c. tacet *et ego*. Mox pro *commodatus*, veteres nostri codices omnes et editiones ante Sixtum, Brev. goth. l. c., Isidorus VII, 420., Rabanus l. c., Hugo *accommodatus*; hodiernam lectionem, quam praefert Lucas Brugensis, intulerunt sixtini, quibus favet Gregorius M., qui etsi legeret *commendatus*, tamen diserte notat: « Quia vero in plerisque codi» cibus non *commendatus*, sed *commodatus* » legitur, a bono intellectu non vacat. A ma» tre quippe Ecclesia in hac vita filii com» modantur. Quidquid vero commodamus, » id reddi nobis in fide excipientis expecta» mus. » Accedunt hebraeus et graecus qui mutuum dandi notionem exprimunt aeque ac in superiori membro.

Ibid. *adoraverunt*—Cod. B et Brev. goth. l. c. *adoravit*; item hebraeus et chaldaeus; at pro Vulgati lectione stant syrus, arabs, armenus, slavon., georg., sex codices hebraici apud De-Rossi et pauci graeci apud Holmesium (graecus enim receptus vacat); immo haec interpretatio ex communi hebraico textu erui potest, mutatis tantum punctis; si nempe legamus וַיִּשְׁתַּחֲוּ. Pro *Et oravit Anna, et ait*, cod. Cas. 1. *Et Anna orans Dominum ait*; pro *oravit*, codd. G, S *adoravit*; pro *ait*, codd. H, V *dixit*.

In superioribus libris haud raro veteris latinae Bibliorum interpretationis ex graeco derivatae fragmenta protulimus, quae nobis suppeditavit codex gothic. legion., quaeque saepius ad veterem italam, aut potius ad aliquam ex multis eius recensionibus pertinere certis argumentis coniectabamus. Multo enim credibilius videbatur apud hispaniensem ecclesiam paullo ante X. seculum, veteris italae versionis exemplum aliquod, ex quo eadem fragmenta manaverint, superfuisse, quam latinos homines per eam aetatem ex graeco novam Bibliorum versionem derivare cogitasse, aut condere potuisse. Ad haec accedebant alia plura intrinseca argumenta ex stilo et orationis colore, ex peregrinis quibusdam locutionibus, ex singulari interpretandi methodo, ex variis ipsis lectionibus petita, quae non modo auctorem seculo VIII. recentiorem prorsus excludere, sed interpretem secundo seculo supparem omnino requirere videbantur. Hanc eamdem sententiam in praesens non deserimus: si cui tamen placuerit aliter sentire, haud pertinaciter repugnabimus. At nemo haec eadem parvi facienda iure existimabit; quidquid enim sit de illorum fragmentorum aetate et auctore, illud profecto constat eadem perquam utilia nobis futura, tum generatim in expendendis criticis nonnullis quaestionibus, tum praesertim in aestimandis variis lectionibus alexandrinae versionis (conf. ad Ios. XXIV, 33. Iudic. III, 15. 16. IV, 9. V, 8. et alibi passim). Quapropter laudata fragmenta in vulgus emittere pergemus, etsi in libris Regum aliquanto copiosiora sint quam in reliquis. Quoniam vero si eadem ad singulos versiculos, prout hactenus fecimus, apponeremus, nimis disiecta viderentur, ad calcem cuiuslibet capituli ad quod referuntur, illa simul congesta adunamus, praetermissis criticis animadversionibus, ne ab instituto nostro longius excurrere fortasse cogamur. Pronum est enim cuilibet, vel nobis tacentibus, legionensis codicis le-

ctiones cum holmesianis varietatibus conferre, illarumque pretium pro re critica diiudicare. Nam etsi alexandrinae versionis receptam lectionem frequenter deserat, vix tamen aliquam ibi reperies varietatem, cui graecorum codicum praesidium desit.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. I, 3. *Et ascendebat homo ille ex diebus in dies de civitate sua ex Armat adorare et sacrificare Domino Deo omnipotenti Sabaoth in Silo.* . . . 6. *Et subsannabat eam subsannatione, quia ad nihilum reputabat eam, et non dabat ei (sibi) Dominus filium: et deficiebat anima, secundum tribulationem suam, et secundum tristitiam eius. Et tristis erat propter hoc, quia concludens concluserat Dominus ea quae circa vulvam eius erant, ne daret ei filium.* 7. *Sic faciebat ab anno in annum.* . . . 8. *et quare percutit te cor tuum?* . . . 9. *Et Heli sacerdos sedebat super sellam in liminibus templi Domini.* 10. *Et haec erat in dolore animae suae; et oravit Anna, et flens flevit.* 11. *Et orans votum vovit Domino, dicens: Adonai Domine Heloe Sabaoth, si respiciens respexeris super humilitatem ancillae tuae.* . . . *Dabo eum ante conspectum tuum usque in diem mortis eius, et vinum et siceram non bibet, et ferrum non ascendet super caput eius.* . . . 14. *Et dixit ad illam puer Heli: Usquequo ebria es? Circumcide vinum tuum a te, et discede a facie Domini.* 15. *Et respondit Anna, et dixit: Non, domine, sed mulier dura dierum ego sum, et vinum et siceram non bibi, sed effundo animam meam coram Domino.* 16. *Noli dare ancillam tuam in filiam pestilentiae; quoniam ex multitudine doloris mei et tribulationis, ego extendi usque nunc manus meas.* . . . 18. *Et facies eius non concidit amplius.* . . . 20. *Et vocavit nomen eius Samuel, dicens: A Domino Deo Sabaoth, Deo omnipotente, petivi eum.* . . . 21. *Sacrificium dierum, et reddere vota sua et omnes decimas terrae.* . . . 22. *Non ibo, donec ascendat puer mecum; et cum perlactaverim eum (ac retraham eum a lacte), tunc videbitur ante faciem Domini, et sedebit ibi in sempiternum.* . . . 23. *Sede usque dum perlactes eum (et repellas eum a lacte). Tantum statuat Dominus omne verbum quod exivit ab ore tuo. Et sedit mulier et lactavit filium suum usque dum repelleret eum a lacte.* . . . 24. *Cum vitulo trimo et panibus et mensuram similaginis, et nebel vini.* . . . 25. *Et occidit pater illius hostiam dierum, quam faciebat ex diebus in dies Domino.* . . . 28. *Quibus vixerit, usum Domino.*

Cap. II, 1. *et exaltatum* — Codd. A, K tacent *et;* item hebraeus, graecus et vetus itala, saltem iuxta optimos testes; non enim desunt qui cum Vulgato faciunt, quibus accedunt syrus, arabs, armenus, georgianus; Biblia Lov. 1547. ex mendo habent *et exultatum*, quod perperam ad alias nonnullas editiones hentenianas propagatum est. Pro *cornu*, codd. F, G, R, U, veron., Brev. goth. p. 260. *cor;* notat Vallarsius laudatum codicem veronens. eamdem lectionem praeferre in *recapitulationibus*, eique consentire alterum codicem veronensem qui Psalterium graece et latine a Blanchinio editum continet. Pro *in Deo meo*, sixtini, codd. A, B, C, D, F, L 5., N, O, P, Q, U, gothic. leg., Isidorus Clarius, Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all., Thomas. I, 79. 109., Pseudo-Hieronymus *in Domino;* codd. N, O notant: « Hebraeus, antiqui et Hieronymus *et exaltatum est cornu meum in Domino;* sed LXX. in graeco habent *in Deo meo.* » Eadem lectionis varietas in hebraico textu occurrit; nam textus receptus habet quidem ביהוה, sed multi codices legunt באלהי, quibus accedunt, praeter hodiernum Vulgatum, graecus et syrus apud Ephraemum (I, 334.); nam syrus et arabs in polyglottis omittunt vocem. Pauci codices apud Stephanum et lovanienses, item Bibl. Lugd. 1550. 1567., Ven. 1558., all., praetermisso pronomine, legunt tantum *in Deo;* Brev. gothic. l. c. *in Deo salutari meo*, quam lectionem servant alii plures ex iis testibus qui italam versionem referunt, uti videre est apud Sabatierium. Iuvat heic interpunctionis varietatem, quae sixtinam inter et clementi-

nam huius cantici editionem deprehenditur, adnotare eadem ratione, quam ad Deuteron. XXXII, 2. sequuti sumus.

Clemens	Sixtus
1. *meo: dilatatum*	*meo. Dilatatum*
3. *gloriantes : recedant*	*gloriantes. Recedant*
5. *sunt, donec*	*sunt. Donec*
10. *tonabit: Dominus*	*tonabit. Dominus*

2. *Non est* — Beda *Nec est.*

3. *quia Deus* — Codd. A, C, E, F, G, H, I, K, aliique cum Beda *quoniam Deus;* item ex graeco vetus itala.

5. *Repleti prius* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L 14., M, O, Q, R, S, U, V, Cas. plures, goth. leg., Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1532., Hugo, Isidorus VII, 420., Rabanus *Saturati prius;* hanc lectionem multorum codicum testimonio suffultam esse adnotarunt Sirletus et Toletus; eidemque accedunt Symmachus et Theodotio qui habent κεχορτασμένοι. Pro *panibus,* sixtini, codd. A, C, D, F, H, K, O, U, Cas. 12., goth. leg., Rabanus in h. l. et VI, 1100., Glossa interlinearis *pane;* codd. H, M notant ita legere hebraeum; non dubitamus hanc esse hieronymianam interpretationem, illam vero ex veteri itala petitam fuisse. Cod. H notat hebraeum pro *plurimos,* legere *septem;* consentit graecus; id ipsum adnotarunt Pseudo-Hieronymus, Beda, Rabanus, Angelomus, Gerhohus, Petrus Com., aliique plures; compertum autem est, *septem* esse apud hebraeos numerum sacrum, quo utuntur pro indefinito, unde Hieronymus pro multis illum accipere potuit; plura de hac quaestione dabit Dionysius Carthus. Nobis adnotasse sufficiat Iohannem Clericum in h. l. fateri idem prorsus esse *multos* liberos, et *septem;* idque ex oppositione hemistichiorum liquere dicit.

6. *deducit ad inferos*—Codd. A, B, E, H, I, Cas. 3. *deducit ad infernum;* item codex veronensis graeco-latinus a Blanchinio editus; Gregorius M. *ducit ad inferos;* cf. Sabatierius.

7. *pauperem*—Eucherius et Rabanus *enim pauperes;* cf. Sabatierius. Pro *sublevat,* codd. G, Cas. 5., Rabanus VI, 1100., Angelomus, Bruno herbipol. CXLII, 536. *sublimat;* Rabanus in h. l. et Eucherius *exaltat;* vide Sabatierium.

8. *Suscitat . . . elevat* — Codd. G, V *Suscitans . . . elevat;* cod. P *Suscitans . . . elevans;* Thomas. II, 301., Angelomus, Haymo CXVI, 700., Rupertus, Bruno herbip. l. c., Gerhohus CXCIV, 1014. *Suscitans . . . erigens;* Gregorius M., Eucherius, Rabanus *Suscitat . . . erigit;* conf. Sabatierius; pro Vulgati lectione stant correctoria M, N, O. Pro *Domini enim sunt cardines,* codd. H, M, Pseudo-Hieron., Gerhohus, all. notant hebraeum legere *Domini enim sunt afflicti;* at vero hebr. מצוק, *columnam* denotat, vel id quod fulcit, sustentat; terra enim veluti columnis superstructa fingebatur; cf. Iob. IX, 6. Psal. LXXIV, 4.

9. *sanctorum suorum* — Cod. B, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. tacent *suorum;* Rupertus legit *servorum suorum.* Pro *servabit,* Beda *servavit.* Post *fortitudine* tacent *sua* sixtini, codd. A, C, D, F, H, K, L 8., N, O, P, Q, U, priores editiones Rob. Steph., all., Rabanus VI, 1101. In cod. N scholiastes scribit: « Hebraeus et antiqui et Beda non interponunt *sua.* » At Beda in nostris editionibus legit pronomen. Vide Sabatierium.

10. *et super ipsos* — Tacent *et* codd. A, B, C, D, F, H, K, N, P, U, pauci Cas., Bibl. Rob. Steph., Lov., all., Rabanus l. c.; scholiastes in cod. N notat: « Hebraeus et Beda et antiqui non interponunt *et.* » Haec particula a Sixto restituta fuit ad normam antiquiorum editionum, quibus plerique codices recentiores consentiunt. Mox pro *Dominus,* Gregorius M. I, 926. *Deus;* sed alibi cum Vulgato legit. Pro *fines,* Theutmirus apud Claudium taur. CIV, 627. *finem;* cod. vatic. apud Thomasium II, 301. *fines orbis.*

11. *Elcana Ramatha* — Interponunt particulam *in* Sixtus, codd. C, D, F, I, R, S, U, pauci Cas., Thomasius I, 109., veteres editt., Gregorius M., Brev. goth. l. c.; at illam par-

ticulam expunxerunt sixtini, gregoriani, Toletus, quibus adstipulantur codd. A, B, E, G, H, K, aliique plures; cf. supra ad I, 19. Pro *in domum*, Brev. goth. l. c. *urbem*. Post verba *puer autem*, Rupertus et Brev. goth. l. c. addunt *Samuel;* item syrus, arabs, armenus et pauci graeci codices. Biblia vaticana anni 1593. ex mendo habent *sacerdotes*, pro *sacerdotis;* conf. Bukentopius pag. 500.

12. *filii Belial* — Gregorius M. in h. l. omittit haec verba; sed eadem legit III, 84.; Angelomus praemittit *et*.

13. *neque officium sacerdotum* — Gregorius M. *et officium sacerdotis;* graecus habet καὶ τὸ δικαίωμα τοῦ ἱερέως. Hebraici autem textus verba ומשפט הכהנים denotare videntur *et quae sacerdotibus debentur* a populo; uti est Deut. XVIII, 3.; sunt enim codices et interpretes apud De-Rossi, qui legunt מאת־העם.

14. *et mittebat eam in lebetem, vel in caldariam* — Gregorius M. *et mittebat in lebetem, vel caldarium;* hebraeus quoque tacet pronomen. Animadverte *caldarium* apud Vitruvium legi; et pro *caldaria* testimonium Appulei tantum adesse. Pro *in cacabum*, nonnulli codices more graecorum scribunt *in caccabum;* Brev. goth. l. c. tacet *in*. Pro *tollebat sacerdos sibi*, Gregorius M. *tollebat sacerdotibus*. Pro *sic faciebant*, Brev. gothic. l. c. *sic quoque faciebat;* cod. G, Bibl. Lugdun. 1535. *sic faciebat;* praecedunt enim verba singularia; huic autem lectioni favent pauci codices hebraici apud De-Rossi, quibus addere potes codicem 632. Kennicotti: at versiones omnes antiquae habent numerum pluralem. Pro *venientium*, cod. B 2. m. (nam primo omittit verbum), Isidorus Clarius et Gregorius M. *venienti;* conf. Holmes.

15. *Etiam* — Cod. Cas. 1. *Et etiam;* post *adipem* idem codex (ut quamplurimi graeci) addit *ante Dominum;* et pro *carnem*, legit *carnes;* et mox tacet *sacerdoti*.

16. *Dicebatque illi immolans: Incendatur primum iuxta morem hodie* — Brev. goth. l. c. *Dicebat quoque immolans: Accendatur primum iuxta morem;* item alexandrinus non legit *illi*, neque *hodie;* cod. veron. apud Vallarsium pro *primum*, legit *proximum*. Nonnulli codd., uti D, U, pro *tolle tibi*, habent *tollet ibi;* cod. E addit *postea;* sunt graeci codices qui subdunt τότε. Pro *quantumcumque*, Brev. goth. l. c. et Gregorius M. *quantum*. Pro *Qui respondens*, cod. E *Cui respondens*. Mox pro *ei*, Hugo *illi*. Pro *nunc enim*, Brev. goth. l. c. *sic enim*. Post verbum *tollam*, Gregorius M. addit *tibi*.

17. *Erat ergo* — Codd. C, D, G, U, Cas. 3., goth. leg., Thomas. I, 79., Brev. goth. l. c. *Erat autem;* codd. I, Cas. 1., Hugo, Gregorius M. *Erat enim*.

Ibid. *quia retrahebant homines a sacrificio Domini* — Haec desiderantur in cod. G. « Vix » est dubitandum, ait Bukentopius p. 166., » quin prius in vaticano exemplari Sixti V., » deinde Clementis VIII. sit hoc modo impres- » sum per inadvertentiam eorum, qui praelo » intendebant; indeque istud mendum fluxe- » rit in omnes sequentes Vulgatae impressio- » nes. Quod dixi, tantum non omnino certum » est ex testimonio Bandini praefecti typo- » graphiae vaticanae in litteris suis ad Mo- » retum datis pridie Kal. Aug. 1604. *Fateor* » *in Bibliis* ipsis Sixti V. et Clem. VIII. iussu » correctis, et editis in typographia vaticana, » *nonnulla adhuc superesse, quae in melius* » *mutari possent; quaedam etiam, nescio quo* » *pacto sic impressa reperiuntur, ut exempli* » *gratia I Reg. II, 17.* retrahebant homines » a sacrificio; *cum libri omnes et impressi et* » *manuscripti habeant* detrahebant homines » sacrificio; qualiter etiam est in nova edi- » tione Hieronymi. Omnino igitur videtur hic » esse mendum typographicum, cum clarum » sit nihil apparere, quod potuisset move- » re doctissimos correctores, ita hic textum » Vulgatae mutandi, quandoquidem nullum » exemplar Vulgatae sic habeat, neque etiam » ullus alterius linguae textus, sed omnes » concorditer: *detrahebant homines sacrificio*. » Sic enim est in hebraeo כי נאצו, *quia contemnebant* (seu *convitiabantur*, vel *detrahe-*

» *bant*) *homines sacrificium*; similiter LXX. » ὅτι ἠθέτουν, *quia detrahebant* (*improba*- » *bant*, seu *aspernabantur*) *sacrificio Domini*.» Hanc Bukentopii sententiam non omni ex parte probamus; attamen quod ad pontificios censores pertinet, eadem confirmari posse videtur ex eo quod nobis compertum est illos hoc loco prorsus tacuisse; immo anonymus auctor schedae adnexae codici vatic. 6879., qui postremis annis seculi XVI. scripsit, censuit « omnino legendum esse *quia detrahebant* » *homines sacrificio*, uti habent omnes probati » libri mss. et editi; etsi aliter impressum » fuerit in editione vaticana. » Eamdem sententiam sequuntur Lucas Brugensis, Leander van Ess, aliique; his suffragantur codices nostri vetustiores omnes, et editiones fere omnes; item plerique veteres auctores commentariorum, de quibus pauca dicenda sunt. In primis auctor *quaestionum hebraicarum in libros Regum*, inter opera Hieron. III, 757. aperte scribit: « Sicut vi extorquebant (filii » Heli) carnes ab immolante, ita etiam ex- » torquebant sacrificium ab offerente. Et id- » circo sicut in auferendis carnibus faciebant » *homines detrahere sacrificio Domini*; ita quo- » que nihilominus in coniungendis uxoribus » transgredi faciebant populum Dei. » Haec eadem verba leguntur apud Angelomum CXV, 274. (cuius textus mendose habet *detrahebant omnes sacrificio*, ut Bibl. Ven. 1484.), et Rupertum (*lib. 1. cap. 6.*); quibus accedit scholiastes in cod. M, qui ex eodem fonte hanc notationem hausit: « Secundum » Hieronymum et hebraeum duplex erat pec- » catum filiorum Heli. Unum quia offerenti- » bus non permittebant perficere sacrificium, » extorquentes carnes ab immolando: aliud » quia suadebant mulieribus commisceri ma- » ritis post tempus menstrui aut partus non » impleto, secundum legem, sacrificio; et » ideo *homines detrahebant*, id est, minuebant » et subtrahebant *sacrificio Domini*. Hoc est » enim quod dicit, quia dormiebant cum mu- » lieribus nondum purificatis; non ipsi, sed » viri earum, quas illi suadebant dormire » cum eis. Et propter hoc transgrediebatur » populus Domini, ut dicit Hieronymus. » Ex alio communi fonte Eucherius, Isidorus V, 507., Beda IV, 431., Claudius taurin. CIV, 645. in suis commentariis haec verba proferunt: « Filii Heli divina sacrificia temerantes » (apud Bedam *nescientes*), peccabant coram » Domino, et deridebant per eos multi sacri- » ficium Dei (apud Eucherium *sacrificia Do*- » *mini*). » Alibi nostrum locum Beda exponit (II, 513.) scribens: « Filii Heli rescindebant » praeceptum Dei, . . . victimarum carnes in- » digne tractabant. » Ex hisce omnibus iam constare videtur apud latinos vulgatissimam fuisse lectionem quam Bukentopius propugnat. Apposite *lectionem* dicimus, eo quod non de verborum sensu, de quo mox agemus, sed de germanis ipsis constituendis Vulgati verbis heic quaestio est. At vero quoad novitatem hodiernae lectionis quam praedicat Bukentopius, ei assentiri non possumus. Nam in primis cum Bibliis Sixti et Clementis consentit Brev. gothic. l. c.; item vetus auctor Glossarum inter opera Isidori VII, 420. qui scribit: « *Retrahebant homines* » *a sacrificio Domini*, quia noluerunt venire » homines ad sacrificandum Domino, quia » illi per mala exempla sua plebem a sacri- » ficio separarunt; vel quia homines in sacri- » ficio blasphemare compellerent. » Praeterea legitur *a sacrificio* in codd. R, S, goth. leg., in Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496., Lugdun. 1535. 1551. 1556. 1561. 1566.; it. apud Hugonem, Rabanum, Petrum Dam. CXLIV, 422. et Dionysium Carthus., qui diserte interpretatur: « Impediebant homines a » legitima immolatione, et propter abusum » eorum (filiorum Heli) multi omiserunt sa- » crificia debita praesentare. » His accedit Alfonsus Tostatus, qui legit *quia distrahebant homines a sacrificio Domini*, idque duplici de caussa accidisse exponit: primo quia sacerdotes accipiebant violenter carnes antequam adeps crematetur: secundo quia usurpabant partes, quae ad offerentes pertinebant. Denique omnem ambigendi rationem adimit Gre-

gorius M. dum huius loci sensum explanans scribit (III, 69.): « *Detrahebant* quippe *a* » *sacrificio homines*, quia ad confessionem re- » ctae fidei progredi infirmorum corda pro- » hibebant. Et notandum, quia qui detra- » huntur a sacrificio, *homines* dicuntur; quia » nimirum si in fidei nostrae vera confessio- » ne persisterent, hos divinus sermo filiorum » Dei appellatione signaret. » Ex his quilibet colligere potest hodiernam Vulgati lectionem non adeo recentem esse, uti Bukentopius existimat. At praeterea eadem lectio sensum fundit neque absurdum, neque a sacro textu alienum. Nam sive dicas cum hebraeo: *homines* ob improbitatem filiorum Heli *detrahebant sacrificio*, nempe illud vilipendebant atque aspernabantur; sive dicas cum hodierno Vulgato: iniquitates istorum *retrahebant homines a sacrificio*; sensus in idem recidit. Cf. Estius in h. l. Id vero manifestius apparet tum ex ratione qua verba alexandrini interpretis ὅτι ἠθέτουν τὴν θυσίαν Κυρίου, latine reddita sunt a Schleusnero *(Lex. Vet. Test. I, 71.)*, nimirum *effecerunt, ut et alii Iovae sacra contemnerent seu vilipenderent;* tum ex interpretatione sacri textus a Iohanne Clerico edita, nempe *fastidiebant homines munus* offerre *Iehovae;* Israelitae, inquit, non spernebant quidem oblationem in se spectatam, sed aegre offerebant eo quod non possent rapinas filiorum Heli ferre.

18. *ministrabat ante faciem*—Gregorius M. *erat minister in conspectu;* cod. K et Brev. gothic. l. c. *ministrabat in conspectu;* fortasse huc spectant quae apud Bedam, Eucherium, Angelomum et Claudium taurin. leguntur *erat ministrans in templo Dei*. Mox post *puer* Brev. goth. l. c. addit *autem*. Pro *ephod*, veteres libri non pauci scribunt *ephot* (conf. Claudius taurin. CIV, 627. 645. 811.), unde in cod. N adnotatur: « *ephod* semper per *d* finalem se- » cundum hebraeum et antiquos et Bedam: » quidam autem pro *d*, quam abstulerunt, » ubique posuerunt *t* litteram finalem, quae » non debet ibi esse. » Cf. ad Iudic. VIII, 27.

19. *afferebat*—Codd. C, D, U, V, Brev. goth. l. c. *offerebat;* cod. E 1. m. *ferebat;* cod. K et Brev. goth. l. c. addunt *ei;* item hebraeus et veteres; Gregorius M. legit *afferebat ei, cum ascendebat cum viro*, quae ex itala, seu ex graeco derivata videntur. Pro *immolaret*, cod. B, Bibl. Compl., Reg., all., Brev. gothic. l. c. *immolarent;* codd. Cas. 2. et Gregorius M. addunt *Domino;* item cod. 93. Kennicotti. Verbis *hostiam sollemnem* adiiciunt *et votum suum* (uti legitur I, 21.) codd. B, L, R, S, Cas. 5., antiquiores editiones; accedunt syrus et arabs; Rabanus addit *Domino;* cod. V habet utrumque additamentum *votum suum Domino;* cod. G legit *hostias et votum suum;* at vero correctoria M, N, O et sorbonicum pro Vulgato faciunt.

20. *et uxori eius* — Gregorius M. *uxori suae;* Brev. gothic. l. c. addit *Annae;* item cod. 180. Kennicotti. Pro *dixitque ei*, Gregorius M. cum alexandrino *dicens;* codd. E, I *et dixit;* tacent *ei* sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, O, U, Cas. 6., goth. leg., Thomas. I, 79. 91., Brev. gothic. l. c., Concil. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1428.; consentiunt hebraeus et veteres. Pro *tibi Dominus*, codd. A, H, K, V, Concil. Aquisgr. l. c. *Dominus tibi*. Pro *commodasti*, Gregorius M. *commendasti;* at conf. supra ad I, 28.

21. *et concepit*—Bibl. Ord. tacent *et*. Pro *apud Dominum*, cod. Cas. 1. et Brev. gothic. l. c. *apud Deum;* codd. G, V 2. m., Cas. 1. *apud Deum et homines;* conf. infra vers. 26.; Gregorius M. *in conspectu Domini*.

22. *audivit*—Codd. I, goth. leg. *audiebat*. Pro *Israeli*, cod. A, Gregorius M., all. *Israel*. Pro *dormiebant*, cod. K *dormirent*. Post *tabernaculi* margo Ordin. et nonnulli codd. florentini addunt *testimonii;* item hebraeus, chaldaeus, syrus et illi codices graeci qui hanc pericopam non omittunt.

23. *facitis* — Cod. K *fecistis*. Pro *populo*, Brev. gothic. l. c. *Israel;* graecus τοῦ λαοῦ Κυρίου.

24. *filii mei* — Codd. C, D, E, F, G, I, K, N, O, P, U, Cas. 14., Brev. goth. l. c. *filii mi;* cf. ad Ruth I, 11.; Gregorius M. tacet prono-

men; item graecus, at conf. Holmesius. Pro *enim est*, codd. C, D, E, F, I, K, S, U, V, Pseudo-Hieronymus et Rupertus *est enim*. Post verbum *audio* Gregorius M. addit *de vobis*; item Hieronymus et Caesarius arelat. apud Sabatierium, arabs, slavon. et multi graeci codices apud Holmesium.

25. *Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus* — Beda II, 340. *Si peccaverit quis in hominem, rogabit sacerdos pro illo*; conf. Avito vien. et Caesarius arelat. apud Sabatierium, et fragmenta quae nos ad huius capituli calcem subiicimus; pro *placari*, Gregorius M. *pacari*; pro *ei*, Brev. goth. l. c. *eis*; cod. B 1. m. et Rabanus tacent pronomen; pro *potest*, Brev. goth. l. c. et Rabanus *poterit*; pro *Deus*, codd. Cas. 2., Brev. gothic. l. c., Hincmarus ed. Hard. V, 1344. *Dominus*; concinit graecus.

Ibid. *si autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo?* — Concil. Toletanum ed. Hard. III, 1743. *si quis autem peccaverit in Deum, quis pro eo rogaturus est?* Beda l. c. *si peccaverit quis in Deum, quis rogabit pro illo?* Bonizo in *nova patrum biblioth.* Maii, VII. parte 3. pag. 53. *si sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo?* Nicetas ed. Maii, *Scriptt. vett.* VII, 327. et Gregorius M. *si autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo?* cf. Sabatierius; Rabanus *si in Domino* etc.; praeterea legunt *in Domino* codd. C, D, E, F, I, K, O, S, U, V, Cas. 4., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., Hincmarus l. c.; *in Deum* codd. G, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480., Ord., all., Hugo, Angelomus, Pseudo-Hieronymus; Brev. gothic. l. c. tacet *vir*, ut graecus; Bibl. Lugdun. 1522., all. legunt *pro eo orabit*. Pro *voluit Dominus occidere eos*, codd. C, D, E, F, G, R, S, U, V, Cas. 2. *voluit Deus occidere eos*; Bibl. Ordin. *Dominus voluit occidere eos*. Ut huius sententiae asperitas leniatur animadvertunt Sanctius, Calmetus, aliique plures ex hebraeo reddi posse *Non audierunt vocem patris sui; ideo statuit Deus illos occidere*; multa enim occurrunt exempla particulae כי pro *idcirco*; conf. Glassii *Philol. sacra*, ed. Dathii, I, 545. Neque absurda est alia interpretatio, quam habet Sebastianus Schmidius, *Non audierunt vocem patris sui* (monentis) *Deum velle ipsos occidere*. Attamen ipsam Vulgati interpretationem praeferens Maurerus particulam כי reddit *nam*. Huius autem versionis rectum legitimumque sensum ab aliis expositoribus enodatum vidimus, quin Deus veluti mali moralis auctor traducatur; cf. Menochius et Tirinus.

26. *tam Domino* — Sixtus, codd. C, E, F, G, I, K, R, V, Thomasius I, 109., veteres editiones fere omnes, Brev. gothic. l. c., Gregorius M. *tam Deo*; consentit armenus; hodiernam lectionem ad fidem optimorum codicum intulerunt sixtini, gregoriani et Toletus, qui notat: « Lege *Domino*, sic hebr., graecus, » Compl., Reg., mss. et utraque Congrega- » tio: sed Gregorius legit *Deo*. »

27. *et ait ad eum* — Rupertus *et ait ei*; Pseudo-Hieronymus *et dixit ad eum*. Huc spectant ea quae habent Isidorus V, 508., Beda IV, 431., Angelomus, all. *propheta Dei quidam ad Heli sacerdotem, et dixit ei*. Mox Gregorius M. tacet verba *Haec dicit Dominus*; codd. G, S, Cas. 2. addunt *Deus*. Pro *cum essent*, codd. E, F 2. m., G, I, K, S, antiquiores editiones, Brev. goth. p. 261., Gregorius M., Isidorus et Beda ll. cc., Eucherius, Claudius taurin. l. c., Angelomus, Rupertus, Pseudo-Hieronymus *cum esset*; item syrus; at correctoria N, O adnotant: « Hebraeus et antiqui » habent *essent*. » Hugo legebat quidem *essent*, sed adnotavit aliam litteram habere *esset*. In cod. M ex Pseudo-Hieronymo hoc legitur scholion: « *Venit autem vir Dei*: virum » hunc iudaei dicunt esse Phinees; quidam » (Vallarsius legit *quem*) et Heliam autu- » mant [quod si verum est, diutissime vixit » Helias super terram], ut dicit Hieronymus; » quod vir Dei venit ad Heli et dixit ei quae » sequuntur, ante tempus Helcanae factum » fuit, sed hic interpositum est ad gloriam » Samuel, ut dicit Hieronymus. »

28. *ex omnibus tribubus Israel* — Eucherius *ex omnibus filiis Israel*; Claudius taurin.

l. c. *ex omni Israel.* Gregorius M. ante *sacerdotem* tacet *in*. Post *ascenderet* omittunt *ad* codd. A, D, U, goth. leg. Pro *ephod coram me*, codd. R, S, Bibl. Ord. *coram me ephod*. Post *dedi* Beda l. c. addit *tibi et;* mox codd. Cas. 2. omittunt *filiorum*.

29. *Quare calce abiecistis* — Cod. Cas. 1. *Et tu quare calce abiecisti;* Theutmirus apud Claudium taurin. *Quare abiecisti;* in verbo *abiecisti* consentiunt cod. P, Isidorus et Beda ll. cc.; graecus ἐπέβλεψας (at codex alexandrinus ἐπεβλέψατε); cod. E 2. m. *abicis;* sixtini, gregoriani prima manu, codices fere universi et Rabanus *Quare calce abiicitis* (ad hanc enim lectionem revocamus paucos codices, qui scribunt *abicitis* vel *abiecitis*); idque testantur quoque correctoria M, N, O; Toletus vero scribit: « In hebraeo est futurum, in » graeco aoristum. Gregorius et mss. *abiici-* » *tis;* Abulensis *abiecisti;* sed legendum est » in plurali, cuius causam affert Gregorius. » Impressa fere omnia habent ut in textu » (Sixti V.), et sic Congregatio. » Gregorii verba revera quoad numerum perspicua sunt, at non item quoad tempus, scribit enim: « Notandum vero est, quia plurali numero » dicit *Quare calce abiecistis* (alii legunt *abii-* » *citis*) *victimam meam*, ut non tantum ad » Heli, sed ad filios quod dicitur pertinere » videatur. » Post *munera* Eucherius tacet *mea*. Pro *offerrentur*, Theutmirus l. c. *offerretis;* Bibl. Lovan. 1547. *offerentur*, at plures editt. hentenianae quae inde prodierunt, uti Ant. 1559. 1563. 1565. 1572., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Ven. 1572. 1576. 1578. 1583., all. *offerantur*. Pro *honorasti filios tuos*, cod. E *honorastis filios vestros*. Pro *Israel populi mei*, Angelomus *populi mei Israel;* Brev. goth. l. c. cum arabe tacet *Israel;* Gregorius M. III, 77. legit tantum *mei*, sed ibidem pag. 86. cum Vulgato consentit.

30. *Propterea ait*—Beda et Claudius taur. ll. cc. cum graeco *Propterea haec dicit*. Post verba *in conspectu meo* codd. E, K, Gregorius M. III, 77. (non item pag. 86.) addunt *amodo*. Pro *glorificaverit*, Sixtus, codd. C, D, F, O, R, S, U, veteres editiones, Brev. goth. l. c. *honorificaverit;* item alii apud Sabatierium: hodiernam vero lectionem probarunt sixtini et primo gregoriani, quibus favent codd. A, B, E, G, H, K, aliique plures, Gregorius, Isidorus, Beda ll. cc.; Toletus autem notat: « Lege *glorificaverit;* sic mss. In he- » braeo et graeco est idem verbum quod et » sequens, scilicet *glorificabo*. Gregorius ita » legit, et interpretatur quomodo homo glo- » rificet Deum. Sic etiam Abulensis et prior » Congregatio. » Pro *ignobiles*, cod. A 1. m. *ignorabiles*.

31. *veniunt* — Iulianus tolet. XCVI, 614., Pseudo-Hieron., Rupertus, et, apud Sabatierium, Gildas *venient;* hanc lectionem in quibusdam codicibus reperit Sirletus; accedit arabs. Pro *praecidam*, Bibl. Mog. 1462. *praescidam*. Pro *domus*, cod. Cas. 1. *de domo;* et pro *in domo tua*, cod. alter Cas. *in domo patris tui*.

32. *Et videbis* — Codd. B, gothic. leg., veronensis, Eucherius, Isidorus V, 508., Claudius taurin. et Theutmirus apud eumdem l. c. addunt *christum*, quod pii glossatoris additamentum videtur, uti ait Vallarsius. Mox pro *in universis*, cod. G, Claudius taurin. l. c. *in omnibus;* cod. B tacet *in*.

33. *penitus virum ex te*—Codd. C, D, F, U *virum penitus ex te;* codd. G, K, R, Gregorius M. III, 78. 89. 327. *penitus ex te virum;* Brev. goth. l. c. *ex te penitus virum*. Pro *sed ut*, cod. H notat hebraeum legere tantum *ut;* et ita habet Pseudo-Hieronymus; cf. Sabatier. Pro *venerit*, cod. B, Brev. goth. l. c., Claudius taurin. CIV, 647. *venerint;* pluralem numerum exprimunt hebraeus et veteres; cod. S et Gregorius M. ll. cc. *pervenerit*.

34. *erit tibi* — Cod. K *tibi erit;* cod. R tacet *tibi;* Gregorius M. omittit *erit;* cf. Sabatierius. Pro *duobus filiis tuis*, cod. U 2. m., Brev. gothic. l. c. *duo filii tui;* Biblia henteniana, paucis exceptis editionibus, omittunt *tuis*, quod vitium a sixtinis emendatum fuit. Pro *die uno*, codd. F, G, H, all., Brev. goth. l. c., Bibl. Ordin. *die una;* Gregorius M. cum Augustino *una die*.

35. *qui iuxta cor meum, et animam meam faciet* — Rabanus cum Augustino *qui omnia quae in corde meo, et quae in anima mea faciat;* legunt quoque *faciat* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, O, U, V, Cas. 16., alii apud Sirletum, Hugo, Gregorius M., Iulianus tolet. l. c., Beda, Eucherius, Claudius taur., Petrus Abaelard. CLXXVIII, 717.; item Lactantius et Arnobius apud Sabatierium. Pro *aedificabo ei*, cod. K et Brev. goth. l. c. *aedificabo illi.* Pro *et ambulabit coram Christo meo cunctis diebus*, Rabanus rursum ex Augustino habet *et transibit coram christo meo omnibus diebus;* margo cod. H perperam notat hebraeum legere *ambulabo.*

36. *Futurum est autem, ut quicumque* — Beda l. c. *Et erit, qui;* ex itala; pro *est autem*, cod. H *est enim;* pro *quicumque*, Rabanus *quidquid.* Pro *in domo*, codd. Cas. 3., Gregorius M. III, 92. *de domo.* Mox pro *veniat*, Isidorus V, 509., Beda IV, 432., Brev. goth. l. c. *veniet;* concinunt hebraeus et veteres; cf. Sabatierius. Pro *ut oretur pro eo, et offerat*, margo codicis H, Pseudo-Hieronymus et Rupertus *ut adoret eum, et accipiat ab eo;* Isidorus Clarius *ut adoret eum, et offerat;* cf. ad Exod. XI, 8.; Gregorius M. l. c. *ut oretur pro eo, ut offerat* (ibid. pag. 80. *ut offerret*). Non inficiamur Vulgati sensum in hac periodi parte paullo intricatum videri; at ea quae sequuntur satis declarant heic sermonem esse de posteris Heli ad incitas redactis, qui supplices venturi erant ad Pontificem vel ad Sacerdotem alium ut vel minimum subsidium ad vitam sustentandam exorarent.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. II, 3. *Et non exeat malignum verbum ex ore vestro; quia Deus scientiae Dominus est, et Deus praeparans inquisitiones suas...* 4. *et infirmes virtute praecincti sunt.* 5. *Pleni panibus minorati sunt, et esurientes habitaverunt terram: quia sterilis peperit septem, et feta in filiis infirmata est....* 8. *Et sedere eum facit cum potentibus populi in tribunal honoris, et hereditatem dat ei.* 9. *Dominus dat votum optanti, et benedicet annos iusti: quia non in virtute potens est vir.* 10. *Dominus infirmum facit adversarium eius: Dominus sanctus est, non glorietur sapiens in sapientia sua, et non glorietur fortis in virtute sua, et non glorietur dives in divitiis suis; sed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere et cognoscere Dominum, et facere iudicium et iustitiam in medio terrae. Dominus ascendet in caelos, et tonat: et ipse iudicabit extrema terrae....* 12. *Filii pestilentiae nescientes Deum,* 13. *nec iustificationem sacerdotis ... et harpago tridens in manu eorum....* 14. *et carnem quamcumque ascendebat in harpagonem, sumebant sibi sacerdotes....* 15. *filius sacerdotis ... quam assem....* 18. *succinctus ephod.* 19. *Et diploidam habebat pusillam....* 20. *pro quo modo. ...* 24. *Non sunt auditiones istae bonae, quas ego audio. nolle servire populum Deo....* 25. *Si peccando peccaverit homo in hominem, stabunt pro eo sacerdotes ad Dominum: si autem in Deum peccaverit sacerdos, quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris sui; quoniam cogitabat Dominus perdere illos....* 28. *ut ascenderet ad sacrarium meum....* 29. *Et quare respexisti ad incensum meum, et ad sacrificium meum improbo oculo?.... Ut benediceres a primordio in omnibus sacrificiis Israel coram me....* 30. *et quia pro nihilo habebant me, ad nihilum redigentur.* 31. *Et ecce dies veniunt; et disperdam semen tuum, et semen domus patris tui.* 32. *Et attendit fideliter manens in omnibus, quibus benefacit Israel: et non erit senex in domo tua, et non erit tibi senex in domo mea omnibus diebus.* 33. *et virum disperdam tibi a sacrario meo, et faciam ut deficiant oculi eius, et distillet anima eius; et omnis qui superest de domo tua decidat in gladio virorum....* 36. *et erit qui supererit in domo tua veniet adorare eum cum obolo argenti et pane uno dicens: Proiice me in uno sacrario tuo manducare panem Domini.*

Cap. III, 1. *ministrabat Domino* — Brev. goth. p. 261. tacet *Domino.* Pro *et sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat*

visio manifesta, antiquiores plures editiones, Rabanus, Brev. gothic. l. c. paucique codices *et sermo Domini erat pretiosus. In diebus illis non erat visio manifesta;* haec autem verba a Rob. Stephano et lovaniensibus intra parenthesim clausa fuerant; at sixtini notam parenthesis deleverunt.

2. *Factum est ergo* — Cod. B, Eucherius, Claudius taurin., Brev. gothic. l. c. *Factum est autem*, Gregorius M. *Factum est igitur;* Pseudo-Hieronymus *Factum est vero;* Beda tacet *ergo*. Pro *quadam*, Eucherius, Claudius taur. *quodam*. Pro *in loco*, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476. 1479. 1480., Complut., Reg., posteriores editt. Rob. Steph., all., Hugo de s. Victorino *in lectulo;* Rupertus, Petrus Com. *in lecto;* Lucas Brugensis in notationibus scribit: « Multa Hentenii scripta, multa parisiensium et nostra pleraque » legunt *Heli iacebat in loco suo;* atque horum lectio genuina videtur, cum sit etiam » auctoris hebraicarum quaestionum, Gregorii, Rabani, Angelomi, Eucherii, Bedae et » Glossae ordinariae, cumque conformis sit » hebraeo, graeco atque chaldaeo. Graeci » transtulerunt *Et Heli dormiebat in loco suo;* » et interpres noster quod hic *iacebat*, versu » proximo dicit *dormiebat*. Intelligitur autem » cum dicitur *in loco suo* locus atrii penitior: » in eo enim sacerdotes dormiebant, quippe » qui tabernaculo Domini propinquior esset; » in posteriori autem levitae. Lectionem praedictam quidam emendare conati sunt. Nonnulli scripserunt *Heli iacebat in lecto* (sive » *lectulo*) *suo;* id enim locus exigere videbatur. Fortassis autem marginis explicationem » in textum retulerunt. Nam et scriptorum » nostrorum unum in textu *loco*, in margine » habet *lecto*. Alii scripserunt *Heli iacebat in* » *domo sua;* id quod Tostatus edisserit, atque ex hoc, et eo qui sequitur loco *Samuel* » *autem dormiebat* etc. Samuelem tabernaculo » propinquiorem fuisse propter senium ipsius » Heli, existimat. » Cf. Bukentopius p. 167.

2. 3. *et oculi eius caligaverant, nec poterat videre; lucerna Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini* — Magna est hoc loco apud latinos scriptionis varietas; nobis autem singuli testes ordine proferendi sunt. Igitur primo romanas correctiones recitabimus. Sixtini legebant *et oculi eius caligaverant, nec poterat videre lucerna Dei antequam extingueretur. Samuel dormiebat in templo Domini;* Sixtus habet *et oculi eius caligaverant, nec poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur: Samuel autem dormiebat in templo Domini;* gregoriani vero *et oculi eius caligaverant, nec poterat videre; lucerna Dei antequam extingueretur (Samuel autem dormiebat) in templo Domini;* eamdem parenthesis notam habent Bibl. Rob. Steph. 1545.; Toletus denique fusam habet adnotationem, quam describere oportet antequam reliqua documenta a nobis proferantur: « Multiplex, inquit, est huius sententiae lectio. » In hebraeo quidem ponitur punctum in verbo *videre;* et sequens sententia sic incipit: » *Et lucerna Dei nondum erat extincta: et Samuel dormiebat in templo* etc. Sic enim quidam vertunt. Alii vero pro *nondum*, legunt » *antequam*, scilicet *antequam extingueretur*. » Nam particula טרם apud hebraeos utrumque significat (cf. notae Flaminii Nobilii). » Secundo loco LXX. conveniunt in eo quod » separant hanc sententiam a praecedenti, » sed aliam verbi significationem sequuntur, » scilicet: *Et lucerna Dei antequam instructa* » *esset*, id est, ante mediam noctem, quando » lucernae parabantur, tunc locutus est Dominus Samueli. Tertio loco quaedam mss. » sic legunt: *lucerna Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat in templo;* quam » lectionem sequuta est prior Congregatio. » Quarto loco est lectio quae habetur in textu » (seu edit. Sixti V.), referturque ad praecedentia: atque haec est communis multis » impressis, et eam sequitur et explicat Gregorius; sed difficile accommodatur propter » illa verba *antequam extingueretur*. Quinto » modo posterior Congregatio legit: *lucerna* » *Dei antequam extingueretur (Samuel autem* » *dormiebat) in templo* etc. Sed haec lectio

» non est legitima; nam connectit illud *in* » *templo* cum praecedenti, scilicet lucerna » erat in templo. At ex hebraeo, graeco et » omnibus codicibus constat connecti debere » cum eo *Samuel dormiebat in templo*. Prae» terea clausula connecti non potest cum se» quenti coniunctione *et vocavit*. Adde quod » in nullo codice reperitur talis lectio. Opti» ma omnium est tertia, prioris Congregatio» nis, quam Liranus veram esse dicit; immo » legendum censet ut in hebraeo et graeco *et* » *lucerna*; nos tamen omittimus *et* quia non » reperitur in mss. licet intelligendum sit; et » delendum est illud *autem;* et sic est lectio » perfecta, quae significat tempus quando lo» quutus est Dominus Samueli; nempe post » mediam noctem, ante auroram, in qua ex» tinguebantur lucernae aliquae, non omnes » quia in die perseverabant (id vero negat » Petavius, uti videbimus), quando etiam » dormiebat Samuel. Hieronymus in *quaestio*» *nibus hebraicis* legit: *Antequam lucerna Dei* » *extingueretur*. Vera lectio est *nec poterat vi*» *dere: lucerna Dei antequam extingueretur,* » *Samuel dormiebat in templo, ubi erat arca* » *Dei. Et vocavit Dominus* etc. » Hanc eamdem Toleti notationem in suis schedis descripsit Angelus Rocca, nil praeterea adiiciens. Et sane universam quaestionem studiose ibidem expositam esse nemo inficias iverit. Unum est in quo Toleti diligentiam desideramus; nam quod dicit Gregorium sequi et explicare lectionem quam habet Sixtus, minus accurate dictum est. Quamvis enim editores operum Gregorii Magni ex lectione a Sixto recepta textum eisdem affinxerint, tamen ex ipsis commentariis manifestissime constat auctorem ab illa lectione prorsus abhorrere: idque ex animadversionibus Lucae Brugensis mox proferendis, quae Toleto prae manibus erant, luculenter patebit; interim vero pauca illius commentarii verba excipe (pag. 98.): « Heli profecto *lucerna Dei* iam » non veritate laudis, sed per improperium » appellatur derisionis. Nam qui lucernae Dei » appellatione fungitur, et videre non posse » perhibetur, deridetur potius tanto nomine, » quam censetur. Nam in vera iusti laude » dicitur *Ipse erat lucerna ardens et lucens* » (Ioh. V, 35.).... Extinguitur autem lucerna » cum Pastor moritur (cf. II Reg. XXI, 17.) » Et pag. 114. scribit: « Qui videre non posse » relatus est, Dei lucerna vocatur. » Igitur nullo pacto auctor legebat *videre lucernam;* sed potius *non poterat videre lucerna Dei antequam extingueretur*. Eadem porro interpretatio, quae omnino supponit olim apud latinos servatam fuisse lectionem quam sixtini restituerunt, ab aliis quoque explanatoribus memoratur, qui dudum corruptam alteram lectionem sequebantur. Profecto apud Eucherium (L, 1055.) legimus: « Oculi eius in » tantum caligaverant, ut nec incensam lu» cernam posset aspicere; quanto magis ex» tinctam? Figuraliter vero *lucerna Dei* Heli » fuerat, quando dignitate sacerdotali pol» lens iustitiae claritate fulgebat, quam ex» tinctam propheta asserit dum ob scelera » filiorum sacerdotii potestatem meritorum» que lumen amisit. » Eadem plane leguntur apud Claudium taurinen. CIV, 650., et apud Rabanum CX, 479.; postrema apud Isidorum quoque, quo de infra, occurrunt; his consentire videtur idem Rabanus in comm. ad h. l. CIX, 25., cuius haec sunt verba: « Prae ni» mia enim senectute Heli oculi caligaverant, » nec poterat videre lucernam Domini cum » arderet in tabernaculo, antequam lux diur» na fieret, quando eadem extinguenda erat » lucerna. . . . Sive hoc significat, quod in » caecitate sua ipse Heli permaneret donec » funditus cum prole sua extingueretur, hoc » est vita careret corporali. » Haec eadem Rabani verba leguntur in commentario Angelomi CXV, 279. et in Glossam ordinariam a Walafrido Strabo relata sunt. Prae ceteris autem Rupertus *Lib. I. cap. XI.* quaestionem nostram diserte exponit scribens: « Quod di» ctum est *nec poterat videre lucernam Dei,* » *antequam extingueretur*, varium sensum ha» bet. Nam alii sic distinguunt: *et oculi eius* » *caligaverant, nec poterat videre*. Et postea

» inferunt: *et antequam lucerna Domini ex-» tingueretur, puer Samuel dormiebat in tem-» plo Domini, ubi erat arca Dei.* Intelligi au-» tem hoc modo volunt: dormiebat in templo, » antequam lucerna Dei extingueretur; id est, » antequam lux diurna fieret, quando eadem » extinguenda erat lucerna. . . . Alii vero: *Nec » poterat videre lucerna* (mendose editi, atque reclamante contextu, hoc loco habent *lucernam*) *Dei antequam extingueretur.* Et est » sensus: ipse qui propriae vitae meritis et » dignitate sacerdotii *lucerna Dei* erat, ante-» quam pro peccato filiorum, lucida Dei gra-» tia privatus extingueretur, non poterat vi-» dere. . . . Porro alii simplicius: *Nec poterat » videre lucernam Dei antequam* etc. id est, » adeo caligaverant oculi eius, ut lucernam » in templo clare ardentem videre non pos-» set; quo dicto intelligitur, quod ne parvas » quidem in oculis reliquias luminis haberet » valde senex. » Tres itaque sententias recenset Rupertus, quarum prior fere ad litteram petita est ex libro *quaestionum hebraicarum* Pseudo-Hieronymi III, 758., qui eamdem unice amplectitur, quemadmodum et Hugo de s. Victore CLXXV, 95.; eademque recolitur a Petro Com. CXCVIII, 1299., ab Hugone de s. Charo in *Postill. ad h. l.*, a Nicolao de Lira, a Dionysio Carthusiano, a Magdalio Gaudensi, ac praeterea in correctoriis; nam cod. M notat: « *Nec poterat videre;* Hierony-» mus dicit hic distinguendum esse, et po-» stea inferendum *Lucerna Domini antequam » extingueretur, Samuel dormiebat,* quia ante-» quam lux diurna fieret, lucerna tabernaculi » non extinguebatur. Sic esset planior littera. » Sed nunc est in textu, et forte male: *Et non » poterat videre lucernam Dei* etc., id est, » lampadem tabernaculi ardentem. » Epanorthotes in cod. N scribit: « Secundum anti-» quos et Bedam legitur *Nec poterat videre » lucernam Dei antequam extingueretur: Sa-» muel autem dormiebat.* Hebraeus, ut ait » Hieronymus: *Lucerna Dei antequam ex-» tingueretur, Samuel dormiebat.* Require in » Hieronymo: et dicit frater Petrus quod in » hebraeo est *Et lucerna Dei,* et ibi incipit » versus, scilicet *Et lucerna.* » Cod. H notat hebraeum legere *et antequam lucerna Dei extingueretur;* et ita legunt Biblia Isidori Clarii, et versio quam *tigurinam* vocant. Denique cod. N * secunda manu ad normam lectionis propositae a Pseudo-Hieronymo emendatus fuit. Altera vero Ruperti sententia eam supponit lectionem quam sixtini correctores ad fidem codicis A invexerant, ad quam ut vidimus revocatur interpretatio Gregorii M. ab Eucherio quoque, Claudio, Rabano et Angelomo memorata. Huic autem suffragantur praeterea Isidorus et Beda, qui nullam aliam lectionem admittere videntur. Nam etsi apud utrumque editiones nostrae prae se ferant *videre lucernam,* tamen ex adiecta interpretatione iure colligimus illos aliter suis in codicibus legisse. Nam Isidorus VI, 564. subdit: « Lucerna quippe Dei fuerat, quod dignitate » sacerdotali pollens, iustitiae claritate fulge-» bat; exstinctam propheta asserit, dum ob » scelera filiorum sacerdotii potestatem meri-» torumque lumen amisit. » Beda autem non minus perspicue (II, 519.): « Lucernam Dei » pro dignitate gradus Heli cognominat. Lu-» cernam autem per significationem recte sa-» cerdotium vetus accipimus, in nocte qui-» dem sub umbra servientis populi perne-» cessarium, sed aspirante die novae gratiae » removendum. . . . *Nec videre poterat lucerna » Dei, antequam extingueretur* sacerdotii ve-» teris ac legis cui serviebat dignitas. » His accedunt veteres editiones quae habent *lucerna,* et post *Samuel* tacent *autem,* uti Bibl. Neap. 1476., Ven. 1476. 1479. 1480. 1482. 1483., Lugd. 1522.; item margo Bibliorum Roberti Stephani 1540. Pro tertia demum Ruperti sententia faciunt reliqui nostri codices et veteres editiones; item Brev. gothic. l. c., et, praeter laudatos patres, Theutmirus CIV, 627., et Godefridus CLXXIV, 427. Miramur autem librarium, qui veterem latinam ex graeco interpretationem ad calcem huius capituli proferendam descripsit, posuisse *videre lucernam Dei,* quod a graeca versione plane

alienum est. Reliquum est ut pauca saltem ex notationibus Lucae Brugensis delibemus: « *Nec poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur. Samuel autem dormiebat* etc. Haec latinorum codicum, id quod Epanorthotes testatum reliquit, lectio est; est et enarratorum Rabani et Tostati; . . . Caietanus intelligit: Non poterat videre lucernam Dei cum esset prope extinctionem. . . . Atque hoc modo non tantum latinam lectionem, verum etiam hebraicam intelligit, accepta *vau* coniunctione pro *etiam* . . . Nicolaus Liranus latinorum codicum lectionem, aliquorum correctorum imperitia, corruptam putat, primo casu in quartum mutato, et germana distinctione sublata: id quod suis coniecturis confirmari potest. Nam Gregorium M. primo casu legisse *Nec poterat videre lucerna Dei,* commentarius loquitur. In cuius rei fidem nonnulla verba adscribemus: *Lucerna itaque Dei videre non potest cum is qui pastorali dignitate praeeminet tanta spissitate secularis amoris premitur, ut ad internae claritatis intuitum, nulla gratiae inspiratione sublevetur. Cum autem antequam extingueretur videre non posse dicitur, in isto adhuc seculo vivens praedicator reprobus, damnato iam in aeternum impio in caecitate similatur.* Haec Gregorius. Exemplar Augustini Hunnaei legit *Nec poterat videri lucerna Dei.* Ecce nominandi casum *lucerna;* sed is, cum activo verbo non congruere iudicaretur, *videre* in *videri* mutatum est. . . . Lirano igitur germana nostrae translationis et lectio et distinctio videtur *Et non poterat videre. Et lucerna Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat* etc. Nam quod hebraice legitur, vertas: *Nec poterat videre. Et lucerna Dei antequam extingueretur, et Samuel dormiens in templo Domini, ubi erat arca Dei.* Ad eum modum et graeci transtulerunt καὶ οὐκ ἐδύνατο βλέπειν· καὶ ὁ λύχνος τοῦ Θεοῦ πρὶν ἢ κατασβεσθῆναι, καὶ Σαμουὴλ ἐκάθευδεν ἐν τῷ ναῷ Κυρίου, οὗ ἦν ἡ κιβωτὸς τοῦ Θεοῦ. Videtur autem nonnullis inversus ordo esse, ad hunc construendus modum: *Cum lucernae quae erant in templo Domini, ubi erat arca Dei, necdum extinctae essent, et Samuel adhuc dormiret,* etc. . . . Partem istam *in templo Domini, ubi erat arca Dei,* auctor hebraicarum quaestionum, et alii, non ad Samuelem, sed ad lucernas referunt, ut sit ordo, sicut diximus inversus. » Postremam hanc opinionem, de qua plura dabit Calmetus, sequuti fuerant gregoriani, quos propterea vidimus acriter a Toleto reprehensos. Ceterum animadverte Brugensem protulisse versionem alexandrinam ex Complut. et Reg. editione; nam ed. vaticana et fere omnes codices habent πρὶν ἐπισκευασθῆναι, fortasse quia huius versionis auctor censuerat numquam omnino extinguendam fuisse lucernam; id enim aliis quoque non paucis, post Iosephum *Antiq. III, 8.*, suasum fuit. At Petavius in *animad. ad Epiph. haer. LXVI. num. 85.* demonstrat lucernas in sacro tabernaculo noctu dumtaxat luxisse, interdiu vero fuisse extinctas; item Sanctius, Cornelius a Lapide, Oleaster, all.: hinc bene Aquila interpretatus est πρὶν σβεσθῆναι, et Symmachus οὔπω ἐσβέσθη; nam re vera כבה significat *extinxit,* et טרם sequente futuro de re praeterita redditur *antequam* perinde ac *nondum.*

4. *respondens, ait*—Cod. Cas. 1. *respondit, et ait;* Brev. gothic. l. c. *respondit;* hebraeus et veteres *dixit.* Post verba *Ecce ego,* cod. Cas. 1. addit *sum.*

5. *et dixit*—Codd. F, R, V addunt *ei.* Mox Gregorius M. tacet *Ecce ego.* Pro *vocasti enim me,* Brev. goth. l. c. *quem* (fortasse legendum *quoniam*, uti habent hebraeus et graecus) *vocasti me.* Post verba *Non vocavi* codd. G, L, N*, R, S, V 2. m., Cas. 3. addunt *te;* cod. N notat: « In prima responsione Heli hebraeus » et antiqui non interponunt *te;* nec Beda. » Attamen cod. 187. Kennicotti habet לך; antiquiores editiones et Brev. gothic. l. c. addunt *te fili;* Gregorius Magnus et arabs *te fili mi;* cod. 30. et margo 70. Kennicotti בני, ut legitur in sequenti versiculo. Post *revertere* tacent *et* codd. C, D, F, G, H, I, K, U, Cas. 2.; item hebraeus et veteres; at conf.

Holmesius. Pro *Et abiit*, codd. A, B, Cas. 2. *Abiit.*

6. *rursum vocare* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, U, Brev. goth. l. c., Gregorius M., Beda *vocare rursum.* Pro *Samuelem*, codd. A, C, D, F, aliique, Brev. gothic. l. c., antiquiores editiones *Samuel*; item ad verss. 8. 9. 11. Pro *Consurgensque*, cod. K *Consurgens.* Mox Gregorius M. tacet *Samuel*; item graecus et cod. 174. Kennicotti. Pro *quia vocasti me*, cod. K *quoniam vocasti me*; Brev. gothic. l. c. *vocasti enim me.* Pro *respondit*, cod. K *dixit.* Pro *fili mi*, Gregorius M. *fili.* Post *revertere* cod. H et Brev. goth. l. c. tacent *et*; it. hebraeus et veteres; at vero nonnulli graeci codices cum Vulgato legunt; his adde antiquissimum codicem vaticanum, ubi secunda manus superaddit καὶ, quod neque Holmesius neque Maius adnotarunt.

7. *necdum sciebat* — Gregorius M. p. 99. *non sciebat.* Pro *neque revelatus*, cod. R, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Complut., priores editt. Rob. Steph., all., Gregorius M. pag. 117. *nec revelatus.*

8. *vocavit adhuc Samuelem* — Gregorius M. *vocavit Samuelem*; margo cod. H notat hebraeum non legere *adhuc*; sed habetur in syro, arabe, in nonnullis codd. graecis et in cod. 176. Kennicotti; Brev. gothic. l. c. legit *vocavit Samuel rursum.*

9. *et ait* — Codd. C, D, E, F, all., Gregorius M. p. 99. *et dixit.* Pro *quia vocasti me*, cod. K uti supra *vocasti enim me.* Pro *Intellexit ergo*, codd. A, C, D, F, G, H, K, U, goth. leg., Hugo, Brev. gothic. l. c., Gregorius M., Beda, Rupertus *Intellexit igitur.* Pro *vocaret*, cod. Cas. 1. *vocasset*; alter Cas. *vocaverat*; Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *vocavit.* Post *Vade* tacent *et* codd. H, Cas. 1., Brev. gothic. l. c.; item hebraeus et veteres ut supra. Pro *Abiit ergo*, Brev. goth. l. c. *Abiit igitur.*

10. *secundo, Samuel, Samuel* — Brev. goth. l. c. *secundo et tertio Samuel*; Gregorius M. *secundo Samuel*; item tres codices Kennicotti: « Istud *secundo*, inquit Bukentopius p. 32., » videtur referendum ad repetitam vocem *Sa-* » *muel*, praesertim cum antea vocaverat *Sa-* » *muelem tertio* (v. 8.). Attamen non hoc in- » dicari, sed tantum quod rursum, idque pro » quarta vice vocaverit, patet ex hebraeo. » Nam כפעם בפעם significat *nunc ut antea.*

Ibid. *Loquere Domine* — Tacent *Domine* sixtini, codd. A, H, K, L 8., Q, Isidorus Clarius, Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all.; item hebraeus et graecus. At vero Houbigantius animadvertit: « Non fuit omitten- » dum יהוה post דבר, ut Samuel dicat: *Lo-* » *quere, Domine*; nam Heli eum docuit sic » esse respondendum, nec credere fas est Sa- » muelem praetermisisse id verbum, quo uno » significare poterat se iam nosse, eum qui » se vocabat esse ipsum יהוה *Dominum.* Pro- » pterea non omittunt *Domine* Vulgatus, sy- » rus et arabs; seu id legunt, seu iudicant » esse legendum. » Adde armenum, slavon., georg. et codices graecos apud Holmesium.

11. *Et dixit* — Gregorius M. *Et ait.* Pro *facio*, codd. F, S, Rupertus *faciam*; item syrus, arabs et cod. 245. Holmesii. Pro *quod quicumque*, codd. Cas. 2. *ut quicumque*; cod. Cas. 1. tacet *quod.* Verba *tinnient ambae aures eius* exhibent proverbialem dictionem, qua significatur res, quae summam admirationem cum terrore maximo coniunctam in hominibus excitat; ita praeclare Ephraemus syrus; conf. Ierem. XIX, 3. Non absimili metaphora, inquit Clericus, latini *attonitum* vocant hominem ita stupefactum, ut cerebrum eius tonitru perturbatum videatur; cf. Vossii Etymol. ad v. *tono.* Cui enim ambae aures subito vehementer tinniunt videtur attonitus, seu tonitru sono concussum ei nimium fuisse aurium tympanum.

12. *In die illa* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, all., Rupertus, Concil. Aquisgr. l. c. *In die illo.* Sixti Biblia hanc habent interpunctionem *adversum Heli, omnia quae . . . incipiam et complebo*; at editiones clementinae, auctore Angelo Rocca *adversum Heli omnia quae . . . incipiam, et complebo*; ex typorum vitio princeps editio Clementis habet *donum*, pro *do-*

mum. Apud Gregorium Magnum hic versiculus desideratur.

13. *enim ei* — Gregorius M. tacet pronomen; et mox post *domum eius* addit *usque;* it. Lucifer calar., concinunt autem hebraeus et graecus. Post *iniquitatem* Bibl. Ord., Rob. Steph., 1528., Lugdun. 1522., Isidorus Clarius, Hugo, Rupertus, Concil. Aquisgr. l. c. addunt *eius;* Brev. gothic. cum Lucifero calarit. et graeco addit *filiorum eius*. Pro *indigne agere filios suos*, Gregorius Magnus *filios suos indigne agere;* Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565. 1569., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1572. 1576. omittunt pronomen; hebraeus ad litteram redditur *filios suos maledictionem sibi contrahere*. Pro *corripuerit*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, U, V, gothic. legion., Cas. plures, Bibl. Lugdun. 1522., Hugo, Brev. goth. l. c., Gregorius M., Rupertus, Godefridus CLXXIV, 431. *corripuit;* Lucifer calar. *monuit*, et addit *neque castigavit;* conf. alia vetus latina interpretatio ad calcem huius capituli subiecta.

14. *usque in aeternum* — Codd. Cas. 3. et Brev. goth. l. c. *usque in sempiternum;* Lucifer calar. *in sempiternum;* codd. Cas. 2. et Gregorius M. tacent *usque*, ut vers. superiori; hebraeus et graecus utroque loco eamdem lectionem habent.

15. *Dormivit autem* — Codd. Cas. 2. *Dormivit itaque;* Gregorius M. l. c. tacet *autem*. Pro *usque mane*, cod. B *usque in mane*. Ad verba *aperuitque ostia* cod. M notat: « Secun- » dum Hieronymum vel sacerdos vel ianitor. » Pseudo-Hieronymus enim scripserat: « Non » est intelligendum quod Samuel aperuerit » ostia domus Domini, sed sacerdos. » Pro *indicare visionem*, codd. E, I et Pseudo-Hieronymus *visionem indicare*.

16. *Vocavit ergo Heli Samuelem* — Gregorius M. III, 107. 122. *Venit ergo Heli ad Samuelem*. Post *dixit* codd. Cas. 2. et Brev. goth. pag. 262. addunt *ei;* alexandrinus καὶ εἶπεν Ἡλὶ πρὸς Σαμουήλ. Pro *Samuel fili mi*, Brev. gothic. l. c. *fili mi Samuel*. Pro *respondens, ait*, Gregorius M. *respondit;* hebraeus et veteres *dixit*.

17. *quem locutus est Dominus ad te* — Brev. gothic. l. c. *Domini, quem locutus est ad te;* accedunt duo codices graeci et Ephraemus apud Holmesium; Bibl. Ordin., priores editiones Rob. Steph., all. *qui dictus est ad te;* tacent *Dominus* codd. A, C 2. m., D, H, I, K, L, N, P, U; item hebraeus, graecus et chaldaeus; at legitur in syro et arabe; scholiastes in cod. N notat: « Hebraeus et antiqui » non interponunt *Dominus*. » His, ni fallimur, consentiunt duo codices a Rob. Stephano in ed. anni 1540., et dein a lovaniensibus memorati tamquam omittentes verba *quem locutus est Dominus;* nam Rob. Stephanus in sequentibus editionibus anni 1545. 1546. 1555. adnotavit illos omittere tantum vocem *Dominus*.

Ibid. *oro te ne celaveris me* — Gregorius M. *oro ne celaveris mihi;* legunt quoque *mihi* codd. E, K, Brev. gothic. l. c.; conf. ad Gen. XLVII, 18.; dubitant autem eruditi utrum verbum *celo* cum dativo personae apud probatos scriptores occurrat; codd. B, S, V habent *a me*, uti IV Reg. IV, 27. Mox pro *absconderis*, Brev. gothic. l. c. iterum legit *celaveris;* et idem Brev. cum Gregorio M. tacet *verbis;* conf. Holmes.

18. *Indicavit itaque ei* — Cod. Cas. 1. cum Gregorio M. *Indicavit ergo ei;* codd. U, Cas. 1. *Indicavitque ei;* cod. G *Indicavit ergo itaque* (sic); tacent pronomen, ut graecus (at conf. Holmes.), codd. F, Cas. 2. et Brev. gothic. l. c., in quo mox legitur *et non abscondit ab eo quidquam. Et ille respondens, ait*. Cod. veronens. apud Vallarsium tacet *universos sermones*. Pro *faciat*, Hugo *fiat*.

19. *in terram* — Apud Eucherium *in terra*.

21. *quoniam revelatus fuerat Dominus Samueli in Silo* — Haec primo deerant in cod. A; pro *Samueli*, antiquiores editiones *Samuel*. Verba quae sequuntur *Et evenit sermo Samuelis universo Israeli*, a sixtinis et prima manu a gregorianis hinc expuncta fuere et ad initium sequentis capituli translata, de quo mox

dicemus; Toletus notat: « *Et evenit* etc. Ab » his verbis quidam incipiunt caput sequens, » sed plerique ut hic in textu. » Cod. E tacet *Et;* codd. N, R, S, V, Cas. 2., Bibl. Ven. 1479., Gregorius M. habent *Et venit;* et pro *universo*, cod. S cum Gregorio M. *in universo.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. III, 1. *Verbum Domini erat magnificum in diebus illis, non erat visus dividens...* 2. *Nec poterat videre* 3. *lucernam Dei priusquam praepararetur....* 4. *Et astitit ei Dominus et clamabat: Samuel, Samuel. Et ait: Ecce ego.* 5. *Et cucurrit ad Heli, et dixit Samuel: Ecce sum ego; quid clamasti me? Et dixit Heli: Non clamavi te: redi et dormi fili...* 7. *Et Samuel serviebat antequam scire* (sic) *Deum, et antequam adaperiret ei verbum Domini.* 8. *Et adiecit Dominus iterum, et clamavit tertio....* 13. *Quoniam ego ulciscor domum eius usque in aeternum pro iniquitatibus filiorum eius, quas ego scio: quia contemnentes Deum, male loquuti sunt de Deo filii eius, et non monuit eos, nec castigavit illos....* 18. *Dominus ipse: bonum coram se faciet.* 19. *Et magnificatus est Samuel....* 20. *Et rescierunt omnes Israel....* 21. *Et adauxit Dominus nuntiari in Silom* (alias: *Et adiecit Dominus ostendere se in Silo*); *quoniam locutus est Dominus ad Samuel: et creditum est Samuel factum esse prophetem Domino in omnem Israel, ab initiis terrae, usque ad initia. Et Heli senex erat valde; et filii eius abierunt in viam iniquam coram Domino.*

Cap. IV, 1. *Et factum est in diebus illis, convenerunt Philisthiim in pugnam: et egressus est Israel* — Sixtini, et primo gregoriani post verba ex superioris capituli clausula huc translata, ceteris omissis, legunt *Egressus est namque Israel;* his suffragantur codd. A, E, I, K, L (seu Q), N, veronensis, Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535., all., margo Ordin.; item hebraeus, chaldaeus, syrus, arabs, et Patres de quibus infra. Epanorthotes in cod. N notat: « *Et venit sermo Samuelis universo Israeli.* » Sequitur immediate: *Egressus est namque,* » quasi probans istud per id quod sequitur; » unde quod sic interponitur *Et factum est* » *in diebus illis convenerunt Philisthiim in* » *pugnam,* nec hebraeus, nec antiqui habent, » sed LXX. in graeco. Hic incipit caput IV. » *Egressus est.* » Margo codicis V pauciori-bus verbis adnotat: « Nec hebraeus, nec an» tiqui habent, sed LXX. in graeco. » Sirletus in suis vaticanis schedis iam adnotaverat: « Verba illa *Et factum est* etc. non leguntur » apud Eucherium, Gregorium, Bedam, An» gelomum: in libris vetustioribus non inve» niuntur, nec in hebraeo; at leguntur in » Glossa ordinaria et in Concordantiis, item » in graeco LXX. et apud Vulgatum. » Dubia Congregationis posterioris, seu gregorianae se produnt in exemplari Bibliorum Sixti V., quod in bibliotheca angelica adservatur, quodque descripsimus in *Proleg. tom. I. pag. XLIII. LXV. LXXXI.*, in quo primo subnotata fuerant illa verba *Et factum est in diebus illis, convenerunt Philisthiim in pugnam. Egressus est namque;* dein eadem expuncta; tertio restituta. In margine prima manus adscripserat: *Vedasi bene* (scilicet *expendenda sunt*); secuda manus: *P. T.* (hoc est *pater Toletus*) *abstulit; deinde restituit ut infra.* Ad inferiorem autem libri oram legitur: *Et factum est in diebus illis, convenerunt Philisthiim in pugnam: et egressus est Israel.* Tertia manus scribit: *Reponantur omnia.* Quarta manus: *Egressus incipit capitulum.* Quinta manus: *Et egressus.* Ex huiusmodi notulis facile est coniicere magnam opinionum varietatem inter gregorianos correctores subortam fuisse, quam demum Toleti sententia repressit. Re quidem vera in notationibus vaticanis Francisci Toleti perspicue legimus: « *Et factum* » *est in diebus illis, convenerunt Philisthiim* » *in pugnam.* Haec verba non habentur in » hebraeo, Compl., Reg. et aliquot mss., nec » apud Gregorium; et prior Congregatio abs» tulit. At vero sunt apud LXX. et in Ordin., » Lov. et plurimis impressis ac in Breviario » Romano. Posterior Congregatio ea retinuit. » Ut autem connectantur cum sequenti sen-

» tentia, delendum est illud *namque*, et ad- » dendum *et*, quod habetur apud LXX. et in » hebraeo; legitur enim *Et egressus est Is-* » *rael.* At in manuscriptis et impressis in » quibus exordium est ab illis *Egressus est* » *namque*, illa priora verba omittuntur. Tunc » est legitima connexio et lectio. » In primis animadvertimus hanc postremam correctionem a Toleto invectam nullo codicum suffragio inniti; omnes enim nostri codices omnesque veteres editiones tam quae cum Sixto legunt *Et factum est* etc., quam quae cum sixtinis omittunt haec verba, omnes, inquimus, legunt *Egressus est namque Israel*, excepto Isidoro Clario qui proprio marte hunc locum reformavit, et Brev. gothic. p. 263. in quo legitur *Egressi sunt Israel.* At si retineantur verba quae a sixtinis expuncta fuerant, quemadmodum ea servare voluit Toletus, fatemur praedictam correctionem optimam esse; neque enim aliter servari potest ratio contextus. Qua de re audiendus Lucas Brugensis cuius eruditam notationem exscribere haud piget: « Quod huius capitis initio, in multis » exemplaribus legitur: *Et factum est* etc. a » multis itidem praeteritur. Nam s. Petri Lo- » biense, s. Germani longum, societatis Iesu » longum, Hunnaei O, et cum Complutensi » Regium, locum hunc ita scribunt, ut post » id quod in superioris capitis est fine *Et* » *evenit sermo Samuelis universo Israeli*, con- » tinuo subiungatur *Egressus est namque* etc.; » hanc antiquorum exemplarium esse lectio- » nem Epanorthotes testatur, et in marginali » Glossae ordinariae spatio annotatur. Atque » haec antiquorum codicum lectio s. Gregorii » et Angelomi auctoritate probatur: et hebrai- » corum ac chaldaicorum librorum consensu » stabilitur. Assuticium est igitur quod aliis » exemplaribus addi diximus *Et factum* etc. » Id quod non obscure insinuat, quam exem- » plaria constanter habent, coniunctio *nam-* » *que*, qua probare non voluit interpres Phi- » listhiim in pugnam convenisse; sed procul- » dubio, quod est superioris capitis finis, » quaecumque praedixerat Samuel evenisse: » quod animadvertens Gregorius scripsit: » Unde ordinem quo idem sermo in universo » Israeli venerit, latius exponens ait: Egres- » sus namque est Israel etc. Assuta autem » latinis exemplaribus pars illa videtur ex » graecis; in iis enim ita legitur: *Et factum* » *est in diebus illis, et conveniunt Philisthiim* » *contra Israel in pugnam: et egressus est Is-* » *rael obviam eis in praelium* etc. Sed quam » imperitus fuerit sutor ex eo quod de con- » iunctione diximus, patet. » Haec ille scripsit antequam prodirent editiones Bibliorum vaticanae. At praeterea in libello *romanarum correctionum*, atque in altero quem *lectionum varietates* inscripsit nonnulla adiecit, quae huc faciunt. Nam in priori quidem animadvertit visum non fuisse romanis patribus e medio tollere illa verba, eo quod graece legantur; adeoque illos, expuncta particula *namque*, scripsisse *Et egressus est.* In postremo autem libello subdit: « Etsi graece » haec verba legantur, tamen si bene ponde- » rentur quae scripsimus in Notationibus, » videntur non fuisse addita a vulgato inter- » prete, sed, illis omissis, deinceps scriptum » *Egressus est namque* etc. » Hoc autem loco nos cohibere non possumus quin notemus sollemnem errorem a Vallarsio admissum, dum ad laudatam Lucae Brugensis Notationem provocat; eidemque plane contrariam sententiam adscribit. Postquam enim recte asseruerat Vallarsius totam hanc pericopam ad hieronymianam versionem non pertinere, sed ex graeco in latinos codices irrepsisse, subdit: « Nam et Lucas Brugensis sex latina » exemplaria citat, quae ea carent additione: » quam tamen tum ipse ex antiquarum ver- » sionum consensu probat, cum Epanortho- » tes, sive correctorium, veterum exempla- » rium esse testatur. » Quicumque autem mox prolata verba Lucae Brugensis inspexerit, intelliget neque illum probare additionem, neque antiquarum versionum consensum proferre, neque Epanorthotem id quod dicit Vallarsius testari, sed immo plane oppositum asserere. Cf. Natalis Alex. *Hist. Eccl. sec. IV.*

*

dissert. 39. art. VI. et Bukentopius pag. 168. qui diserte negant verba illa a Hieronymo addita fuisse. Quum vero in duobus prioribus Regum libris non pauca huius generis additamenta in vulgatis latinis editionibus occurrant, quorum critica ratio fere eadem videtur, ne singulis vicibus gemina argumenta repetere cogamur, universam quaestionem de huiusmodi additamentis in singulari Appendice suo loco pertractandam resumemus.

Ibid. *in diebus illis* — Bibl. Ant. 1565., Lugd. 1569., all. *in diebus illius*. Pro *in pugnam*, cod. F *ad pugnam*. Mox Brev. gothic. l. c. tacet *in praelium*, pro quo Rupertus habet iterum *in pugnam*. Quod sequitur *Lapidem adiutorii* est interpretatio nominis proprii, de quo Hieronymus III, 158. scribit: « *Abenezer*, quod interpretatur *Lapis adiuto-* » *rii*, est locus unde tulerunt Philisthiim ar- » cam testamenti, inter Aeliam et Ascalo- » nem, iuxta villam Bethsamis. » Hoc autem loco illud nomen per prolepsim usurpatur; conf. infra VII, 12.

2. *Inito autem* — Cod. Cas. 1. *Inito ergo*. Pro *Israel Philisthaeis*, codd. B, K *Israel a Philisthaeis*; cod. G *Israel quidem Philisthaeis*; cod. Cas. 1. *Israel coram Philisthaeos*; Brev. goth. l. c. *Israel ante Philistaeos*; Lucifer calar. *Israel coram alienigenis*; nam graecus interponit ἐνώπιον, hebraeus לפני; Gregorius M. legit tantum *Israel*; et mox cum graeco omittit *quasi*. Pro *in illo certamine*, Brev. gothic. l. c. *in illa die*.

3. *populus ad castra* — Gregorius M. l. c. *Israel in castra*; Lucifer calar. cum graeco *populus in castra*. Pro *natu de Israel*, Gregorius M. et Brev. goth. l. c. *natu Israel*; consentiunt hebraeus et veteres. Pro *Dominus hodie*, codd. C, D, U, Gregorius M. *hodie Dominus*; item Lucifer calar. Pro *de Silo arcam foederis Domini*, Brev. goth. l. c. *arcam foederis Domini de Silo*; cod. Cas. 1. cum graeco tacet *foederis*. Pro *in medium*, codd. E, R, S, V, Cas. 2., Gregorius M., Brev. goth. l. c. et Lucifer calar. *in medio*; plures graeci codices ἐν μέσῳ. Pro *ut salvet*, codd. B, I, Gregorius M., Brev. goth. l. c. *et salvet*; Lucifer calar. *et liberabit*. Pro *de manu*, cod. veronensis *de medio*.

4. *et tulerunt* — Gregorius M. *et tulit*. Pro *cum arca foederis Dei*, Sixtus, codd. E, F, I, K, R, S, veteres editiones fere omnes, Beda *cum arca foederis Domini*; cod. G *cum arca Domini*; nonnulli hebraici codd. habent יהוה; Lucifer calar. *cum arca Dei*; cf. Holmesius. Hodiernam lectionem intulerunt sixtini et gregoriani, quibus antiquiores codices suffragantur, unde Toletus: « Lege *Dei*; ita hebraeus » graecus, Complut., Reg., mss. et utraque » Congregatio. » Verum graecus vaticanus legit tantum μετὰ τῆς κιβωτοῦ, at codices non pauci addunt τοῦ Θεοῦ vel τῆς διαθήκης τοῦ Θεοῦ.

5. *omnis Israel* — Brev. gothic. l. c. *omnis populus*; cod. 247. Holmesii utrumque connectit πᾶς ὁ λαὸς Ἰσραήλ.

6. *Quaenam est haec* — Codd. A, F, I et Brev. goth. p. 264. *Quaenam haec est*; codd. B 1. m., S tacent *est*. Pro *vox clamoris magni*, Gregorius M. *vociferatio*. Pro *arca Domini*, codd. R, Cas. 3. *arca foederis Domini*; alter cod. Cas. *arca Dei*. Pro *venisset in castra*, cod. A 1. m. *venit in castra*; hebraeus בָּא, graecus ἥκει; Brev. gothic. l. c. *esset in castris*.

7. *Venit Deus*—Cod. Cas. 1. et Brev. goth. l. c. *Venit Dominus*. Pro *Et ingemuerunt, dicentes*, cod. P *Et ingemuerunt, et dixerunt*; codd. A, B, I, K, N, goth. leg. tacent *dicentes*; cod. N adnotat: « Pro eo quod est *ingemue-* » *runt*, hebraeus habet *dixerunt*; plus est au- » tem facto dicere, videlicet gemitu: unde » quasi ad supplementum non est interpo- » nendum quod dicitur *dicentes*, cum etiam » cito antea illud praemiserit. Similiter infra » XXX. (v. 6.) *volebant enim eum populus* » *lapidare*; ubi pro *volebant*, hebraeus habet » *dicebant*. »

8. *exultatio* — Bibl. Rom. 1471. *exaltatio*. Pro *salvabit*, codd. C, D, E, F, G, H, I, Q, R, S, U, V, Bibl. Lovan., Hugo, Brev. goth. l. c. *servabit*; Gregorius M. *liberabit*; alii codices

et editiones antiquiores hodiernam lectionem exhibent. Pro *sublimium istorum*, Brev. goth. l. c. *istorum sublimium;* Gregorius M. tacet *sublimium.*

9. *et estote viri, Philisthiim* — Cod. goth. leg. *Philisthiim, et estote viri;* concinit arabs. Pro *Hebraeis*, codd. G, S, Cas. 2. *viris Hebraeis.* Pro *sicut et illi*, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, N*, O, R, S, U, Cas. 18., goth. leg., Brev. goth. l. c., Hugo, Bibl. Ord., all. *sicut illi;* Gregorius M. *sicut ipsi.* Pro *servierunt vobis*, Sixtus, codd. R, S, veronensis, veteres fere omnes editiones, Brev. goth. l. c. *servierunt nobis;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus paene universi codices consentiunt; hinc scholiastes in cod. N animadvertit: « Hebraeus et antiqui habent *vobis.* » Toletus item notat: « Lege *vobis;* sic hebraeus » Reg., Complut., mss. et Congregatio; licet » apud LXX. et Gregorium et aliquot impres- » sa legatur *nobis.* » Verum apud Gregorium M. III, 129. nos profecto legimus *vobis;* item nonnulli graeci codices apud Holmesium, e quibus tamen alexandrinum esse expungendum evincit editio Baberi. Pro *confortamini, et bellate*, cod. E *confortamini, et valete;* cod. G *confortate, et bellate;* haec desunt in codd. D, U; Brev. goth. l. c. tacet *et.*

10. *Pugnaverunt ergo Philisthiim, et caesus est Israel, et fugit* — Gregorius M. l. c. *Pugnavit ergo Philisthiim, et aversus est Israel.* Pro *in tabernaculum suum*, Brev. goth. l. c. *in tabernacula sua;* item hebraeus, at cf. De-Rossi et XIII, 2. II Reg. XX, 1. 22.

11. *Et arca Dei* — Codd. Cas. 2. et Petrus Com. *Et arca Domini.* Pro iis quae sequuntur *capta est: duo quoque filii Heli mortui sunt, Ophni et Phinees*, Brev. goth. l. c. legit *capta ducta est: et duo filii Ophni et Phinees mortui sunt;* cf. Holmesius; pro *duo quoque*, sixtini, codd. A, G, V, Cas. 2. *duoque;* cod. Cas. 1. *duo autem.*

12. *Currens autem vir* — Gregorius M. addit *unus.* Pro *in die illa*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, K, aliique plures *die illo.*

13. *super sellam contra viam spectans* — Gregorius M. *super sella, spectans contra viam;* pro *spectans*, codd. B, E, F, V, veteres editiones fere omnes *expectans;* iam praescripsimus ad Iudic. XVI, 27. verbum *expecto*, pro *specto* usurpari; at codd. K, gothic. legion., Brev. goth. l. c. *aspectans;* Dionysius Carthus. qui legebat *spectans*, adnotavit intelligendum esse *expectans.* Bukentopius notat pag. 168. « Graecus σκοπεύων, hebraeus מצפה *spe-* » *ctans, speculans;* quamvis verbum צפה ali- » quando transferatur *expectavit*, atque adeo » defendi posset lectio aliquorum librorum, » in quibus habetur *expectans*, cui lectioni » adstipulantur syrus et arabs, favetque quod » Heli esset pene totaliter caecus. Sed dico » eum non omnino caecum, aliqualiter spe- » ctasse, praesertim moraliter; animo enim » erat continuo intentus, et quoscumque ad- » ventantes, atque assistentes interrogans. » Hodiernam lectionem induxerunt sixtini ad fidem quamplurimorum optimae notae codicum, praesertim A, C, D, all., Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1528. 1532. Pro *Erat enim*, codd. E, I, R, antiquiores editiones *Erat autem.* Mox Brev. goth. l. c. tacet *eius.* Pro *Dei*, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, aliique plures, antiquiores editiones, Brev. goth. l. c. *Domini.*

14. *hic sonitus tumultus huius* — Brev. gothic. l. c. *sonitus huius tumultus.* Pro *et venit*, cod. Cas. 1. *veniens;* cod. S tacet. Pro *nunciavit*, codd. A, C, D, F, H, O, Brev. goth. l. c. *adnunciavit.*

15. *nonaginta et octo* — Cod. G et Beda tacent nexum; mendose graecus tacet *et octo;* item auctor *de geneal. Patriarch. LIX, 540.;* syrus et arabs habent *octo et septuaginta.* Pro *et videre*, Bibl. Paris. 1566. *ut videre.* Pro *poterat*, codd. A, F 1. m., K, V *poterant;* nonnulli eamdem lectionem praeferunt ad III, 2.

16. *qui veni* — Cod. G, Hugo, Brev. goth. l. c. *qui venio;* non obstat hebraeus. Pro *ego qui de acie*, Brev. goth. l. c. *ego de acie.* Pro *ille ait*, Bibl. Ven. 1482. *ille respondit.*

17. *Respondens autem ille* — Codex gothic. legion. *Respondens;* cod. B cum hebraeo et graeco *Respondit autem;* praeterea tacent pro-

nomen codd. A, C, D, F, H, I, K, aliique, Hugo, Brev. gothic. l. c. et Gregorius M. Pro *nunciabat*, Brev. gothic. l. c. *annunciabat;* et pro *coram*, idem testis *a facie*, cui lectioni favent graecus, itala, syrus, arabs et nonnulli codices hebraici apud De-Rossi. Pro *arca Dei*, codd. B, I *arca Domini*.

18. *cecidit* — Addunt *Heli* Gregorius M. et Brev. gothic. l. c.; item armenus, georg. et slav.; idem nomen in superiori membro suppletur a syro, arabe et duobus graecis codicibus. Mox Brev. gothic. l. c. omittit *iuxta ostium;* et Beda tacet *enim*. Pro *vir et grandaevus*, Brev. gothic. l. c. *et grandaevus vir;* Lucifer calar. *et gravis homo;* codd. Cas. 2. omittunt *vir*. Notant hoc loco Beda I, 530., Rabanus, Angelomus, Petrus Com. aliique graecos pro *quadraginta annis*, legere *viginti annis;* et ita legebat quoque vetus itala, uti colligimus ex Lucifero calar. apud Sabatierium, cui addes Iulium Hilarianum XIII, 1102., Sulpicium Severum XX, 114. et auctorem *de geneal. Patriarch.* LIX, 540.; at cum Vulgato faciunt hebraeus et reliqui veteres interpretes, quibus praeterea accedunt Eusebius tum in *Chron.* tum in *Praep. Evang. lib. X, cap. 14.*, Georgius Cedrenus in *histor. compend. edit. Paris. p. 60.*, Iosephus *Antiq. lib. V. cap. XI.*, Prosper aquitanus LI, 540.; item slavon., georg. et pauci codices holmesiani; cf. Tornielli, *Annales Sacri, ed. Lucae; 1757. tom. II, p. 344.*

19. *et audito nuncio* — Gregorius M. *quae audito nuncio;* et mox tacet *Dei*. Post verbum *mortuus* omittunt *esset* sixtini, codd. A, C, D, G, H, K, O, Cas. 12., goth. legion. et Gregorius M. Pro *socer suus*, cod. G, Bibl. Ord. et Hugo *socer eius*. Pro *irruerant*, Gregorius M. *irruerunt*. Pro *subiti*, cod. B *subito;* cod. H notat hebraeum legere *sui*, quod in margine Ordin. habetur.

20. *mortis eius* — Cod. B tacet pronomen. Pro *quae stabant*, codd. F, G, L, S, V, Cas. 1., antiquiores editiones, Angelomus *qui stabant:* « Legendum *quae*, ait Bukentopius p. 168., » cum etiam in feminino sit in hebraeo et » graeco; nec sit verisimile parienti mulieri » adstitisse viros; ut proinde minus recte qui» dam Vulgatae editionis libri habeant *qui*, » pro *quae*. » Pro *circa eam*, cod. S et Gregorius M. *iuxta eam;* mox tacent *eis*, quod hebraeus et graecus non legunt. Post *neque* codd. G, O, R, S, Cas. 1. addunt *enim*.

21. *Ichabod*—Antiquiores libri fere habent *Ichaboth* vel *Ichabot;* Rocca scripsit *Iechabod;* cod. N recte notat hoc nomen per *d* finalem scribendum. Pro *gloria de Israel*, Gregorius Magnus *gloria Domini;* codd. F, G, K, V *gloria Dei de Israel;* cod. S *gloria Domini Dei Israel;* codd. L, R, Cas. 3., antiquiores editiones, Petrus Com. *gloria Domini de Israel;* accedunt georg. et slav. ostrog. Pro *capta est*, codd. Cas. 4. *capta esset*, ut in sequenti versiculo. Nota haec verba non esse prolata a muliere moribunda, uti censuit Toletus in nota mox proferenda, sed ab ipso scriptore adiecta ad rationem reddendam cur mulier dixerit *evanuit gloria ex Israele;* conf. Malvenda. Sixti editio praetermittit verba *quia capta est arca Dei, et*, quod mirum sane est a Bukentopio adnotatum non fuisse: illa autem restituta fuere a gregorianis; Toletus animadvertit: « Haec verba prior Congregatio » abstulit, quia non reperit in quodam ma» nuscripto, et Sixtus eam sequutus est. Ta» men omnino sunt legenda, quia habentur » in hebraeo et in omnibus codicibus. Et » sensus est: Imposuit nomen filio *Ichabod*, » id est, *vae gloriae*, explicando causam im» positionis, nempe quia translata est glo» ria Israel, quia capta erat arca, et quia vir » et socer eius mortui erant. Postea repetiit » per modum cantus lugubris: *Translata est » gloria ab Israel, quia capta est arca Dei.* » Prius reddit causam impositionis nominis, » postea cantum edit lugubrem pro arca Dei » tantum. » Fallitur autem Toletus dum a priori Congregatione abrasa dicit verba illa quae in Sixti editione desiderantur. Nam codex carafianus, quo sixtinorum autographae emendationes continentur, luculentissime nobis demonstrat atque testatur verba illa a

priori Congregatione intacta servata fuisse. Utrum vero eadem verba in quodam manuscripto exemplari non reperirentur, nos id ignoramus; nostris enim in codicibus eadem leguntur.

22. *et ait* — Veteres editiones tacent nexum, quem sixtini, consentientibus codicibus fere universis, addiderunt; codices Cas. 2. habent *flevit et ait;* graecus habet verbum ἔκλαυσε *flevit* ad vers. 19. At cf. Schleusneri *Lexic. III, 322.* Pro *gloria ab Israel,* codd. G, R, S, V, Cas. 2., Bibl. Ord., Lugd. 1522., Rob. Steph. 1528., all., Hugo *gloria Dei ab Israel;* at correctoria N, O expungunt *Dei.* Pro *capta esset,* codd. I, Cas. 2. *capta est,* cod. Cas. 1. *capta sit.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. IV, 3. *Et dixerunt presbyteri Israel: Propter quod deiecit nos Dominus hodie coram Allophylis?* . . . 6. *Et rescierunt quoniam arca Domini venit in castra.* . . . . 8. *De manu deorum validorum istorum.* . . 12. *Et occurrit vir geminaeus de praelio.* . . . 18. *Cecidit de sella supinus iuxta portam; et contribulatum est dorsum eius, et mortuus est: quoniam senex erat et gravis vir et honorificus. Et ipse iudicavit Israel XX. annis.* . . 19. *Ploravit et suspiravit, et peperit; quoniam reversi sunt ad eam dolores eius.* 20. *Et in tempore partus sui moriebatur.*

Cap. V, 1. *arcam Dei, et asportaverunt eam* — Gregorius M. *arcam, et asportaverunt.*

2. *Tuleruntque*—Sixtini, codd. A, B, C, D, F, I, K, U, goth. leg., Thomasius I, 110., Gregorius M. *Tulerunt.* Pro *in templum,* cod. M, Bibl. Mog. 1462. *in templo;* notat autem idem cod. M hebraeum legere *in domum;* et ita legit Lucifer calar. cui reliqui veteres interpretes consentiunt.

3. *Azotii*—Multi codices et scriptores praeferunt *Azoti;* item infra vers. 7., et vers. 6. *Azotos;* Hugo notat utramque scribendi rationem bonam esse; at scholiastes in cod. N rursum plura ad hanc lectionem tuendam profert; conf. ad Ios. XIII, 3. Pro *in terra,* codd. A, I, K, S, Bibl. Ordin., Rupertus *in terram.* Mox cod. B 1. m. tacet *ante.* Pro *Domini,* codd. G, V, Rupertus *Dei;* item Lucifer calar. cum graeco. Pro *eum in locum suum,* codd. A, C, D, F, H, I, K, O, R, U, pauci Cas., goth. legion., Rupertus *eum in loco suo;* codd. B et Cas. 1. tacent *eum;* item Lucifer calar. cum graeco; at conf. Holmesius.

4. *die altera* — Sixtini, codd. C, D, F, G, R, S, U *die altero;* codd. A, H, I, K, V, Beda *die alio.* Pro *coram arca,* cod. Cas. 1. *contra arcam;* cod. Cas. alter et Lucifer calar. *ante arcam.* Pro *abscissae,* plures codices et antiquiores editiones scribunt *abscisae;* conf. ad Deut. XXIII, 1. Post *limen* codd. F, V addunt *eius.*

5. *solus truncus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Beda, Rupertus *truncus solus.* Pro *in Azoto, usque in hodiernum diem,* cod. K *usque in hodiernam diem in Azoto.*

6. *Aggravata est autem*—Sixtini, codex A, Beda *Aggravata autem est.* Pro *secretiori,* antiquiores editiones *secretiore.* Hieronymus dum interpretatus est *in secretiori parte natium,* videtur coniunxisse interpretationem Aquilae qui posuit αἱ ἕδραι, cum illa Symmachi qui habet τὰ κρυπτά; ceterum hebraicum verbum עפלים, seu uti habet Keri טחורים denotat *tumores ani, mariscas haemorrhoidales tenesmo in alvo deiiciendo protrusas* (conf. Gesenii *Thesaur. p. 550.*); hinc diarrhoea seu dysenteria, quod diserte probat Theodoretus. Post verba *et fines eius* codd. F, V, aliique duo apud Lucam Brugensem in notatione mox proferenda, addunt *Percussit eos passione, quam graeci syringium* (συρίγγιον) *vocant;* quod additamentum habetur quoque in glossa inter opera Isidori (VII, 420.) edita.

Ibid. *Et ebullierunt villae et agri in medio regionis illius, et nati sunt mures, et facta est confusio mortis magnae in civitate* — Haec omnia a sixtinis expuncta fuerunt, quos primo sequuti fuerant gregoriani, quemadmodum ex codice columnensi constat; sed vero

alter ex gregorianis censoribus ibidem adnotaverat: « Reddatur ratio istius mutationis » universis patribus. » Denique plerisque patribus illa verba servare placuisse, patet ex eo quod ibidem tertia manus adiecit: « Restituantur verba quae deleta fuerant. » Huius autem sententiae ratio a Toleto declaratur dum in vaticanis schedis animadvertit: « Biblia Complut., Reg. et aliquot manuscripta » non habent haec verba: sunt tamen apud » LXX. et in Ordin., Lovan., et multis codicibus manuscriptis et impressis, et in Breviario romano *(feria II. infra Oct. Corporis » Christi);* et legit ea Gregorius. » Igitur manifestum est postremos romanos correctores hanc pericopam retinendam censuisse, quia eadem tum in versione alexandrina, tum in plerisque codicibus latinis legebatur; quibus aliquod pondus accedere existimabant ex auctoritate Breviarii romani et Gregorii. At vero antequam de codicibus agamus, nonnulla animadvertenda sunt quoad Toleti verba mox recitata. In primis enim mirum est hoc loco Toletum, reiecta contra morem complutensi et regia editione graeca, praeclaram sixtinam τῶν LXX. editionem inspexisse; quod quidem ab illo recte factum censemus: at cur hanc saepius deseruit? Praeterea de Gregorii M. auctoritate ad quam provocat, vehementer dubitamus; non enim satis constat utrum Gregorius, aut quilibet alius latinus interpres, ex his qui Vulgatum sequuntur, verba illa ante Rupertum legerit. Profecto Gregorius, qui sui textus verba proferre solet, nil ex nostra pericopa habet: quae autem tradit de iis qui murium morsu interficièbantur, ex sequenti capite perinde poterant derivari. At hieronymianae versionis testes proferamus veteres codices. Sixtinis suffragantur codd. A, D, E (recentiori tamen manu hi tres codices habent in margine additamentum de quo loquimur), H, I, K, L 6., M, N, O, Q, U, Cas. 3., Bibl. Compl., Reg., Lugdun. 1535., all., Isidorus Clarius, margo Ordin.; Martianaeus testatur haec deesse in antiquioribus et castigatioribus manuscriptis codicibus latinis hieronymianae versionis, cuius generis sunt colbertinus aniciensis, et corbeiensis maior num. 1., et canon hebraicae veritatis; Sabatierius notat codicem s. Germani n. 7. et corbeiensem num. 3. habere additamentum a secunda manu in margine. « Haec, inquit » Vallarsius, neque in hebraeo sunt, neque » in nostris aliisque melioris notae latinis » manuscriptis, et pridem critici iugularunt. » Occurrunt vero saepius in libris Regum loca, quae e textu graeco in Vulgatum translata sunt. » In codice M scholiastes adnotavit: « *Azotum, et fines eius.* Quod sequitur » *Et ebullierunt villae* etc. hebraeus et aliqui antiqui non habent. » Secunda manus ibidem magis expresse subnectit: « Hanc » clausulam non habent hebraeus et plures » antiqui libri. Moderni et aliqui antiqui habent. Sed antiqui habent alio ordine quam » moderni; nam habent primo hoc *Et ebul- » lierunt villae* etc., et postea illud *Et per- » cussit in secretiori* etc.; moderni autem e » contra. » Postremam hanc notulam ex correctorio dominiciano parisiensi protulit quoque Richardus Simonius in *Nouvelles observations sur le texte et les versions du N. T. pag. 134.* Quod vero ibi dicit scholiastes de ordine praepostero, confirmatur in nostris codd. B, C, F, V, Cas. 12., goth. legion., Ruperto, aliisque apud Lucam Brugensem. At margo codicis V diserte notat: *Hebraeus et antiqui non habent.* Item Dionysius Carthusianus qui scribit: « Quod in aliquibus libris » mox sequitur, istud videlicet *Et ebullierunt » villae* etc., non est in libris correctis, quia » nec in hebraeo; sed ab aliquo glossatore » primo est additum per modum expositionis » et glossae, atque a minus peritis post textui » additum et insertum, quod et in aliis locis » Scripturae reperitur aliquando factum. » Concinunt Nicolaus de Lira et Alfonsus Tostatus. Denique praetermittenda non est Lucae Brugensis notatio: « Hanc sexti versus » partem *Et ebullierunt villae* etc. multa latinorum exemplarium transfodiunt. Cathedralis ecclesiae brugensis unum, Hentenii

» duo, Hunnaei duo, parisiensium tria cum » Complutensi, ex quo Regium est expres- » sum. Liranus etiam, in antiquis non esse » codicibus testatum facit: idipsum Ordina- » riae glossae margo inculcat. Cardinalis Bes- » sarionis codex in margine, non addendam » monet. Proinde Epanorthotes inter *Azotum* » *et fines eius*, et *Videntes autem viri* nil in- » terponendum docet. Profecto neque hebraea » quidquam interiiciunt, ut nec chaldaea. » Graecus etiam Regiorum Bibliorum textus » nihil admittit. Sed alii codices graeci inter- » serunt: *Et per medium regionis eorum pul-* » *lularunt mures, et facta est confusio mortis* » *magna in civitate*. Hinc forte desumtum est » illud, quod multis hodie latinis codicibus » additur: *Et ebullierunt villae* etc.; et pri- » mum quidem commentarii loco margini ad- » scriptum, postea vero textui mixtum, ut Li- » ranus et Tostatus existimant. Similia enim » cum innumeris locis acciderint, hoc ipso » loco meridiana luce manifestius est de eo, » quod in exemplaris collegii trilinguis, et » medii codicis Plantini textibus legitur: *Per-* » *cussit eos Dominus passione quam graeci si-* » *rinnium vocant*; et quidem Plantini codex » bis id habet; in fine quinti, et iterum in » fine sexti versus. Trilinguis posteriori tan- » tum loco. Proxime sequentis capitis versu » quinto legitur: *Facietisque similitudines ano-* » *rum vestrorum, et similitudines murium, qui* » *demoliti sunt terram*. Huius et eorum quae » de murium figuris hic dicuntur, occasio- » ne, existimatum videri potest, superius, » ubi sedis vitiis percussi Azotii commemo- » rantur (is est capitis V. vers. 6.) eam de- » siderari plagam, quae muribus e terra pro- » ductis, terram perdidit, hoc est, gignendis » frugibus ineptam fecit. Porro id quod lati- » nis libris additum est, non eodem ab omni- » bus loco legitur. Plerique ei plagae, quae » secretiores natium partes afflixisse narra- » tur, subiiciunt: octo praeponunt. . . . Alius » codex collocat ante verba *Aggravata est*; » ita ut vel hinc liceat coniicere adiecticium » istud esse. Primus autem ordo graecis con- » formior est. Legunt pleraque nostra manu- » scripta *confusio mortis magna*, conformiter » libris graecis: nonnulla vero *magnae* ha- » bent: quaedam neutrum; tantum *confusio* » *mortis* scribunt. » Ex nostris tacent *magnae* codd. A (qui habet additamentum in margine a recentiori manu, uti diximus) et Cas. 1.; alii plures egregie praeferunt *magna*, quod et testantur Biblia edita Paris. 1837. In libello quem *Lectionum varietates* inscripsit, Brugensis rursum adnotavit totam hanc pericopam non videri additam a Hieronymo; eique adstipulantur Martianaeus, Natalis Alex. l. c., De-Rossi *de praecip. causs.* p. 99.; quibus libenter subscribimus. Neque enim nos movent quae Houbigantius, Calmetus, Mariana, aliique contendunt, haec nempe ad historiae integritatem necessaria esse eo quod ex c. VI. vers. 5. constet murium similitudines ad latera arcae positas fuisse a Philisthaeis ut se ab hac plaga liberarent. Immo nos ob hanc causam additamentum veluti necessarium invectum fuisse censemus, non quidem a Hieronymo, sed a graecis. Laudati enim latini codices abunde demonstrant additamentum non pertinere ad hieronymianam interpretationem, recentiorique aetate Vulgati nostri codicibus insertum. Profecto si Hieronymi interpretatio illa verba exhibuisset, eadem in antiquioribus meliorisque notae exemplaribus minime desiderarentur. Nemo enim primis post Hieronymum temporibus nostram versionem cum hebraicis codicibus contulit, aut ad hos exigere studuit. Ex alia vero parte quum eadem verba certissime in veteri itala ex graeco derivata legerentur, pronum est intelligere qua demum ratione hoc graecorum additamentum, ut alia non pauca, ex veteris italae codicibus ad hieronymianae versionis exemplaria transvectum fuerit ea aetate, qua utraque latina interpretatio in occidentali ecclesia promiscue usurpabatur post septimum nempe, vel octavum seculum. Quapropter laudabilis est Sabatierii diligentia, qui huiusmodi lacinias veluti totidem veteris italae fragmenta habuit, easdemque alio ex fonte

oriri potuisse negavit. At vero si quaeratur cur de muribus hoc in capitulo nulla mentio iniecta sit, respondere possumus, hanc plagam nonnisi serius Philisthaeis immissam fuisse; quando nempe post septem menses Philisthiim consilium capere de remittenda arca coacti sunt. Certe Theodoretus in *quaest. 13.* id aperte declarat: Cum iam nulla, inquit, civitas arcam excipere auderet, eam foris reliquerunt, existimantes ita se fore liberos a plagis a Deo immissis; at tunc Deus murium prodigiosam multitudinem in vites et segetes excitavit, qui omnes eorum fructus perdiderunt. Quapropter non modo negamus necessarium esse additamentum a graecis heic insertum, quin immo illud historiae ordinem veritatemque turbare atque subvertere asserimus.

7. *Israel* — Tacet Gregorius M., item armenus; in antiquissimo codice graeco vaticano Ἰσραήλ superadditur. Pro *manus eius*, cod. E *manus Domini*.

8. *Responderuntque* — Cod. K, Bibl. Lugdun. 1535. *Responderunt*. Mox cod. H notat hebraeum pro *Gethaei: Circumducatur arca*, legere *in Geth circumducatur arca;* nam verba גת יסב ארון significant *Gittham deferatur arca;* at Hieronymus cum graecis legisse videtur גתי; cod. B habet *Ethaei*. Verba quae sequuntur *Et circumduxerunt arcam Dei Israel* desunt in codd. B 1. m., Cas. 1.; quibus accedunt tres codices holmesiani, et cod. 84. Kennicotti.

9. *manus Domini* — Antiquiores editiones addunt *Dei;* codd. A, B, F, I, V, Cas. 12. legunt *manus Dei*. Pro *per singulas civitates*, codd. B, C, F, I, R, S, U, V, Cas. 2., Bibl. Ordin., Hugo *super singulas civitates;* cod. H notat hebraeum legere *in civitate;* et sic habet ex graeco Lucifer calarit. Pro *interfectionis*, cod. A *interfectiones*. Cod. H notat hebraeum pro *viros uniuscuiusque urbis*, legere *viros civitatis*. Pro *parvo*, codd. Cas. 2. *puero*, cod. Cas. 1. *parvulo*. Hieronymus mox pro עפלים posuit *prominentes extales*, quod haemorrhoidales mariscas denotat, uti supra declaravimus vers. 6.; in cod. G mendose *prominentes in terram extales*.

Ibid. *Inieruntque Gethaei consilium, et fecerunt sibi sedes pelliceas* — Haec verba expunxerunt sixtini, et primo gregoriani, ut supra ad vers. 6.; eadem desunt in codd. A, D, E (at secunda manus in his tribus codicibus illa supplevit in margine), I, K, L 7., N, O, Q, U, Cas. 2., gothic. leg., veronensi, de quo infra Vallarsius, Bibl. Compl., Reg., Lugdun. 1535., all.; margo Ordin. eadem expunxit; nec legit Isidorus Clarius; in cod. N Epanorthotes notat: « Quod sic interponitur » *Inierunt ergo Gethaei consilium et fecerunt* » *sibi sedes pellicias*, nec hebraeus, nec an» tiqui hic habent; Septuaginta in graeco » interponunt hoc *Feceruntque Gethaei anos* » (nam ἕδρα *podicem* aeque ac *sellam* signi» ficat) *aureos*. Sed et interpositio maior su» pra (v. 6.) de graeco sive de LXX. est, qui » praeterea pro *Accaron*, ponunt *Aschalon*. » Animadvertit autem idem scholiastes apud quamplures modernos verba illa *Inieruntque Gethaei* etc. inserta fuisse non hoc loco sed in sequenti versiculo post verba *Miserunt ergo arcam Dei in Accaron*. Toletus caute notat: « Non habentur haec verba in hebraeo, Com» plut., Reg., nec apud Gregorium. Tamen » sunt in Ordin., Lov. et fere omnibus im» pressis et in Breviario romano (l. c.); LXX. » legunt: *Fecerunt sibi sedes;* Theodoretus *au*» *reas sedes;* Lucifer autem *pelliceas sedes*. » cf. Holmesius. Additamentum istud ex veteri Itala derivatum fuisse, aut saltem ad hieronymianam versionem non pertinere, quod praeclare asseruit Lucas Brugensis, diserte demonstravit Vallarsius, cuius verba nobis heic recitanda sunt: « Est hoc γνησιότητος » hieronymianae interpretationis quam ma» nuscriptus veronensis exhibet, sane perspi» cuum argumentum, quod hac careat addi» tione *Inieruntque Gethaei consilium* etc., » quae neque in hebraico exemplari habetur, » sed est omnino ex graecis καὶ ἐποίησαν » οἱ Γεθαῖοι ἑαυτοῖς ἕδρας, derivata, au» ctaque in latino verbis *inierunt consilium*,

» et *pelliceas*. Quamquam vero illam hinc » amovere e textu non ausim: hoc tamen aio, » minime eam videri ex Hieronymi calamo » profectam, sed inter assumenta, quae in » eius interpretationem ex hebraico, sequior » manus ex LXX. aliisque latinis versionibus » importavit, enumerandam. Caeterum mirari » etiam subit, non animadvertisse hebraeum » scholiasten aut Martianaeum hanc inter» polati textus laciniam. » Recentior manus, quae verba illa in nostro codice E apposuit, addidit praeterea *ubi sederent*, quod in aliis codicibus non reperimus.

10. *ergo arcam Dei*—Codd. R, S, Cas. 6., antiquiores editiones *ergo arcam Domini*. Mox codd. D, E 1. m., N, U tacent verba *Cumque venisset arca Dei in Accaron;* item syrus, arabs, octo codices hebraici apud Kennicottum, totidemque graeci apud Holmesium, praeter antiquissimum cod. alexandrinum; singularis est nota quam circa hanc quaestionem habet cod. N; nam auctor non modo provocat ad veteres latinos, sed etiam ad antiquiores quos contulerat codices hebraeos: « Quod interponitur sic *Cumque venisset arca* » *Domini in Accaron*, non habent libri corre» cti. Antiquiores autem hebraeos et latinos » codices vidi tantum in margine habere. » Unde pro non habito reputo. Require Ios. » XIX. (v. 48.) » Pro *arca Dei*, codd. N, R, S, Hugo, Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496., all. *arca Domini;* at plures ex antiquioribus editt. habent *arca Domini Dei*. Pro *Adduxerunt*, Gregorius M. *Miserunt*.

11. *Miserunt itaque*—Cod. R, Gregorius M. *Miserunt ergo*. Pro *Dimittite*, codd. C, L, R, Bibl. Compl., Reg., posteriores editiones Rob. Steph., all. *Dimitte;* apud Luciferum calar. *Remitte;* cod. Cas. 1. *Dimittemus;* cod. H notat hebraeum legere *Mittite*. Mox pro *arcam Dei*, Gregorius M. *arcam Domini*. Pro *et revertatur*, codd. F, L 2., Q, V, Cas. 13., Biblia Rob. Steph. 1545. *ut revertatur*. Pro *et non*, codd. L 2., Cas. 1., antiquiores editiones *ut non;* Gregorius M. *ne*.

12. *pavor mortis*—Gregorius M. *timor mortis*. Cod. H notat hebraeum pro *in singulis urbibus*, legere *in tota civitate*. Pro *valde manus Dei*, codd. G, N*, R, Cas. 4., Bibl. Ord., Ven. 1480. 1482., all., Gregorius M. *valde manus Domini;* codd. E, I *manus Dei valde;* Bibl. Mogunt. 1462. *manus Domini Dei;* Bibl. Rom. 1471., Ven. 1476. 1479., all. *valde manus Domini Dei;* cod. K *manus Domini;* codd. S, V, Cas. 2. *valde erat manus Dei;* codd. N*, O expungunt *erat;* cod. N notat: « Hebraeus » et antiqui habent *Dei*. » Pro *ululatus uniuscuiusque*, cod. F *uniuscuiusque clamor;* cod. H notat hebraeum non legere *uniuscuiusque*. Pro *in caelum*, cod. C *usque in caelum;* item pauci graeci codices; Lucifer calar. *et ascendit clamor civitatum usque ad caelum.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. V, 3. Additum est: *Et durata est manus Domini super Azotos, et sagittavit illos, et percussit illos in domibus eorum; ipsum Azotum, et regiones eius.* 4. *Et factum est cum ante lucem vigilarent post triduum Azotum.... Et caput Dagon et ambae palmae manuum eius, et ambo vestigia eius ablatae erant per partes centum, et ambo articuli manuum eius ceciderunt in limen.* 5. *Sed spina tantum Dagon relicta est....* 6. Additum est: *Et adduxit super eos mures, et ebullierunt in navibus* (εἰς τὰς ναῦς in podicibus) *eorum, et in medio regionum ipsorum nati sunt mures: et facta est confusio mortis magna in civitate...* 8. *Omnes reguli Allophylorum....* 9. Additum est in graeco: *Et fecerunt ipsi sibi Gethaei cathedras aureas, et ebullierunt in illis mures.*

Cap. VI, 1. *Fuit ergo* — Cod. V et Hugo *Fuit autem*. Pro *Domini*, codd. G, V, Cas. 2. *Dei;* cf. Holmesius. Pro *Philisthinorum*, codd. N, P *Philisthiim*. Nonnulli codices hunc versiculum ad caput V. referunt. Codex veronensis in fine versiculi addit *et ebullivit terra illorum mures;* quibus in graeco respondent verba καὶ ἐξέζεσεν (seu potius, uti habent pauci codices, ἐξέβρασεν) ἡ γῆ αὐτῶν μύας. Quum vero ex versiculis 5. 11. 18. appareat mures quoque Philisthaeis infestos

fuisse, sunt qui autument haec olim in hebraeo textu lecta. Sane Vallarsius magis probabile existimat pauca isthaec verba ex hebraeo textu post Hieronymi tempora decidisse, quam eadem ex graeco a s. Doctore huc fuisse importata. Nos quidem non putamus Hieronymum ista ex graeco derivasse; at multo minus ex hebraeo, ubi nullum horum vestigium apparet: immo censemus istud veronensis codicis additamentum ad hieronymianam versionem non pertinere. Verum quidem est in sequenti narratione quodammodo dictum supponi quod heic de muribus innuitur. At constat hebraeorum scriptores haud raro quaedam omittere, quae nobis non omittenda fortasse videntur, quaeque deinceps cursim attinguntur; ut propterea ex eo quod aliquid tibi commodius expressum videretur, numquam liceat ea supplere quae in sacro textu non leguntur, nisi aliunde certissima suppetant critica momenta, quibus et lacuna demonstretur, et eiusdem defectus reparandi ratio comperiatur. Atqui non modo certa desiderantur subsidia quibus lacunam explere possimus, sed neque omnino exploratum est aliquid in sacro textu deesse, quemadmodum ex iis quae dicta sunt constare videtur. Nullum igitur admittendum supplementum existimamus.

2. *Et vocaverunt* — Codd. G, L, R, S, V, Cas. 18., antiquiores editiones *Et post haec vocaverunt;* Rabanus *Et convocaverunt*. Ante *divinos* Bibl. Lugd. 1535., Paris. 1566., all. tacent *et*. Pro *de arca Domini*, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, S, U, V, Cas. plures, antiquiores editiones, Gregorius M., Rabanus *de arca Dei;* item graeci codices non pauci. Pro *quomodo*, Gregorius M. *et quomodo*. Pro *remittamus*, codd. A, D, E, F, G, H, R, S, U, V 2. m., Cas. 8., Rabanus *remittemus;* favent hebraeus et veteres; cod. K *dimittamus*.

3. *Si remittitis* — Codd. Cas. 2. *Si remiseritis;* cod. Cas. 1. *Si remittimus;* Gregorius M. *Si dimiseritis*. Pro *dimittere eam*, codd. E, G *eam dimittere*. Mox pro *debetis, reddite ei*, cod. goth. leg. *debetur, reddite ei;* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1573. *debetis ei: reddite;* aliae plures ex antiquioribus editionibus *debetis ei reddite;* cod. H notat hebraeum legere tantum *reddetis:* nimirum hebraeus, itemque graecus, habet *reddendo reddetis ei*. Pro *recedat*, cod. B *recedet;* hebraeus תסור, graecus ἀποστῇ.

4. *Qui dixerunt* — Gregorius M. *Qui respondentes dixerunt*. Pro *debeamus ei*, codd. E, Cas. 1. *debemus ei;* tacent pronomen codd. B, I, Cas. 1., Gregorius M. Pro *Responderuntque illi*, Gregorius M. *Responderunt illi;* Rabanus *Responderuntque eis.;* conf. Holmesius; cod. Cas. 1. tacet *illi*, ut hebraeus et veteres; margo Ordin. habet *ei*.

5. *Philisthinorum*—Codd. A, E, H, K, Gregorius M., Beda, Rabanus *Philisthiim*. Codd. F, G, Petrus Com. pro *anos*, legunt *annulos;* alii non minus mendose *agnos*. Mox Gregorius M. post *mures* tacet *aureos*, et post *fuit* omittit *omnibus*. Pro *similitudines anorum vestrorum, et similitudines*, codd. C, D, F, G, H, I, N, O, P, S, U, V, Cas. 6., Hugo *similitudinem anorum vestrorum, et similitudinem;* cod. N adnotat: « Quidam putantes se adhaerere hebraeo, utrobique ponunt in plurali *similitudines;* sed de hebraeo eodem infra (v. 11.) ponitur in singulari *similitudinem.* » Cod. E 1. m. tacet *et similitudines murium*. Post *terram*, codd. B, gothic. leg. addunt *vestram;* item pauci graeci codices cum editione Compl. Ex hoc loco Theodoretus, Sanctius, aliique plures argumentati sunt mures non tam hominibus, quam agris et vineis infestos fuisse; at pro iis qui contrariam sententiam amplexati sunt, uti Gregorius Magnus, Petrus Com., Liranus, Abulensis, proferri potest singularis lectio, quam nobis obfert hebraicus codex taurinensis num. 16.; nam pro את־הארץ, ibidem legitur את עם הארץ, cuius lectionis mentio nulla occurrit apud Kennicottum et De-Rossi.

Ibid. *Deo Israel gloriam*—Cod. G *Deo gloriam, Deo Israel;* Bibl. Reg. *Domino Israel gloriam;* Bibl. Ordin. *gloriam Deo Israel*. Pro *relevet*, codd. D, F, U, Cas. 3. *elevet;* cod. G,

Bibl. Rom. 1471., Ven. 1479., Paris. 1541. 1566. *revelet;* codd. E, I, Cas. 2. addunt *Deus;* item Theodoretus apud Holmesium.

6. *aggravatis* — Codd. B, C, D, F, G, H, I, K, O, U, Cas. plures, goth. leg., antiquiores editiones *gravatis;* mox Gregorius M. tacet *aggravavit.* Scholiastes in cod. H notat hebraeum pro *nonne postquam percussus est, tunc dimisit eos,* legere *nonne quando illusit eis, tunc dimisit illos;* ex quo patet auctorem huius scholii legisse וישלחם, quod adhuc retinent complures codices Kennicotti.

7. *arripite* — Gregorius M. *accipite.* Mox cod. B 1. m. tacet *unum;* cui favet graecus, sed cf. Holmesius. Pro *in plaustro, et recludite,* Gregorius M. *ad plaustrum, et claudite.* Bibl. Lugd. 1542. tacent *domi.*

8. *Tolletisque* — Cod. B *Tolletis.* Pro *in plaustro,* codd. D, U *in plaustrum;* Gregorius Magnus *eam in plaustrum;* pronomen exprimunt hebraeus et graecus; mox Bibl. Lugd. 1550. 1567., Ven. 1558. tacent *et.* Pro *quae exolvistis,* cod. Cas. 1. *quaeque exolvistis;* codd. Cas. 2. *quae obtulistis;* cod. veronensis *quae exsolvetis.* Pro *in capsellam,* codd. A, G, I, R, S, Gregorius M. *in capsella.*

9. *finium* — Codd. B, C, K, Gregorius M. *confinium.* Pro *Bethsames,* cod. B *Bethsemes;* cf. ad Ios. XIX, 22.; veteres libri plures cum graeco *Bethsamis.* Pro *ipse fecit nobis,* codd. B, G, R, S, Petrus Com. *ipsa fecit nobis;* item latinus Origenis interpres, et Pagninus; cod. M notat: « Legendum *ipse,* quia hebraeus non » refert ad arcam, sed ad Deum. » Nimirum hebraeus habet הוא; sed quum ארון sit etiam masculini generis, haud repugnat referri ad arcam; codd. F, Cas. 1. et Gregorius M. p. 149. (non item p. 152.) *ipse fecit vobis;* concinunt pauci graeci codices. Pro *hoc malum,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique fere omnes, Gregorius M., Hugo *malum hoc.* Pro *sin autem, minime,* Sixtus *si autem minime;* item Gregorius M.; in clementina editione interpunctio posita fuit ab Angelo Rocca: at reiicienda videtur; nam sensus est: Si minime ascenderit arca contra Bethsames, tunc sciemus etc. Pro *sciemus,* Gregorius M. *scietis.* Pro *casu,* Bibl. Mogunt. 1462. *causa;* Bibl. Lugd. 1535. *casus.*

10. *domi* — Cod. gothic. legion. tacet.

11. *arcam Dei* — Codd. H, L (seu Q), Bibl. Complut. et Reg. *arcam Domini;* consentiunt hebraeus et veteres. Post *plaustrum,* codd. F, V addunt *novum,* ut supra vers. 7. Pro *similitudines,* quod posuerunt sixtini ad normam paucorum codicum Cas. quibus favet hebr., reliqui nostri codices et veteres editiones legunt *similitudinem;* cf. ad vers. 5.

12. *in directum vaccae* — Magdalius Gaudensis notat: « In libris antiquis habetur » *vaccae recto itinere.* » Pro *et itinere uno,* Eucherius, Beda, Claudius taurin. *uno itinere;* hebraeus quoque et veteres nullum habent nexum. Mox Bibl. Ordin. tacent *et* ante *mugientes,* ut cod. 180. Kennicotti. Pro *declinabant,* cod. veronensis *declinaverunt.* Codd. E, I omittunt *et* ante *satrapae.* Pro *Philisthiim,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, S, U, V, goth. leg., Hugo, Gregorius M. *Philisthinorum.*

13. *oculos suos* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, U, V, Cas. plures, Bibl. Rom. 1471., Ven. 1476., Compl., Reg., all., Gregorius M., Rupertus, Hugo. Post *arcam* codd. E, F, G, V, Cas. 1., Gregorius M. addunt *Dei;* graecus Κυρίου.

13. 14. *vidissent. Et plaustrum venit* — Codd. B, Cas. 1. *eam vidissent et plaustrum. Venit;* Rupertus quoque et Abulensis addunt *eam;* favent autem syrus, arabs, immo et graecus, etsi interpretetur εἰς ἀπάντησιν αὐτῆς; apud Gregorium M. *venissent. Et venit plaustrum.* Pro *Iosue,* codd. A, K *Hiesu;* item multi codices holmesiani. Gregorius M. mox *Erat enim,* pro *Erat autem.* Pro *conciderunt,* cod. B *concidentes;* margo Ordin. *sciderunt.* Post verba *super ea,* codd. F, V, Gregorius M., Petrus Com. addunt *in;* accedit alexandrinus; cod. H notat hebraeum non legere *super ea.*

15. *arcam Dei* — Sixtini, codd. R, Cas. 2., veronensis, Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535., Isidorus VII, 421. *arcam Domini;* favent he-

braeus et veteres. Post *Viri* tacent *autem* Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565. 1569., Franc. ad M. 1556., Lugd. 1569., Ven. 1579. Pro *immolaverunt*, Bibl. Compl., Reg., Hugo, all. *immolarunt*. Pro *victimas*, cod. Cas. 1. *victimam;* consentiunt chaldaeus et syrus, item non pauci graeci codices; at pluralem cum reliquis exprimunt Ephraemus et arabs. Pro *in die illa*, codd. A, R, Bibl. Ven. 1519., Hugo *in die illo*.

16. *in die illa*—Cod. H, Bibl. Lugd. 1535. *in die illo;* Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471. *die illa*.

17. *Hi sunt autem* — Cod. Cas. 1. tacet *autem*.

18. *Abelmagnum* — Codd. F, V, all. mendose *Thabel magnum;* Bibl. Ven. 1484. *Bel magnum;* Claudius taurin. CIV, 812. scribit: « Quaerens quaesivi cum multa diligentia in » diversis translationibus et non reperi *Ha-» bel magnum*, sed *Lapidem magnum* super » quem imposuerunt arcam testamenti Dei. » Nimirum vetus latina interpretatio ex graeco legebat *Lapidem magnum*, uti constat ex codice gothico legionensi; item margo Ordin.; apud Bedam autem utraque interpretatio connectitur *Abel lapidem magnum;* alexandrino consentiunt chaldaeus et quatuor hebraici codices qui pro אבל, legunt אבן, hanc autem lectionem praeferunt fere omnes recentiores critici; conf. De-Rossi *Varr. Lectt.*, Maurerus et Gesenius in *Thes. p. 14*. At vero pro hieronymiana lectione, praeter hebraeum, stant Symmachus, syrus et arabs. Non negamus ל et ן in priscis alphabetis aegre discerni; at quum vox אבן occurrat vers. 14. et 15., quin tamen in illa erraverint veteres librarii et interpretes, existimare possumus graecum interpretem et chaldaeum hoc loco non aliter ac nos legisse, sed potius ex voce אבן, quae in superioribus versiculis occurrit, eamdem lectionem huic loco obtrudendi occasionem nactos fuisse. At fatemur unum eumdemque esse locum qui et *Abelmagnus* heic vocatur, et *lapidem* illum *grandem*, de quo supra sermo fuit, continebat. Neque enim nobis probatur quod Rabanus, Angelomus, aliique ex Pseudo-Hieronymo habent, tradentes Abelmagnum nomen esse civitatis, quae antea Bethsamis vocabatur.

Ibid. *super quem* — Bibl. Lugdun. 1550. 1567., Ven. 1558. *super quam;* hac autem posita lectione, aliud periodi membrum quod sequitur *quae erat usque* etc., commode referri poterit ad Abelmagnum: secus enim ad arcam, sensu minus apto, referendum esset. Pro *arcam Domini*, codd. G, V, Rabanus *arcam Dei*. Mox cod. B tacet *usque*. Pro *in illum diem*, codd. A, E, F, I, K, antiquiores editiones, Beda *in illa die;* codd. B, S, veteres editiones post stephanicas, Gregorius M. *in die illa;* codd. C, D, O, U, V *in illo die;* codd. G, R, Hugo *in die illo;* pro hodierna lectione, quam invexerunt sixtini, faciunt codd. H, Cas. 14.; hebraeus autem et veteres, excepto graeco, de quo cf. Holmesius, legunt *ad hanc diem;* quod et margo Ordin. habet. Pro *Bethsamitis*, Gregorius M. *Bethsamitae;* conf. vers. 14.

19. *Percussit autem* — Addunt *Dominus* codd. L, S 2. m., antiquiores editiones, Gregorius M., Isidorus l. c.; his consentiunt syrus et arabs. Pro *Bethsamitibus*, cod. E, Eucherius, Rupertus *Bethsamitis;* cod. O notat: « *Bethsamites* hic secundum tertiam, supra et » infra secundum primam declinationem in-» flectitur. » Animadvertunt porro Eucherius et Claudius taur. CIV, 653. aliam translationem pro *vidissent*, legere *despexerunt*, quod, inquiunt, rationi plus congruum est; et ideo isti non de visione, sed de despectione et temeritate mulctati sunt. Quaenam autem fuerit ista translatio quam Eucherius et Claudius laudant, nos prorsus latet. Post verba *arcam Domini*, Eucherius tacet *et;* codd. K, Cas. 1. addunt *Non enim licebat ut praeter sacerdotes, arcam quispiam videret in terra*. Beda II, 717. notat omnino mendosum esse quod nonnulli pro *septuaginta viros*, legebant *septuaginta binos*.

Ibid. *et quinquaginta millia plebis* — Cod. Cas. 1. addit *plaga magna;* cod. E legit *et*

quinque millia plebis; consentiunt syrus, arabs, cod. 145. Kennicotti; Brunsius *epist. ad Kenn.* hanc dicit esse bonam lectionem; at Michaëlis et De-Rossi in *Varr. Lectt.* illam tribuunt librario aut correctori, cui peremptorum numerus iusto maior videbatur. Theutmirus apud Claudium taur. CIV, 625. legit *et quinquaginta plebis;* cod. H notat hebraeum legere *et quinquaginta millia viros;* it. Pseudo-Hieronymus, qui praeterea hunc locum exponens subdit: « Hos septuaginta viros, iu» dices septuaginta hebraei intelligunt; quo» rum merito et gloriae quinquaginta millia » viri comparabantur; sicut et de David di» citur: *Quia tu unus pro decem millibus com» putaris* (II Reg. XVIII, 3.). » Eadem habet Angelomus. Hanc autem sententiam alii plures tum hebraei, tum christiani interpretes sequuntur, quorum testimonia profert De-Rossi in *disquisitione de hebr. typogr. orig. p. 99.* et *specim. pontif. cod. p. 92. et seqq.* At animadvertendum est in hebraico textu nullam esse hoc loco particulam coniunctionis, quam tacent quoque Biblia Vulg. Ven. 1479., unde eruditi omnes fatentur in sacro textu nequaquam quinquaginta millia et septuaginta homines Bethsamitas interemptos dici, quod aliunde incredibile esset. « Haec » itaque erit vexatissimi huiusce loci simpli» cissima expositio: propter arcam temere » inspectam, septuaginta Bethsamitas, alio» rum autem hebraeorum, magno numero il» lam invisentium, quinquaginta millia ceci» disse. » Cf. Ghiringhelli *Praelect. de libr. hist. veteris Foed. p. 253.*

Ibid. *eo quod Dominus percussisset* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, O, R, U, goth. leg., Hugo, Beda *quod percussisset Dominus;* cod. Cas. 1. *eo quod Dominus percussit.* Pro *plebem,* cod. V notat alias legi *populum;* cod. H monet hebraeum legere *in populo.*

20. *Et dixerunt viri* — Cod. S, Gregorius M. *Dixeruntque.* Pro *poterit,* Beda *potest.* Mox codd. Cas. 2. tacent *Dei,* ut cod. 150. Kennicotti, et plures graeci holmesiani.

21. *Miseruntque . . . Reduxerunt* — Gregorius M. *Miserunt ergo . . . Remiserunt.* Pro *Cariathiarim,* tum hoc loco, tum infra VII, 1. 2. et I Paral. XIII, 5. 6., auctore Angelo Rocca, in editione vaticana anni 1592. mendose habetur *Caria Thiarim,* quod acriter reprehendit Bukentopius p. 476.; profecto distinguendum potius fuisset *Carath-Iarim,* uti habent probati codices. Pro *et reducite,* sixtini, codd. A, B, H, K, L 4. (seu Q), Rabanus *et ducite;* cod. Cas. 1. *et educite.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. VI, 1. *Et ebullivit terra eorum mures* 2. *Et convocaverunt Allophyli sacerdotes et divinos, incantatores suos. . . .* 3. *Reddite ei honorem pro tormento; et tunc sani eritis; propitius erit vobis Deus. Sin autem, non discedet manus eius a vobis. . . .* 5. *Secundum numerum regulorum Allophylorum, quinque sedes aureas facite, similes sedibus vestris. Facite mures aureos, similes muribus vestris, qui disperdunt terram.* (Alias: *Quinque cathedras aureas, secundum vestrarum, quoniam offensio in vobis est, et in principibus vestris, et in populo vestro; et quique mures aureos facite, similes muribus, qui corrumpunt terram vestram*). . . . 6. *Nonne postquam delusit illos . . . .* 7. *Et nunc sumite et facite unum currum novum, et sumite duas vaccas, quae primum pepererunt vitulum, super quas non iacuit iugum; iungite vaccas sub curru, et adducite filios earum ab illis in domum.* 8. *Accipite arcam Domini, et imponite illam in currum, et vasa aurea reddite in honorem pro tormento. Imponite baergas* (Βαέργαζ, seu בארגז, in cista) *a latere illius, et remittite illam, et ibit.* 9. *Et videbitis si viam orbitae suae ibit contra Bethsames. . . .* 10. *Quae primum pepererunt. . . .* 11. *Et imposuerunt impositionem baergas, et mures aureos, et cathedras aureas posuerunt in positionem.* 12. *Et ibant in orbita una, et non laborabant, et non declinabant neque ad dexteram, neque ad sinistram, et reguli Allophylorum ibant post illam. . . .* 17. *Et haec sunt sedes aureae, quas reddiderunt Allophyli pro tormento Domino:*

Azoti unam. . . . **18**. *Et usque ad vicum Pherezei, et ad Lapidem magnum valde; super quem imposuerunt arcam testamenti Domini, qui est in agro Ioseph, qui est fili (?) Iechoniae, qui est ex Bethsamis.* **19**. *Et non sustinuerunt filii Iechoniae in viris Bethsames.*

Cap. VII, 1. *et reduxerunt* — Sixtini, codd. A, B, E, H, K, Cas. 3., Rabanus *et duxerunt.* Pro *in domum,* codd. C, N, P *in domo;* haec eadem lectio ex mendo irrepsit in Bibl. Rom. 1671. Pro *Abinadab,* codd. C, D, F, G, K, L, N, O, R, S, U, V, veronensis, antiquiores pleraeque editiones, Eucherius, Claudius, Isidorus VII, 421., Petrus Com., all. *Aminadab,* ut graecus; idem mendum apud Hieronymum III, 51. ex manifesto librariorum vitio occurrit; Bibl. Mogunt. 1462. *Aminadap.* Pro *filium eius,* Brev. goth. p. 266. *eius filium.* Pro *custodiret,* cod. C *custodirent.* Mox post *arcam Domini,* Brev. goth. l. c. addit *in Cariathiarim.*

2. *Et factum est, ex qua die mansit arca Domini* — Haec primo deerant in cod. B; Gregorius M. legit *Et factum est, ex quo arca Dei mansit;* tacent *Domini* sixtini, codd. A, D, H, K, L 2. (seu Q), U, goth. leg., Beda, Claudius taurin., Theutmirus l. c.; his concinunt hebraeus et veteres, excepto arabe, cui accedunt cod. 96. Kennic. et tres codices holmesiani. Pro *erat quippe,* cod. Cas. 1. *erat autem;* Gregorius M. *erat enim.* Mox tacent *iam* Claudius taurin. et Angelomus. Pro *requievit,* codd. Cas. 2. *quievit;* hebraeus legit וינהו, quod Gesenius in *Thesauro pag. 856.* interpretatur: *et congregata est* omnis domus Israel post Dominum; nempe, omnes uno animo eum sequebantur; alii vero plures interpretantur *et lamentati sunt,* querelis insectati sunt, precibus oppugnaverunt Dominum. At Hieronymus illud retulit ad verbum נוה, vel, ex alia lectione, ad נוח.

2. 3. *omnis domus Israel post Dominum. Ait autem Samuel ad universam* — Haec primo deerant in cod. B; item in duobus codd. holmesianis; tacent *domus* codd. V, Cas. 1., Gregorius M., Pseudo-Hieronymus; pro *Dominum,* Brev. goth. l. c. *Deum.*

3. *revertimini* — Brev. goth. l. c. *convertimini;* Augustinus in *Spec.* ed. Maii, c. XLIV. *vos convertitis.* Pro *ad Dominum,* Gregorius Magnus *ad Deum;* cod. B *ad Dominum Deum vestrum.* Pro *de medio vestri,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, K, N, P, R, S, U, V, goth. leg., Cas. 18., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., Hugo, Gregorius M. *de medio vestrum;* item Augustinus in *Spec.* l. c.

Ibid. *Baalim et Astaroth* — Legunt tantum *et Astaroth* sixtini, codd. A 1. m., B, C, D, E, F, H, I, L 5. (seu Q), N, O, U, Cas. 12., goth. leg.; unde recte scholiastes in cod. M adnotat: « Hebraeus et antiqui non habent » hic *Baalim;* et glossa interlinearis quae est » super hoc, debet esse infra in sequenti ver» su, uti patet in Rabano. Similiter in Iud. II. » (v. 11.) legitur quod *servierunt Baalim,* et » non est ibi *Astaroth* in hebraeo. » Hinc vero Lucas Brugensis inter emendationes, quibus Vulgati editio adhuc indigere videtur, hanc recenset scribens: « Multa bona manu» scripta omittunt *Baalim,* nec tamen delent » coniunctionem sequentem *et* consentanee » hebraeo et graeco. Additum fuit *Baalim* ex » vers. 4. » Quapropter haud nobis probatur ratio ob quam Toletus (dubitaverant enim gregoriani) istud nomen hoc loco servare voluit; scribit enim: « Non habetur in hebraeo, » nec in quodam manuscripto. Tamen legunt » omnes codices impressi et manuscripti; et » deesse videtur in hebraeo, ut constat ex » sequentibus. In graeco non habetur hoc lo» co nec *Baalim,* nec *Astaroth,* quia LXX. sub » illis verbis *deos alienos* intelligi voluerunt. » At si exprimitur unum, debet etiam exprimi » alterum. » Longa codicum series a nobis superius prolata abunde arguit minus vera esse quae de latinis manuscriptis a Toleto affirmantur. Neque ei concedere possumus quod gratis asserit, nempe ex duobus illis nominibus unum sine altero consistere non posse. Plura enim occurrunt exempla in quibus alterutrum absque alio ponitur. Alexandrinus denique interpres in hebraico textu profecto legebat *Astaroth,* seu potius והאשרות, quod

reddidit καὶ τὰ ἄλση, cui consonat syrus ܘܐܣܬܪ̈ܬܐ; Theodoretus autem monet graecum habere ἄλση pro eo quod Aquila interpretatus est Ἀσταρώθ. Igitur alexandrinus, cui veteres omnes reliqui interpretes consentiunt, tacet quidem *Baalim*, at non praetermisit *Astaroth*.

Ibid. *ei soli*—Codd. C, D, F, G, R, S, U, V, Hugo *illi soli*. Pro *eruet*, cod. V, Gregorius M. pag. 163. 165. *liberabit;* item Augustinus in *Spec.* l. c. Pro *Philisthiim*, codd. F, R, S, *Philisthinorum*.

4. *filii Israel*—Gregorius M. p. 165. 369. addit *de medio sui;* ex superiori versiculo.

5. *Dixit autem*—Cod. Cas. 1. *Dixit ergo;* cod. K tacet *autem*. Pro *Masphath*, codd. H, K, O, V, Bibl. Lugd. 1535. *Maspha;* item in seqq.; conf. ad Ios. XI, 3. et Iudic. X, 17.; Hieronymus III, 243. « *Massepha*, in tribu » Iuda (all. *Beniamin*), apud quam habita- » bat Iephte, iuxta Cariathiarim, ubi quon- » dam arca testamenti fuit, et Samuel popu- » lum iudicavit. Meminit huius et Ieremias. » Ante *Dominum* cod. B praemittit *ad;* accedunt hebraeus et graecus.

6. *et effuderunt*—Codd. C, D, F, U, V, Rabanus in *Spic. solesm.* II, 149. *et fuderunt;* ad hunc locum cod. M sequens scholion ex Pseudo-Hieronymo prae se fert: « Tradunt he- » braei quod in hanc aquam maledicta con- » gesta sunt, sicut in lege zelotypiae, et eam » bibendo probati sunt quicumque se coluis- » se idola negaverunt, ex hoc, quod labia bi- » bentium sibi invicem insolubiliter adhaese- » runt. Unde Samuel dicitur iudicasse filios » Israel in Masphath, quia convictos idolo- » latras cecidit, sicut Moyses in Exodo. » At multo meliora sunt quae habet Ephraemus syrus in suis Comm. I, 345. « Hac caeremo- » nia novum cum Domino foedus firmandum » fuit, quae quidem ab hebraeis usurpari so- » lebat in modum execrationis, quasi dice- » rent: sicut aquas istas effundimus, sic no- » ster sanguis effundatur, si in posterum a » Domino defecerimus et ad deos gentium » transierimus. » Item Dionysius Carth.

Ibid. *atque dixerunt ibi: Peccavimus Domino*—In primis pro *atque*, sixtini, codd. A, C, D, aliique pene omnes, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., all. legunt *et;* mox vero codd. C, D, E, F, G, I, K, N, O, P, R, S, U, V, Cas. plures, goth. legion., veronensis, antiquiores editiones, Gregorius M., Brev. goth. l. c. habent *dixerunt: Tibi peccavimus, Domine;* at vero nonnulli ex laudatis testibus, verae lectionis vestigium servant, legentes *Tibi peccavimus Domino*.

7. *Et audierunt*—Brev. goth. l. c. *Audieruntque*. Mox pro *Quod cum audissent*, Gregorius M. *Quod audientes*.

8. *Dixeruntque*—Brev. goth. l. c., consentientibus hebraeo antiquisque interpretibus, addit *filii Israel*. Mox vero loco *pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum*, cod. K *clamare pro nobis Dominum Deum Israel;* Brev. goth. l. c. *clamare pro nobis* etc.

9. *lactentem*—Codd. A, C, D, E 1. m., F, G, I, K, R, S, U, V, antiquiores editiones, Beda, Rabanus *lactantem;* conf. ad Deuter. XXXII, 25. Pro *holacaustum*, codd. R, Cas. 1., Petrus Com. *in holocaustum;* item alii testes apud Holmesium. Mox Rabanus tacet *integrum*. Post *Dominus*, cod. Cas. 1. addit *Deus*.

10. *est autem*—Codd. A, E, F, Cas. 1., goth. leg., Beda *est ergo;* Gregorius M. tacet *autem*. Post *holocaustum* cod. I, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480., Complut., Reg., all. addunt *Domino;* accedit arabs. Pro *Philisthiim iniere proelium*, codd. A, B 1. m., C, D, E, F, H, I, K, R, S, U, V, Cas. plures, gothic. leg., Hugo, Gregorius M. p. 169. (non it. p. 187.) *Philisthaeos inire praelium;* cod. B 2. m. *Philisthaeos inire coeperunt proelium;* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. *Philisthaeos inire bellum*. Pro *intonuit*, cod. G, Bibl. Lugd. 1550. 1567., Ven. 1558. mendose *introivit*.

Ibid. *a facie Israel*—Sixtus, codd. A, B, F, G, I, K, S, veteres editiones, Brev. goth., Gregorius M. *a filiis Israel;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus favent codd. C, D, E, H, aliique plures; unde Toletus notat: « Lege *a facie Israel;* sic hebraeus, graecus,

» manuscripti et Congregatio. » Martianaeus ad hunc locum apposite animadvertit: « Ma» nuscripti codices legunt *a filiis Israel;* sed » in colbertino aniciensi, et in altero s. Ger» mani ms. codice prima manu scriptum erat » *a facie Israel*, quod imperitus emendator » mutavit hoc modo *a filiis Israel.* » Ad haec subdit Vallarsius: « Nostri mss. legunt *a fi-* » *liis*, et est quidem in hebraeo perquam si» milis scriptio utriusque vocis, ut sumi et » confundi invicem לבני possit pro לפני. » Attamen hebraici codices hoc loco non variant. Augustinus *coram Israel;* Tertullianus *in conspectu Israel;* Ephraemus syrus I, 346. utramque lectionem connectit, habet enim ܩܕܡ ܒܢܝ̈ ܐܝܣܪܝܠ.

11. *viri Israel*—Codices B, G, K, L, O, V, Cas. 8., antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c., Gregorius M. *filii Israel;* it. codex unus Sergii apud Holmesium; reliqui pro hodierna lectione faciunt, quam admiserunt Biblia Lov. Hentenii, eamdemque probavit Lucas Brugensis. Pro *qui erat subter*, cod. A et Beda *qui erat super;* Brev. goth. l. c. tacet.

12. *et inter Sen*—Cod. K et Gregorius M. *et Sen;* cod. veronensis *et inter Senei;* Eucherius, Isidorus V, 512., Beda IV, 433., Claudius taur. CIV, 654. *et Siceleg;* notant autem iidem testes, una cum Rabano et Hugone, aliam translationem legere *inter Masphath novam et veterem;* nimirum ita apud Augustinum habet vetus itala; at graecus ἀναμέσον Μασσηφὰθ, καὶ ἀναμέσον τῆς παλαιᾶς, ex quo putat pro שֵׁן alexandrinum legisse יְשָׁן, quam quidem lectionem servat syrus, qui habet ܫܢܐ, at Ephraemus I, 347. ܫܢ, quod Symmachus, in *Append.* Holmesii, interpretatur ἀκρωτηρίου, cui favet Vulgatus infra XIV, 4.; cf. Gesenii *Thes. p. 1453.*

Ibid. *nomen loci illius*—Sixtini, codd. A, B, H, K, L 3. (seu Q), goth. legion., margo Ordin., Gregorius M., Eucherius, Isidorus, Beda, Angelomus, Claudius taurin. cum Cypriano et Augustino *nomen eius;* consentiunt hebraeus et veteres. Ad verba *Lapis adiutorii*, apposite Beda II, 543. animadvertit: « Et » supra quidem (IV, 1.) *Lapidem adiutorii*, » qui hebraice dicitur *Abenezer* legimus: sed » ibi praeoccupando posuit historicus, hic » autem et tempus et causam impositi nomi» nis exprimit. » Cyprianus et Augustinus habent *Abennezer;* Hieronymus Aquilam sequutus est vel Theodotionem; cf. Holmesii *App.* ad V, 1. Pro *Dixitque: Hucusque auxiliatus est nobis Dominus*, Eucherius et Claudius taur. *Et dixit: Usque adhuc auxiliatus est nobis Deus;* item Isidorus et Beda, excepto quod ille habet *Usque ad hunc*, iste vero *Usque huc;* et ita Augustinus cum graeco legit.

13. *Philisthiim*—Cod. F *Philisthaei;* cod. E *Israel Philisthiim.* Pro *ultra ut venirent*, Bibl. Ord. et Gregorius M. *ut venirent ultra;* codd. B, I *ultra venire.* Pro *Facta est itaque*, Brev. goth. l. c. *Facta est autem;* apud Gregorium M. mendose legitur *Facta est inquit.* Pro *Philisthaeos*, Beda *Philisthiim.* Pro *Samuelis*, sixtini, codd. C, D, E, I, K, U, V *Samuel.*

14. *ab Israel, Israeli*—Codd. A 2. m., B, C, F, Cas. 4. tacent *Israeli;* Brev. goth. l. c. omittit *ab Israel.* Pro *et terminos suos: liberavitque*, cod. K *et ad terminos suos liberavit;* Hugo *et terminos eius: liberavitque;* codd. A, B, H, V, goth. leg. *et terminos suos liberavit;* item hebraeus et chaldaeus; cod. Cas. 1. addit *Dominus*, ut syrus et arabs; Brev. gothic. l. c. legit cum graeco *liberaverunt.* Pro *eratque*, cod. R *erat enim;* Bibl. Lugdun. 1535. *erat.* Pro *Amorrhaeum*, Bibl. Mogunt. 1462., Ven. 1479. *Amorrhaeorum.*

15. *Iudicabat quoque*—Codd. E, K, L, Q, R, Cas. 2., veronensis, Gregorius M., Eucherius, Claudius taur. *Iudicavit quoque;* Brev. goth. l. c. *Iudicabatque;* Angelomus tacet *quoque.* Pro *Israelem*, sixtini, codices fere universi, antiquiores editiones, Brev. goth. l. c., Eucherius, Rabanus, Angelomus *Israel.* Pro *cunctis diebus*, Gregorius Magnus, Eucherius, Beda, Claudius taurin. *omnibus diebus.* Quod heic dicitur de Samuele, qui cunctis diebus vitae suae iudicabat Israelem, non repugnat cum iis quae initio capitis sequentis narrantur de eius filiis, quos in sui vicem suffecit.

Nam Samuel, uti animadvertit cl. Ghiringhello, quoad vixit iudicis partes explevit in Ramatha quam incolebat, praeterea in Bethel, Galgala et Masphath, quae loca per singulos annos iudicaturus circuibat; at cum annis iam gravis longissime progredi non valeret, Bersabee, oppido in australibus Palaestinae finibus sito, vicaria filiorum opera utebatur, quos profecto in muneris communionem, nequaquam in officii successionem fuisse adoptatos vel ex eo liquet, quod sive de rege eligendo, sive de praelio cum hostibus ineundo deinceps ageretur, populus et princeps unum illum adibant, aut praestolabantur, eius mandata atque consilia veneraturi.

16. *circuiens* — Angelomus *circumveniens;* plures scribunt *circumiens*. Pro *Galgala*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, I, O, U, V, Gregorius M. *Galgal;* Brev. goth. l. c. *in Galgala*. Pro *iudicabat*, cod. K, Rabanus *iudicavit;* hanc Vulgato lectionem Montfauconius perperam tribuit in Hexaplis.

17. *Revertebaturque in Ramatha* — Gregoriani expunxerunt particulam *in;* Brev. goth. l. c. habet *Et revertebatur in Ramatha*. Pro *ibi enim erat*, cod. B et Brev. goth. l. c. *ubi erat*. Pro *aedificavit etiam ibi*, codd. C, D, G, R, S, U *aedificavit ibi etiam;* codd. Cas. 3. *et aedificavit etiam ibi;* Brev. goth. l. c. *aedificavitque ibi*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. VII, 2. *Repleti sunt dies, et facti sunt anni ·XX· et respexit omnis domus Israel ire post Dominum in pace*. . . 3. *et lucos, et praeparate*. . . 4. *Et servierunt Domino Deo tantum, et beneplacebant ei*. . . 6. *Et impleverunt, aquam educentes, et effuderunt coram Domino in terram: et ieiunaverunt in illa die, et dixerunt: Peccavimus coram Domino* (Alias: *immolaverunt aquam*). . . 8. *Ne sileas pro nobis, sed clama ad Dominum Deum tuum*. . . 9. *Et obtulit eum holocaustum cum omni populo, Domino* . . . 10. *Et erat Samuel offerens holocaustum Domino* . . . *et confusi sunt, et dementati sunt coram Israel*. . . 12. *Inter Masphath et inter* (excidit vox) *novae et veteris. Et vocavit nomen illius Abennezer, hoc est, Lapis adiutorii; et dixit: Usque ad hunc lapidem adiuvit nos Dominus*. . . 16. *Et iudicabat populum Israel in omnibus sanctificationibus istis*. . . 17. *Et aedificavit sacrarium Domini*.

Cap. VIII, 1. *iudices Israel* — Codd. G, L, V, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480., Complut., Reg., posteriores editiones Rob. Steph., all. *iudices in Israel;* Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., Paris. 1566., Hugo, all. *iudices super Israel;* item syrus, arabs, et chaldaeus in polyglottis londinensibus, non item in antuerpiensibus. Hodierna lectio in Bibliis hentenianis recepta, nititur auctoritate antiquiorum codicum, neque obstant hebraeus et graecus ex quibus colligitur *Israel* esse dativi casus, uti recte adnotavit Lucas Brugensis.

2. *filii eius* — Codd. E, I, Gregorius M. *filii sui*. Pro *Bersabee*, cod. B *Bersebee;* conf. ad Iudic. XX, 1.

4. *Congregati ergo* — Cod. E *Congregati autem;* cod. U tacet *ergo*. Pro *maiores natu Israel*, codd. D, U *Israel maiores natu;* Gregorius M. *maiores natu ex Israel*. Pro *ad Samuelem*, sixtini, codd. C, D, F, I, K, O, R, U, V, Rupertus *ad Samuel;* Gregorius M. tacet, ut cod. 55. Holmesii.

5. *Ecce tu* — Vallarsius mendosam Calmeti editionem sequutus, falso notat Vulgatum legere *Ecce nunc*. Pro *ambulant*, cod. G, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526. *ambulabunt*. Pro *nobis regem*, Gregorius M. *super nos regem*. Pro *ut iudicet*, cod. K *et iudicet*, cod. Cas. 1. *qui iudicet*. Mox post *sicut* tacent et cod. K et Gregorius M. Pro *habent nationes*, cod. Cas. 1. *gentes habent reges*.

6. *Displicuit* — Hanc lectionem editiones clementinae habent ex Bibliis Sixti V.; at dubitamus utrum eadem data opera invecta fuerit; silent enim romani correctores; codices autem nostri universi, veteres editiones et patres legunt *Displicuitque*. Pro *sermo in oculis Samuelis, eo quod dixissent*, cod. Cas. 1. *Samueli, quod postulassent*. Pro *ad Dominum*,

sixtini, codd. A, B, K, Gregorius M. p. 178. *Dominum.*

7. *Audi* — Codd. E 2. m., F, K, Hugo *Audivi.* Post *populi* Hugo addit *tui;* item pauci graeci codices. Pro *loquuntur*, cod. Cas. 1. *loquitur.* Pro *te abiecerunt*, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., Gregorius Magnus *abiecerunt te.*

8. *de Aegypto*—Codd. Cas. 1., veronensis, Gregorius M. p. 179. 214. *de terra Aegypti;* item syrus, arabs, georg., slavon., cod. 174. Kennicotti, cod. 226. De-Rossi, cod. XI. Holmesii. Pro *ad diem hanc*, cod. H *ad diem istum;* cod. K *in diem hanc.* Pro *faciunt etiam*, Bibl. Ordin. *etiam faciunt;* Brev. goth. l. c. *facient etiam;* codd. G, Cas. 1. *faciunt et.*

9. *vocem eorum audi* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, S, U, V, Hugo, Brev. gothic. l. c., Gregorius M., Beda, Rabanus *audi vocem eorum;* cod. R mendose *audi vocem meam.* Pro *ius regis*, cod. B *iussa regis*, hebraeus מִשְׁפַּט הַמֶּלֶךְ, quod plures exponunt de *iure* quod regi propter dignitatem ei collatam competit. « Sed, inquit Maurerus, » nonnulla eorum, quae inde a vers. 11. com» memorantur, ita sunt comparata, ut prae» stet sane, cum Iosepho intelligere τὰ παρὰ » τοῦ βασιλέως ἐσόμενα, *morem regis et* » *agendi rationem;* id, quod rex suo arbitratu » vivens impune faciet. » Ita s. Thomas 1. 2. q. CV. a. 1. hunc locum exponit: « Illud ius » non debebatur regi ex institutione divina, » sed magis praenunciabatur usurpatio re» gum, qui sibi ius iniquum constituunt, in » tyrannidem degenerantes et subditos de» praedantes, et hoc patet per hoc quod in » fine subdit: *Vosque eritis ei servi* (v. 17.), » quod proprie pertinet ad tyrannidem, quia » tyranni suis subditis principantur ut ser» vis. » Cf. idem Thomas *de regim. Princip.* lib. II, c. 9. et lib. III, c. 11.; concinit Beda in comm. ad h. l.

10. *Dixit itaque* — Codd. C, D, G, U *Dixitque.* Gregorius M. mox tacet *Samuel.* Pro *petierat*, codd. F, G, N, O, P, U, V *petierant;* scholiastes in cod. N adnotat: « Hebraeus et » antiqui habent *populum* in singulari, et *pe*» *tierant* in plurali; et similiter LXX. licet » aliis verbis. » Ita et supra vers. 7. legitur *Audi vocem populi in omnibus quae loquuntur;* et vers. 19. *Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt.*

11. *ius regis* — Cod. B rursum *iussa regis.*

12. *armorum*—Codd. G, K addunt *suorum;* favent hebraeus et graecus.

13. *Filias quoque vestras* — Cod. K *Filias vestras vero.*

14. *et vineas, et oliveta optima* — Cod. K *et oliveta, et vineas optimas.*

15. *Sed et segetes* — Brev. gothic. l. c. *Sed segetes.*

16. *Servos etiam* — Codd. B, R *Servos autem;* Brev. goth. l. c. *Servos quoque.* Post *ancillas* Gregorius M. tacet *et.*

17. *Greges quoque*—Tacent *quoque* sixtini, codd. A, B, H, K, L 4. (seu Q), Cas. 11., Brev. gothic. l. c.; his vero suffragantur hebraeus et chaldaeus. Pro *vosque eritis*, cod. C 1. m. *vosque tunc eritis;* cod. R *vos quoque eritis.*

18. *regis vestri* — Nonnulli codd. Cas. tacent pronomen. Post *Dominus* Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498. tacent *in.* Mox omittunt verba quae sequuntur *quia petistis vobis regem* sixtini, codd. A, C, D, H, K, L 9., M, N, N* 2. m., O, P, Q, U, V 2. m., Cas. 2., veronensis, Bibl. Ordin., Compl., Reg., priores editt. Rob. Steph., all.; apud Sabatierium codd. corbeiens. num. 1. et 3., et s. Germani num. 7. habent hoc additamentum in margine. Toletus adnotat: « Haec verba non habentur in » hebraeo, Compl., Reg., Ordin., nec in se» ptem mss. (hentenianis). At vero leguntur » in plurimis impressis, et multis manuscri» ptis, et a Gregorio (pag. 186. 199. 200.) » leguntur et exponuntur. Prior Congregatio » abstulit; posterior retinuit. » Attamen posterior Congregatio eadem verba primo expunxerat ut supra V, 6. Lucas Brugensis inter correctiones quas Vulgati editio adhuc requirere videtur hanc recenset, idemque adnotat: « Haec verba omittuntur ab antiquis quibus-

» dam manuscriptis, nominatim ab uno huius » ecclesiae, consentanee hebraicis, et graecis » quibusdam; nam in aliis graecis extant. » Immo vero si graecam excipias complutensem editionem, et quae ex eadem prodierunt, reliquae editiones et graeci omnes codices legunt ὅτι ὑμεῖς ἐξελέξασθε (vel ἠτήσασθε) ἑαυτοῖς βασιλέα. Ex graeco autem illa habuit vetus itala, ex qua demum in hodiernam Vulgati editionem illata fuerunt. Quapropter nobis maxime probatur Sabatierii et Vallarsii sententia; nam ille haud dubitavit eadem inter veteris latinae interpretationis fragmenta apud Vulgatum servata recensere: alter vero asseruit hieronymianos codices istud additamentum plane ignorare. Et re quidem vera tum optimae notae latini codices illud omittunt, tum nullum eius exstat vestigium vel in hebraicis codicibus, vel in aliis inde petitis interpretationibus.

19. *Noluit autem*—Cod. F et Gregorius M. tacent *autem*. Pro *Samuelis*, quidam rursum legunt *Samuel*. Mox Brev. gothic. l. c. tacet *Nequaquam;* item cod. 94. Kennicotti, praeter alios plures qui sufficiunt לֹא.

20. *nos quoque sicut*—Brev. gothic. l. c. *quoque nos sicut et;* mox vero pro *rex noster, et egredietur ante nos, et pugnabit*, idem Brev. gothic. legit tantum *rex, et pugnabit*. Cod. H notat hebraeum non legere *pro nobis;* atque id in margine Ordin. expungitur.

22. *ad Samuelem*—Rursum sixtini, et codices non pauci cum Brev. goth. l. c. *ad Samuel*. Pro *Audi*, cod. K iterum legit *Audivi;* cf. ad v. 7. Mox Gregorius M. p. 187. prosequitur *vocem populi, et constitue super eum regem. Et ait Samuel ad universos filios Israel;* cod. 60. Kennicotti כל אנשי, accedit arabs. Cod. H notat hebraeum pro *super eos*, legere *illis*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. VIII, 2. *Nomen secundi Abira*... 3. *Declinaverunt post divitias*.... 9. *Sed hoc testato testare illis*... *iudicium regis*... 13. *et paniquequas* (πεσσούσας).

Cap. IX, 1. *filius*—Cod. H *et filius*. Pro *Seror*, Sixtus, codd. B, C, D, E, F, G, I, M, aliique, maior pars veterum editt., Gregorius Magnus p. 188., Brev. goth. p. 269., Prudentius trecens. CXV, 1179., all. *Seor;* cod. P *Seon;* cod. K *Sarareth;* Bibl. Paris. 1566. *Zeror;* cod. N notat: « Secundum hebraeum *Seror;* vel secundum satis antiquos *Seor;* » vel secundum antiquiores *Seon*. » Sixtini et gregoriani emendarunt, quibus consentiunt codd. A, H, O, all., Bibl. Ordin., priores editiones Rob. Steph., all., Rabanus, Magdalius; hinc Toletus scribit: « Lege *Seror;* sic hebr., » graecus, manuscripti et utraque Congre» gatio. »

Ibid. *Bechorath*—Codd. A, K, O, V, Brev. goth. l. c. *Bechoreth;* cod. B *Becreth;* codices Vallarsii *Beoreth;* codd. R, S *Bechor;* cod. P *Decorath;* codd. C, D, F, I, U *Bechor, et hi;* verum scholiastes in cod. O recte notat: « Quidam addentes *i* ad nomen *Bechoreth*, » diviserunt in tria *Bechor et hi:* sed unum » nomen est, sublato *i*. » Eadem leguntur in comment. inedito magistri Andreae, in cod. vatic. 1053. Cod. E *Bechor Ethaei;* codd. L, N*, Cas. 2., antiquiores editiones *Bechor, filii Sareth;* cod. G *Bechor, filii Iareth* (graecus habet Ἰαρέδ pro *Seror*); Prudentius trecens. l. c. *Bechorathi, filii Sared;* Hugo *Bechor, et filii Sareth, et hi;* sed idem auctor notat correctiores libros non legere *et hi;* correctoria M, N et Liranus monent legendum esse *Bechorath*, et quod plus est, inquiunt, in quibusdam libris, non debet esse. Pro *Aphia*, codd. A, K *Abia*. Pro *Iemini*, codd. E, F, G, K, all., plures ex antiquioribus editionibus *Gemini;* at cod. N notat: « Istud *Iemini* » semper per *i* litteram capitalem scribatur. » Cf. ad Iudic. III, 15. XIX, 16.

2. *Et erat*—Brev. goth. l. c. tacet *Et*. Pro *vocabulo*, Gregorius M. p. 188. 202. *nomine*. Mox idem Gregorius p. 202. et Brev. gothic. l. c. tacent *vir;* item graecus. Pro *et sursum*, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. *ad sursum*.

3. *Perierant*—Brev. gothic. l. c. *Peregre ierant*. Pro *consurgens*, Gregorius M. p. 203.

surgens. Pro *Qui cum transissent*, Brev. goth. l. c. *Cumque transissent*; codd. K, U *Qui cum transisset*; favent hebraeus et veteres, excepto graeco.

4. *Salisa* — Cod. T *Helisa*; ad regionem Salisae pertinuisse videtur oppidum *Baalsalisa*, de quo IV Reg. IV, 42. Pro *et non invenissent*, cod. F *et cum non invenissent*. Pro *Salim*, Bibl. Lugd. 1535. et Magdalius *Saalim*; consonat hebraeus et cod. graecus alexandrinus, et Hieronymus, qui III, 275. scribit: « *Saalim*, villa, quam pertransiit Saul in » finibus Eleutheropoleos contra occidentem, » septem ab ea millibus distans. » Et ibidem p. 55. « *Salim*, vulpes; sed melius si legatur *Sualim*. » Fortasse idem est oppidum quod infra dicitur *Sual* XIII, 17. Pro *sed et per*, Gregorius M. *et per*; et mox *reperere*.

5. *venissent* — Gregorius M. *venisset*. Pro *Suph*, idem Gregorius et Bibl. Lugd. 1535. *Zuph*; cf. supra ad I, 1.; cod. F *Sophet*; addunt *et non invenerunt* codd. B, C, D 2. m., F, G, I, L 7., N*, S, V, Cas. plures, corbeiens. n. 3. et sangerman. n. 7. apud Sabatierium, Bibl. Lugdun. 1522., Hugo, Brev. goth. l. c., Gregorius M.; at vero istud additamentum expungi iubetur in correctoriis M, N, O; item a Luca Brugensi: Sabatierius autem ad veterem italam illud perperam retulit; nullum enim eius vestigium exstat vel in graecis codicibus, vel in latinis illius interpretationis monumentis; ut potius verba illa ex superiori versiculo latinorum scriptorum vitio huc translata dicenda sint. Post verba *ad puerum* addunt *suum* codd. A, B, C, F, G, I, K, L 6. (seu Q), R, S, T, V, Cas. plures, veronensis, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. goth. l. c., Beda; his suffragantur hebraeus et graecus; item Gregorius M., at hic tacet verba quae sequuntur *qui erat cum eo*; cf. Holmesius.

6. *Qui ait ei* — Brev. gothic. l. c. tacet *ei*. Pro *vir Dei est*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, T, U, V, Hugo, Brev. goth. l. c., Gregorius M., Beda, Petrus Com. *est vir Dei*. Mox pro *nobilis*, cod. Cas. 1., margo Ordin., Isidorus Clarius *honorabilis*; hebr. נכבד. Pro *omne*, codd. G, H, K, V *et omne*; accedunt syrus, arabs, armenus paucique graeci codices. Pro *sine ambiguitate*, sixtini, cod. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. 2., gothic. legion., Hugo, Brev. goth. l. c., Gregorius M., aliique *absque ambiguitate*. Mox Brev. gothic. l. c. tacet *illuc* (item graecus, sed conf. Holmesius), et pro *de via nostra*, legit *de re nostra*.

7. *Dixitque* — Beda *Dixit*. Pro *feremus*, cod. T *deferemus*. Post verba *ad virum* tacent *Dei* sixtini, codd. A, C, D 1. m., E, K, L 7., O, P, U, Cas. 13., goth. legion., veronensis, Bibl. Lugd. 1535., Brev. gothic. l. c., Gregorius M., Beda, Rupertus, Pseudo-Hieronymus; item hebraeus, excepto cod. 182. Kennicotti, qui cum Vulgato et reliquis interpretibus facit. Pro *defecit*, codd. G, R, S, Bibl. Ven. 1511., Lugd. 1513., Compl., Reg., priores editt. Rob. Steph., all. *deficit*.

Ibid. *sitarciis* — In hac voce mire discrepant libri; nec omnino certa est eius scribendi ratio apud Forcellini; Sixtus habet *sitarchiis*, quod Bukentopius pag. 468. perperam censuit esse illius editionis singulare mendum; nam eadem lectio habetur in cod. A, apud Bedam et in Bibliis Rob. Steph. 1528., Paris. 1534. 1541. 1573., Lugd. 1535. 1542., all.; hodiernam autem lectionem intulerunt sixtini, gregoriani et Toletus, quibus favent codd. D, F, H, U, Bibl. Rom. 1471., Ordin., Rob. Steph. 1532., Ven. 1533. 1538. 1544., Ant. 1537., Gregorius M., Isidorus IV, 504. VII, 421.; neque longe abeunt Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480. 1482., aliaque plura quae legunt *sitartiis*; at Bibl. Ven. 1494. 1498. 1511., Lugd. 1513., Compl., Reg., all. *sistartiis*; codd. E, G, I, O, R, V, Bibl. Mog. 1462., Ven. 1481. 1484. 1492. 1497. 1501., Hugo *sistarciis*; cod. C *sistarchiis*; cod. B *satarsiis*; cod. S, posteriores editt. Rob. Steph., Lovan. 1547., all. *cistartiis*; at non paucae ex hentenianis editionibus, veluti Ant. 1559. 1563. 1565. 1569. 1574., Basil. 1578., Franc. ad M. 1566., Ven. 1583. legunt *cistertiis*; alii cum Magdalio *sestertiis*; cod. K *sarcinis*; de

vocis etymo cf. Bukentopius p. 168., Lucas Brugens., Estius, Malvenda. Pro *homini Dei*, cod. K habet tantum *homini*; et cod. H notat hebraeum legere *viro Dei*; item in sequenti versiculo.

8. *Rursum*—Codd. D 2. m., F *Rursumque*. Pro *Sauli*, codd. Cas. 2. *ad Saul*; cod. F tacet. Pro *viam nostram*, Gregorius M. p. 206. *de via nostra*, uti v. 6. Iuvat hoc loco Hieronymi verba (VI, 471.) recolere: « Nec quemquam moveat illud quod in I Regum libro » legimus, Saul volentem ire ad Samuelem » dixisse puero suo, ad eum se ire non posse, quia pretium quod offerret pro vaticinio, non haberet, et puerum respondisse: » *Ecce inventa est in manu mea quarta pars* » *sicli pecuniae, et dabo* (שקל כסף ונתתי) » *viro Dei, et annuntiabit nobis viam nostram*: » non enim scriptum est quod Samuel acceperit, aut quod illi obtulerint: quin potius » a propheta pascuntur et invitantur ad prandium. Sed fac eum accepisse, stipes magis » aestimandae sunt tabernaculi, quam munera prophetiae. »

9. *in Israel sic loquebatur*—Gregorius M. *sic loquebatur in Israel*. Pro *consulere*, cod. K *ad consulendum*. Pro *Deum*, codd. B, C, F, G, I, S, Cas. 3., Brev. goth. l. c. *Dominum*. Post *Venite* tacent *et* codd. B, H, K, Gregorius M., Beda; item syrus, arabs et multi graeci codices; cod. Vallarsii legit hoc loco ut in sequenti versiculo, *Veni, eamus*; graecus Δεῦρο, καὶ πορευθῶμεν.

10. *eamus*—Cod. Cas. 1. *et eamus*; item graecus et multi hebraici codices apud De-Rossi. Pro *ierunt*, Gregorius M. *venerunt*.

11. *dixerunt eis: Num*—Gregorius M. *dixerunt ad eas: Numquid*.

12. *respondentes, dixerunt*—Cod. K *responderunt*. Pro *illis*, cod. E *ad illos*; cod. H notat hebraeum non legere istud pronomen: nimirum hebraeus pronomen habet non post verbum *dixerunt*, sed post *respondentes*; graecus autem utroque loco. Pro *ante te, festina*, codd. Cas. 2. *ante vos, festinate*; favent graecus et syrus; idque praefert Houbigantius. Pro *hodie populi*, codd. G, H, L 3., Q, Cas. 1., Pseudo-Hieronymus, Rupertus *hodie populo*; hebraeus היום לעם, graecus σήμερον τῷ λαῷ; Brev. gothic. l. c. legit tantum *populo*, Gregorius M. *populi*.

13. *excelsum*—Codd. F, G 2. m., H, R, S, V, Cas. 7., Brev. gothic. l. c. *in excelsum*, ut legitur vers. sequenti: alexandrinus hebraicum ipsum verbum tamquam nomen proprium retinens posuit ἐν Βαμᾶ, unde Hieronymus (III, 179.) ex Eusebio habet: « *Bama*, » ubi Saul ungendus in regem cum Samuele » cibum sumsit. Porro *Bama* Aquila semper » *excelsum* (ὑψώματι) transtulit. » Pro *comesurus*, plures veteres editiones, Gregorius Magnus, Beda, Angelomus, all. *comesturus*; alii non pauci et mss. et editi *comessurus*; emendarunt sixtini, quibus plerique codices suffragantur; cf. ad Gen. XLIII, 16. Pro *donec*, codd. Cas. 2. *antequam*. Mox Hugo tacet *ipse*. Pro *benedicit hostiae, et deinceps comedunt*, pauci codices, veteres editiones, Gregorius M., Angelomus *benedicet hostiae, et deinceps comedent*; item hebraeus; hodiernam lectionem ad fidem codicum fere omnium praetulerunt sixtini; cod. H notat hebraeum pro *hostiae*, legere *sacrificio*, et ita habet margo Ordin. Pro *conscendite*, cod. S, Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., all., Gregorius M. *ascendite*. Pro *reperietis*, Bibl. Ven. 1479. *reperieritis*.

14. *Cumque illi*—Cod. S, antiquiores editiones tacent pronomen, quod ad codicum fidem post Robertum Stephanum recte addiderunt lovanienses.

15. *Samuelis*—Sixtini et codices antiqui fere omnes *Samuel*. Pro *Saul*, Brev. gothic. l. c. *ad Saul*.

16. *hora, quae nunc est*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Gregorius M., Brev. goth. l. c. *quae nunc est hora*; Hugo *quae nunc hora est*. Pro *virum ad te*, codices mox laudati, et R, S, Gregorius M., Brev. goth. l. c. *ad te virum*. Pro *de Terra Beniamin*, codd. B, R *de Beniamin*; accedit graecus codex vaticanus. Mox Brev. gothic. l. c.

tacet *Israel;* e contrario post verba *salvabit populum meum*, codd. G, S, Cas. 4., Bibl. Ord. addunt *Israel;* item arabs et pauci graeci codices; at in cod. O expungi iubetur. In cod. B 1. m. deerant verba *populum meum de manu Philisthinorum;* Gregorius M. legit *Philisthiim*. Pro *venit enim clamor eorum ad me*, Brev. goth. l. c. *venit ergo clamor eorum coram me.*

17. *Cumque aspexisset* — Gregorius M. et Beda *Cumque respexisset*. Pro *dixit ei*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Brev. goth. l. c., Beda *ait ei:* Gregorius Magnus *ait;* Hugo *ait ad eum*. Pro *quem dixeram*, codd. Cas. 4. *de quo dixeram;* accedunt armenus et slavon. ostrog.

18. *Accessit autem* — Codd. G, S *Ascendit autem;* Beda tacet *autem;* Vallarsius mendose habet *Accessi autem*. Pro *oro, mihi*, cod. K *mihi, oro te*. Pro *ubi est*, Hugo *ubi sit*.

19. *Samuel Sauli* — Brev. goth. l. c. tacet *Sauli;* item cod. 1. Kenn. et cod. 121. Holmesii. Pro *ascende ante me*, Brev. goth. p. 270. et duo codices Kennicotti *ascende ad me;* utrumque connectit georgianus; Gregorius M. *sed ascende ante me hodie*. Pro *comedatis*, codd. B, F, G, L, N*, O, R, S, T, V, Cas. 8., antiquiores editiones, Gregorius M., Angelomus, Petrus Com., Brev. goth. l. c. *comedas;* Bibl. Lugdun. 1535. *comedes;* graecus, syrus et arabs habent singularem numerum, quod Houbigantio probatur; at cod. N notat: « Hebraeus et antiqui habent *comedatis*. » Cod. H notat hebraeum pro *dimittam*, legere *mittam*. Pro *in corde tuo*, Gregorius M. *in animo tuo*.

20. *Et de asinis* — Codd. V, Cas. 2. *Et de asinabus;* utraque lectio apud Hugonem memoratur. Pro *nudiustertius perdidisti*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Brev. goth. l. c., Gregorius M., Beda, Angelomus, Rabanus, Pseudo-Hieron., Rupertus *perdidisti nudiustertius*. Pro *ne solicitus*, cod. B *nec solicitus*. Cod. veronensis addit *asinae* post verba *inventae sunt*. Pro *cuius erunt*, Gregorius M. et Isidorus Clarius *cui erunt*, quod sequenti membro melius respondet. Pro *quaeque*, Bibl. Ven. 1479. *quaecumque;* nonnulli cum Petro Com. addebant *in*, quod in cod. O expungitur. Mox tacent *omni* codd. C, N, P, U, V, Cas. 1., goth. leg., Hugo; scholiastes autem in cod. N notat: « Antiqui non interponunt *omni*, nec etiam » LXX. (addere possumus syrum et arabem); » quare praesumo quod non fuit in antiquis » hebraeis. Require supra V. (v. 10.) » At vero nullus est codex hebraicus qui omittat ולכל; immo adsunt graeci codices qui supplent παντί.

21. *Respondens autem Saul, ait* — Cod. H, Bibl. Lugd. 1522. *Respondit autem Saul, et ait*. Pro *non filius*, Bibl. Ven. 1479. *non sum filius*. Pro *familias de tribu*, codd. T, Cas. 1., Brev. gothic. l. c. *cognationes de tribu;* codex Martianaei legit *cognationes tribus;* non male.

22. *itaque* — Cod. Cas. 1. tacet. Cod. H notat hebraeum pro *triclinium*, legere *cubiculum;* at eodem prorsus sensu metonymice *triclinium* usurpatur, quod Beda diserte exponit.

23. *coco* — Non pauci ex priscis codd. cum Gregorio Magno et Brev. gothic. l. c. praeferunt *coquo*. Bibl. Paris. 1566. mendose *dedit*, pro *dedi;* et Bibl. Rom. 1471. *praecepit*, pro *praecepi*.

24. *Levavit* — Gregorius M. *Tulit;* sic multi graeci codices ἦρεν. Ad vocem *armum* cod. E addit *femur.;* hebraeus habet השוק והעליה, quae verba chaldaeus interpretatur *armum et femur eius* שקא וירכיה; ad litteram hebraica verba reddi possunt *armum et quod super illum;* at vero id alii intelligunt de coxendice, seu femore, uti Ephraemus I, 351.; alii de iure carni superposito, quocum caro edebatur; cf. Maurerus. Post *Dixitque* Brev. goth. l. c. addit *ei;* graecus τῷ Σαούλ. Pro *pone ante te*, Brev. gothic. l. c. *pone apud te;* Beda *pono ante te*. Pro *de industria*, cod. A *industria;* Hieronymus hoc loco aperte Symmachum imitatus est, qui hebraicum למועד reddidit ἐπίτηδες. Mox pro *servatum*, cod. Cas. 1. *reservatum*. Bibl. Lugd. 1535. *quum*, pro *quando*. Ante *die* cod. goth. leg. tacet *in*.

25. *stravitque Saul in solario, et dormivit*

—Tacent haec verba sixtini, gregoriani 1. m. (uti ad V, 6.), codd. A 1. m., C, D, H, L 5., O, Q, T 1. m., U, goth. leg., sangermanensis n. 7. prima manu, item corbeiensis n. 3., alii apud Sirletum, Vallarsium et Lucam Brugensem (de quo infra), Bibl. Ord., Compl., Reg., Lugd. 1535., priores editt. Rob. Steph., all., Beda; ex parisiensi correctorio dominiciano Richardus Simonius et Gabriel Fabricius hanc notulam proferunt: « Beda et hebraeus non habent; sed moderni et antiqui » habent communiter. » At in nostro cod. N adnotatur: « Quod interponitur sic: *stravitque » Saul in solario, et dormivit,* nec hebraeus, » nec antiqui habent. Graeci totum hoc inter» ponunt: *et descendit de excelso in civitatem, » et stravit* (codd. *διέστρωσεν*) *Saul super » tectum et dormivit.* » cod. P notat: « Hebraeus non habet, sed graeci addunt. » In Bibliis editis Paris. 1837. latini codices plures et potiores additamentum non habere dicuntur; hos enumerat Lucas Brugensis: « S. Donatiani unus, s. Germani duo, Hentenii duo, Hunnaei quatuor, Plantini unus; » bessarionici codicis margo praetermittendum monet; denique Epanorthotes in anti» quis libris non haberi testatur. » Toletus ipse dum nobis rationem exponit qua postremi romani correctores, qui illa verba retinuerunt, permoti sunt, argumenta haud dissimulat quae adversantur; scribit enim: « Haec non sunt in hebraeo, nec in Compl., » Reg., Ordin. et aliquot mss.; tamen haben» tur apud LXX., et leguntur et exponuntur » a Gregorio, et habentur etiam in Lovan. » et plurimis impressis ac multis mss. et in » Brev. romano (*Domin. III. post Pentec.*). » Prior Congregatio abstulit; posterior reli» quit. » Itaque gregoriani censores hanc pericopam servandam esse censuerunt, quia eadem exstat in graeca versione, in plurimis latinis codicibus, in Brev. romano et apud Gregorium M.; Houbigantius quoque plura protulit ut haec eadem verba genuina esse, atque e sacro textu excidisse demonstraret; et Bukentopius pag. 32. et 169. vult illa ex graeco supplenda esse. Haec autem abunde demonstrant neminem romanos correctores iure suggillare posse ob sententiam, quam sequuti sunt. Attamen si criticam ipsam quaestionem paullo accuratius expendere velimus, facile intelligemus hodiernam Vulgati lectionem exhibere geminam eiusdem commatis interpretationem, alteram nempe hieronymianam ex hebraeo, alteram veteris italae ex graeco. Nam verbis sacri textus: וידבר עם־שאול על־הגג: וישכמו, in graeca versione respondent ista: *καὶ διέστρωσαν τῷ Σαοὺλ ἐπὶ τῷ δώματι, καὶ ἐκοιμήθη.* Hieronymus ex hebraeo habet: *et locutus est cum Saule in solario. Cumque mane surrexissent;* vetus autem itala ex graeco posuit: *stravitque Saul in solario, et dormivit.* Discrimen interpretationis alexandrinum inter et Hieronymum inde ortum est, quod ille pro דבר, legebat רבד aut רפד; et pro וישכמו, legebat וישכב. Ex hisce autem aperte colligitur 1°. hodiernum Vulgatum habere unius eiusdemque sententiae duplicem interpretationem, unam ex hebraeo, alteram ex graeco petitam: 2°. neque in hebraico textu neque in graeca versione quidquam excidisse: 3°. hieronymianam versionem cum hebraico textu prorsus consentire: 4°. graecam translationem nullum additamentum prae se ferre: 5°. denique verba hieronymianae versioni inserta ex veteri itala manifestissime derivata fuisse. Conf. Cappelli *Critica sacra V, XI.*, De-Rossi *de praecip. caussis, p. 99.*, Calmeti *Comm. in h. l.* Reliquum est ut huius additamenti varietates memoremus: recentior manus quae haec supplevit in codice A scripsit: *stravitque Saul, et dormivit in solario;* huic consentiunt codd. F, V et alii tres apud Sabatierium; cod. K tacet *in solario,* quod neque a Gregorio M. lectum videtur; duo codices apud Lucam Brugensem legunt tantum *et dormivit.* Denique animadverte Gregorium Magnum nomen *Saul* veluti in recto positum habuisse; nam subaudit *sibi;* at vero graecus legit *τῷ Σαούλ.* Ceterum de *solario* praeclare disserit Hieronymus in epist. CVI, n. 63. « *Δῶμα*

» in orientalibus provinciis idipsum dicitur, » quod apud nos *tectum*. In Palaestina enim » et Aegypto, ubi vel scripti sunt divini li- » bri, vel interpretati, non habent in tectis » culmina, sed *domata*, quae Romae vel *sola- » ria* vel *maeniana* vocant, id est plana tecta, » quae transversis trabibus sustentantur. »

26. *Cumque* — Codd. A, B *Cum enim*. Pro *surrexissent*, cod. G, Bibl. Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *surrexisset*; graecus quoque, ut vidimus in superiori versiculo, singularem numerum exprimit. Pro *iam elucesceret*, sixtini, codd. A, C, D, G, H, I, K, M, O, T, U, V, Cas. plures, Gregorius M., aliique apud Sirletum *iam dilucesceret*; cod. L, et antiquiores editiones *iam dies lucesceret*; cod. S *iam dies dilucesceret*; cod. R *iam lucesceret*; cod. E *iam diluculo lucesceret*; codd. F, Cas. 2. *antequam dilucesceret*; hodiernam lectionem ex codicibus a Roberto Stephano memoratis hauserunt lovanienses. Pro *Saulem*, codd. C, D, G, aliique plures *Saul*. Pro *in solario*, sixtini, codd. A, F, G, I, K, R, S, T, U, V, Hugo *in solarium*; diserte autem animadvertit idem Hugo non dici Samuelem vocasse Saulem, qui dormivit in solario, sed vocasse Saulem in quamdam partem solarii, id est in superiorem partem domus, ut ibi secretius loqueretur; cod. E *in solarium domus*; Brev. gothic. pag. 271. *in solario domus*.

Ibid. *et dimittam* — Sixtus, codd. C, E, F, G, H, I, K, R, S, U, V, Biblia Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., aliaque plura *ut dimittam*; at Toletus: « Lege *et dimittam*; sic » hebraeus, graecus, Complut., Reg., Grego- » rius et Congregatio. » Nimirum sic censuerunt sixtini et gregoriani, quibus codd. A, B, aliique plures concinunt; cod. H notat hebraeum legere *mittam*. Pro *egressique*, antiquiores complures editiones *egressi*; Brev. goth. l. c. *et egressi*.

27. *in extrema parte* — Codd. I, T, V *in extremam partem*. Pro *verbum Domini*, codd. H, L (seu Q), V, Bibl. Compl., Reg., priores editt. Rob. Steph., all. *verbum Dei*; item hebraeus et graecus, vix paucis exceptis codicibus.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. IX, 2. *Neque longior super humeros eius super totam terram*. . . . 7. *Et plus non est nobis quod offeramus homini Dei, quam sufficiat nobis*. . . . 8. *sicli* (*pro* stateris). . . . 11. *Et ipsis ascendentibus ascensum suum civitatis, conveniunt duas puellas exeuntes ad implendam aquam*. . . . 12. *Sacrificium est Domino hodie in Bama populo*. . . . 13. *Et postea edentes hospites*. . . . 21. *Et patria* (πατριά) *mea minima est prae omnibus civitatibus Beniamin*. . . . 22. *Quasi ·LXX· homines*. . . . 24. *quoniam in testimonium positum est tibi propter ceteros: manduca*. . . . 25. *Et descendit de Bama in civitatem; et straverunt Saul in domum* (ἐπὶ τῷ δώματι), *et dormivit*. 26. *Et factum est ante lucem, et vocavit Samuel Saul in domum dicens*.

Cap. X, 1. *effudit* — Brev. gothic. p. 272. *fudit*. Pro *deosculatus est eum, et ait*, sixtini, codd. A, C, D, I, O, U, Cas. 2., gothic. leg., Hugo *deosculatus eum, ait*; Gregorius M., Brev. gothic. l. c., Petrus Com. *osculatus est eum, et ait*.

Ibid. *et liberabis populum suum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signum, quia unxit te Deus in principem* — Tacent haec verba sixtini, gregoriani 1. m. (ut V, 6.), codd. A 1. m., D, E, I, K, L 8., M, N, O, Q, T 1. m., U, Cas. 4., veronensis, Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498., Compl., Reg., Lugd. 1535., Paris. 1566., all., margo Ord., Brev. goth. l. c., Petrus Com.; cod. V in margine notat: « Nec hebraeus, nec » antiqui habent, sed LXX. in graeco. » Correctorium dominicianum apud Richardum Simonium et Gabrielem Fabricium hanc habet notulam: « Haec non legunt hebraeus, qui- » dam antiqui; sed alii antiqui et moderni » legunt. » In nostro cod. M scholiastes notat: « Hos duos versus hebraeus et antiqui » non habent. » Nicolaus Liranus, Dionysius Carthus. et Magdalius: « Ista littera non est » in hebraeo, nec est de textu; sed ab aliquo » antiquo doctore fuit apposita per modum

» glossae, et postea inserta textui per ignorantiam scriptorum, sicut est in pluribus » aliis locis. » Lucas Brugensis in suis *Lectionum varietatibus* scribit: « Haec confodienda » censet Epanorthotes: quamquam enim in » graecis plerisque libris legantur, tamen ab » antiquis latinis et ab hebraeo absunt. » Vallarsius denique animadvertit melioris notae latinos codices illam pericopam ignorare, qua hebraeus quoque textus prorsus caret; ex hac autem latinae versionis cum hebraico exemplari conformitate, evincit Hieronymum nil de hebraica veritate immutasse. Toletus, ut solet, paucis verbis argumenta quae in utramque partem sua aetate proferebantur tangit, atque romanorum censorum quaenam fuerit sententia testatur scribens: « Haec non » habentur in hebraeo, graeco, Complut., » Reg., et 8. mss. *(hentenianis)*; tamen ha» bentur in Ord. et plurimis impressis ac in » Brev. romano *(Domin. III. post Pentec.)*, » et exponuntur a Gregorio. Prior Congrega» tio expunxit, posterior restituit. » Toletus hoc loco graecam complutensem editionem et regiam antuerpiensem ex illa descriptam inspexit, adeoque additamentum, de quo agimus, in graeca versione deesse affirmavit. At vero illud apud graecos non deesse facile deprehendisset Toletus si vel romanam, vel aliam quamlibet graecam editionem, immo si quosvis graecos codices consuluisset; nullum enim graecum codicem reperit Holmesius in quo verba illa desiderentur. Ex prolatis itaque testibus colligimus illud additamentum ad hieronymianam interpretationem ex hebraeo fonte derivatam non pertinere: quin potius ex graeco ab auctore veteris italae petitum fuisse: ac proinde illud reliquis laciniis a Sabatierio coacervatis merito superaddendum esse. At quis dixerit undenam illud hauserint graeci? Houbigantius autumat olim in hebraicis codicibus exstitisse; at multo nobis verisimilius videtur ab ipsis graecis scriptoribus, ut alia huius generis non pauca, adiectum fuisse; pronum enim erat, collatis aliis huius narrationis partibus, ac praesertim IX, 16. et infra v. 7., ea interponere, quae heic habentur. Ceterum latini testes, qui praedicta verba legunt, non modice inter se discrepant; nam pro *et liberabis*, codd. A 2. m., F, G, M, R, S, T 2. m., V, Cas. 8. *et tu liberabis*; item graecus καὶ σὺ σώσεις, ac praeterea praemittit καὶ σὺ ἄρξεις ἐν λαῷ Κυρίου, quae apud latinos non leguntur: pro *populum suum*, codd. A 2. m., B, C, F, G, H, R, S, T 2. m., V, goth. leg., Gregorius M., Hugo *populum eius*; graecus αὐτόν: pro *de manibus*, codd. C, S, Gregorius M., Theutmirus apud Claudium taur. *de manu*; graecus ἐκ χειρός: post *inimicorum* cod. goth. leg. tacet *eius*; cf. Holmesius: post *in circuitu* rursum tacent *eius* codd. A 2. m., B, C, F, H, T 2. m., V, Cas. 3.; graecus non modo omittit pronomen, sed (paucis exceptis codd.) neque legit *in circuitu*: pro *quia*, codd. Cas. 2. *quod*: pro *Deus*, codd. B, C, R, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476. 1479. 1482., Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. cum graeco *Dominus*: denique apud Claudium taurin. et Theutmirum hoc additamentum ponitur post aliud de quo sermo erit ad seq. versiculum.

2. *Cum abieris* — Codd. C, F, antiquiores editt., Brev. goth. l. c., Petrus Com. *Cumque abieris*, ut vers. seq. Pro *hodie a me*, codd. C, D, E, G, V *a me hodie*.

Ibid. *in Meridie* — Particulam *in* tacent codd. C, G, M, N, O, R, goth. legion., Beda, Brev. goth. l. c. aliique apud Lucam Brugensem; cod. H notat hebraeum legere *in Zelza*, quod interpretatur, inquit, *in umbra*; Isidorus Clarius legit *in Zelzach* ex hebraeo בצלצח, quod proprium nomen est oppidi Beniamitarum. At cur pro *umbra*, Hieronymus posuit *Meridie?* umbra enim, ait Ioh. Clericus, meridiei tam opponitur, quam tenebrae luci. Verum in primis haud satis certum est hebraicae vocis etymon; Gesenius in *Thes. pag. 1169.* coniectatur esse ex צל *umbra*, et צח *sol*; quasi sit *tutela a sole*; dein sunt graeci codices qui cum edit. Compl. habent μεσημβρίας *meridiei*; ad hanc autem vocem

Schleusnerus scribit: « Vel in mente habuit » interpres notionem *ardoris* et *caloris*, quam » Schultensius voci צלח vindicavit, vel cogi- » tavit de notione *secandi*, *findendi*, quam » habet צלח, quia meridies diem quasi se- » cat. Etiam vox צלע Exod. XXVI, 35. *pla-* » *gam caeli* notat. » At de alexandrino interprete mox plura dabimus. Interim ad latinos revertimur: hoc loco addunt *salientes magnas foveas* codd. C, G, L, R, S, T 2. m., Cas. 6., baverianus (in *Repert. Or. Eichhornii, t. XVII.*), alii apud Lucam Brugensem, Bibl. Lugdun. 1522., Hugo, Gregorius M., Claudius taur., Theutmirus, Bonaventura *in Thren.*; cod. V *psalientes magnas foveas;* alius cod. apud Sirletum legit *facientes magnas foveas,* de qua lectione vide infra. Hoc autem additamentum in melioris notae codicibus non legitur, quod et Liranus apud Tostatum asserit, atque in correctoriis M, N, O expungitur; horum prius notat: « Hebraeus et » antiqui non habent; et si inutilis videatur » exponere, magis est postilla quam glossa. » In margine vero eiusdem codicis M adscriptum veteri manu legitur: « Plures antiqui, » et hebraeus non habent hoc, scilicet *salien-* » *tes magnas foveas;* sed quidam intelligunt, » quae forte magis postilla est, et exponunt » dicentes tam exercitationis, quam delecta- » tionis. In quibusdam autem libris inveni- » tur *facientes magnas foveas*. In postillis ve- » ro Cantuariensis dicitur, quod hebraeus » habet *claras foveas*, ut sit nomen loci; et » verum est quod ubi nos legimus *meridie*, » in hebraeo habetur *Beselsa* (בצלצח), quod » interpretatur *in verba clara*, quod interpres » noster magis ad sensum transtulit *meridie*. » Sed hebraei intelligunt etiam pro nomine » loci. » Laudata expositio Cantuariensis memoratur quoque apud Hugonem a s. Charo et apud Dionysium Carth. qui scribit: « He- » braeus habet *ad claras foveas*, quod potest » esse nomen proprium quemadmodum *Cla-* » *ravallis;* verumtamen magis periti asserunt » istud, videlicet *salientes magnas foveas* in » hebraeo non haberi. » Re quidem vera apertissime constat haec verba spuria esse; at undenam orta fuerint non ita facile demonstrari potest. Neque enim satis constat quid graeci legerint in suo hebraico exemplari; neque quid latini in graeca versione, ex qua illa verba derivata esse videntur, habuerint. Plura ad huius impeditissimae quaestionis explanationem a Luca Brugensi in *Notationibus* proferuntur. Nos paucis verbis quod probabilius videtur declarabimus. Graecus vaticanus, cui fere omnes codices consentiunt, habet ἁλλομένους μεγάλα, quod fortasse primitus a latinis reddebatur *salientes magnopere*, vel *magnifice;* inde vero scriptorum vitio factum fuit *salientes magnas foveas;* graeci respexisse videntur ad verbum צלח, quod alibi quoque reddiderunt per verbum ἅλλομαι, at de suo addiderunt μεγάλα, quemadmodum latini invexerunt *foveas*. Aliorum interpretum lectiones ex Origenis Hexaplis in graecis codicibus permiscentur; nam praeter illam, quam Hieronymus, uti superius diximus, imitatus est, profecto hebraicam ipsam vocem plus minus corruptam servarunt tum qui posuerunt ἐν Σηλῶ, tum alii qui habent ἐν Βακαλάθ. Conferatur vetus latina interpretatio ex graeco, quam ad calcem huius capituli subiicimus. Chaldaeus quoque, syrus et arabs nominis proprii sonum retinuerunt. Pro *ad quas*, Brev. gothic. l. c. *quas*.

3. *Cumque abieris inde* — Gregorius M. *Cum inde abieris*. Mox Brev. goth. l. c. tacet *et veneris;* nam duo verba, *transieris* nempe, et *veneris*, videntur exhibere geminam interpretationem vocis ובאת. Pro *te ibi tres*, codd. L, Cas. 1., antiquiores editiones, Angelomus, Petrus Com. *te tres;* apud Gregorium M. *te tres ibi;* mendose Vallarsius *te tibi tres*. Pro *ad Deum*, codd. E, F, I, V, Cas. 2., Gregorius M., Rabanus, Pseudo-Hieronymus, Brev. gothic. l. c. *ad Dominum*. Pro *et alius tres tortas*, codd. R, S, Cas. 2. *et alius portans tres tortas;* it. hebraeus et graecus; at cod. O notat verbum *portans* legi in primo et tertio membro, non vero in secundo; Gregorius M.

illud omittit in tertio membro; Bibl. Ordin. tacent *et*. Pro *lagenam*, antiquissimi codices *lagoenam* aut *laguenam;* cf. ad Iudic. VII, 16.

4. *de manu*—Brev. goth. l. c. *de manibus;* item chaldaeus (in polyglottis londinens.), syrus, armenus, slav. et georg.

5. *Post haec venies*—Bibl. Antuerp. 1583., Ven. 1588., Angelomus *Post haec veniens;* cf. Lucas Brugensis. Pro *in collem Dei*, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, antiquiores editt., Isidorus VII, 421., Beda, Brev. goth. l. c. *in collem Domini;* Gregorius M. *ad collem Domini;* Rabanus, Angelomus, Pseudo-Hieronymus, Rupertus *ad collem Dei*. Mox pro *ibi urbem*, codd. T, Cas. 1., Gregorius M., Brev. goth. l. c. *urbem;* Angelomus *in urbem;* codd. O, S *urbem ibi*. Pro *obvium*, nonnulli codices cum Angelomo et Brev. gothic. l. c. *obviam*. Pro *descendentium*, Gregorius M. *descendentem*.

6. *cum eis* — Desunt haec in cod. Cas. 1. Pro *virum alium*, codd. K, Cas. 1. *virum alterum*.

7. *Quando ergo evenerint signa haec omnia tibi, fac quaecumque invenerit*—Gregorius M. *Quando enim venerint tibi omnia signa haec, fac quodcumque invenerit;* legunt quoque *venerint* cod. H, Rabanus, Angelomus, Pseudo-Hieronymus, Brev. goth. l. c.; cf. infra v. 9.; *signa haec* Hugo; *quodcumque* Rupertus. Pro *Dominus tecum est*, codd. L, Q, Bibl. Compl., Reg., Lugdun. 1535., Rabanus, Angelomus, Pseudo-Hieronymus, Rupertus *Deus tecum est;* item hebraeus et graecus; Bibl. Mogunt. 1462., Paris. 1566. 1573. *Dominus est tecum;* Bibl. Rom. 1471. tacent *tecum*.

8. *Et descendes*—Cod. D tacet *Et*. Pro *ego quippe*, Brev. gothic. l. c. *et ego quippe*. Pro *offeras*, Bibl. Lugd. 1535. *auferas*. Mox Brev. gothic. l. c. omittit *oblationem, et immoles;* margo codicis H ex hebraeo sic habet *ad offerendas, et immolandas victimas pacificas;* cod. S addit *Domino*. Post verbum *expectabis*, cod. M et Gregorius M. addunt *me;* mox idem Gregorius p. 243. (non item p. 287.) omittit *ad te*. Pro *quid facias*, codd. A, B, E 1. m., H, I, K, T, Cas. plures, antiquiores editiones, Gregorius M., Pseudo-Hieronymus, Rupertus, Petrus Com. *quae facias*.

Ibid. *immoles victimas pacificas: septem diebus expectabis* — Pseudo-Hieronymus animadvertit: « Videtur quibusdam inculpabiliter Saul obtulisse holocaustum, quum Samuel expectatus ab eo, iuxta placitum septem dierum non venerit. Quod si quis hunc locum bene distinxerit, inveniet eum non immerito culpatum fuisse et inobedientiae redargutum. Locus autem hic apud hebraeos ita distinguitur: *et descendes ante me in Galgala: ego quippe descendam ad te.* Et postea infertur: « *Ad offerendas oblationes et immolandas victimas septem diebus, exceptabis donec veniam ad te, et ostendam tibi quae facias.* Non ergo Samuel suum praestolari adventum Sauli septem dierum tempore praecepit, sed ad offerendas oblationes, et immolandas victimas pacificas, se ab eo eisdem septem diebus voluit expectari. Quod ille nequaquam fecit, et ideo merito culpatur, et stultitiae elogio denotatur. » Haec eadem verba leguntur apud Rabanum, Angelomum et Rupertum; memorantur praeterea in cod. M, ubi scholiastes habet: « Secundum hebraeum et secundum glossam Hieronymi ita debet punctari, quia Samuel intellexit septem dies consecrationis et immolationis, quod Saul male intellexit de septem diebus expectationis, ut dicit Hieronymus. » Hinc vero glossa interlinearis expresse adnotat: « Septem itaque dies non ad expectandum, sed ad immolandum statuti sunt. » Unde legebant *immoles victimas pacificas septem diebus: expectabis* etc. De eadem sententia agunt Hugo de s. Charo, Dionysius Carth., Nicolaus de Lira, Petrus Com., aliique; at isti vel de illa dubitant, vel eamdem aperte refellunt; et merito: nullum enim in hebraico textu praesidium habet, neque in orationis serie aut in vetustis interpretibus.

9. *venerunt* — Codd. V, Cas. 4. *evenerunt;* Gregorius M. addit *ei*.

10. *insiluit*—Alii codd. praeferunt *insiliit;* Bibl. Lugd. 1535. *insilit;* conf. ad XI, 6. Pro *Domini,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, L 3. (seu Q), O, T, U, V, Cas. 7., Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535., Eucherius, Claudius taurin. *Dei;* item Augustinus cum hebraeo et graeco; et Toletus ipse notat: « Lege » *Dei;* sic hebraeus, graecus, Compl., Reg., » manuscripti et prior Congregatio. » Cur igitur in vaticanis editionibus haec lectio recepta non fuit? Apud Gregorium M. hic versus desideratur.

11. *Videntes*—Cod. B *Viderunt.* Mox cod. S et Brev. gothic. l. c. tacent *omnes,* pro quo Gregorius M. legit *eum.* Pro *heri,* codd. H, I et Brev. goth. l. c. *ab heri.* Eucherius omittit *et prophetaret;* item graecus, at conf. Holmesius. Post verba *Quaenam res* Gregorius M. addit *est quae,* sed post *num* tacet *et.* Pro *inter prophetas,* codd. A, D, G 1. m., N, O, P, T, U, Cas. 4., Rabanus, Claudius taur. *in prophetis;* it. Tertullianus apud Sabatierium; cod. N notat interpretem heic posuisse *in prophetis,* et in sequenti versiculo *inter prophetas,* eodem pacto quo Lucae I. posuit primo *benedicta tu in mulieribus* (v. 28.), et postea *benedicta tu inter mulieres* (v. 42.).

12. *Responditque* — Cod. E, Bibl. Ven. 1511., Lugdun. 1513., priores editt. Rob. Steph., all., Gregorius M., Rabanus *Respondit;* cod. B *Respondensque.* Pro *alius,* codd. B, E, H, I, S, Gregorius M., Pseudo-Hieronymus, Brev. gothic. l. c. *alter.* Pro *Et quis,* codd. C 2. m., D, E, F, I, L 4., U, Cas. 3., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1511. 1519., posteriores editt. Rob. Steph., all. *Et Cis;* cod. Cas. 1. *Et quis est Cis;* codd. R, S, Cas. 6. *Et quis est;* cf. Holmesius. Mox pro *eorum,* Sixtus, codd. B 2. m., C 2. m., D, F, I, L 4., M, N*, R, S, U, Cas. 6., baverianus, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476. 1479., posteriores editt. Rob. Steph., all., Rabanus in *spicil. solesm. IV, 127.,* Liranus *eius;* Houbigantius et Dathius hanc lectionem tueri conantur ex graeco, syro et arabe; at contra Maurerus demonstrat id referendum esse ad prophetarum coetum, ut sensus sit: quemnam tandem patrem, id est ducem ac magistrum habent prophetae isti, ut Saulus indignus in eorum societate versetur? Egregius vere magister qui talem hominem in prophetarum chorum recepit! Recte igitur emendarunt sixtini et gregoriani, quibus potior pars codicum et veteres scriptores suffragantur; unde Toletus: « Lege *eorum;* sic hebraeus, » Compl., Reg., Ord., mss. et utraque Con- » gregatio. Gregorius non solum legit *eorum,* » sed etiam inquirit causam cur, cum dictum » sit in singulari *filio Cis,* nunc dicatur in » plurali *eorum* (p. 249.). In graeco tamen » et Lov. habetur *eius.* » Criticam hanc quaestionem fuse pertractant Petrus Com. et Hugo de s. Charo, quorum summa haec est: « Tri- » plex est littera hic; quidam habent *Et Cis* » *est pater eius*... Alii habent *Et quis pater* » *eius?* et sic legit Andreas.... Alia littera » habet *Et quis pater eorum?* ita Hieronymus » et Rabanus. » Denique accedunt correctoria; cod. M notat: « *Et quis pater eius;* alii » *eorum.* Hieronymus exponit pater, id est » magister eorum; quis docuit eos prophe- » tare? » In cod. O strictim perscribitur: « *Et* » *quis pater eorum?* sic hebraeus et antiqui. » Alii *eius.* » Demum Epanorthotes in cod. N diserte scribit: « Secundum hebraeum et Hie- » ronymum *Et quis pater eorum,* magister, » id est, maior dignitate et sapientia uti » Saul? Iuxta autem quosdam antiquos *Et* » *quis pater eius?* vel secundum alios *Et Cis* » *pater eius;* et haec littera LXX. in latino. » Nescio vero si de alia translatione est in » graeco, qui habet *Et si quis pater eius,* an » liber de translatione LXX. in latino falsus » est. » Non immerito suspicabatur Epanorthotes falsum fuisse librum, qui veterem latinam ex graeco interpretationem ei servabat; nam etsi plures adhuc supersint graeci codices qui hoc loco addunt οὐ Κίς, omnes tamen consentiunt in lectione Καὶ τίς πατὴρ αὐτοῦ; cf. latina interpretatio ex codice legionensi ad huius capituli calcem subiecta. Interim ex dictis colligimus auctorem nostri

codicis N, qui medio ferme seculo tertiodecimo florebat, prae manibus habuisse exemplar Bibliorum veteris italae. Utrum autem vetus illa interpretatio seriori aetate a quoquam scriptore visa adhuc fuerit incompertum habemus. Post *Num* tacent *et* Bibl. Ven. 1479. et Gregorius M.

14. *Dixitque patruus* — Gregorius M. *Dixit autem patruus;* Brev. goth. l. c. *Dixit autem pater;* et iterum legit *pater* vers. 15. et 16. Pro *Quo*, mendose Vallarsius *Quod*.

15. *dixit ei* — Cod. K tacet *ei;* item hebraeus et graecus, at cf. Holmesius. Post *dixerit* Gregorius M. omittit *tibi,* ut cod. 149. Kenn.; at hebraeus et veteres, excepto graeco, habent pronomen pluralis numeri *vobis*.

16. *quia inventae essent*—Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., all. *quod inventae essent;* codd. E, G, Gregorius M., Brev. gothic. l. c. *quia inventae sunt*. Pro *De sermone*, Gregorius M. *Sermonem*. Pro *locutus fuerat ei Samuel,* sixtini, codd. A, E, F, G, H, I, K, T *locutus illi fuerat Samuel;* codd. C, D, U, V *locutus ei fuerat Samuel;* Gregorius M. *locutus ei Samuel fuerat*.

17. *Et convocavit* — Cod. G *Et vocavit;* Gregorius M. *Vocavit;* cod. baverianus tacet *ad Dominum,* ut duo codices Kennicotti. Pro *Maspha,* rursum codices non pauci, antiquiores editt., Gregorius M., Beda, all. *Masphat* vel *Masphath;* cf. ad VII, 5.; at cod. N notat *Maspha* hoc loco scribi sine *th* aut *t* finali; eamdem varietatem prae se ferunt graeci codices.

18. *Aegyptiorum, et de manu*—Haec apud Gregorium M. desunt.

19. *Vos autem* — Cod. B tacet *autem*. Pro *Deum,* codd. B, E, F, G, I, S, V, Cas. plures, antiquiores editiones, Brev. goth. l. c., Gregorius M., Rupertus *Dominum Deum;* consentiunt pauci codd. hebraici apud Kennicottum; at praeter alios latinos codices, obstant correctoria M, N, O; codd. D, T, Beda legunt *Dominum*. Pro *regem constitue super nos*, cod. Cas. 1. *regem constitues super nos;* Brev. goth. l. c. *regem constitue nobis;* Gregorius M. *rex erit super nos;* cf. VIII, 19. Cod. H notat hebraeum legere *Et dixistis ei, quia regem constitues super nos;* at de hoc hebraici textus loco vide De-Rossi *Varr. Lectt.* Pro *Nunc ergo*, cod. F et Brev. goth. l. c. *Nunc autem*.

Ibid. *per tribus vestras, et per familias* — Gregorius M. *per tribus, et familias vestras;* legunt quoque *et familias* codd. F, T, Brev. goth. l. c.; at vero sixtini, gregoriani 1. m., cod. A, margo Ordin., Isidorus Clarius *et per millia;* Toletus ipse adnotavit: « Manuscripti » et prior Congregatio *millia*. » Hanc lectionem confirmare videntur hebraeus et veteres, excepto graeco, de quo tamen conf. Holmesius, eamdemque praetulisset Lucas Brugensis si in latinis codicibus illam reperisset; scribit enim: « Quidam putant pro *familias,* » legendum esse *millia,* quod hebraicae litterae consonat; sed exemplaria quae sic legant ego non vidi. » Attamen animadvertimus vocem אלפים non modo *millia,* sed et *familias* significare (cf. Iudic. VI, 15.); quae notio huic loco egregie aptatur; conf. *Gesen. Thes. p. 106. (seu 108.)*

20. *applicuit* — Codd. D, E, I, K, U, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Brev. goth. l. c. *applicavit;* item in sequenti versiculo; cf. ad Ios. VII, 16. Pro *cecidit sors tribus,* codd. M, N*, R, S, V, Cas. nonnulli, antiquiores editiones, Gregorius M. *cecidit sors super tribum;* cod. M notat: « Alii legunt *cecidit tribus;* hebraeus *cecidit,* vel *capta est tribus.* » Margo Ordin. item *capta est tribus;* codd. G, Cas. 1., Brev. gothic. l. c. *cecidit sors tribui;* cod. I *cecidit sors in tribu;* cod. N notat: « Antiqui secundum hebraeum *cecidit sors* » *tribus;* hebraeus habet *cepit,* vel *cecidit tribus,* supplente interprete quod dicitur *sors;* » graecus habet *sortificata* (sic) *est tribus,* id » est sorte deprehensa. » Verum ad removendam confusionem animadvertimus verbum לכד significare *cepit,* hinc *elegit;* unde (in *Niphal*) sorte *electus est,* sors *eum contigit*.

21. *cecidit cognatio* — Antiquiores editiones, paucique codices ex recentioribus *cecidit super cognationem;* Bibl. Ordin., Compl.,

Reg., Rob. Steph., all. *cecidit sors super cognationem;* codd. Cas. 1., gothic. leg. *cecidit cognationi;* cod. baverianus *cecidit sors cognationi;* Brev. gothic. l. c. *cecidit in cognatione;* cod. N iterum notat hebraeum habere *cepit,* vel *cecidit cognatio,* graecum autem *sortificata* (id est sorte deprehensa) *est cognatio.* Pro *Metri,* codd. Cas. 2. *Merari;* Brev. goth. l. c. *viri;* Hugo de s. Charo notat: « Iosephus » *(Antiq. VI, 4.)* dicit *Mathri,* et sic habent » emendati codices, ut dicit Archiepiscopus » Cantuariensis; sed *Mathri* non est in tota » tribu Beniamin, neque in libro *de hebraicis* » *quaest.*, et dicunt hebraei non esse pro» prium nomen, sed appellativum, et dicun» tur *mathri* qui certissime sciunt ad signum » iacere sagittas, sicut legitur de Gabaoni» tis. » At vero multo melius Hieronymus *de hebr. nomm. III, 54.* legit *Matari,* atque interpretatur *pluvia;* cf. Gesenii *Thes. p. 785.;* apud Iosephum autem l. c. optimi codd. legunt Ματαρίς. Mox Gregorius M. tacet *Saul;* et pro *est inventus,* legit *invenerunt;* cod. 224. Kennicotti נמצאו; antiquiores editiones et codd. G, L, S addunt *illic.*

22. *post haec* — Gregorius M. *pro eo.* Pro *utrumnam,* cod. goth. leg. *utrum.* Cod. H notat hebraeum post *illuc* addere *vir;* et mox pro *domi* legere *inter vasa,* prout habet margo Ord. et Isidorus Clarius, quod significare videtur ad sarcinas.

23. *Cucurrerunt* — Cod. B *Concurrerunt;* Brev. goth. l. c. *Miserunt.* Pro *stetitque,* Brev. goth. *et stetit;* Bibl. Ven. 1511. 1519. mendose *fecitque.* Pro *altior fuit universo,* cod. Cas. 1. et Gregorius M. *altior erat omni.* Princeps editio vaticana anni 1592. pro *sursum,* mendose legit *rursum.*

24. *ad omnem populum* — Cod. A *ad populum omnem.* Pro *elegit,* cod. H et Prudentius trecens. CXV, 1179. *elegerit;* non male; cod. Cas. 1. cum graeco addit *sibi;* hebraeus בו. Pro *non sit,* codd. B, E, F, I, T, Cas. 3., goth. legion., Brev. goth. l. c., Gregorius M. p. 278. *non est.* Pro *similis illi,* codd. A, B, C, F, H, I, S, goth. legion., Brev. goth. l. c., Petrus Com. *similis ei;* cod. K, Gregorius M. *ei similis.* Pro *omnis populus,* codd. A, C, D, F, G, K, R, S, U, Cas. plures, goth. legion., Hugo *cunctus populus;* item Gregorius M., qui praeterea tacet *et ait.* Pro *Vivat,* Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496. *Vivet.*

25. *Locutus est autem* — Brev. gothic. l. c. tacet *autem.* Cod. H notat hebraeum pro *legem* habere *iudicium.* Pro *reposuit,* Gregorius Magnus *posuit;* graecus ἔθηκεν.

26. *Sed et Saul* — Gregorius M. *Sed Saul;* graecus Καὶ Σαούλ. Pro *Gabaa,* sixtini, codd. D, F, G, H, I, K, O, R, S, T, U, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573., Hugo, Beda *Gabaath;* hanc lectionem habet Vulgatus II Reg. XXIII, 29. Isa. X, 29. et alibi, conf. infra XI, 4. Pro *tetigerat,* Gregorius M. *tetigit;* et it. cum graeco Augustinus.

27. *Filii vero* — Codd. V, Cas. 2. *Filii autem.* Pro *Num,* Gregorius M. *Numquid.* Pro *ille vero,* Bibl. Ven. 1492. 1511., Complut., Reg., posteriores editt. Rob. Steph., all. *ille enim;* cod. K et Bibl. Ven. 1476. tacent *vero.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. X, 2. *In monte Beniamin et in Selom, in Bacallat (graeci codd.* ἐν Σηλώμ, ἐν Βακαλλάθ*) salientes magnas fossas, et dicent tibi: Inventae sunt asinae, quas isti quaesiere...* 3. *Et venies usque ad arborem glandis electae (codd. graeci* ἕως τῆς δρυὸς τῆς ἐκλεκτῆς*) ... tria vasa panum, et unum portamen utrem vini.* 4. *Et interrogabunt te in pace, et dabunt tibi primitias panum...* 5. *ubi consistunt Allophyli, et ibi sunt insidiae Allophylorum... nabla, et tymphano, et tybiae, et cinyrae...* 8. *ut offeram holocausta, sacrificia pacifica...* 9. *Convertit Deus in Saul cor aliud...* 11. *aut et Saul...* 12. *Et quis pater eius, non Cis? Et propter hoc factum est in proverbium, sic et Saul inter prophetas est...* 13. *Et venit in collem.* 14. *Et dixit domesticus Saul: Quo ibatis?...* 15. *domesticus...* 19. *Sed vos hic hodie nullius momenti fecistis Deum...* 20. *et secundum militiam...* 22. *Et interrogabat Samuel Dominum Deum an venisset Saul istuc.*

Et dixit Dominus: Ecce illic absconsus est Saul in vasis. 23. *Et cucurrit Samuel et accepit illum inde . . .* 24. *et cognovit omnis populus. . .* 25. *iustitiam regni. . .* 26. *Et abierunt filii potentium, quorum tetigit Dominus praecordia, et filii pestilentiae dixerunt.*

Cap. XI, 1. *Et factum est quasi post mensem, ascendit Naas* — Codd. F, V, Cas. 1. *Et factum est post menses tres, ascendit Naas;* cod. vaticanus apud Thomasium I, 80. legit quoque *post menses;* praetermissis reliquis, legunt tantum *Ascendit autem Naas* sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, D, E, H, L 6., M, N, N*, O, Q, T, U, Cas. 3., goth. leg., veronensis, baverianus, Bibl. Ven. 1482., Brev. goth. p. 273., Beda, Angelomus; legunt tantum *Et ascendit Naas* Bibl. Ordin., Compl., Reg., Lugd. 1535., priores editt. Rob. Steph., Isidorus Clarius, all.; codex K habet *Ascendit vero Naas;* Rabanus *Post haec ascendit Naas;* cod. M notat: « Hebraeus et antiqui legunt » tantum *Ascendit autem Naas.* » Epanorthotes in cod. N dilucide praescribit: « Quod so» let sic praemitti: *Et factum est quasi post* » *mensem,* nec hebraeus, nec antiqui habent; » sed est de LXX. » Hinc vero Lucas Brugensis in libello quo *Lectionum varietates* adnotavit, scribit: « Haec verba Epanorthotes » iuxta antiquos et hebraeos codices indicat » omittenda, ut ex graecis accepta. Certe ab» sunt in antiquis Bibliis Clarimarisci, aliis» que in margine Bibliorum lovaniensium an» notatis, quin etiam a graeco Bibliorum re» giorum textu. » Ad haec adde Dionysium Carth., Nicolaum de Lira, Alfonsum Tostatum, Magdalium Gaudensem testari illa verba in Bibliis correctis non esse, nec ad textum pertinere. Conf. Bukentopius p. 169., Estius, Mariana, Calmetus, Malvenda. At vero Toletus scribit: « Haec non habentur in hebraeo, » graeco, Compl., Reg., Ord. et aliquot ma» nuscriptis: tamen legunt plurimi impressi » et Gregorius late exponit. Prior Congrega» tio reiecit; posterior retinuit. » Quae Toleti verba duplicem merentur animadversionem. In primis enim nos apud Gregorium M. illa verba late exposita reperire non potuimus; certe in eius commentario ad h. l. nullum offendimus verbum, quod arguat haec ab illo lecta fuisse. Dein rursum Toletus affirmat haec apud graecos deesse, eo quod in complutensi graeca editione desiderentur; at re vera tum in romana τῶν LXX. editione, tum in graecis universis codicibus leguntur; nec aliunde quam ex graeca versione latinis codicibus illata sunt. Quapropter Sabatierii sententiam, qui reliquis veteris italae fragmentis illa apponenda curavit, vehementer probamus, tum quia manifeste a graeco fonte manarunt, tum quia ad hieronymianam interpretationem referri nequeunt.

Ibid. *Ammonites* — Codices non pauci, etiam antiquissimi cum graeco legunt *Ammanites;* conf. ad Gen. XIX, 38. Num. XXI, 24. Deut. II, 20. XXIII, 3.; alii praeferunt *Ammonitis;* cf. ad III Reg. XIV, 21. Mox cod. H notat hebraeum legere *Et castrametatus est super Iabes Galaad.* Pro *adversum,* cod. K *contra;* alii plures *adversus.* Pro *omnes viri,* Brev. goth. l. c. *universi viri.* Pro *serviemus,* codd. I, N, P, U *serviamus;* cod. O notat quosdam antiquos codd. hanc lectionem servare.

2. *In hoc feriam* — Angelomus *In hoc faciam;* cod. Vallarsii *In hoc feriamus.* Pro *omnium vestrum,* cod. T et Brev. gothic. l. c. *omnium vestrorum.* Pro *in universo Israel;* cod. E *universo Israeli;* codd. G, Cas. 2. praemittunt *gentibus.* Animadverte hebraeum legere *istud* pro eo quod Vulgatus habet *vos.* Non enim dicit Naas se daturum Iabitas in opprobrium Israelitis; sed asserit se velle opprobrio afficere Israelitas eruendo oculos dextros Iabitis.

3. *seniores* — Gregorius Magnus *habitatores;* graecus legit οἱ ἄνδρες. Pro *ad universos,* sixtini, codd. A, E, F, H, I, K, N*, T, V *in universos;* favent hebraeus et veteres; at Epanorthotes in cod. N scribit: « Hic ponitur » *ad,* et infra (v. 7.) ponitur *in,* ubi dicitur » *in omnes terminos Israel.* Sed quidam ni» mis volentes corrigere, primam praeposi» tionem, *ad* videlicet, mutant in praeposi-

» tionem *in*, cum sit consuetudo interpretum » idem varie dicere. Require Gen. XXVIII. » (v. 13.) et XXX. (v. 13.) » Gregorius M. tacet *universos*. Cod. H notat hebraeum pro *defendat*, legere *salvet;* at Symmachus *ὑπερμαχῶν*. (in *Append*. Holmesii.)

4. *Venerunt ergo* — Cod. Cas. 1. *Venerunt quoque;* Brev. goth. l. c. *Venerunt autem*. Pro *Gabaa*, iterum sixtini, et codices non pauci *Gabaath;* conf. ad X, 26. Pro *Saulis*, cod. E, Brev. gothic. l. c. *ad Saul;* graecus *πρὸς Σαούλ*; Hugo de s. Charo legit *Saul*, atque interpretatur: « Id est *ad Saulem*, quia ad » ipsum missi erant nuncii; vel *in Gabaa* » *Saulis*, id est, quae erat ipsius Saulis. » Pro *verba haec*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L 6., aliique plures cum Brev. gothic. l. c. legunt tantum *verba;* favent hebraeus et graecus; sed multi graeci codices, syrus et arabs cum Vulgato faciunt. Toletus mox notat hebraeum et graecum legere *in auribus populi*, pro *audiente populo*.

5. *Et ecce* — Cod. Cas. 1. *Ecce*. Post *veniebat*, codd. B, F, G, V, Cas. 6., Hugo, Gregorius M. addunt *mane*, quod in cod. O recte expungitur; graecus habet *μετὰ τοπρωΐ*, pro *sequens boves*, ex quo apparet illum legisse הַבֹּקֶר; idem mendum occurrit II Paral. XXXV, 12.; sunt tamen graeci codices, quos sequitur vetus latina interpretatio ad calcem huius capituli proferenda, qui utramque lectionem connectunt. Post verba *de agro* cod. E et Gregorius M. addunt *et vidit plorantem populum;* Brev. goth. l. c. legit *de agro, et audiens quod populus plorat*, sed omittit verba *et ait: Quid habet populus quod plorat?* Pro *Et narraverunt ei*, cod. Cas. 1, *Et indicavere ei omnia;* accedunt duo codices Kennicotti.

6. *Et insilivit*—Codd. C, D, E, F, G, H, K, aliique plures, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Compl., Reg., all., Brev. gothic. l. c., Isidorus VII, 421., all. *insiluit;* nonnulli *insiliit*. Forcellini Lexicon has duas praeteriti formas in hoc verbo agnoscit; at certa exempla praeteriti *insilivi* hactenus desunt, neque in Vulgato illud alibi occurrit. Pro *Domini*, codd. B, E, H, I, K, L (seu Q), T, V, Bibl. Complut., Reg., Lugd. 1535. *Dei;* item hebraeus, at cf. De-Rossi *Varr. Lectt.* et supra ad X, 10. Pro *verba haec*, antiquiores editiones *haec verba*.

7. *Et assumens* — Brev. gothic. l. c. *Assumens*. Pro *concidit*, apud Gregorium Magnum *caecidit;* at ex ipso commentario constat Gregorium cum Vulgato consentire. Pro *per manum*, codd. C, D, F, U, V, Cas. 5., Hugo, Gregorius M. *per manus*. Pro *et secutus*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, aliique fere universi cum Brev. gothic. l. c. et Gregorio M. *secutusque*. Pro *Samuel*, sixtini, codd. A, C, E, F, I, K, T, U, V, Brev. goth. l. c., Gregorius *Samuelem*. Pro *timor Domini populum*, Brev. goth. l. c. *populum timor Domini;* cod. H notat hebraeum legere *pavor*.

8. *Et recensuit eos*—Haec desunt in Brev. goth. l. c. Pro *Bezech*, antiquiores pleraeque editiones *Bezeth;* aliae melius *Bezec*, uti habet Vulgatus ad Iudic. I, 4. 5. Pro *fueruntque filiorum Israel trecenta millia*, Rabanus *et invenit de filiis Israel trecenta millia bellatorum;* pro *filiorum*, codd. E, G, I, V, Brev. goth. l. c. *filii*. Mox post *triginta* codd. Cas. 3. addunt *duo*.

9. *nunciis*—Gregorius M. *iis*. Pro *qui sunt in Iabes*, cod. B, Gregorius M. *qui sunt Iabes*. Pro *Cras erit vobis*, codd. F, V, Brev. goth. l. c. *Cras enim erit nobis*. Pro *et annunciaverunt*, codd. R, S, plures ex antiquioribus editt. *et nunciaverunt;* cod. U *et narraverunt;* Brev. gothic. tacet *et*.

11. *cum dies crastinus venisset* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique plures, Bibl. Ord., Hugo, Brev. goth. l. c., Gregorius M., Beda *cum venisset dies crastinus*. Pro *incalesceret dies*, Gregorius M. *incalesceret sol;* at in ipso comm. utramque lectionem exponit; cod. 150. Kennic. interponit השמש. Post verba *reliqui autem* cod. Cas. 1. addit *qui remanserant*. Pro *in eis*, codd. G, K, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480., Complut., Reg., all. *ex eis*. Ab hoc loco usque ad XIV, 17. codex E nos deserit.

12. *ad Samuelem* — Cod. A, Beda, Petrus Com. *ad Saul*. Mox tacent *iste* Gregorius M., Petrus Com. Pro *num regnabit*, sixtini, codd. A 2. m., B, C, D, F, G, I, K, S, T, U, V, Cas. plures, veronensis, Bibl. Mog. 1462., Ven. 1476. 1479., Ord., Compl., Reg., all., Hugo, Petrus Com. *non regnabit;* Toletus notat: « Graecus, Compl., Reg. et prior Congregatio » legunt *non;* sed hebraeus, Ordin., Lovan. » et multi impressi habent *num.* » Codd. A 1. m., H, Bibl. Rob. Steph. 1528. tacent *num;* item hebraeus textus, etsi aliter dicat Toletus. Sunt quidem tres codices Kennicotti qui legunt לא ימלך, *non regnabit*, uti habent graecus, chaldaeus, syrus, arabs: sed, inquit De-Rossi, idem est sensus, quem recte exprimit Vulgatus *num regnabit?* Pro *interficiemus*, cod. T *interficiamus*.

13. *Non occidetur* — Cod. F, Petrus Com. *Non interficietur*. Pro *in Israel*, Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496. *Israel;* conf. Holmesius.

14. *Venite, et eamus* — Codd. G, K, Gregorius M. tacent nexum, ut syrus, slav. ostrog. et pauci graeci codices qui legunt Δεῦτε, quod verbum in reliquis graecis desideratur; Beda *venientem: Eamus*.

15. *fecerunt ibi* — Cod. Cas. 1. *fecerunt sibi*. Quae sequuntur post verba *Saul coram Domino* apud Gregorium M. desiderantur. Cod. K et Brev. goth. l. c. tacent *nimis*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XI, 1. *Et factum est quasi post mensem, ascendit Naas... Dispone nobis testamentum, et serviemus tibi...* 5. *Et ecce Saul ibat mane post boves in agro, et vidit omnes plorantes....* 7. *Et accepit duas baccas, et demembravit* (nota verbum DEMEMBRO, quod vetus itala rursum habet III Reg. XVIII, 23. 33.) *illas... Et clamaverunt quasi vir unus.* 8. *Et inspexit Saul in Bama omnes viros Israel sexcenta millia virorum, et viros Iuda septuaginta millia....* 12. *Non regnabit nobis....* 14. *Et dedicemus ibi regnum....* 15. *Et epulatus Samuel, et omnes viri Israel usque valde.*

Cap. XII, 1. *Dixit autem* — Tacent *autem* cod. T, Miss. Moz. p. 360. et vetus itala apud Augustinum in *Spec.* edit. Mai, cap. CXLIII. Post verba *ad universum* cod. K et Miss. Moz. l. c. addunt *populum;* item georg. et slavon. ostrog.; multi graeci codd. habent πάντα ἄνδρα Ἰσραήλ, hisque consentit chaldaeus in polyglottis antuerpiensibus. Ante *constitui* Hugo tacet *et*.

2. *graditur* — Codd. F, T, Miss. Moz. l. c. *gradietur;* edit. graeca complutensis διαπορεύσεται; Gregorius Magnus *gradiatur*. Mox cod. A tacet *et incanui* (ut cod. 80. Kennic.), cuius loco cod. B et Miss. Moz. l. c. legunt *et canui*. Post *conversatus* codd. V, S addunt *sum;* concinunt Augustinus l. c. et vetus Irenaei interpres ex lectione Compl. ἀνέστραμμαι, quam servat et Chrysostomus III, 297. Pro *ad hanc diem*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, R, T, U, V, Hugo, Miss. Moz. l. c., Gregorius M., Beda V, 661. *ad diem hanc*.

3. *Loquimini de me* — Gildas sap. LXIX, 371. tacet *de me*. In verbo *Christo* quod sequitur, quodque profecto ad Saulem unctum refertur, minus sibi constant vaticanae editiones; nam infra XXIV, 7. 11. et deinceps cum priori littera minuscula scribitur. Pro *bovem cuiusquam*, Beda l. c. *bovem alicuius;* Augustinus l. c. *vitulum alicuius*. Pro *aut asinum*, codd. A, C, D, G, H, I, K, O, R, S, U, Cas. 15., Miss. Mozar., Gildas, Beda ll. cc. *an asinum*. Pro *quempiam*, antiquiores editt. *quemquam*. Mox pro *cuiusquam*, Miss. Moz. l. c. *cuiusque*.

4. *neque tulisti de manu alicuius quippiam* — Miss. Moz. l. c. *neque de manu alicuius quippiam tulisti*.

5. *Testis est* — Sixtini, codd. A, B, I, K, T, Cas. 2., goth. leg. tacent *est;* item vetus Irenaei interpres, cui favent hebraeus et graecus; Gregorius M. legit *Testis mihi*. Pro *adversum*, plures codd. *adversus*. Pro *et testis Christus eius*, cod. A *et testis Christus est;* codd. F, V, Bibl. Lugdun. 1535. *et testis est Christus eius;* item Augustinus l. c. Pro *in die hac*, Miss. Moz. l. c. *in hac die*. Pro *inve-*

neritis, cod. Cas. 1. et Gregorius M. *invenietis;* Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., all. *invenistis;* item ex graeco Augustinus l. c. et vetus Irenaei interpres. Cod. H notat hebraeum pro *dixerunt*, legere *dixit* (at conf. De-Rossi *Varr. Lectt.*); et mox post *Testis* subaudiri *Dominus*.

6. *de Terra Aegypti* — Sixtus, codd. F, G, R 2. m., S, V, antiquiores editiones, Biblia henteniana, all. addunt *adest;* codd. Cas. 2. *praesto est;* cod. Cas. 1. *testis est;* Gregorius Magnus *ipse testis est:* latinae periodi rationem si spectaveris, quidpiam in Vulgato deesse facile existimabis; hinc Sanctius dicit: « Haec clausula imperfecta est, quae constare non potest, nisi aliquid suppleas. Neque » meo iudicio obscurum est quid suppleri » debeat. In aliquibus codicibus est *adest.* » Quod si admittamus, nihil est quod addas, aut requiras; tunc autem illud *adest* » ad Dominum refertur, et illum testem esse » significat; nam testis adesse debet, et illa » nosse, ad quorum fidem illius testimonium » advocatur. Sed licet vox illa non addatur, » est tamen eadem omnino sententia. Illud » enim *testis*, quod antecessit proxime, repetendum est in hunc sensum: Vos affirmatis » Deum esse testem; idem ego assero, et illum etiam testem voco eius integritatis, » quam in me omnes fuisse confitemini. Aut » etiam testem advoco, quod id ad extremum » vobis edico, quod ex usu vestro futurum » esse arbitror, et ad quod me et gentis » meae caritas et officii ratio ad extremum » cogit etc. » Cf. Menochius, Mariana, Gordonius, Calmetus. At illud additamentum expunxerunt sixtini et gregoriani, quibus plures optimique codices, et correctoria M, N, O suffragantur. Toletus quoque adnotat: « Non » legunt *adest* hebraeus, graecus, Ordin., » mss. 9. (Hentenii), et utraque Congregatio. » Intelligitur enim illud *testis*, quod est superius. » Attamen, ad graecum quod spectat, etsi non habeat *adest*, legit initio periodi Μάρτυς, ac insuper in fine versiculi pauci codices repetunt αὐτὸς μάρτυς. At perperam additur *Testis* in latina versione chaldaei in polyglottis londinensibus.

7. *state, ut iudicio* — Codd. C, F, H, N, U, V, Cas. 12., Hugo *state, et iudicio;* Symmachum, qui posuit ἵνα, Hieronymus sequutus videtur; cod. Cas. 1. legit tantum *iudicio*. Pro *Domini*, codd. V, Cas. 1. *Dei*. Post verba *quas fecit*, Bibl. Ven. 1476. 1492., Compl., Reg., posteriores editt. Rob. Steph., all. addunt *Dominus;* it. armenus; at latini codices obstant.

8. *quo modo* — Miss. Moz. l. c. *quorum*. Pro *Iacob ingressus est*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Miss. Moz. l. c., Gregorius M. *ingressus est Iacob*. Ante *Aegyptum* tacent *in* Bibl. Ven. 1479., Lugd. 1535., priores editt. Rob. Steph., all.; cf. Gen. XII, 11. 14. Pro *clamaverunt*, codd. V, Cas. 1., Gregorius M. *exclamaverunt*. Pro *vestri*, codd. G, R, Cas. 1., Gregorius M. *nostri;* concinit graecus. Bibl. Lugd. 1569. tacent *Dominus*, ut cod. 121. Holmesii. Pro *patres vestros*, codd. O, R, Cas. 1., Gregorius M. *patres nostros;* item graecus, at cf. Holmesius; hebraicus cod. taurinensis num. 16. ex singulari lectione habet בני ישראל. Pro *de Aegypto*, sixtini, codd. A, C, D, F, I, K, O, R, S, T, U, V, Cas. 17., goth. legion., Hugo, Miss. Moz. l. c., Gregorius M. *ex Aegypto*. Pro *in loco hoc*, Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496., Compl., Reg., all. *in hoc loco*.

9. *Qui obliti sunt Domini Dei sui, et tradidit* — Cod. Cas. 1. et Gregorius M. *Et quia obliti sunt Domini Dei sui, tradidit;* cod. H notat hebraeum pro *tradidit*, legere *vendidit;* Hieronymus nempe latinis auribus recte accommodavit hebraicam loquendi rationem, qua Dominus dicitur populum *vendere*, pro *tradere* in hostium potestatem; conf. Gesenii *Thes. p. 787*. Pro *eos in manu*, codd. F, I, K, antiquiores editiones pleraeque *eos in manus;* item graecus. Cod. H notat hebraeum pro *magistri*, legere *principis*. Post *militiae* addunt *regis* cod. L, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513. 1522., posteriores editt. Rob. Steph., all.; item graecus; cf. Lucas Brugensis. Pro *Hasor*, nonnulli scribunt *Asor*, uti

alias pluries habet Vulgatus, quo de nomine vide ad Ios. XI, 1.; codd. F, V, Gregorius M. mendose *Assur*. Pro *et in manu*, codd. C, D, I, all. cum Gregorio M. et graeco *et in manus*; item *adversus*, pro *adversum*.

10. *Postea autem* — Tacent *autem* sixtini, codd. D, G, I, U, Cas. 3., Bibl. Lugd. 1522., Basil. 1530., Hugo, Gregorius M. Pro *de manu*, codd. nonnulli Cas. *de manibus*; codd. Cas. 2. addunt *omnium*. Gregorius M. pro *inimicorum nostrorum*, legit *Philisthinorum*.

11. *Et misit* — Gregorius M. *Et dimisit*. Pro *Badan*, codd. B, H, R, S, T, Cas. 6., Bibl. Paris. 1573., Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus *Bedan*; codd. A, V *Benedan*; cod. goth. legion. *Bessan*; cod. K et Gregorius M. *Barach*; cod. F *Both de Barach*; praeterea codd. C, D, G, I, M, N, O, R, S, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480. 1482., all., Rabanus, Angelomus, Miss. Moz. l. c. addunt *et Barach* vel *et Barac*; Sixtus et plures veteres editt. addunt *et Samson, et Barac*, quod expunxerunt sixtini et gregoriani, quibus optimae notae codices adstipulantur; unde Toletus: « Non legunt *et Samson, et Barac* hebraeus, graecus, Complut., Reg., Ordin., mss. 13. (Lovaniens.), et utraque Congregatio. » Censores qui iussu Pii V. florentinos codices contulere, ad hunc locum adnotarunt: « *Samson et Barac* desunt in hebraeo et omnibus ferme mss. codicibus, et videntur addita. Nam praeposterus ordo; de Barac Iudic. IV.; de Ierobaal Iudic. VII., de Iephte Iudic. XI., de Samson Iudic. XIV. » Sirletus quoque animadvertit codices et Gregorium non legere *et Samson*. Ratio, aut potius occasio huius additamenti facile declaratur. Nam complures censuerant *Badan* esse *Samsonem*; sic scholiastes in cod. M notat: « *Bedan et Barach*; Hieronymus et hebraeus habent *Bedan*, id est *filium Dan*, scilicet *Samsonem*, quia de tribu eius. Hebraeus non habet *Barach*. » Item in cod. P adnotatur: « Pro *Badan*, alias *Dedan*, id est *Samsonem*. » Hugo de s. Charo diserte scribit: « *Badan*; rectior littera est *Dedan*, Glossa *Samson*. Hebraei dicunt *Bendan*, *filium Dan*; . . . verius dicitur *Dedan*, id est, *Samson*. » Hanc ipsam sententiam memorant Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus, all.; chaldaeus quoque interpres illud nomen reddit *Samson*, quasi בדן significaret *in* (tribu) *Dan*, vel *Danitam*. Syrus quoque et arabs cum Ephraemo (I, 355.) *Samsonem* interponunt, sed loco *Samuelis*, quod quidem Houbigantio, aliisque probatur. Ad alterum vero nomen quod spectat, nempe *Barac*, apertum est illud ex graeco petitum fuisse, ubi pro *Badan*, legitur Βαράκ. Quum enim in libro Iudicum nullus heros nomine בדן inveniatur, verisimile olim visum est veram scripturam esse ברק, quam exprimunt graecus, syrus, arabs et Ephraemus l. c.; idque Maurero quoque, aliisque non paucis placuit. Hinc patet librarios utrumque nomen inserendi occasionem nactos fuisse. At vero Gesenius (conf. *Monn. Phoen. p. 174. 372.* et *Thes. pag. 981.*) autumat בדן scriptum esse pro עבדן, adeoque heic sermonem esse de *Abdon*, cuius mentio occurrit ad Iud. XII, 13.

Ibid. *Iephte* — Codd. A, H, T, Pseudo-Hieronymus *Iephta*; codd. D, F, U *Ieptan*; alii *Iepte*. Pro *eruit vos*, cod. F *eruit eos*; Bibl. Lugd. 1550. 1567., Ven. 1558. *eruet vos*. Pro *habitastis*, cod. T *habitabatis*.

12. *regnaret in vobis* — Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480. 1482., all. *regnaret in nobis*; consentit graecus βασιλεὺς ἡμῶν, at editio complutensis legit ὑμῶν, cui perperam Holmesius adiecit codicem alexandrinum.

13. *dedit vobis Dominus* — Sixtini, codd. A, F *dedit Dominus vobis*; codd. G, I, Miss. Moz. l. c. *Dominus dedit vobis*; codd. T, V *dedit Dominus Deus vobis*; Gregorius M. *dedit Deus vester vobis*; cod. 85. Kennicotti addit אלהיכם.

14. *Si timueritis Dominum* — Gregorius M. *Si timueritis Deum*. Pro *servieritis*, Bibl. Complut. *servietis*. Pro *eritis et vos, et rex*, cod. B, Miss. Moz. l. c., Gregorius M. *eritis vos, et rex vester*; consentiunt syrus et arabs. Hoc quidem loco ab hebraico textu non recedit Vul-

gatus; at ne omnino apodosis desideretur critici existimant pro והיתם, legendum esse וחיתם, ut sensus sit: *vivetis* (id est, beati eritis) et vos, *et rex vester*. Pro *Deum vestrum*, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. *Deum nostrum*.

15. *sermones eius*—Sixtini, codd. A, C, D, H, I, K, O, U, Cas. 13., goth. leg., Hugo *sermonem Domini;* codd. F, G, R, S, Cas. 4., Gregorius M. *sermonem eius;* cod. B, Miss. Moz. l. c. *os Domini,* ut in superiori versiculo, et ita legi in hebraeo adnotatur in cod. H.

Ibid. *et super patres vestros*—Sixtus praemittit *sicut,* quod a gregorianis et Toleto expunctum fuit. Ex nostris codicibus hoc additamentum habet tantum cod. I; verumtamen subintelligendam esse comparationis particulam non modo plurimi ex recentioribus, quos inter Maurerus et Gesenius in *Thes. p. 396.*, asserunt, sed et chaldaeus, syrus et arabs agnoverunt; Liranus quoque aperte scribit: « Erit super vos de futuro, sicut fuit super » patres vestros de praeterito. » Item Dionysius Carthus., Calmetus, aliique. Hanc vero interpretationem satis probabilem esse non inficiamur; at neque absurda videtur aliorum sententia, qui litteram sacri textus pressius sequuti tradunt heic sermonem esse de superstitibus parentibus ob filiorum delicta puniendis; perinde ac si Samuel diceret: Tam vos iuvenes qui ad bellum venistis, quam patres vestri senes, a Deo puniemini. Cf. Alfonsus Tostatus et Cornelius a Lapide. Difficultatem declinavit graecus interpres, qui habet καὶ ἐπὶ τὸν βασιλέα ὑμῶν, ac si legisset in hebraeo ובמלכּכם pro ובאתיכם.

17. *messis tritici est hodie? invocabo* — Cod. T et Miss. Moz. l. c. *messis tritici est? Hodie invocabo*. Pro *voces et pluvias,* cod. K *pluviam et voces*. Pro *quia grande,* Miss. Moz. l. c. *quod grande*.

18. *et pluvias* — Codd. A, K, T, Cas. 2., Miss. Moz. l. c., Agobardus CIV, 154. *et pluviam;* item hebraeus et graecus. Pro *in illa die,* sixtini, codd. C, D, F, G, I, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1482. 1511., Compl., Reg., Ord., all., Miss. Moz. l. c., Gregorius M., Rabanus, Agobardus l. c. *in die illa*.

19. *nimis Dominum* — Miss. Moz. l. c. *Dominum nimis*. Pro *et Samuelem,* sixtini, codd. D, F, K, U *et Samuel*. Pro *et dixit,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, I, K, T, U, V, goth. leg., Bibl. Lugd. 1522., Basil. 1530., Hugo, Miss. Moz. l. c., Gregorius M., Agobardus l. c. *dixitque*. Pro *ad Samuelem,* rursum sixtini paucique codices, ut supra, *ad Samuel*. Pro *peccatis nostris,* Gregorius M. *malis nostris*.

20. *ad populum*—Gregorius M. tacet; item cod. 195. Kennicotti et cod. 44. Holmesii. Pro *sed servite,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, T, U, V, Cas. plures, goth. legion., Hugo, Miss. Moz. l. c., Gregorius M. *et servite;* concinunt hebraeus et graecus. Pro *in omni,* cod. F *in toto*.

21. *non proderunt* — In cod. A 1. m. deerat *non*.

22. *Et non* — Bibl. Ven. 1479. tacent *non*. Post *iuravit* cod. Cas. 1. omittit *Dominus;* item syrus. Gregorius M. non legit *vos;* neque habetur in cod. 84. Kennicotti.

23. *in Dominum* — Sixtus, codd. B, C, D, F, G, R, S, U, V, veteres pleraeque editiones, Miss. Moz. l. c., Gregorius M. III, 277., Angelomus *in Domino;* Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513., Hugo *a Domino;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus favent Beda, codd. A, H, K, goth. leg., aliique; hinc Toletus: « Lege *in Dominum;* sic mss. et utraque » Congregatio. In hebraeo autem et graeco » *Absit a me a peccando Domino,* seu *peccare* » *Domino,* vel *coram Domino.* » Gregorius M. I, 300. IV, 374. *in Domino quo minus cessem;* idem I, 1339. *in Domino ut cessem*.

24. *et ex toto corde* — Tacent *et* codd. B, I, L 2. (seu Q), T, Bibl. Ven. 1479., Ord., priores editt. Rob. Steph., all.; sixtini cum cod. A legunt *et toto corde;* codd. Cas. 2. *et in toto corde;* graecus καὶ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, sed tacent nexum armenus, slavon. ostrog., paucique graeci codices, quibus accedunt hebraeus et reliqui interpretes in polyglottis. Pro *in vobis*, cod. T et Gregorius M. *in nobis*.

Post verbum *gesserit* addunt *Dominus* codd. F, L, R, S, V, Cas. 3., antiquiores editiones et Gregorius M.; at in correctoriis expungitur, et Toletus notat: « Compl., Reg., Ord., » quaedam mss. addunt *Dominus*; sed non » est in hebraeo, nec in Lovan. et plurimis » impressis. » Immo nec in graeco, exceptis paucis codd. holmesianis.

25. *perseveraveritis* — Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., all. addunt *vos*. Codd. K, S tacent *pariter*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XII, 2. *Et ego senui, et sedebo ex hoc nunc. . . .* 3. *Respondete contra me coram Domino, et coram christo eius: vitulum alicuius accepi, aut asinum, aut quem vestrum per potentiam nocui, aut quem vestrum depressi, aut si ex alicuius manu accepi munus, aut calciamentum, et abscondam oculos meos in quo dicitis adversum me, et reddam vobis. . . .* 5. *Testis est Dominus in vobis. . . quoniam non invenistis in manu mea nihil. . . .* 7. *Et nunc consistite, et iudicabo vos coram Domino in omni iustitia, quam fecit in vobis, et patribus vestris. . . .* 10. *Et servivimus Baali et nemoribus (et lucis). Et nunc respice, et educ nos Domine. . . .* 14. *Et non contemnatis adversus os Domini. . . .* 15. *Et non contenderetis adversus os Domini Dei. . . . super vos, et super regem vestrum. . . .* 19. *Memorare pro servis tuis. . . .* 21. *Et nolite ire retro ad illos, qui nihil sunt, et non sanant, et non liberant, quia nihil sunt. . . .* 23. *Mihi autem non contingat peccare Domino, ut non deficiens orem pro vobis Dominum. . . .* 25. *Et si malefacientes malefeceritis et vos et rex vester apponemini in plaga.*

Cap. XIII, 1. *Filius unius anni erat Saul* — Tacent verbum *erat* sixtini, codd. A, B, C, D, K, N, O, T, U, gothic. legion., Thomasius I, 80. 110., Beda, Isidorus VII, 422.; scholiastes in cod. N adnotat: « Deest verbum » substantivum in antiquis et hebraeo. » At vero Toletus animadvertit: « Verbum *erat* non » habetur in hebraeo, graeco et aliquot ma» nuscriptis; sed tamen subintelligendum est. » Congregatio posterior reliquit, quia habe» tur in omnibus impressis. » Cod. H legit *Filius unius anni Saul erat*; cod. V *Filius Cis unius anni erat Saul*; Rabanus *Filius erat Saul unius anni*. De huius versiculi integritate et germano sensu innumeri scriptores amplissime commentantur; quorum plures hunc locum in hodierno textu mendosum esse opinati sunt: vel enim numerum annorum aetatis Saulis regnum ineuntis excidisse, vel saltem aliquam orationis particulam desiderari existimarunt. Huc faciunt duo hebraici codices apud De-Rossi qui odiernam lectionem supra rasuram exhibent; et codex apud Lichtenstein (est exterus 91. derossianus), qui inter בן שנה et שאול habet vocem abrasam, ubi annorum numerum expressum fuisse videtur. Brunsius memorat targum codicis paris. (inter chald. n. 57.) qui habet שנין. Anonymus in Hexaplis (cod. holmesianus 82. et 158.) legit υἱὸς τριάκοντα ἐτῶν, sed egregie ad hunc locum adnotavit Montfauconius: « Qui posuit *triginta annorum* vi» tiatum esse textum putavit, suoque marte » restituit. » Alexandrinus interpres, fortasse ut difficultatem effugeret, hunc versiculum praetermisit, quem tamen reliqui interpretes habent; immo ex incerto in Hexaplis auctore in graeco cod. holmesiano 108. seu vaticano 330. habetur, indeque editores complutenses illum hauserunt: memoratur quoque apud graecos scriptores mox proferendos. Quapropter critici recentiores non pauci integritatem sacri textus propugnandam susceperunt; at vero alii aliter nodum expediunt. Sunt qui interpretantur de candore et simplicitate Saulis, prout hunc locum exposuerunt ex latinis Gregorius M., Angelomus, Pseudo-Hieronymus, Rupertus, Petrus Dam. CXLV, 623., Nicolaus de Lira, Dionysius Carth., Alfonsus Tostatus; eamdemque sententiam expresserunt chaldaeus qui habet כבר שנא דלית ביה חובין כן שאול, *Sicut filius anni, in quo non sunt culpae, Saul*; et Symmachus qui reddidit υἱὸς ὡς (non ὢν) ἐνιαύσιος Σαούλ,

quos sequuntur Eusebius *Chron. (edit. Ven. tom. 1. p. 170.)*, Theodoretus *(quaest. 26. in I Reg.)*, Procopius, aliique. Alii autumant intelligendum esse unum annum supra vigesimum, quia anno vigesimo militiae adscriptus fuerat; adeoque ab uno anno miles erat; cf. Isidorus VII, 422., Hugo de s. Charo; qui tamen tueri videtur opinionem Rabani referentis haec verba ad *Isboseth*, quasi legeretur *Filius unius anni erat Sauli*. Aliorum sententias vide sis apud Torniellium *(Ann. sacri, edit. Luc. tom. 2. p. 330.)*, Calmetum et Sanctium. Nos cum cl. Ghiringhello *(Praelect. de libris hist. ant. foederis, pag. 254.)* autumamus hoc loco aetatem Saulis non definiri, sed quo anno insequentia contigerint determinari. Scriptoris itaque sententia ad hebraicam veritatem non verbo, sed re expressam ita latine interpretanda: *iam annum Saul expleverat, ex quo primum rex fuerat creatus (per duos autem annos regnavit), cum satellitium sibi delegit;* at enim quae a Saule gesta sunt, biennio perfici potuisse, subductis rationibus verisimillimum apparet; Paullus autem Act. XIII, 20. 21. spatio XL. annorum non modo Saulis regnum, sed et Samuelis iudicatum complectitur. Ita plane Hugo de s. Vict. CLXXV, 98. « Hebraei dicunt Saul » duobus tantum annis regnasse. Secundum » hanc existimationem sic intelligitur: Saul » duobus annis regnavit super Israel, qui » cum regnare coepisset, et esset filius unius » anni, id est unum annum iam habuisset » in regno, fecit quod sequitur: *Elegit sibi » tria millia de Israel.* » Scholiastes quoque in cod. N in eamdem fere sententiam concedit scribens: « Post unum annum in quo fuit » inchoatio regni, et duobus annis, quibus » iam quasi confirmatus in regno libere re» gnabat. *et elegit;* dicit *et* pro *tunc. et elegit » sibi Saul* etc. quasi volens publice Phili» sthaeis contraire. Vel quod dicitur *et* iuxta » linguam hebraicam, quae talibus abundat » coniunctionibus, ponitur expletive; unde » infra (v. 3. 4.) dicitur audiri debere quod » erexit se Israel adversus Philisthiim. Sic » non est ibi *erat*. Alia tamen littera: *erat » Saul.* » Haec adnotatio ex Petro Com. fere descripta est: neque longe abludunt Eucherius, Beda, Claudius taurinensis; quibus favere videntur syrus et arabs.

2. *tria millia*—Cod. Cas. 1. addit *virorum;* item graecus, syrus et arabs. Pro *cum Saul*, codices non pauci *cum Saule*. Mox cod. B tacet *duo millia*. Pro *Machmas*, codd. G, K, Gregorius M., Beda *Magmas*; codd. C, D, F, P, all. *Machimas* (vel corrupte *Machinas*); Hugo de s. Charo notat: « Aliqui libri habent » *Machimas*, et hanc litteram dicit veriorem » archiepiscopus Cantuariensis. » Cod. N diserte habet: « *Machimas;* sicut Num. XXXII. » (v. 3.) dicitur aliquando *Esbon*, quae alibi » dicitur *Esebon;* sic quae alibi dicitur *Mach» mas* (Isa. X, 28.), hic dicitur *Machimas:* » sed et LXX. in libris Regum *Machemas.* » Nimirum pauci codices, quos inter vaticanus antiquissimus, Μαχεμάς, nam communis lectio fert Μαχμάς, de qua Hieronymus III, 247. « *Machmas*, usque hodie vicus gran» dis in finibus Aeliae, antiquum nomen re» tinens, novem ab ea millibus distans iuxta » villam Rama. » Varietates, quas in hoc nomine adnotavimus, rursum occurrunt in seqq. verss. 5. 11. 16. 23. XIV, 5. 31. quod semel monuisse sufficiat.

Ibid. *cum Ionatha*—Sixtini *cum Ionathan;* nempe correctores sixtini hebraicum istud nomen, ut et alia multa, absque ulla inflexione servare voluissent pro quolibet casu; quibus pauci optimique codices adstipulantur, veluti A, E, K, mediol., all. At illi non ubique emendaverant: nos, ut solemus, singula loca ab ipsis correcta adnotare pergimus. Pro *Gabaa*, sixtini, codd. C, D, F, G, H, I, K, N, O, P, R, S, U, V, gothic. legion., Hugo, Beda *Gabaath;* nonnulli praeferunt *Gabaad;* conf. ad X, 26.

3. *Ionathas* — Sixtini, codd. complures, Beda, all. *Ionathan;* vide supra. Pro *Philisthinorum*, codd. I, T, Beda *Philisthiim*. Rursum pro *Gabaa*, sixtini *Gabaath*. Pro *Philisthiim*, codd. F, G, Gregorius M., Hugo de

s. Vict. *Philisthaei;* item ad vers. 5. et 12. Ex Pseudo-Hieronymo in cod. N adnotatur subintelligendum heic *conturbati sunt;* vel, inquit Hugo de s. Charo, *praeparaverunt se ad pugnam;* nam quae sequuntur ad aliud membrum pertinent, aut intra parenthesim concludenda sunt usque ad finem sequentis versiculi. Pro *buccina,* codd. C, D, Bibl. Lugdun. 1550. *buccinam;* cf. ad Iudic. VI, 34.

4. *Percussit*—Cod. goth. leg. addit *autem.* Pro *Philisthiim,* Gregorius Magnus, Pseudo-Hieronymus, Angelomus *Philisthaeos.* Pro *Clamavit ergo,* codd. H, L (seu Q) *Clamavit autem;* cod. H notat hebraeum legere *Exclamavit;* apud alexandrinum pro ἀνέβησαν, reponendum videtur ἀνεβόησαν, quod adhuc servant nonnulli codices holmesiani. Hugo de s. Vict. exponit sensum hac ratione: *Clamavit ergo populus* Israel currens *post Saul* ad praelium *in Galgala.*

5. *triginta millia curruum* — Cod. R *tria millia curruum;* egregia lectio, cui adstipulantur syrus, arabs, et tres codices holmesiani; eamdemque tuentur Bochartus, Grotius, Houbigantius, Cappellus, Calmetus, aliique. Omnes autem fatentur incredibilem esse numerum triginta millium si ad currus referatur, nullamque esse proportionem cum sex millibus equitum, qui mox recensentur; adeoque vel numerum vitio amanuensium corruptum fuisse dicendum est, vel sacri textus verba significant *triginta millia peditum in curribus constitutorum;* quae est Maurero verisimilis sententia; hanc ipsam Nicolaus de Lira propugnavit, et Dionysius Carthus. veluti probabilem habuit; vox enim רכב *currus,* interdum vel equos curribus iunctos, vel milites iisdem insidentes significat, quorum deni, ut videtur, singulis curribus accensebantur. Hinc fuissent tria millia curruum, quod profecto haud incredibile existimari potest. Conf. Ghiringhello l. c.

Ibid. *sex millia* — Cod. Cas. 1. *viginti millia;* cod. M notat Iosephum (*Antiq. VI, 6.*) ponere *LX. millia* equitum, et trecenta millia peditum: subdit quoque alios legere *sexcenta millia* equitum; hanc autem lectionem sequitur Glossa interlinearis et Alfonsus Tostatus, eamdemque respuit Dionysius Carth. Pro *Bethaven,* codd. F, V *in Bethaven;* codd. Cas. 3. *contra Bethaven.* Huius oppidi mentio occurrit Ios. VII, 2.; nam heic sermo non est de *Bethel,* quae nonnisi post Ieroboamum eodem nomine per ironiam a prophetis nuncupata fuit.

6. *vidissent* — Codd. A, T, Beda *audissent.* Pro *viri,* codd. Cas. 2. et Pseudo-Hieronymus *filii.* Pro *arcto,* Sixtus, antiquiores editiones et non pauci codices *arto,* quod emendarunt gregoriani. Pro *positos,* codd. D, G, K, Cas. 5., goth. leg., Gregorius M. *sitos;* cod. F *consitos;* cod. Cas. 1. addit *timuerunt;* accedunt syrus et arabs. Pro *enim erat populus,* codd. A, K, T, Cas. 5., gothic. legion., Gregorius M., Rabanus, Angelomus *est enim populus, et;* hebraeus quoque et veteres addunt nexum; codd. C, D, H, U *erat enim populus;* cod. I *etenim erat populus.* Pro *et in cisternis,* cod. A 1. m. et Gregorius M. *et cisternis.*

7. *Iordanem in* — Tacent *in* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, K, L 13., Q, R, U, V, Cas. plures, Hugo, Beda; de hac particula scribit Toletus: « Non habetur in hebraeo » et aliquot manuscriptis; habetur tamen in » graeco, Ordin., Complut., Reg., Lovan. et » ceteris impressis. » Gregorius M. legit *Iordanem ad.* Pro *Galgala,* cod. B *Galgal.* Pro *sequebatur,* cod. C *sequebantur;* cod. D *persequebatur.*

8. *septem diebus iuxta placitum Samuelis* — Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *iuxta placitum Samuelis septem diebus;* pro *placitum,* cod. L *pactum;* pro *Samuelis,* codd. D, F, G, I, R, T, pauci Cas. *Samuelem.* Pro *dilapsusque,* veteres codices non pauci prae se ferunt *delapsusque.*

9. *holocaustum* — Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. *holocausta.* In cod. K hic versus desideratur.

10. *offerens* — In cod. F deest; item in cod. 121. Holmesii. Mox cod. T tacet *ei.*

11. *ad eum Samuel* — Codd. D, U *Samuel*

ad eum. Pro *populus dilaberetur*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Gregorius M., Beda *dilaberetur populus;* heic quoque prisci codices praeferunt *delaberetur*. Pro *veneras*, cod. C *venires*. Pro *fuerant*, codd. Cas. 2. *sunt*.

12. *dixi* — Cod. Cas. 1. *et dixi;* cod. V et Gregorius M. *dixique;* favent hebraeus et veteres. Pro *Philisthiim ad me*, cod. H *ad me Philisthiim*. Pro *Necessitate*, codd. G, S *Hac necessitate;* codd. Cas. 2. *Et hac necessitate*. Post *holocaustum*, addunt *Domino* codd. G, R, S, Cas. 3. et antiquiores editiones; at recte in correctoriis expungi iubetur.

13. *mandata Domini Dei tui, quae praecepit tibi* — Eucherius *mandatum Domini quod praecepit tibi;* cod. veronens. tacet *Dei;* codd. G, Cas. 1. et antiquiores editiones legunt *praecepi;* cod. Cas. 1. *praeceperat;* Augustinus cum graeco *mandatum meum, quod mandavit tibi Dominus*. Pro *fecisses*, codd. C, D, F, G, U, V *egisses*. Pro *nunc praeparasset Dominus*, Gregorius Magnus *praeparasset Dominus;* Eucherius *nunc parasset Dominus;* Gildas LXIX, 355. *nunc pararet Deus;* Augustinus *nunc paraverat Dominus*.

14. *Dominus sibi* — Codd. C, D, G, I, K, R, U, Bibl. Ord., Hugo, Gregorius M., Beda, Eucherius, Claudius taur., Petrus Com. *sibi Dominus*. In cod. B deerant verba *et praecepit ei Dominus ut esset dux super populum suum;* cod. G, Gregorius M. et Eucherius cum armeno tacent *Dominus;* pro *esset*, cod. K legit *sit;* Gregorius M. post *suum* addit *Israel*, item duo codices hebr. Kennicotti. Pro *quae praecepit*, codd. D, F, R, U, Cas. 4., veron., Eucherius *quae praeceperit;* cod. mediol. addit *tibi;* item Augustinus cum hebraeo, et reliquis; nam perperam latina versio chaldaei in polyglottis tacet pronomen.

15. *ascendit* — Codd. B, G *descendit*. Verba autem quae sequuntur *Et reliqui populi ascenderunt post Saul obviam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Beniamin*, expuncta fuerunt a sixtinis, et primo a gregorianis (ut supra ad V, 6.), neque leguntur in codd. A, D 1. m., H, I, K, L 10., N, O, Q, T, U, Cas. 1., goth. legion., mediol., Bibl. Compl., Reg., Lugdun. 1535., margine Ord. (ubi ne vetera quidem exemplaria id habere dicuntur), Isidoro Clario, Beda; epanorthotes in cod. N adnotat: « Post » verba *et ascendit de Galgalis in Gabaa Be-* » *niamin*, secundum hebraeum et antiquiores » sequitur *Et recensuit Saul;* sed satis anti- » qui interponunt *Et reliqui populi ascende-* » *runt post Saul obviam populo, qui expugna-* » *bat eos venientes in Galgala in Gabaon, in* » *colle Beniamin*. Est autem littera LXX. et » ad hoc graecus habet. » Lucas Brugensis inter correctiones quae Vulgato adhuc fieri possunt hanc recenset, atque scribit: « Prae- » ter vetera manuscripta hactenus indicata » (cf. ad XI, 1.), unum etiam huius nostrae » Ecclesiae omittit haec verba, consentanee » hebraeo; et quamvis in graecis quibusdam » legantur, non tamen omni ex parte conso- » nant. » Re quidem vera graecus habet Καὶ τὸ κατάλειμμα τοῦ λαοῦ ἀνέβη ὀπίσω Σαοὺλ εἰς ἀπάντησιν ὀπίσω τοῦ λαοῦ τοῦ πολεμιστοῦ· αὐτῶν παραγενομένων ἐκ Γαλγάλων εἰς Γαβαὰ Βενιαμίν. Nemo non sentit quam obscurus atque implexus sit horum verborum sensus tum in graeco, tum in latino, ut vel inde haud levis suboriatur suspicio de genuina huius additamenti origine. Praeterea Martianaeus, Vallarsius et Sabatierius alia proferunt latina exemplaria in quibus illa verba aut omnino desunt, aut expuncta sunt, vel obelo iugulata, vel ad marginem tantum adscripta et secunda manu adiecta: unde concludunt eadem ad hieronymianam interpretationem non pertinere, sed in veterem italam ex graeco fluxisse, indeque Vulgati codicibus inserta. Attamen Toletus animadvertit: « Haec non » sunt in hebraeo, graeco, Compl., Reg., nec » in manuscriptis; tamen habentur in Ord., » Lov. et pluribus impressis, et quibusdam » manuscriptis; et ea legit et interpretatur » Gregorius. Prior Congregatio deleverat, po- » sterior restituit. » Quoad graecum, illa ver-

ba desiderantur tantum in editione complutensi. Gregorius vero legit *qui expugnabat illos: venientes ex Galgala in Gabaa Beniamin;* habent quoque *ex Galgala* codd. C, F, G, N*, P, R, S, V, Hugo. Denique ne cum Houbigantio suspiceris hanc periodum ob eiusdem nominis *Beniamin*, quo concluditur, recursum, obvio librariorum errore excidere potuisse, animadvertas velim graecum interpretem haud legere verba *in Gabaa Beniamin* quae in Vulgato immediate ante istud additamentum habentur.

Ibid. *qui inventi fuerant* — Cod. Cas. 1. *qui inventi sunt;* alter cod. Cas. cum Gregorio M. *qui inventus fuerat.*

16. *Ionathas* — Sixtini *Ionathan;* conf. ad vers. 2. et 3. Pro *populusque*, cod. I *et populus quoque;* codd. C 1. m., D, F, U *populus;* Gregorius M. *et populus*, et mox tacet *fuerat cum eis, erat.* Pro *consederant*, codd. G, R, S, V 2. m., Cas. 12. *conscenderant*, quod in correctoriis N, O merito reiicitur.

17. *ad praedandum* — Cod. S, veteres editiones prope universae et Gregorius M. *ad praeliandum;* ad fidem codicum recte emendarunt sixtini, quibus praeterea favent Hugo, Beda, Bibl. Basil. 1530.; conf. XIV, 15. Pro *Philisthinorum*, sixtini, codd. A, C, D, F, H, I, T, U, V, mediol., Gregorius M. *Philisthiim.* Pro *Ephra*, codd. D, F, G, I, K, R, S, T, U, V, Cas. 7., antiquiores editiones, Hugo, Gregorius Magnus, Beda *Ephraim;* cod. B, Isidorus VII, 422. *Ephrata;* cod. H *Aphra;* de varia in Vulgato huius nominis scriptione cf. ad Ios. XVIII, 23. Pro *Sual*, codd. A, C, D, F, G, I, K, L, R, S, U, V, Cas. plures, mediol., antiquiores editiones, Hugo, Gregorius M., Beda *Saul;* cf. ad IX, 4. De praedictis duobus nominibus Nicolaus de Lira scribit: « Translatio nostra videtur hic corrupta vitio scriptorum, propter similitudinem dictionum. » Sed, ni fallimur, ipsius Lirani textum librarii corruperunt; legitur enim: « In hebraeo » habetur *contra viam Ephrate ad terram* » *Saul.* »

18. *Beth horon* — Alii plures *Bethoron*, de quo cf. ad Iosue X, 10. Pro *verterat se*, sixtini, cod. I, Hugo *vertebat se;* Gregorius M. *vertit se.* Pro *termini imminentis*, Sixtus, antiquiores editiones, codd. B, F, G, R, S, V, Cas. 5., Gregorius M. *termini in terra Sabaa imminentis* (at cod. B *Saba;* Gregorius *imminenti*); et pro *valli Seboim*, codd. F, G, K, Cas. 4., mediol., antiquiores editt. *vallis Seboim;* codd. A, I *vallis Eboim;* sixtini et gregoriani, quibus plures optimique codices suffragantur, expunxerunt verba *in terra Sabaa;* cod. M notat: « Quod interponitur, scilicet *in* » *terra Sabaa*, hebraeus et Beda et antiqui » non habent. » Huius autem additamenti originem agnovit scholiastes in cod. O, qui scribit: « Graece est *in Ge Sabain. Ge* hebraice » *vallis*, graece *terra;* unde interpres, qui » transtulit litteram LXX. de graeco in lati- » num, credens *Ge* esse nomen graecum, » edidit *in terra Sabain*, cum *Ge* esset he- » braicum. Moderni utrumque coniungentes » dicunt *valli Seboin, in terra Sabain;* sed » ultima superfluunt. » Nam pro eo quod hebraeus legit דרך הגבול הנשקף על־גי הצבעים nempe *viam termini prospicientem super vallem Seboim*, graecus habet ὁδὸν Γαβαὲ τὴν εἰσκύπτουσαν ἐπὶ Γαὶ τὴν Σαβίμ (pauci codices Σαβαΐν). Cf. vetus latina ex graeco interpretatio ad calcem huius capitis.

19. *Porro faber ferrarius* — Cod. H notat hebraeum non legere *ferrarius;* atqui חרש egregie de *fabro ferrario* dicitur; nil ergo in latina versione superfluit. Pro *inveniebatur*, cod. C *inveniebantur.* Mox Eucherius tacet *Terra.* Apud Rabanum pro *Hebraei*, legimus *Hebraeis.* Cod. Cas. 1. legit *et* pro *aut.* Pro *lanceam*, Bibl. Lugd. 1535. *lancem;* Claudius taurin. addit *et ne haberent fabros ferrarios, qui arma ad repugnandum facerent.*

20. *Descendebat* — Vallarsius habet *Descendebant;* nec obstant hebraeus et veteres. Isidorus l. c. et cod. K mox tacent *omnis;* cod. Cas. 1. addit *populus.* Pro *exacueret*, codd. R, S, Cas. 1., antiquiores editiones, Angelomus *acueret.* Cod. Cas. 1. et Gregorius M. tacent *suum.* Post *et securim*, cod. L et antiquiores

editiones addunt *et tridentem*, quod ex proximo versu desumptum esse non dubitat Lucas Brugensis.

21. *Retusae* — Codd. A 1. m., C, D, F, G, H, K, O, R, V, Cas. 7., mediol., Theutmirus *Retunsae*. Pro *itaque*, cod. K *enim*. Pro *tridentum*, antiquiores editiones, paucique codices praeferunt *tridentium*. Qui florentinos codices iussu Pii V. contulerunt adnotant tres codices hunc versum legere fere uti apud Sabatierium profertur ex cod. sangermanensi n. 9. *Erat vindemia parata: vasa autem erant tribus siclis in bidentem, et securem, et falcis* (falx) *in substantiam erat eis*; quae interpretatio etsi ab hebraeo, Vulgato et reliquis longe aberret, tamen fere consentit alexandrino qui habet: *Καὶ ἦν ὁ τρυγητὸς ἕτοιμος τοῦ θερίζειν· τὰ δὲ σκεύη ἦν τρεῖς σίκλοι εἰς τὸν ὀδόντα, καὶ τῇ ἀξίνῃ καὶ τῷ δρεπάνῳ ὑπόστασις ἦν ἡ αὐτή*. Conf. vetus latina interpretatio mox subiicienda.

22. *venisset* — Mendose Bibl. Reg. *venissent*. Nonnulli codd. Cas. pro *ensis*, legunt *gladius*. Codd. F, T, V, mediol., Pseudo-Hieronymus p. 747. *qui erant*, pro *qui erat*. Pro *cum Saule*, antiquiores editt. paucique codd. *cum Saul*; et mox pro *et Ionatha*, sixtini, codd. A, B, F, H, K, I, V, mediol., baverian. *et cum Ionathan* (vel *Ionatha*); eadem varietas est in graecis codicibus. Rursum pro *Ionatha filio*, sixtini *Ionathan filio*; cf. v. 2. et 3.

23. *Philisthiim* — Bibl. Lugd. 1535., Gregorius M. *Philisthinorum*. Pro *transcenderet*, codd. B, D, G, I, K, N, O, P, S, U, V *transcenderent*; cod. N notat: « Pluraliter dicit quod » magis hominibus stationis attribuendum » erat, quam stationi; quod tamen est colle» ctivum. Similiter supra VIII. (v. 10.) » Cf. ad Ios. VIII, 5. Biblia Basil. 1530. et Gregorius M. *ascenderet*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XIII, 1. *Filius unius anni fuit Saul in quo regnavit in Israel. . . . 3. Et percussit Ionatha substantiam Allophylorum, qui erant in colle. Et audierunt Allophyli. Et Saul tuba cecinit in omnem terram, dicens: Audiant Hebraei: dereliquerunt servi. 4. Et omnis Israel audivit dicens: quoniam percussit Saul substantiam Allophylorum, et ad nihilum redegit Israel Allophylos. Et ascendit populus post Saul in Galgala. . . . 5. Ex adverso contra taurum* (forte: *austrum*) *in Bethoron. . . . 6. Ut viderunt se esse in angustiis, recessit populus; et populus abscondit se in speluncis, et cavis, et foveis, et lucis. 7. Et qui transiebant, transierunt Iordanem in terram Gad et Galaad; et Saul adhuc erat in Galgalis: et omnis populus surrexit post illum. 8. Et distulit septem dies pro testimonio, quo dixit Samuel; et non venit Samuel in Galgala. . . . 11. Et quia tu non adveniebas sicut constitueras in testimonio dierum. . . 13. Frustratum est tibi, quoniam non servasti mandatum meum, quod mandavit tibi Dominus: quemadmodum nunc paraverat Dominus regnum tuum usque in aeternum super Israel. 14. Sed nunc regnum tuum non stabit: et quaeret Dominus sibi hominem secundum cor suum, et mandabit illi Dominus esse in principem super populum suum. . . . 15. Et surrexit Samuel, et abiit a Galgalis in viam suam. Et reliqui populi ascenderunt post Saul in obviam populo quem expugnabant illos venientes ex Galgala in Gabee, in colle Beniamin. Inspexit Saul populum, qui inventus est cum eo quasi sex millia* (sic) *hominum. . . . 16. Et sederunt in Gabee Beniamin, et ploraverunt. . . 17. Et exivit exterminans ex agro Allophylorum in tribus agminibus. . . . 18. Et aliud agmen respiciens viam Gabee, quae tendit in convallem capricarum, in terra Saba, quod est desertum. . . . 19. Quoniam dixerunt Allophyli: Non faciant Hebraei gladium, aut frameam. 20. Et descendebat omnis Israel in terram Allophylorum fabricare unusquisque messoriam suam, et vasum suum, et unusquisque securim suam, et falcem suam. 21. Et erat vendimia parata ut vendimiarent: vasa autem erant tribus siclis in dentem, et securis, et falcis in substantia erat eis.*

Cap. XIV, 1. *Et accidit* — Cod. Cas. 1. *Et*

factum est; veteres fere omnes editiones addunt particulam *in*, quam, adstipulantibus codicibus, sixtini expunxerunt. Pro *Ionathas*, sixtini et codices ut XIII, 3. *Ionathan*. Cod. Cas. 1. et Gregorius M. tacent *et* post *Veni;* item syrus, arabs et armenus. Pro *Philisthinorum*, sixtini, codd. A, C, D, F, H, K, O, T, U, V, Beda, Angelomus *Philisthiim;* cod. Cas. 1. praemittit *incircumcisorum horum;* item cod. 119. Holmesii; cf. vers. 6. Cod. H notat hebraeum non habere *hoc ipsum*.

2. *parte Gabaa* — Cod. veronens. tacet *Gabaa*, ut graecus. Pro *malogranato*, codd. I, mediol. *malo granata;* cod. M notat istud nomen feminini generis esse quando significat arborem, et generis neutrius quando fructum denotat; cf. ad Ex. XXXIX, 23. Num, XX, 5. Pro *quae erat in Magron*, Sixtus, codd. B, C, D, F, G, I, N, S, U, V, Cas. plures, veronensis, veteres editiones *quae erat in agro Gabaa*, quod iure castigaverat scholiastes in cod. O scribens: « Pro *in Magron*, quidam » *in agro Gabaa;* sed istud patet falsum per » graecos, qui habent *in Magdon*, legentes » *daleth*, pro *res*. » Recte igitur emendarunt sixtini et gregoriani, quibus favent codd. A, H, K, L 3. (seu Q), M, N*, O, R, T, Cas. 5., mediol., margo Ord., Isidorus l. c. et Beda: hinc Toletus: « Lege *Magron;* sic hebraeus et » manuscripti. In graeco autem Μαγδών, » quia apud hebraeos littera ד est similis ר. » Utraque Congregatio legit *Magron*. » Cf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 170.; Beda notat antiquos interpretes legere *Mageddon;* cui concinunt nonnulli codices holmesiani. Pro *erat*, cod. K *est*.

3. *Achias* — Sixtini, codd. A, H, S *Ahias;* et ita redditur hoc nomen in Vulgato ad III Reg. XI, 29. et seqq.; cod. B cum graeco *Achia;* codd. F, V *Achimaas*. Pro *Achitob*, cod. H *Ahitob*. Cod. B *Iohabod*, pro *Ichabod*, de quo cf. ad IV, 21. Ex hebraeo margo codicis H habet *filii Phinees, filii Heli sacerdotis Domini in Silo*. Post *Silo* Gregorius M. addit *qui*. Pro *quo isset*, codd. B, T, veron., mediol., margo Ordin. *quod isset;* favent hebraeus et veteres. Iterum pro *Ionathas*, codd. antiquiores *Ionathan*, idque deinceps iis tantum in locis adnotabimus in quibus emendarunt sixtini.

4. *ad stationem* — Codd. R, S, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. *ad stationes;* cod. N notat hebraeum et antiquos semper legere *stationem* in singulari numero. Ante *quasi* Gregorius M. tacet *et*. Pro *hinc et inde*, codd. B, C, D, F, G, I, K, R, S, T, V, Cas. plures, gothic. leg., mediol., veteres editiones, Gregorius M. *hinc inde;* nexum interposuerunt sixtini, quibus accedunt codd. A, H. Pro *nomen uni Boses, et nomen alteri Sene*, Gregorius M. *nomen uni Bores, nomen alteri Sene* (seu, uti coniectantur maurini editores, *Semes*); prius autem nomen a Gregorio redditur *in primatu*, alterum *sol*, sive *auditio*.

5. *prominens* — Cod. K *prominendo*. Pro *ad Meridiem*, codd. A, B, veronens., et mediol. *a meridie*, quibus favent hebraeus et veteres.

6. *Ionathas* — Cod. B 1. m. tacet. Cod. H notat hebraeum legere *puerum*, pro *adolescentem*. Post *Veni*, nonnulli codices cum hebraeo addebant *et* (uti in vers. 1.), quod in cod. O expungitur. Post *stationem* cod. I, Bibl. Ord., Hugo addunt *Philisthinorum;* item cod. 174. Kennicotti, et cod. 119. Holmesii. Pro *faciat*, cod. mediol. *faciet;* hebr. ויעשה; cf. Holmesius. Cod. H mox notat hebraeum tacere *pro*. Ante *Domino* Bibl. Ordin. addunt *in*. Pro *in multis*, sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, K, N, O, P, T, V, Cas. plures, mediol., Hugo, Gregorius Magnus *in multitudine;* cod. N notat: « Nec hebraeus, nec antiqui habent *in* » *multis*. »

7. *Dixitque ei* — Cod. F *Dixit autem ei;* codd. K, mediol. 1. m. tacent pronomen. Pro *et ero tecum*, codd. H, N, P, baverian. *ego ero tecum;* omittunt *et* sixtini, codd. A, C, D, I, K, L 5., O, Q, T, U, Cas. 13., veronensis, mediolan.; hebraeus autem et veteres legunt *ecce ego tecum*. Pro *ubicumque*, codd. C, D, F, G, N, P, U, V, Cas. 15., Hugo, Gregorius M. *quocumque;* cod. N notat: « Sicut probatum » est Exod. IV. (v. 27.) multoties cum accu-

» sativo vel ablativo indifferenter *in* praepo- » sitionem iungi sive in motu, sive in statu, » sic de illis est *quo* vel *quocumque*. »

8. *transimus*—Codd. D, F, I, U, V, Cas. 5., Gregorius M. *transibimus;* Bibl. Paris. 1566. *transeamus;* duo codices holmesiani διαβαίνωμεν.

10. *Ascendite*—Codd. C, F, Cas. 2. *Transite;* cod. 245. Holmesii Διάβητε. Post verbum *ascendamus* codd. G, N*, S, Cas. 4., antiquiores editiones addunt *ad eos;* at reliqui codices et correctoria obstant. Pro *tradidit eos*, codd. K, mediolan. *tradidit illos*. Pro *in manibus nostris*, codd. B, O, Petrus Com. *in manus nostras;* cod. P *in manibus Israel;* mox addunt particulam *et* cod. L (seu Q), Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all.

11. *Apparuit igitur* — Gregorius M. *Apparuit itaque;* mox cod. B pergit *uterque statio Philisthinorum dixitque*. Nonnulli codd. Cas. habent *Ecce*, pro *En*. Post *cavernis*, cod. Cas. 1. addit *suis*, ut graecus.

12. *de statione* — Cod. Cas. 1. et Gregorius M. addunt *Philisthinorum;* item pauci graeci codices cum edit. Complut. Semel monuisse sufficiat vaticanas editiones annorum 1590. 1592. 1593. legere *Ionatham* hoc loco, et seqq. verss. 13. 17. 39. 42. 43. 45.; alias vero perpetuo *Ionathan* pro quarto casu, prout scribitur heic quoque in plerisque codd. et editionibus; et ita emendaverant sixtini ad verss. 39. 42. Editio autem vaticana postrema anni 1598. habet *Ionatham* tribus prioribus locis tantum. Pro *et ad armigerum eius*, Bibl. Ordin., Lugd. 1522., Basil. 1530., priores editt. Rob. Steph., all., Gregorius M. *et ad armigerum suum*. Gregorius M. mox tacet *dixeruntque;* item tres codd. Kennicotti; cod. mediol. habet *dixerantque*. Pro *ostendemus*, codd. A, B, K, T *ostendimus*. Ex aperto mendo codd. I, K legunt *regem*, pro *rem*. Cod. H notat hebraeum pro *Ascendamus, sequere me*, legere *Ascende post me;* item graecus. Pro *Dominus eos*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, all., Bibl. Ordin., Hugo, Gregorius M. *eos Dominus*, ut vers. 10. Item cod. Cas. 1. pro *in manus Israel*, legit ut supra *in manus nostras;* codd. H, K, O, T, Cas. 2. *in manu Israel;* cod. N notat: « Secundum antiquiores » et hebraeum *in manu;* tamen satis antiqui » habent *in manus*. »

13. *Ascendit autem Ionathas* — Sixtini et complures codd., ut supra monuimus (XIII, 2. 3.), *Ascendit autem Ionathan;* Gregorius Magnus tacet *autem*. Pro *manibus et pedibus reptans;* sixtini, codd. A, C, D, F, G, I, K, R, T, U, V, veronensis, mediolan., Bibl. Ordin., Hugo, Beda, Petrus Com. *reptans manibus et pedibus;* Gregorius M. legit tantum *reptans manibus;* cod. H tacet *reptans*, quod a latino interprete additum videtur.

Ibid. *Itaque* — Codd. B, D 2. m., G, L, R, S, Cas. plures, gothic. leg., baveri, sangerm. n. 7., colbertinus n. 3. in marg., Gregorius Magnus *Et cum vidissent faciem Ionathae* (vel *Ionathan*); antiquiores editiones legunt *Itaque cum vidissent faciem Ionathae;* at correctoria M, N, O testantur hebraeum et antiquos codices hoc additamentum non legere, quod ad veterem italam pertinere videtur; graecus enim habet καὶ ἐπέβλεψαν κατὰ πρόσωπον Ἰωνάθαν. Profecto verba illa serius in hieronymianam versionem inlata fuisse vel inde patet, quod nonnulli ex laudatis codicibus adhuc retinent *Itaque* vel, uti est in antiquis editionibus, in principio additamenti, vel post illud. Cod. H notat hebraeum legere *Et cadebant ante faciem Ionathan, et armiger eius sequens eum, interficiebat eos;* at postremum hoc pronomen supplevit interpres.

14. *qua percussit* — Codd. A, B, C, D, F, G, I, K, R, Cas. plures, mediol., antiquiores editiones, Beda II, 586. *quam percussit;* graecus quoque ἣν ἐπάταξεν. Pro *iugeri*, Sixtus, codd. M, R, S, veteres editiones fere universae *iugeris;* cod. M notat: « Quidam libri » habent *iugeri*, quia antiquitus dicebatur » *iugerum, iugeri*. » Eamdem animadversionem profert Hugo de s. Charo. Hodiernam lectionem praetulerunt sixtini et gregoriani, quibus pene omnes codices adstipulantur, et

Bibl. Basil. 1530.; cf. Mariana in h. l.; cod. Cas. 1. legit *agri*. Pro *quam*, Robertus Stephanus, Arias Montanus et Card. Bellarminus censuerunt legendum *quod;* at nodum in scirpo quaerere videntur; sive enim τό *quam* referas ad campi partem, in cuius dimidio facta est plaga prima, sive κατὰ σύλληψιν ad ipsum iugerum, eiusmodi constructio neque mendosa est, neque vero insolens apud scriptores politioris latinitatis. Sane inter latinos nostros codices ne unus quidem legit *quod*.

15. *per agros* — Sixtus et fere omnes veteres editiones habent *et per agros;* item alexandrinus; at coniunctionis particulam sixtini et gregoriani ad fidem codicum expunxerunt, neque ea legitur in Bibl. Ordin. et prioribus editionibus Rob. Steph., quibus hebraeus et reliqui interpretes concinunt. Pro *ierant*, Gregorius M. *ierat;* codd. A, R, S, T, V *erant*. Sixtus, pro *conturbata est terra*, legit *conturbata sunt castra;* item codd. C, D, F, I, M, O, R, S, U, V, Cas. 8., veteres pleraeque editiones et Petrus Com. Hodiernam lectionem invexerunt sixtini et gregoriani, quibus favent reliqui codices, Gregorius M. et Beda; unde Toletus: « Lege *conturbata est terra*, ita » hebraeus, graecus, Ordin., manuscripta et » utraque Congregatio. » Robertus Stephanus pro hac lectione perperam profert edit. Complut. Pro *a Deo*, codd. T, Cas. 1. cum graeco *a Domino*. Cod. H profert ex hebraeo huius versiculi interpretationem, quam facile castigare poteris: *Et factus est terror in castris per agros: sed et omnis populus stationis eorum, et hi qui ierant ad praedandum obstipuerunt, et conturbata est terra terrore Dei*.

16. *Gabaa* — Codd. O, mediolan. *Gabaad;* cf. ad XIII, 2. Pro *prostrata, et*, cod. Cas. 1. *prostrata est*.

17. *ex nobis* — Codd. C, F, S, U, Cas. 4. *ex vobis;* item graecus; sed conf. Holmesius. Gregorius M. legit *Et repertum*, pro *Cumque requisissent, repertum*.

18. *Achiam* — Cod. H et primo gregoriani *Ahiam;* cf. ad vers. 3.; cod. E *Achaiam*. Pro *arcam Dei*, Sixtus, codd. B, C, E, F, G, R, S, U, Cas. 6., antiquiores editiones, Beda II, 718., Petrus Com. *arcam Domini;* sixtini et gregoriani, reliquis codicibus consentientibus, emendarunt; unde Toletus: « Lege *Dei;* » sic hebraeus, Compl., Reg., manuscripti et » utraque Congregatio. » Graecus contra fidem omnium veterum habet τὸ ἐφούδ. Mox cod. E, ut hebraeus et veteres, tacet *ibi;* et antiquiores editiones rursum pro *arca Dei*, habent *arca Domini*.

19. *Philisthinorum* — Gregorius M. *Philisthiim*. Pro *resonabat*, codd. C, D, F, G, H, L 5., O, Q, S, U, Cas. plures, goth. legion., mediol., Hugo, margo Ordin. *reboabat;* hoc autem verbum retinent concordantiae Bibliorum, etsi alias in Vulgato non occurrat. Malvenda censuit Hieronymum hoc verbo imitatum fuisse sonum hebraici ורב.

20. *Conclamavit ergo* — Gregorius M. *Conclamavit;* Isidorus l. c. *Clamavit;* alexandrinus rursum Καὶ ἀνέβη; cf. XIII, 4. Pro *et caedes*, codd. E, Cas. 2. *et facta est caedes;* nonnulli codices praeferunt *et caedis*, de quo conf. Forcellini. Notat cod. H hebraeum non legere *et*.

21. *Sed et* — Cod. Cas. 1. tacet *et;* nec obstant hebraeus et veteres. Pseudo-Hieronymus pro *heri*, legit *ab heri*. Pro *in castris*, cod. C *in castra;* cod. E addit *et*, quod in cod. O expungitur. Dein pro *Israel, qui erant*, codd. A, L (seu Q) *Israele, qui erat;* cod. B *Israel, et qui erant;* cod. K *Israel, qui fuit;* antiquiores editiones et Gregorius M. *Israel, et iis* (vel *his*) *qui erant;* cf. Lucas Brugensis; mox cod. B 1. m. tacet *cum;* e contrario cod. K legit *et cum Ionathan*.

22. *Omnes quoque* — Cod. B *Omnes enim*. Pro *Philisthaei*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, K, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Gregorius M., Pseudo-Hieron. *Philisthiim*. Quae sequuntur *Et erant cum Saul, quasi decem millia virorum* expuncta sunt a sixtinis, et primo a gregorianis (uti V, 6.), neque leguntur in codd. A 1. m., D, E, H, I, K, L 5., M, O, Q, U, V 2. m., Cas. 2., gothic. legion., mediol., Bibl.

Ordin., Complut., Reg., Rob. Steph. 1532., Lugd. 1535., all.; Sabatierius agnovit haec ad veterem italam pertinere, et memorat codices qui vel ista expuncta, vel in margine tantum habent; cod. M notat: « Hoc hebraeus, » Beda et antiqui non habent; sed sumptum » est de Iosepho. » Huic consonat Abulensis, qui scribit: « Istud non habetur in hebraeo, » nec est de veritate litterae nostrae. Aliquae » tamen Bibliae illud habent. Videtur autem » quod fuerit glossa interlinearis: postea au- » tem per scriptorum imperitiam textui ad- » mixta est. Est autem littera Iosephi. » Immo ex graeco derivatum est, ubi legitur *καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἦν μετὰ Σαοὺλ ὡς δέκα χιλιάδες ἀνδρῶν;* at graecus praemittit ea, quae in sequenti versiculo habentur; unde Lucas Brugensis: « Multi scripti libri omit- » tunt haec verba conformiter hebraeo; quam- » quam graece paullo post legantur. » Item Toletus animadvertit: « Haec non habentur » in hebraeo, Compl., Reg. et Ordin.: tamen » habentur in Lovan. et plurimis codd. im- » pressis et aliquot etiam manuscriptis. Ha- » bentur etiam in graeco in versiculo se- » quenti, et ea legit Gregorius, et ponderat » particulam *quasi*. Prior Congregatio abstu- » lit, posterior reliquit. » Codd. R, S, V 2. m., Cas. 1. pro *decem*, legunt *viginti;* sangermanensis n. 9. legebat *quatuordecim;* tres codices holmesiani *δώδεκα*, quibus iam accedit vetus latina interpretatio ad calcem huius capituli subiecta.

23. *Dominus in die illa Israel* — Codd. R, S, antiquiores editiones *Dominus Deus Israel in die illa;* codd. Cas. 3. et posteriores editt. Rob. Steph. *Dominus Deus in die illa Israel;* Bibl. Compl., Reg., Lugdun. 1535. *Dominus Israel in die illa.* Hodiernam lectionem ad fidem codicum invexerunt Lovanienses. Ante *Bethaven* tacent *ad* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, R, S, U, Cas. plures, goth. leg., mediol., Gregorius M., Beda.

24. *Et viri* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, O, T, U, Cas. 15., goth. legion., mediol., baver., Beda *Et vir;* item hebraeus; cod. Cas. 1. et Gregorius M. *Et omnis vir.* Pro *sociati sunt sibi,* sixtini, codd. A, B, D, E, I, K, T, U, Beda *sociatus sibi est;* codd. C, F, H, O, goth. leg., Cas. 15., baveri, Gregorius M. *sociatus est sibi;* mediol. *sociatus est ibi.* In hodierno textu legimus ויגש quod reddi potest *defatigatus est;* Isidorus Clarius posuit *premebantur fame.* Beda pro *adiuravit autem,* legit *adiuravit igitur.* Post *populum* codd. F, V, Cas. 2. addunt *in die illa.* Cod. Cas. 1. et Gregorius M. mox post *comederit* tacent *panem.* Pro *vesperam,* codd. H, I, Bibl. Ordin., Complut., Reg., priores editt. Rob. Steph., all., Gregorius M. *vesperum.* Addunt *me* post verba *donec ulciscar* codd. F, V, Cas. 4., Pseudo-Hieronymus, Conc. Osboriense edit. Hard. VI, 1129.; item Hieronymus apud Sabatierium; sed expungitur in cod. O. Cod. H notat hebraeum legere *gustavit,* pro *manducavit.*

25. *omneque* — Codd. C, D, E, F, I, U, V, antiquiores editiones *omnisque.*

26. *Ingressus est itaque* — Nonnulli codd. Cas. addunt *universus;* codd. G, K tacent *est.* Alia translatio, inquit Isidorus VII, 422., pro *apparuit fluens mel,* habet *ecce examen apum erat;* quod undenam sumpserit incompertum nobis est. Pro *applicuit,* codd. K, T, all. *applicavit;* cf. ad X, 20. Post *manum* Gregorius Magnus addit *suam,* ut in sequenti versiculo. Cod. Cas. 1. omittit verba *timebat enim populus iuramentum.*

27. *adiuraret* — Codd. V, Cas. 1. *adiurasset.* Pro *pater eius,* cod. K *pater suus;* cod. E tacet pronomen. Mox pro *virgae,* codd. C, D, F, G, S, U, V, Cas. 14., mediol., Hugo *virgulae;* et pro *habebat,* codd. Cas. 2., mediolan. *tenebat.* Pro *in favum,* sixtini, codd. B, C, D, K, U, Cas. 4., mediol., Gregorius M., Petrus Com. *in favo.*

28. *Maledictus vir* — Tacent *vir* codd. A, B, C, E, F, I, O, T, U, V; Cas. 14., gothic. legion., mediol., Gregorius M. p. 317.

29. *Dixitque* — Cod. mediol. addit *ei.* Post *vidistis* cod. Cas. 1. et Gregorius Magnus addunt *enim.*

30. *plaga facta fuisset* — Sixtini, codd. A, C, E, F, H, I, T, V, mediol., Bibl. Ord., Hugo, Gregorius M. *facta fuisset plaga;* codd. K, R, S *plaga fuisset facta;* codd. D, U, Cas. 1. *fuisset plaga;* cod. G *fuisset plaga facta.* Pro *Philisthiim*, cod. K *Philisthaeos.*

31. *in die illa Philisthaeos a Machmis usque in Aialon* — Gregorius M. *Philisthaeos in die illa a Magmis usque in Aion;* cod. K *in die illa Philisthiim a Magmis* etc.; antiquiores editt. pro *Aialon*, legunt *Hailon;* codd. B, veronens. *Ahilon;* cf. ad Ios. X, 12.

32. *comeditque* — Cod. E *comedit quoque.*

33. *Nunciaverunt autem Sauli dicentes* — Cod. T *Nunciatum est autem Saul a dicentibus;* cf. Holmesius; cod. K *Nunciaverunt haec Saul dicentes;* codd. D, U, goth. legion. tacent *autem;* codd. G, Cas. 2. sufficiunt *quoque.* Gregorius M. pro *peccasset*, legit *peccaret.* Pro *comedens*, cod. K et Rabanus *comedentes.* Mox cod. K tacet *iam*, et Gregorius M. *nunc.*

34. *Dispergimini* — Codd. G, R, S, V, Cas. 1., antiquiores editiones *Dispergamini;* cod. mediol. *Dispergemini.* Gregorius M. mox tacet *ad me*, ut cod. 240. Kennicotti; graecus legit ἐνταῦθα. Pro *et occidite*, cod. U *et occidetur.* Gregorius M. pro *super istud*, habet *super istum lapidem.* Pro *vescimini*, codd. C, N, O, P, U, Cas. 4., mediol. *vescemini.* Gregorius M. post *Adduxit itaque* tacet *omnis.* Cod. H notat hebraeum non legere *usque.*

35. *Aedificavit autem* — Cod. B tacet *autem;* cod. Cas. 1. addit *ibi.* Pro *Saul altare Domino*, cod. T et Beda *Saul altare Domini.* Quae sequuntur *tuncque primum coepit aedificare altare Domino*, desunt in cod. Cas. 1. et apud Gregorium M., qui tamen adnotat: « Plerique codices habent *Tuncque primum* » *coepit Saul aedificare.* » Codd. P, Cas. 1. tacent *primum*, de quo codd. H, M, Pseudo-Hieronymus, Angelomus notant: « Hebraeus » non habet *primum.* » At vero scholiastes in cod. N scribit: « Antiqui et Rabanus legunt » *tuncque primum coepit aedificare*, propter » quos quod dicitur *primum* remansit in tex» tu, licet Hieronymus dixisset quod he» braeus non habet *primum.* Ego vero intel» ligo quod cum dicitur *tunc primum coepit* » *aedificare* inculcatio est, hoc est, tunc pri» mo aedificavit, vel tunc coepit aedificare. » Conf. infra ad XXIV, 7. Demum pro *Domino*, legunt *Domini* codd. D, I, K, Q, T, U, Cas. 4., gothic. legion.

36. *Philisthaeos* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, T, V, Hugo, Gregorius M., Beda *Philisthiim.* Gregorius M. pro *eos usquedum*, legit *eum usquequo.* Codd. G, K, mediol. *lucescat*, pro *illucescat.* Pro *nec relinquamus*, cod. E *nec derelinquamus;* Gregorius M. *et non relinquamus.* Pro *ex eis*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, goth. legion., mediolan., Hugo, Gregorius M. *de eis.* Cod. Cas. 1. tacet *Omne.* Pro *videtur*, codd. R, S, antiquiores editt. *tibi videtur;* cod. G *esse videtur;* Gregorius M. *est.* Cod. Cas. 1. pro *Accedamus*, legit *Ascendamus;* idem mendum irrepsit in latina versione chaldaei in polyglottis londinensibus. Pro *Deum*, codd. B, E, I, K, O, Cas. 4., Gregorius M. *Dominum;* item georg. et slavon. ostrog.

37. *Saul Dominum* — Sixtini, codd. D, G, H, K, L (seu Q), T, U, Cas. 1., goth. leg., Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535. *Saul Deum;* Toletus quoque notat: « Hebraeus, graecus, » Compl. et Reg. legunt *Deum;* tamen Ord., » Lovan. et multi impressi *Dominum;* et sic » reliquit Congregatio posterior. Tamen vere » legendum esset *Deum.* » Vulgato autem consentiunt duo codices Kennicotti. Codd. C, E, F, G, I, R, S, U, V, Cas. 12., gothic. legion., antiquiores editiones, Gregorius M. addunt *dicens.* Nonnulli codd. pro *persequar*, legunt *persequor.* Pro *trades eos*, cod. B *trades eum;* codd. E, F, I, N*, R, S *tradas eos.* Pro *in manus*, sixtini, codd. A, C, D, E, H, K, N, O, antiquiores editiones *in manu;* scholiastes in cod. N notat: « Hebraeus et antiqui habent » *in manu;* nec interponunt coniunctionem » *et* ante *si trades.* » Post verba *respondit ei* cod. B 2. m. et Gregorius M. addunt *Dominus;* item syrus, arabs, armenus, slav. ostrog. et non pauci graeci codices.

38. *peccatum hoc* — Antiquiores editiones legunt *hoc peccatum.*

39. *Ionatham* — Sixtini *Ionathan;* conf. ad vers. 12. Post *factum est,* codd. E, H, L 4. addunt *hoc.* Pro *retractatione,* codd. E, I *retardatione;* codd. S, V, Bibl. Ven. 1479., Complut., Reg., all., Gregorius M. *retractione,* at eodem plane sensu, uti ex commentario eiusdem Gregorii patet. Apud Gregorium *ex omni,* pro *de omni.*

40. *Et ait* — Quidam addebant *Saul;* item georg., slav. et tres codd. holmesiani; at in cod. O expungitur. Post *universum* codd. G, Cas. 2. addunt *populum.* Gregorius Magnus *in parte una,* pro *in partem unam.* Pro *in parte altera,* codd. A, B, C, D, F, I, O, R, T, Cas. 6., mediol., veronens. et codex Martianaei pressius ad hebraicam litteram legunt *in parte una;* cod. E *in partem unam.* Pro *Responditque,* sixtini, codd. A, H, T, Cas. 4., mediol. *Respondit.* Bibl. Ven. 1492. 1511. 1519., Lugd. 1522. 1535., Basil. 1530., Hugo, all. post *populus* addunt *Israel.* Rursum ut v. 36. pro *videtur,* antiquiores editiones *tibi videtur;* Gregorius Magnus *est.*

41. *Et dixit Saul* — Tacent *Saul* antiquiores editiones, Gregorius M. et cod. 30. Kennicotti; at obstant optimi codices, hebraeus et veteres. Mox tacent *Deum Israel* codd. C, D, E, F, H, I, N, U, V, Cas. 15., goth. leg.; cod. N notat: « Quod dicitur *ad Dominum* » suppletio est interpretis; unde patet esse » superfluum quod addunt novi, hoc scilicet, » *Deum Israel.* » Dein omittunt *Domine Deus Israel* sixtini, codd. A, K, L 3., Q, veronensis, mediolan., Gregorius M.; omittunt vero tantum *Israel* cod. B, priores editiones Rob. Steph. Veteres interpretes vel cum hebraeo legunt *Et dixit Saul ad Dominum Deum Israel,* vel cum graeco *Et dixit Saul: Domine Deus Israel.* Vulgatus ergo utramque lectionem connectit. De hisce varietatibus audiendus est Lucas Brugensis, qui in suis *Notationibus* scribit: « Nonnulli codices omittunt *Saulis* nomen; sed minus recte, cum et hebraicis libris, et graecis et chaldaicis addatur. Nonnulli praetermittunt *Deum Israel.* Alii transfigunt *Deum Israel: Domine.* Alii rursus confodiunt *Domine Deus Israel:* harum lectionum posteriores duae hebraeo et chaldaeo consonant; utrovis enim modo transferas, licet. Verum enimvero parvi refert quo istorum trium modorum legas, sive *Et dixit Saul ad Dominum: Domine Deus Israel da,* quomodo Corrector legit; sive *Et dixit Saul ad Dominum: Deus Israel da,* quomodo in Cardinalis Bessarionis antigrapho legendum notatur; sive *Et dixit Saul ad Dominum Deum Israel: Da,* quae s. Gregorii lectio est: pluris referunt quae sequuntur. » De his vero quae sequuntur in proxima notatione agemus. Interim propter varias quas protulit ex suis codicibus lectiones, Martianaei notam, quamvis fusiori calamo conscriptam, subiicere cogimur: « Magnam subinde perturbationem afferunt in mss. latinis hieronymianae versionis, inserti in ea nonnulli versus ex editione interpretum Septuaginta. Adeo enim diversae multis in locis occurrunt lectiones eiusdem contextus, ut vix, ac ne vix quidem possit agnosci quaenam genuina sit ac propria sancto Doctori. Id probant manifestissime huius versiculi variantes sequentes lectiones. Corbeiensis ms. maior n. 1. hoc modo legit *Et dixit Saul ad Dominum: Deus Israel, da indicium.* Alter n. 13. *Et dixit Saul ad Dominum Deum Israel: Da indicium;* quam sententiam secunda manus mutavit cum his *Et dixit Saul ad Dominum: Domine Deus Israel, da indicium.* In regio autem codice 3563., colbertino 181., corbeiensi 11. et s. Germani 5. legimus *Et dixit Saul ad Dominum Deum Israel: Domine Deus, da indicium.* Ita habent etiam editi et ms. noster num. 164. addentes solummodo nomen *Israel* post *Domine Deus.* Discrepantiam huiusmodi lectionum peperit una vocula hebraei contextus, ac repetitio nominum Dei; nam in hebraeo legitur ויאמר שׁאול אל־יהוה אלהי ישראל חבה תמים, quod interpretatur pluribus modis propter verbum אל positum ante יהוה; namque אל est unum e nominibus Dei, et est praeposi-

tio etiam quae respondet nostrae latinae *ad;* unde legi potest *ad Dominum;* vel *Deus Domine,* atque hoc modo latine vertit scholiastes canonis hebraicae veritatis, quum tamen monuisset altero scholio in hebraeo haberi *ad Dominum Deum Israel.* Nos hunc locum edidimus iuxta ea quae leguntur in ipso contextu canonis nostri, atque in aliis duobus antiquissimis mss. codicibus colbertino Aniciensi et sangermanensi maximo n. 3. Etsi non diffiteamur redundantem esse in illis vocem *Domine* in medio; quia nihil occurrit in hebraeis voluminibus huic nomini respondens. Integram itaque inter tot variantes eam dicimus lectionem, quam repraesentat ms. corbeiensis maior primo loco a nobis supra citatus, in hoc enim optimo exemplario nihil praetermittitur, nihil redundat, ut facile concedent hebraicae linguae periti. »

Ibid. *da indicium: quid est quod non responderis servo tuo hodie? Si in me, aut in Ionatha filio meo est iniquitas haec, da ostensionem: aut si haec iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem. Et deprehensus est Ionathas* — Ex his, reliquis praetermissis, legunt tantum *Da indicium. Et deprehensus est Ionathas* sixtini, primo gregoriani (uti ad V, 6.), codd. A, D, E, H, I 1. m., K, L 3., N, O, Q, T 1. m., U, Cas. 2., goth. leg., mediol., Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535., margo Ord.; scholiastes in cod. N notat: « Quod post hoc nomen *in-* » *dicium,* sic quidam dicunt *quid est quod* » *non* etc. antiquiores et hebraeus non ha- » bent: sed satis antiqui habent cum graeco » seu de LXX. Primis adhaereo. » Hinc Sabatierius haud dubitavit ad veterem italam referre verba, quae interiecta sunt, quaeque in cod. sangerm. n. 3. ad marginem adscripta, et in sangerm. n. 9. expuncta sunt. Flaminius Nobilius asserit ista non pertinere ad hieronymianam interpretationem, ac subdit: « Ac certe in codicibus graecis apparet coag- » mentatio quaedam variarum interpretatio- » num. » Item Cornelius a Lapide scribit: « Haec videntur esse congesta ex variis in- » terpretationibus rei eiusdem, uti advertunt » Card. Caraffa, Franciscus Lucas et Sera- » rius. » His adde Bukentopium pag. 170., Natalem Alex. *histor. eccles. sec. IV. diss. 39. a. VI.*, De-Rossi *de praec. caus. p. 99.*, Vallarsium, aliosque, quorum agmen ducit Lucas Brugensis, cuius eruditam notationem nobis praetermittere non licet; at in primis animadvertimus Robertum Stephanum et Lovanienses minus accurate adnotasse suos codices atque editionem Compl. praetermittere verba *da indicium: quid est* etc. usque ad *populo tuo;* nam codices superius laudati et Compl. editio legunt verba *da indicium,* atque omittunt *da sanctitatem.* Igitur praeter laudatos codices, « alii, inquit Brugensis, legunt *da indicium* (vel *iudicium*). *Et deprehensus est Ionathas;* sic exemplar societatis Iesu longum, manuscriptum insignis ecclesiae s. Donatiani Brugensis, aliud praeclarae Abbatiae Lobiensis, et antiquiores Epanorthotae codices. Sic et graecus regii operis textus, habet enim δὸς δήλους. Καὶ κατακληροῦται. Alia est latinorum codicum lectio, quae in hodierno Vulgato habetur. Lectio ista (quam s. Gregorius et habet et interpretatur) ex duabus interpretationibus, multisque praeterea verbis rem explicantibus, conflata est. Verum, cum in hebraicis et chaldaicis libris, quibusdam etiam graecis et antiquis latinis non habeantur, merito ad interpretis nostri textum non pertinere iudicantur. Sumpta autem ex graeca translatione, sive Septuaginta duorum senum, sive aliorum, videntur. Nam in graeco quidem regiae editionis textu non habentur, sed in aliis editionibus hoc modo leguntur: *Et dixit Saul: Domine Deus Israel, quid, quod non respondisti servo tuo hodie? si in me, aut in Ionathan filio meo iniquitas, Domine Deus Israel da manifestos. Et si haec dicas, da igitur populo tuo Israel, da igitur sanctitatem. Et deprehensus est* etc. Notandum est autem initio graecae istius lectionis non haberi quod in latinis codicibus habetur *da indicium* (vel *iudicium*), ut eo verisimilius sit id a latino interprete translatum. Pars postrema productae

lectionis graecae non parum ab ea discrepat, quae in latinis codicibus legitur *aut si haec iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem:* sed sunt latina quaedam exemplaria, quae graecam sententiam sua hac lectione redoleant *aut si ita est in populo tuo haec iniquitas, da sanctitatem.* » Ex hactenus prolatis testibus quilibet facile aestimare poterit Toleti notam quam hic subiicimus absque ulla animadversione: « Hebraeus, inquit, graecus, Complut., Reg. et mss. 3. (Hentenii) » non habent haec. Tamen sunt in Ordin. et » plurimis impressis et mss. et ea legit Gregorius et ponderat. Prior Congregatio expunxit, posterior retinuit. Omnes autem » codices habent *Domine Deus Israel da indicium,* et habentur etiam in hebraeo et » graeco. » Reliquum est ut nostrorum codicum varietates in prolati additamenti verbis exponamus. Pro *indicium,* plures ex antiquioribus editionibus et non pauci codices *iudicium.* Bibl. Basil. 1530. *aut Ionatha,* pro *aut in Ionatha.* Pro *est iniquitas haec,* codd. F, G, V, sangerm. n. 3. *haec iniquitas est;* Bibl. Ordin., Hugo *haec est iniquitas;* Bibl. Rom. 1471., Paris. 1566. tacent *est.* Post *ostensionem,* codd. Cas. 2. addunt *vel veritatem.* Pro *si haec iniquitas est in populo tuo,* codd. B, C, F, T 2. m., V, sangerm. n. 3. *si ita est in populo tuo haec iniquitas;* item cod. G et Gregorius M., excepto *ita.* Denique cod. F pro *deprehensus,* ponit *reprehensus,* et post *exivit* addit *foras.*

42. *Et ait Saul*—Bibl. Ordin. tacent *Saul.* Cod. C pro *Mittite,* legit *Mitte.* Pro *inter Ionatham,* sixtini *inter Ionathan;* cf. ad v. 12.; codd. B, F, H, I, S, T, mediol. tacent *inter;* item tres codd. holmesiani; Gregorius M. non legit *inter Ionatham.*

43. *feceris*—Cod. U 2. m. *fecisti;* graecus πεποίηκας. Cod. B tacet *ei* post *indicavit.* Ante *ecce* tacent *et* sixtini, codd. A, T, mediol., item hebraeus. Pro *ego morior,* sixtini, codd. C, D, U, margo Ord. *ego moriar;* accedit hebraeus; cod. F et Gregorius M. tacent *ego.* Animadverte Bibl. Ordin., Rob. Steph. posteriores editiones, Lov., all. post *morior* ponere notam interrogationis, quam complures codices ignorant, neque ex hebraeo aut graeco requiri videtur.

45. *qui fecit* — Bibl. Ven. 1476. 1480. 1482., Compl., Reg., all. *quia fecit.* Cod. H notat hebraeum pro *hoc nefas est,* legere *absit.* Pro *in terram,* Bibl. Ven. 1511. 1519., Complut., Reg., all. *in terra.* Pro *cum Deo,* codd. F, K, Cas. 1. *cum Domino;* item Hieronymus apud Sabatierium. Gregorius M. legit *ne,* pro *ut non.*

46. *nec persecutus est*—Beda *ne persequeretur.*

47. *Et Saul* — Sixtini, gregoriani prima manu, codd. B, D, E, F, H, I, U, V, Cas. 4., Bibl. Lugd. 1522. 1535., Basil. 1530., all., Hugo, Gregorius M., Beda *At Saul;* cod. G *Atque Saul.* Cod. A, Thomas. I, 110. addunt *suo* post *regno.* Ante *contra* codd. F, V 2. m. addunt *et;* item armenus. Pro *Soba,* codd. B, E 2. m., V *Saba;* ut cod. 247. Holmesii; codd. D, F, I, O, veronens., Gregorius M. cum graeco *Suba,* et ita habet Vulgatus II Paral. VIII, 3. Pro *verterat,* codd. G, H, Cas. 1. *verteret;* codd. F, K, Gregorius Magnus *vertebat;* non male.

49. *Iessui*—Codices plerique, antiquiores editiones et Gregorius M. *Iesui;* cf. ad Gen. XLVI, 17. Notat autem Magdalius ex hebraeo constare legendum esse *Iesvi.* Ante *nomina* tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, O, R, T, U, Cas. 5., goth. leg., mediol., Bibl. Ord., Hugo, Gregorius M., Brev. goth. p. 276. Pro *Merob,* codd. D, H, I, N, P, U, mediol. *Merab;* cod. N notat: « *Merab* significat *de pluribus,* sicut *Michol, de omnibus;* » sed et Hieronymus inferius hanc vocat *Merab,* sicut est in hebraeo; in antiquis autem » inferius dicitur *Merob.* » At nostrae Hieronymi editiones in loco quem spectat scholiastes, habent *Merob.* Ante *minoris,* Bibl. Ven. 1479. tacent *nomen.* Cod. H pro *Michol,* legit *Michal* consentanee hebraeo.

50. *Achinoam* — Sixtini, codd. A, G, H, R, S, V, antiquiores editiones, Beda *Achinoem;*

pauci codd. cum Bibl. Reg. *Achinoen*, vel cum Gregorio M. *Achinoe*; cod. K *Achino*; codd. B, C, E, I *Abinoem*; codd. D, U *Abionem*. Pro *Achimaas*, sixtini, cod. H *Ahimaas*; codd. D, U *Achimes*. Pro *nomen principis*, codd. A, C, D, E, I, K, T, U, Cas. 14., Brev. goth. l. c. *nomina principum*; cod. mediol. *nomina principis*. Pro *militiae*, cod. K *filiorum*; Gregorius Magnus tacet; item cod. 85. Kennicotti. Scholiastes in cod. H notat hebraeum textum in hoc tantum loco habere *Abiner* אבינר, et revera alias scribitur אבנר. Pro *patruelis Saul*, Gregorius M. *patruelis eius*.

51. *Porro Cis* — Codd. A, K, T *Cis*. Pro *fuit*, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, R, S, T, U, V, Cas. 17., goth. legion., mediol., Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., Lugd. 1522., Basil. 1530., Hugo, Brev. goth. l. c., Gregorius M. *fuerat*. Pro *filius Abiel*, Petrus Com. *filii Abiel*; in hebraico textu legendum fortasse בני (pro בן) quemadmodum legisse videtur Iosephus *Antiq. VI, 6.*; nam non tantum Abner, sed et Cis erat filius Abiel, uti constat ex IX, 1.; Gregorius Magnus legit *filius Abiae*.

52. *Philisthaeos* — Codd. E, I *Philisthiim*. Pro *viderat*, codd. E, I, K, Cas. 1., Gregorius Magnus *videbat*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XIV, 1. *In substantiam Allophylorum, quae est in transitu illo. . . . 2. Et Saul sedebat in colle, supra cacumen collis, subtus arborem maligranati, quae est in Magdolis. . . . 3. Nesciebat quoniam abiit Ionathan, 4. in medium transire in substantia Allophylorum, et erat proprium* (infra habes *propium* et *proripium*; numquid *promontorium?* nam graeci codd. ἀκρωτήριον.) *petrae hinc, et proprium petrae illuc: nomen erat uni Bazes, et nomen erat altero Sednaas. 5. Propium unum est ab aquilone, quod habet magnus; et propium aliud est ab austro, quod habet collem.* (Alias: *3. Et populus nesciebat quoniam abiit Ionathan, 4. in medium transitum, quod quaerebat Ionathan transire in agmen substantiae Allophylorum, via erat per praeductum rupis hinc, et proripium petrae illinc, et nomen erat uni Bezed, et aliae nomen erat Senaar. 5. Propium unum est ab aquilone, quod est iuxta Magmas, et propium aliud est ab austro, quod iuxta collem Gabeae.*) . . . *12. Et dixerunt viri substantiae ad Ionathan, et ad eum qui portabat vasa eius: Ascendite ad nos, et notum vobis faciemus verbum. Et dixit Ionathan ad portantem vasa sua: Ascende post me. . . 13. Et respexerunt faciem Ionathae; et percussit illos Ionatha, et qui portabat vasa porrigebat ei iacula a retro. 14. Et facta est* (plaga) *prima, quam percussit Ionatha, et qui portabat arma eius, quasi viginti viros in bolidis et petrobolis* (ἐν βολίσι καὶ ἐν πετροβόλοις), *et in saxis campi. 15. Et factus est pavor in castris et in campo: et omnis populus, qui in substantia erat in Messabet, et qui exterminabant, expaverunt, et ipsi nolebant esse in doloribus, et contremuit, et factus est pavor Domini. 16. Et viderunt exploratores Saul in colle Beniamin.* (Alias: *14. In sagittis, et petrobolis.* Alias: *15. Et noluerunt pugnare*). . . *19. Et ibat iens, et repletus est. Et dixit Saul ad sacerdotem: Concoge* (Numquid habemus novum verbum? graece est Συνάγαγε) *manus tuas. . . . 20. Confusio magna vehementer. 21. Et servi, qui fuerant heri, et nudiustertius cum Allophylis, qui ascenderant in castris, versaverunt se et ipsi, et coeperunt esse cum Israel.* (Alias: *et servi refugae*). . . . *22. Et praelium transit Bethoron, et ex Israel erat cum Saul quasi XII. millia virorum: 23. et erat praelium dispersum tota civitate in monte Ephrem. 24. Et Saul ignoravit ignorantiam magnam in illa die, et maledicens populum, dixit: Maledictus homo, qui manducaverit panem usque ad vesperum, donec ulciscar inimicum meum; et non gustavit omnis populus panem, et omnis terra prandebat. 25. Et erat examen apium secus faciem agri illius: 26. et intravit populus inter apes, et ecce ibat conloquens. . . . 29. Transmutavit pater meus terram: ecce quomodo respiraverunt oculi mei.* . . . *33. quod manducaverit in sanguine in Ge-*

them. . . . **34.** *quod habebat ad manum suam.* . . . **35.** *sacrarium* (Numquid *altarium?*) . . . **40.** *Et dixit Saul omnibus viris Israel: Vos eritis in servitutem; et ego et Ionathan filius meus erimus in servitutem.* . . . **41.** *Domine Deus Israel, quid est, quod non responderis servo tuo hodie? aut si in me, aut si in filio meo Ionatha iniquitas est, Domine Deus Israel, da ostensionem: quae est iniquitas in populo tuo Israel dic, da sanctitatem. Et sortiti sunt Ionatha et Saul; et omnis populus exiit.* **42.** *Et dixit: Mittite inter me, et Ionathan filium meum sortem, et cuius ostenderit Dominus moriatur. Et dixit populus ad Saul: Non est hoc verbum. Et obtinuit Saul populum: et mittunt inter Saul, et inter Ionathan filium eius sortem, et in sorte ostensus est Ionathan*... **43.** *De summo sceptro hoc, quod est in manu mea.* . . . **45.** *Et oravit populus in illa die pro Ionatha, et non est mortuus.* . . . **47.** *Et Saul sortitus est ut regnaret in Israel . . . et ubicumque repererat conserbabatur.* **48.** *Et fecit virtutem, et percussit Amalech, et exiit Israel de manu eorum, qui conculcabant eos.*

Cap. XV, 1. *ut ungerem* — Gregorius M. *ungere;* graecus χρῖσαι; cod. C 1. m. *ut ungeret.* Mox cod. E tacet *Israel.* Pro *nunc ergo,* Angelomus *nunc autem.* Post *vocem* margo Ord. et censores florentini addunt *verborum;* item hebraeus et multi graeci codices.

2. *Dominus* — Codd. B, V addunt *Deus;* cod. D tacet quod sequitur *exercituum.* Pro *Recensuit* et pro *ascenderet,* Brev. goth. p. 277. *Recensuerunt,* et *ascenderent;* syrus quoque, arabs et slavon. ostrog. pluralem numerum exprimunt.

3. *Nunc ergo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, T, U, mediol., Hugo, Brev. goth. l. c. *Nunc igitur.* Post *vade* cod. B tacet *et;* item syrus in polyglottis; at vero Ephraemus cum hebraeo et reliquis addit copulam. Pro *parcas ei,* codd. A, B, K *parcas eis.* Tacent verba quae sequuntur *et non concupiscas ex rebus ipsius aliquid* sixtini, primo gregoriani (ut V, 6.), codd. A, D, E, H, I, K, L, S, M, N, N*, O, Q, T, U, goth. leg., Cav. 2., mediol., margo Ordin., Bibl. Compl., Reg., Lugdun. 1535., Isidorus Clarius, Brev. gothic. l. c., Beda; Lucas Brugensis adnotat multa bona exemplaria latina manuscripta, et omnia hebraea confodere haec verba; Vallarsius inquit: « Nullus originalis textus, sed soli quidam latini libri habent haec verba: sunt » vero pridem obelo iugulata. » Sabatierius rursum existimat illa ad veterem italam spectare, etsi graecus non omnino consentiat, ut infra dicetur. Scholiastes in cod. M animadvertit: « Quod in quibusdam sequitur *et* » *non concupiscas ex rebus ipsius aliquid,* hebraeus et Hieronymus non habent. Antiqui » vero habent *et non concupiscas ex ipsius* » *aliquid;* subauditur *rebus,* quod dimittitur » in textu. Cantuariensis dicit *ex ipsis,* scilicet *universis.* » Exemplaria enim quae istud additamentum habent non modice inter se discrepant; nimirum pro *concupiscas,* codd. F, V, corbeiens. n. 3., sangerm. n. 9., Gregorius M. *concupisces;* item Lucifer calar.: pro *ex rebus ipsius,* codd. C, F, corbeiens. n. 3., sangerm. n. 9. *ex ipsius;* codd. B, G *ex ipsis;* Gregorius M. *ipsius:* praeterea codd. C, F, V, sangerm. n. 7. haec verba praemittunt ante *Non parcas ei;* item graecus, qui legit: καὶ οὐ περιποιήσῃ ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἐξολοθρεύσεις αὐτὸν καὶ ἀναθεματιεῖς αὐτὸν, καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ, dein subdit καὶ οὐ φείσῃ ἀπ' αὐτοῦ. Ex quo apparet additamentum apud graecos, qui multo plura quam Vulgatus habent, praecedere verba *Non parcas ei.* Toletus denique notat: « Haec non ha» bentur in hebraeo, Compl., Reg., et multis » manuscriptis; tamen ea legit Gregorius et » plures codices impressi. In graeco autem » est *et detestaberis eum, et universa eius;* » habentur etiam in Ordin. » Cf. Bokentonius p. 170., De-Rossi l. c., Calmetus.

Ibid. *et parvulum atque* — Cod. B cum graeco *et a parvulo usque;* cod. G *ac parvulum ac.* Pro *lactentem,* plures libri manuscripti et editi praeferunt *lactantem;* conf. supra ad VII, 9. Pro *bovem et ovem, camelum et asinum,* Gregorius Magnus *et bovem, et asinum.*

et ovem, et camelum; at in ipso commentario cum Vulgato consentit; Brev. gothic. l. c. *atque asinum;* Pseudo-Hieronymus addit *atque iumenta.*

4. *Iuda* — Cod. B *de Iuda;* targum in polyglottis antuerpensibus דבית יהודה.

5. *Cumque* — Bibl. Rom. 1471. *Cum.*

6. *recedite* — Codd. B, C, Brev. goth. l. c. *et recedite.* Pro *atque descendite,* Sixtus, codd. B, C, D, E, F, G, I, K, R, T, U, V, baver., undecim mss. apud Martianaeum, Brev. goth., Pseudo-Hieronymus, veteres editiones *atque discedite;* huic autem lectioni favet chaldaeus legens אתפרשׁ; cod. S tacet. Hodierna lectio a sixtinis et gregorianis invecta fuit, quibus favent codd. A, H, mediol. et Rabanus; unde Toletus notat: « Lege *descendite;* sic he» braeus, manuscripti et utraque Congrega» tio. » Cf. Lucas Brugensis et Bukentopius pag. 404. Apud Gregorium M. legitur *absque laesione. Discede.* Dein Rabanus et Pseudo-Hieronymus tacent *ab Amalec.*

7. *Hevila* — Bibl. Ven. 1476. 1482. 1492., all., paucique codices *Eiula* vel *Heiula;* Hugo de s. Charo notat: « Hieronymus dicit *Hevila* » poni inter nomina, quae post *e* habent im» mediate *v;* tamen multi dicunt *Heiula.* » codd. F, V *Eiulath;* Gregorius M. et Lucifer calar. cum graeco *Evilat;* cf. ad Gen. II, 11. et Hieronymus III, 53. 627.; attamen Claudius taurin. urget distinctionem inter *Hevila* et *Hevilath.* Pro *venias,* codd. B, C, D, E, G, I, S, T, U, Cas. 17., baver., Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1522., all., Hugo, Brev. gothic. l. c. *venit;* codd. F, V, Cas. 1., Gregorius M. *veniret;* codd. R, goth. legion., Bibl. Lugdun. 1535. *veniat.* Pro *ad Sur,* sixtini, codd. A, H, K, M, O, Cas. 2., mediol., antiquiores editiones, Gregorius M., Beda *Sur;* codd. B, C, D, E, F, G, I, P, T, U, V, Cas. 14., gothic. leg., baver., Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., all. *Assur;* concinunt hebraicus cod. 378. derossianus, et antiquissimus graecus cod. vaticanus; Iosephus *Antiq. VI, 7.* interpretatur *Pelusium;* cod. O notat: « Pro *venias Sur,* quidam antiqui *venit As» sur;* sed hic *venias* dividitur, et *t* superflue » apponitur. » Brev. goth. l. c. pro *e regione,* legit *regionis.*

9. *Et pepercit Saul, et populus Agag, et* — Cod. U *Et percussit Saul, et populus Agag, et pepercit;* ante *populus* Brev. goth. l. c. addit *omnis;* item graecus. Ante *vestibus* tacent *et* Bibl. Ven. 1511. 1519., Complut., Reg., Norimb. 1529., Basil. 1530., all. Pro *quidquid vero,* codd. Cas. 2., Bibl. Ven. 1476. 1480. 1482., Compl., Reg., posteriores editt. Rob. Steph., all. *quidquid ergo.* Mox pro *fuit,* codd. D, F, U *fuerat.*

10. *Factum est autem* — Tacent *autem* cod. T, Brev. goth. l. c., Iohannes saresber. CXCIX, 463.

11. *constituerim* — Brev. gothic. l. c. *constituissem;* et post *tota nocte* idem Brev. addit *illa.*

12. *Cumque de nocte surrexisset Samuel* — Cod. G et Brev. goth. l. c. *Cumque surrexisset Samuel de nocte.* Post *Samueli* tacent *eo* sixtini, cod. G, Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535., Gregorius M. et Ioh. saresber. l. c.; Hugo autem notat: « Quidam libri non ha» bent *eo,* et tunc littera planior est. » Bibl. Basil. 1530. legunt *quod eo venisset.* Pro *erexisset sibi,* codd. C, D, F, I, U, Cas. 1., Pseudo-Hieronymus p. 736. (at cf. p. 824.) *erexisset ibi;* cod. E tacet *sibi;* cod. M ex Pseudo-Hieron. habet hoc scholion: « Quan» do victores erant, faciebant arcum de myr» tis et palmis et olivis ob signum victoriae. » Pro *reversus,* codd. D, U *regressus;* Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535. *reversurus.* Post *Venit ergo* Bibl. Paris. 1566. addunt *et.*

12. 13. *Saul offerebat holocaustum Domino de initiis praedarum, quae attulerat ex Amalec. Et cum venisset Samuel ad Saul* — Omittunt haec verba sixtini, primo gregoriani (ut V, 6.), codd. A, C, D, E, H, I, K, L 8., N, O, Q, T, U, Cas. 2., mediol. 1. m., Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugd. 1535., Isidorus Clarius, margo Ordin., Brev. gothic. l. c. (in quo deest etiam reliqua pars v. 13.), Beda; Sabatierius ista refert ad veterem italam, et

laudat codices sangermanenses et corbeienses qui eadem vel in margine tantum, vel a secunda manu habent; Lucas Brugensis testatur ea in latinis manuscriptis integerrimae fidei non legi, sed fere in graecis. Epanorthotes in cod. N diserte scribit: « Post *Venit* » *ergo Samuel ad Saul* secundum antiquiores » et hebraeum sequitur immediate *Et dixit* » *ei Saul: Benedictus tu Domino*. Sed in qui-» busdam satis antiquis interponitur *Et Saul* » *offerebat holocaustum Domino de initiis pri-* » *mitiarum quas attulerat de Amalec; et dum* » *venisset Samuel ad Saul.* » Toletus testes in utramque partem profert scribens: « Non ha-» bentur haec in hebraeo, Complut., Reg. et » aliquot exemplaria graeca. Sunt tamen in » Ordin., Lov. et plerisque impressis latinis » et quibusdam graecis; atque ita ea legit » Gregorius. Prior Congregatio abstulit; po-» sterior reliquit. » At vero ad graecum quod spectat, hoc additamentum ab editoribus complutensibus explosum, in universis holmesianis codicibus legitur; nec dubitare possumus quin inde ad latinos transvectum fuerit. Cf. Mariana et Bukentopius p. 170. Heic rursum animadvertimus Robertum Stephanum minus accurate adnotasse in suis codicibus atque in Bibl. Compl. deesse verba *Venit ergo Samuel,* et quae sequuntur usque ad *ex Amalec*. Ex latinis autem testibus, qui additamentum habent, praeter memoratas varietates, sequentes accipe: pro *de initiis,* nonnulli cod. Cas., Gregorius Magnus cum Lucifero calar. *initia;* graecus τὰ πρῶτα; pro *ex Amalec,* cod. G, Gregorius M., Hugo, all. *de Amalec;* pro *cum venisset,* Gregorius M. *dum venisset.*

13. *dixit ei* — Gregorius M. tacet pronomen. Pro *tu Domino,* codd. G, K, Cas. 2., baver., Bibl. Ord., Paris. 1573., priores editt. Rob. Steph., all., Gregorius M. *tu a Domino;* conf. ad Iudic. XVII, 2.

14. *haec vox* — Cod. baver. tacet *haec;* in hebraico הזה iungitur cum צואן, etsi ad קול pertinere videatur. Cod. T omittit verba *et armentorum, quam ego audio.*

15. *pepercit enim* — Cod. K *pepercit ergo.* Pro *ut immolarentur,* cod. T *et immolaverunt;* Gregorius Magnus semel *ut immolarent;* cod. Cas. 1. *ut immolentur;* item Lucifer calar. cum graeco. Cod. H notat hebraeum pro *occidimus,* legere *demoliti sumus.*

16. *Ait autem* — Sixtini, codd. A, E, H, I, K, T, mediol., Brev. gothic. l. c., Beda *Dixit autem;* Gregorius M. *Dixit enim.* Cod. K post *Sine* tacet *me;* nec obstant hebraeus et veteres. Pro *locutus sit,* codd. Cas. 1., mediol. *locutus est;* et pro *Dominus ad me,* codd. R, S, Bibl. Ordin., Eucherius *ad me Dominus.*

17. *Nonne cum parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es?* — Hunc locum frequenter usurpat Gregorius M. I, 583. 807. 833. 1133. II, 5. 21. IV, 141. 143. et ex eodem Taio LXXX, 963. et Garnerius CXCIII, 174. qui legunt *Nonne cum esses parvulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel?* pro *in oculis tuis,* cod. Cas. 1. *in conspectu tuo;* graecus ἐνώπιον αὐτοῦ. Pro *in regem,* codd. A, E, mediolan. *regem.*

18. *in viam* — Sixtini, codd. C, D, E, F, K, N, O, P, U, goth. leg., mediol., Bibl. Ven. 1480. 1494. 1497., all. *in via;* graecus ἐν ὁδῷ. Mox tacent particulam *et* ante *ait* Bibl. Ordin., et ante *interfice* Gregorius M. Cod. H rursum notat hebraeum pro *interfice,* legere *demolire.* Pro *pugnabis,* codd. B, H, Q *pugna.* Complures, ut alias monuimus, praeferunt *internicionem;* unde cod. N notat: « Antiqui » semper ponunt *internicionem;* require Num. » XVII. (v. 13.) »

19. *ad praedam es, et fecisti* — Cod. K *ad praedam, fecisti;* Lucifer calar. *ad praedam, et fecisti.*

20. *audivi* — Codd. A et mediol., uterque prima manu, *audi.* Gregorius M. pro *in via per quam,* legit *per viam, qua.* Pro *misit me,* cod. V, Bibl. Ordin., Rabanus *me misit.*

21. *de praeda populus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, mediol., Bibl. Ord., Hugo, Brev. goth. l. c., Gregorius M., Rabanus, Rupertus, Ioh. saresb. l. c. *populus de praeda;* Pseudo-Hieron. tacet *de praeda.*

Dein pro *primitias eorum*, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., Complut., all. *primitias earum*. Pro *immolet*, codd. D, F, U, Cas. 1. *immolaret;* codd. T, V, Cas. 1., Brev. gothic. l. c. *immolarent;* codd. G, I, N*, R, S, Cas. 4. *immolent;* Lucifer calar. apud Sabatierium *sacrificent*, at in edit. Ven. 1778. pag. 33. legitur *sacrificem*. Pro *Deo suo*, codd. H, L 2. (seu Q), Bibl. Ordin., Complut., Reg., Rob. Steph. 1532. *Deo tuo;* item hebraeus et veteres, excepto graeco qui legit ἡμῶν.

22. *holocausta*—Cod. mediol. *holocaustum*. Pro *et victimas*, sixtini, codd. A, E, G, H, I, K, R, S, T, Cas. 15., goth. legion., mediol., Thomasius I, 92., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573., Concil. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1430., Gildas LXIX, 355., Beda, Claudius taur. *aut victimas*. Pro *ut obediatur*, Bibl. Ven. 1476. 1480. 1483. 1492. 1494., all. *ut non obediatur*. Pro *voci Domini*, Sixtus *voci eius*, quod emendarunt gregoriani; Toletus autem adnotat: « Lege *Domini*, » sic hebraeus, graecus et omnia exempla» ria. Sixtus mutavit. » Attamen praeter testes a Sabatierio excitatos, habes Augustinum in *Spec*. edit. Maii, c. XXIX. qui legit *vocem suam*, et Deusdedit in *nova patrum biblioth*. Maii, tom. VII. parte 3. pag. 102. qui habet *voci suae;* cf. Holmesius. Dein pro *Melior*, cod. K *Melius;* et pro *victimae*, cod. E *victima;* conf. Sabatierius.

23. *idololatriae*—Antiquiores editiones et fere omnes codices habent *idolatriae*. Post verba *abiecit te* tacent *Dominus* sixtini, codd. A, B, E, H, K, L 5. (seu Q), Cas. 12., goth. legion., mediol., baver., Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., Eucherius, Gildas l. c.; item hebraeus, chaldaeus et syrus; at legitur in graeco, arabe et paucis codicibus hebr. apud De-Rossi.

25. *porta, quaeso*—Codd. E, G, I, V *quaeso, porta*.

26. *super Israel* — Cod. V, Bibl. Lugdun. 1522., Basil. 1530., Hugo *in Israel;* consentiunt nonnulli codices holmesiani.

27. *quae et scissa*—Codd. B, C, D, E, G, I, N, U, Cas. 1., Gregorius M., Ioh. saresb. l. c. *quae scissa;* cod. K *et scissa*.

28. *Israel a te*—Gregorius M. *Israel de manu tua;* item Isidorus V, 524., Eucherius, Rabanus et Angelomus, qui hunc locum proferunt ex Augustino; ac propterea ad italam haec lectio pertinet.

29. *in Israel non parcet*—Hugo *non parcet in Israel;* cod. V tacet particulam *in*, quam cod. H notat in hebraeo non legi; codd. H, M, Pseudo-Hieronymus, Angelomus advertunt hebraeum legere *Israel non mentietur*, quam lectionem exponit Hugo de s. Vict. CLXXV, 99.

30. *senioribus* — Sixtini, codd. A, K *senibus*. Mox codd. G, goth. leg. tacent *Dominum;* item cod. 120. Holmesii.

31. *secutus est Saulem* — Cod. veronens. *et sequutus est eum Saul;* codd. F, V praemittunt *et*.

32. *pinguissimus, et tremens* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, L 6., M, N, N*, O, Q, U, Cas. 12., goth. leg., mediol., baver., Bibl. Ordin., priores editt. Roberti Stephani, all., Rabanus tacent *et tremens;* scholiastes in cod. M testatur hebraeum, antiquos et Bedam legere tantum *pinguissimus;* item Magdalius; nimirum pro hebraica voce מעדנת Hieronymus posuit *pinguissimus* (Symmachus ἁβρός), alexandrinus autem τρέμων, utraque porro interpretatio in hodiernis Vulgati libris coaluit (cf. Schleusneri *Lex. V. T. tom. 5. pag. 330.*); cuius rei aliud indicium ex eo colligitur, quod pauci illi codices, qui habent *tremens*, nullum interponunt nexum; ita codd. G, R, S, T, V, antiquiores editiones et Gregorius M. Sixti editio post *Et dixit* addit *Samuel*, quod ex typographi vitio accidisse videtur; nam idem nomen in eadem editione in sequenti versiculo desideratur. Recte autem gregoriani et Toletus receptam lectionem restituerunt; nam illud mendum huius loci sensum omnino invertebat; at enim alii nonnulli iampridem eadem ratione perperam interpretabantur, de quibus mox sermo erit.

Ibid. *Siccine separat*—Rabanus addit *nos;* alii legebant *Sicine se parat;* unde scholiastes in cod. N animadvertit: « Una vox est » *separat;* de hoc *Sicine* require in Deuter. » XXXII. (v. 6.); nam in *haecine* et in *sicine* » antiqui non interponunt nisi unam *c* litte- » ram. » Verum conf. quae adnotavimus ad Deut. l. c. De varia autem huius loci lectione disserit Petrus Com. p. 1310. scribens: « Et » dixit Samuel ad Agag: *Siccine separat ama-* » *ra mors?* quasi diceret: Mirum est quod sic » te concutit mors, et separavit animam tuam » a te. Quidam dicunt duas esse dictiones *se* » *parat,* et supplent *adversum te;* vel secun- » dum aliam litteram: *Et dixit Agag: Sic me* » *separat amara mors?* quasi dicat: Mors » quae separaverat a me meos, amarissime » separat me ab hominibus. » Eadem ferme habentur apud Hugonem de s. Charo et Dionysium Carthus. At vero Claudius taur. CIV, 813. dilucide solvit propositam sibi quaestionem: « Inquiris, cur Samuel Agag regi dixe- » rit: *Siccine separat amara mors?* cum hoc » non Samuel Agag, sed Agag occidendus » Samueli dixerit. Verbum hoc, quod inqui- » ris, quid sit *Siccine,* non natura sui in ipsa » historia, sed interpretis voluptuositas fecit » obscurum. Tale est enim, quod dicit *Sic-* » *cine,* velut si diceret: Sic separat, aut tali- » ter separat amara mors? Tale quod et in » Cantico Deuteronomii scriptum reperitur » *Haeccine reddis Domino?* dum in antiqua » translatione decentius et clarius scriptum » habetur *Haec Domino retribuisti, populus* » *stulte et insipiens?* »

33. *Et ait Samuel*—Sixti editio tacet *Samuel,* quod typographi vitio adscribendum superius coniectabamus; gregoriani propterea vocem restituerunt; Toletus vero notat: « Ad- » de *Samuel;* sic habent omnes codices po- » nentes hoc loco *Samuel,* et non superius. » Sixtus mutaverat. » Pro *concidit eum Samuel,* sixtini, codd. A, B, F, H, K, T, Cas. 14., mediol., baver., Beda, Rabanus, Angelomus *concidit Samuel Agag;* consentiunt hebraeus et veteres; Gregorius Magnus *concidit Agag Samuel;* codd. G, I, V *concidit eum Samuel Agag.*

34. *in Gabaa*—Sixtini, codd. A, E, F, H, I, K, N, O, P, T, U, V, mediol., baver., Thomasius I, 110., Hugo *in Gabaath;* conf. ad XIII, 2.; codex a Martianaeo, Roberto Stephano et Hentenio memoratus addit *Saulis;* accedunt hebraeus et veteres, excepto graeco; conf. XI, 4.

35. *Samuel ultra Saul*—Cod. K *ultra Samuel Saulem;* cod. T *Samuel ultra Saulem;* sensus est: Samuel non amplius *visebat* Saulem; proindeque ista non repugnant iis quae infra XIX, 24. narrantur. Pro *usque ad diem,* cod. H, Bibl. Ven. 1476. 1479., Complut., Reg., all. *usque in diem.* Pro *Saulem,* sixtini, antiquiores editt. et non pauci codices, etiam ex vetustioribus *Saul.* Denique pro *eum regem super Israel,* veteres editiones et fere universi codices *regem Saul super Israel;* pauci habent *Saul regem super Israel;* item hebraeus et veteres: hodierna Vulgati lectio a Sixto illata est.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XV, 2. *Haec dicit Dominus omnipotens: Nunc defendam quae fecit Amalech huic Israel: quemadmodum obviavit tibi in via...* 3. *Non concupisces ex illius aliquid, sed exterminabis illum, et anathematizabis illum... et a puero usque ad infantem mamantem* (nota verbum), *et a vitulo usque ad ovem, et a camelo usque ad asinum....* 4. *Quadringenta millia exercitus Israel, et Iuda XXX. millia...* 9. *Et omne opus pretiosum reservaverunt, et omnia supervacua disperdiderunt...* 17. *Nonne minimus eras in conspectu tuo, dux sceptrorum Beniamin de minima tribu Israel, et unxit te Deus in regem....* 20. *Quoniam audivi vocem populi huius....* 21. *primaria illorum....* 22. *et ecce dicto obedientia melior est, quam sacrificium; et obedientia, quam adipes arietum.* 23. *Quoniam peccatum abominatio est tibi: dolores et gemitus ad te adducentur: pro quibus nullius momenti fecisti verbum Domini; et faciet Dominus ne regnes in Israel...*

27. *Et retinuit Saul pinnam diploidis illius, et disripuit illam. . . . 28. Dabit illud proximo tuo meliori te. 29. Et scindetur Israel in duas partes; et non poenitebit, neque convertetur; quoniam non est sicut homo, ut poeniteat eum. . . . 32. Et adductus est ad illum Agag rex tremens. Et dixit Agag: Si sic amara mors est. . . . 33. Ita relinquetur ex mulieribus mater tua, filius doloris.* (Duo haec postrema verba undenam suborta fuerint nequicquam investigaveris, nisi horum vestigium quaesieris in alio inexplicabili additamento, quod nonnulli codices holmesiani obtrudunt legentes *υιου ασηρ* aut *υιος ασερ* aut *υιου σασερ*.)

Cap. XVI, 1. *ad Samuelem* — Codd. A, C, all. *ad Samuel*. Gregorius M. I, 860. pergit *Quousque tu luges Saulem, cum ego abiecerim eum;* conf. ibid. p. 1339. Pro *ut mittam*, Rabanus *et mittam;* tacent *ut* codd. H, gothic. leg., Gregorius M. III, 228. 290. 374.; cod. O notat: « Quidam antiqui non habent *ut*. » nec legit Lucifer calar. Pro *Bethlehemitem*, pauci codd. et editt. *Bethlehemiten;* item ad v. 18. Pro *in filiis eius mihi regem*, codd. B, E, I, K *mihi in filiis eius* (B *suis*) *regem;* cod. T 2. m. *ex filiis eius mihi in regem;* Lucifer calar. *in filiis Iesse mihi in regem;* cf. Holmesius. Nota Vulgatum habere *Iesse* ad Psal. LXXI, 20. Eccli. XLV, 31. Isa. XI, 1. 10. et in novo Testamento; at in libris Ruth, Regum et Paralipomenon praefert *Isai*.

2. *Quo modo vadam?* — Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., all., Brev. goth. p. 336. *Quo vadam?* Cod. H notat hebraeum pro *Vitulum*, legere *Vitulam*.

3. *quemcumque* — Gregorius M. *quem*. Pro *monstravero*, margo Ordin. *dicam;* cod. H notat hebraeum legere *dixero*.

4. *sicut locutus* — Gregorius Magnus *quod locutus;* item hebraeus. Cod. H mox notat hebraeum non legere *ei;* nec habetur in cod. veronensi. Pro *Venitque*, cod. K, Gregorius M. *Venit;* cod. F *Venit ergo*. Pro *admirati sunt*, margo Ord. *moti sunt;* cod. H notat hebraeum legere *expaverunt*. Verbo *dixeruntque* cod. K addit *ei*. Pro *Pacificusne est*, codd. A 1. m., B, R, T, mediol. *Pacificus;* Gregorius M. *Pacificus est;* codd. C, D, E, F, G, H, I, Cas. plures, gothic. legion. tacent *est*.

5. *ut immolem* — Gregorius M. *ut immolemus;* haec videtur lectio glossae interlinearis.

6. *Eliab* — Antiquiores editiones *Heliab;* conf. ad Num. I, 9. Pro *Christus*, Sixtus *christus;* conf. ad XII, 3.

7. *Et dixit* — Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *Dixitque;* cod. R, Bibl. Ven. 1476. 1479., Complut., Reg., all., Brev. goth. l. c. *Dixit*. Pro *ad Samuelem*, sixtini, codd. A, C, E, aliique *ad Samuel*. Cod. Cas. 1. et Gregorius M. pro *hominis*, legunt *hominum*. Sixtini mox tacent *ego*, item codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Cas. 15., goth. leg., mediol., Gregorius M., Rupertus. Pro *ea quae parent*, Sixtus cum Gregorio Magno III, 379. *ea quae apparent;* emendarunt gregoriani et Toletus qui scribit: « Lege *parent;* sic Complut., Reg., Lovan. et » Congregatio. » Codd. R, S, Bibl. Ven. 1479. et Beda III, 460. *ea quae patent;* at vero idem Beda V, 259. cum Gregorio Magno I, 362. III, 380. *in facie*, quae lectio ad italam pertinet; cf. Sabatierius et Augustinus in *Spec.* edit. Maii, c. IX. Pro *Dominus autem*, cod. B *Dominus enim;* codd. Cas. 2., Gregorius et Beda ll. cc. *Deus autem;* item alii apud Sabatierium. Pro *intuetur*, Gregorius Magnus cum graeco *intuebitur*.

8. *Abinadab* — Codd. E, F, G, O, R, S, T, U, Cas. plures, antiquiores editiones, Brev. goth. l. c., Gregorius M. *Aminadab;* item graecus; cf. supra VII, 1. et Cant. VI, 11. Pro *coram Samuele*, sixtini, plures codices et antiquiores editiones *coram Samuel;* cod. C *ad Samuel*.

9. *Adduxit autem* — Cod. E *Adduxit itaque*. Pro *Samma*, Bibl. Reg. *Samna;* codd. G, R, Gregorius Magnus cum graeco *Sama;* cod. veronens. *Summa;* conf. ad XVII, 13. Gregorius mox habet *de quo et ait*. Cod. H notat hebraeum pro *hunc* legere *in istum*.

10. *Adduxit itaque* — Cod. B *Adduxit autem*, ut supra. Rursum pro *coram Samuele;*

codd. et editt. plures *coram Samuel;* codd. B, E, uterque prima manu, T, et cod. 149. Kennicotti omittunt verba *Non elegit Dominus ex istis. Dixitque Samuel ad Isai.*

11. *filii* — Codd. T, Cas. 1. addunt *tui;* item arabs et duo graeci codices cum graeca edit. complutensi. Pro *et pascit,* Gregorius M. I, 362. III, 382. *qui pascit;* et pro *Mitte, et adduc,* idem Gregorius *Mittite, et adducite.* Cod. H notat hebraeum pro *discumbemus,* legere *circumsedebimus.* Pro *huc ille veniat,* codd. A, C, D, E, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin. *ille huc veniat;* sixtini, codd. B, goth. leg., Cas. 17. *huc ille venerit;* cod. mediol. *ille huc venerit;* graecus ἕως τοῦ ἐλθεῖν αὐτόν, codices addunt ἐνταῦθα.

12. *et ait Dominus* — Cod. C addit *ad Samuelem;* item graecus, syrus et arabs. Pro *Surge, unge,* Sixtus, veteres editiones, plerique codices, Gregorius M., Brev. gothic. l. c. *Surge, et unge;* item graecus, at cf. Holmesius; sixtini et gregoriani nexum expunxerunt, quibus favent codd. A, C, D, F, K, N, mediol., testatur autem scholiastes in cod. N hebraeum et antiquissimos codices latinos nullam interponere coniunctionis particulam.

13. *Tulit ergo* — Sixtini, codices fere universi, Gregorius M., Beda *Tulit igitur.* Gregorius M. et Beda I, 185. pro *fratrum eius,* legunt *fratrum suorum.* Ne cui haec verba difficultatem ingerant, animadvertere placet Davidis unctionem fuisse secretissimam, nec cuiquam hominum, ne fratribus quidem, uti ait Ephraemus, innotuisse; ut proinde quod heic dicitur de unctione *in medio fratrum* facta, significet Davidem inter reliquos seu prae ceteris delectum fuisse, atque in ipsa paterna domo inunctum. Pro *a die illa in David, et deinceps,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, mediol., veronens., Hugo, Gregorius Magnus, Pseudo-Hieronymus *in David a die illa, et in reliquum;* cod. G utramque lectionem connectit *in David a die illa, et deinceps in reliquum;* Martianaeus vitiose habet *in David et in reliquum a die illa.*

15. *spiritus Dei* — Codd. G, K, R, S, Cas. 1., antiquiores editt., Rabanus *spiritus Domini,* ut sequenti versiculo; item cum graeco Augustinus apud Sabatierium et in *Spec.* edit. Maii, cap. XXIX.

16. *Iubeat* — Codd. Cas. 2. addunt *ergo;* hebraeus, chaldaeus et graecus habent *nunc.* Post *dominus noster* codd. B, C, G, I 2. m., K, L, R, S, V, Cas. 4., antiquiores editiones addunt *rex;* sed correctoria N, O testantur id neque in hebraeo, neque in priscis codicibus legi. Pro *quaerent,* codd. V, veronensis *quaerant;* codd. B, T, Cas. 5. *ut quaerant;* cod. F *quaerere.* Pro *cithara,* Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496. *in cithara.* Pro *spiritus Domini,* sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, C, D, E, F, H, I, K, L (seu Q), T, U, Cas. 5., Bibl. Complut., Reg., Norimb. 1529., Lugdun. 1535., Hugo et Hieronymi codex apud Augustinum (de quo infra ad vers. 23.) *spiritus Dei,* ut superiori versiculo; ipsemet Toletus notat: « Lege *Dei;* sic hebraeus, graecus, Compl., Reg. » At graecus, paucis exceptis codicibus, tacet.

17. *Providete ergo* — Tacent *ergo* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., Hugo, Beda et Rupertus.

18. *unus de pueris* — Scholiastes in cod. M ex Pseudo-Hieronymo habet: « Iste puer fuit » Doech Idumaeus inimicus David; et omnia » quae in laudem David dixit, in odium ipsius dixisse dicitur, ut veniens ad Saul aliqua occasione necaretur. »

19. *nuncios* — Tacet Beda. Pro *David filium tuum,* codd. F, V *filium tuum David.*

20. *Tulit itaque* — Codd. E, H, T, V, mediol. *Tulitque;* Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., all. *Tulit ergo;* cod. B tacet *itaque.* Quod habet Vulgatus *asinum plenum panibus,* significat *asinum pane onustum,* uti recte interpretatur chaldaeus: nam cum hebraica locutione חמור לחם apte confertur illud Sosibii poetae tragici ἄρτων τρεῖς ὄνους; at graecus alexandrinus qui posuit γόμορ ἄρτων, legisse videtur חומר; cf. Bocharti *Hie-*

roz. par. I. lib. 2. cap. 13. Cod. H notat hebraeum pro *lagenam*, legere *utrem*.

21. *eius armiger* — Codd. D, E, I, U *ei armiger*; cod. F *armiger eius*.

22. *Misitque* — Cod. B *Misit ergo*.

23. *spiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat* — Cod. H *arripiebat spiritus Dei Saul, tollebat David*; legunt quoque *spiritus Dei* sixtini, primo gregoriani, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, L 3. (seu Q), M, N, O, T, U, Cas. plures, mediol., Bibl. Compl., Reg., Hugo, Beda; Toletus rursum animadvertit: « Lege *Dei;* sic hebraeus, graecus, » Compl., Reg.; sed Gregorius lib. 2. Moral. » c. 10. et lib. 18. c. 2. legit *Domini*. » Nimirum graeca editio complutensis paucique codices holmesiani hanc lectionem tenent; nam graecus vaticanus, aliique tacent, quibus consentiunt codd. Cas. 2. Omittunt quoque *malus* codd. B 1. m., L 5., Q, mediol. 1. m., Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., Angelomus; his accedit Hieronymi codex apud Augustinum, de quo infra, et hebraeus, at conf. De-Rossi *Varr. Lectt.* Pro *arripiebat*, cod. P *accipiebat*. Denique habent *tollebat David* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, T, U, V, mediol., Bibl. Ordin., Hugo, Angelomus, Rupertus.

Ibid. *refocillabatur Saul* — Codd. C, D, G, N, P, U, Cas. 1. tacent *Saul;* cod. N notat: « Non est in fine post hoc attendendum » nomen *Saul*, quia in principio sufficit di» ctum. » At vero hebraeus et veteres illud legunt. Pro *levius*, cod. T *melius*. Pro *recedebat enim*, codd. E, G *recedebat autem;* cod. B tacet *enim*. Cod. K pro *ab eo spiritus malus*, legit *ab eo spiritus immundus;* Ephraemus quoque hunc spiritum *immundum* vocat (I, 366.).

Hieronymianam huius loci interpretationem laudat Augustinus *libro 2. de diversis quaest. ad Simplicianum* (ex quo eadem habet Claudius taurin. CIV, 669.), ubi s. Doctor subtiliter exponit quid sit spiritus malus de quo hoc capite sermo est. Qua praetermissa quaestione, Augustini verba, quae huc faciunt, describere, operae pretium videtur: « Porro autem, inquit, in nonnullis » exemplaribus, et eis maxime quae de lin» gua hebraea ad verbum videntur expressa, » invenitur *spiritus Dei* sine additamento po» situs, et intelligitur *malus* ex eo quod ar» ripiebat Saul, et reficiebat eum David tan» gendo citharam. Manifestum est tamen, ideo » non additum *malus*, quia paulo superius » iam dictum erat, et de vicinitate scriptu» rae subaudiri et intelligi poterat. Ita enim » in huiusmodi exemplaribus legitur: *Igitur » quandocumque spiritus Domini arripiebat » Saul, tollebat David citharam, et percutiebat » manu sua, et refocillabatur Saul, et levius » habebat: recedebat enim ab eo spiritus ma» lus.* Sive ergo quod hic non est dictum *spi» ritus Dei*, sed tantummodo *spiritus malus;* » quod ibi minus dictum erat, tamquam red» ditum apparet, sive quia superius (v. 15. » et 16.) ita positum erat: *Et dixerunt servi » Saul ad eum: Ecce spiritus Dei malus ex» agitat te. Iubeat dominus noster, et servi » tui, qui coram te sunt, quaerent hominem » scientem psallere cithara, ut quando arri» puerit te spiritus Dei malus, psallat manu » sua, et levius feras;* non opus erat, cum » rursum diceretur: *quandocumque spiritus » Dei arripiebat Saul*, addere *malum*, quia » notum erat de quo tunc diceretur. »

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XVI, 4. *Et expaverunt maiores natu civitatis*. . . . 5. *Et purificate vos, et state mecum hodie, et iocundamini*. . . . 8. *Et transivit ante faciem Samuel*. . . . 9. *Et traiecit Iesse Samaa, et dixit: Nec hunc elegit Dominus.* 10. *Et traiecit Iesse septem filios suos coram Samuel*. . . . 12. *Et ipse erat rubeus cum specie oculorum, et bonus in aspectu Domini*. . . . 14. *Et comprehendit illum spiritus maglinus* (sic) *a Domino et suffocabat eum.* 15. *Et dixerunt pueri Saul ad eum: Ecce spiritus Domini malus suffocat te.* 16. *Loquantur ergo pueri tui coram te, et quaerant domino suo virum scientem psallere Deo in cithara; et erit*

dum est spiritus malus in te, et citharizabit de manu sua, et bonum tibi erit, et refrigerabit te. . . 20. *Et accepit Iesse asinum, et imposuit super gomor panis.*

Cap. XVII, 1. *Congregantes autem* — Codd. A, C, D, E, F, G, I, K, T, U, V, Cas. 7., mediol., Thomas. I, 80. 93. 110., Hugo, Beda, Angelomus *Congregantes vero.* Pro *Socho*, antiquiores editt. et codices non pauci efferunt *Sochot* vel *Sochoth*, alii vero *Socco* aut *Soccoth;* cod. N notat istud nomen scribendum sine *t* vel *th* in fine; conf. ad Ios. XV, 35. et Lucas Brug.; apud Hieronymum III, 271. legimus: « *Soccho*, in tribu Iuda. Sunt autem » usque hodie viculi duo, pergentibus Aeliam » de Eleutheropoli, in nono milliario viae » publicae; unus in monte, alter in campo » situs, qui *Sochoth* appellantur. » Vallarsius autem vehementer falsus est dum ad hunc Regum locum (tom. IX. col. 496.) adnotavit: « Constanter effert veronensis ms. *Socchot*, » propius hebraeo סכת, quae et Symmacho » dicitur Σοχχώθ, » Nam hebraeus hoc loco habet שׂוכה.

Ibid. *Dommim* — Plures codd. et antiquiores editiones *Domim;* Bibl. Norimb. 1529., Basil. 1530., Lugdun. 1535. *Damim;* cod. H notat hebraeum legere *Dammim;* Hieronymus III, 53. *Damaim;* ex Eusebio autem idem Hieron. III, 158. « *Aphes dommim* (Ἀφεσδομείμ, אפס דמים), ubi dimicavit Saul; » pro quo Aquila interpretatus est *in finibus* » *Dommim.* »

2. *Saul et filii Israel* — Sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, B, C, E, H, I, K, S, T, U, V, Cas. 4., mediol., Bibl. Ven. 1476. 1479. 1482., all., margo Ordin., Hugo, Beda, Angelomus *Saul et viri Israel;* favent hebr. et veteres; codd. F, R *Saul et viri eius;* cod. B 1. m. mendose ponit *David*, pro *Saul*. Pro *in Vallem*, antiquiores editiones et non pauci codices *in Valle;* item Beda, Angelomus, all.; idque recte se haberet, nisi Vulgatus legeret *venerunt*, pro eo quod hebraeus et veteres habent *castra posuerunt*. Pro *aciem ad pugnandum*, Brev. gothic. pag. 278. *acies ad bellandum;* in cod. B primo deerat *ad pugnandum.*

3. *ex parte hac* — Codd. A, E, F, H, I, K, T, V, mediol., Beda *ex hac parte;* codd. Cas. 3. et Brev. gothic. l. c. *ex altera parte.* Mox cod. B omittit verba *et Israel stabat supra montem ex altera parte;* item cod. 93. Kennicotti; Brev. goth. l. c. pro *stabat*, legit *stabant;* cui favet hebraeus; codd. Cas. 2. tacent *supra montem*, pro quo codd. A, E, F, G, H, I, K, all. et posteriores editiones Rob. Steph. habent rursum *super montem.* Pro *vallisque*, codd. B, F, aliique pauci *vallis, quae.*

4. *Goliath* — Vulgatus ad Eccli. XLVII, 5. legit *Golia;* scholiastes in cod. M notat: « Hieronymus dicit hic *Goliath*, et super I » Paralip. XX. (v. 5.) dicit quod Elchanan » cognatus David interfecit *Goliath* gethaeum » fratrem *Goliae*, quem interfecit David; sed » hebraeus et antiqui ubique habent *Goliath.* » Conf. Pseudo-Hieronymus III, 806. De hac quaestione suo loco agemus. Pro *altitudinis*, codd. E, G, R, S *altitudine.* Pro *palmi*, codd. A, C, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, mediol., antiquiores editiones, Beda I, 181., Rabanus *palmo.* Difficultatem, quam ex hoc loco petere solent qui libris sacris fidem detrectant, egregie diluit cl. Ghiringhello in *Praelectt. de libris hist. antiqui foederis*, p. 260., ex quo pauca recitamus: « Quod ad » immanem Goliathi proceritatem atque ar- » maturam, tria animadvertimus: primum, » pessime argumentari, qui ex praesenti re- » rum statu ac conditione, remotissima aesti- » mant atque diiudicant, quam amussim non » solum in politicis, sed etiam in physicis » persaepe fallacem esse geologicae disci- » plinae incrementa luculentius in dies te- » stantur; plura siquidem nunc pro certo ha- » bentur, quae olim delirantis somnia visa » fuissent; alterum, antiquissimis temporibus » homines quosdam procerrimos ac robustis- » simos extitisse, omnium gentium consen- » sione firmari, iis vero quae de Goliatho in » sacris litteris traduntur, similia magisque » stupenda apud probatos profanae antiqui-

» tatis scriptores reperiri; tertium, si ponderis et mensurae rationes paululum contrahantur (quod in re indefinita nemo improbabit, et allata superius argumenta fieri suadent), eius armatura athletae vires non superasset, statura haud multum illorum excessisset, qui aetate proxime superiori in variis Europae tractibus proceritate spectabiles fuerunt. »

5. *squamata*—Sixtus, veteres editiones fere omnes et plerique codices *hamata,* hoc est hamis instructa, uncinata; hinc glossa interlinearis exponit *conserta hamis et concatenata;* nec aliter graecus alexandrinus ἁλυσιδωτόν; cf. Isidorus VII, 423. Nonnulli codices, uti D, U 1. m., utrumque connectunt legentes *squamata hamata;* alii corrupte, uti cod. K, *crinata,* vel cum cod. T *clabata,* aut cum codd. F 1. m., G et Brev. goth. l. c. *armata.* Hodiernam lectionem acceptam referimus sixtinis et gregorianis, quibus, praeter paucos codices, favent Bibl. Ord., priores editiones Rob. Steph., all.; unde Toletus scribit: « Lege » *squamata;* sic Ordin., mss. et utraque Congregatio. » Cf. Lucas Brug. et Bukentopius pag. 404.; his vero favere videtur hebraicus textus; nam קַשְׂקֶשֶׂת est *squama,* ex quo dicitur שִׁרְיוֹן קַשְׂקַשִּׂים *lorica squamata,* hoc est lamellis ferreis squamas referentibus constans, uti docet Gesenius in *Thesauro* p. 1241. Hinc cod. H notat hebraeum legere *squamata;* ad quem locum Martianaeus animadvertit: « Utraque lectio huic sententiae convenit; » nam milites utebantur et squamatis et hamatis loricis. Hinc apud Virgilium: *Nec duplici squama lorica* etc.; et Aeneidos 3. *Loricam consertam hamis* etc. Squamae autem » et hami loricarum catenulae erant ad modum squamarum atque hamorum in eis compositae atque consertae. » At nos de sensu non dubitamus, sed potius de latinitate. Nam *squamatus* nonnisi ex Tertulliani testimonio apud Forcellini Lexicon refertur; hieronymianae autem interpretationis testes suadere videntur s. Doctorem magis latine scripsisse *hamata,* eodem sensu quo vetus itala legebat *catenata.* Post verba *siclorum aeris* tacent *erat* codd. A, C, D, E, H, I, K, T, U, Cas. 14., mediol., baver., Rabanus.

6. *cruribus* — Brev. goth. l. c. addit *suis;* consentiunt hebraeus et veteres. Pro *aereus,* cod. B 2. m. *ferreus.*

7. *siclos habebat* — Cod. F *habebat siclos.*

8. *adversum phalangas* — Rabanus interponit *omnes;* codices non pauci cum Hugone et Brev. goth. l. c. praeferunt *adversus phalanges;* atque latine in quarto casu *phalanges* recte scribi non dubitamus. Rupertus legit tantum *adversus.* Pro *venistis,* sixtini, gregoriani, codd. A, T *venitis;* graecus ἐκπορεύεσθε, non male. Pro *parati ad praelium,* codd. E, I *ad praelium parati.* Pro *ego non sum,* cod. H *non sum ego;* cod. U *non ego sum.* Rupertus habet *qui descendat,* pro *et descendat.*

9. *et servietis nobis*—Cod. K tacet; cod. F et Bibl. Ordin. edit. Lugdun. 1590., Antuerp. 1634. legunt tantum *nobis;* accedit cod. 247. holmesianus.

10. *exprobravi*—Cod. T et Brev. goth. l. c. *exprobrabo.* Pro *Israel,* sixtini, codd. A, C, all., Rabanus *Israelis.* Cod. V post *Date mihi* addit *ex vobis;* cf. supra v. 8. Pro *et ineat,* codd. T, V *ut ineat;* Rabanus *qui ineat.*

11. *et omnes* — Addunt *viri* codd. A, C, E, G, H, I, K, T, Cas. 16., mediol., Brev. goth. l. c. Pro *sermones,* codd. F, K *sermonem.*

12. *de quo supra dictum est* — Cod. F *de quo scriptum est;* cod. G *de quo supra scriptum est;* cod. H notat haec in hebraeo non legi; hinc expuncta fuere a censoribus florentinis et ab Isidoro Clario; neque apud Rabanum leguntur; conf. Houbigantius. Toletus vero adnotat: « Haec non habentur in hebraeo et graeco, tamen sunt in omnibus codicibus latinis. » Pro *nomen erat Isai,* sixtini, codd. A, C, H, F, T, mediol. *erat nomen Isai;* codd. D, U *erat Isai nomen.* Pro *qui habebat,* cod. K *et habebat;* favent hebraeus et veteres.

Ibid. *octo filios*—Cod. M ex Pseudo-Hieronymo (III, 764.) habet scholion quod sequitur: « Hieronymus: In I Paral. II. (v. 13-15.)

» nonnisi *septem* legitur. Sed Nathan prophe- » tam filium Sammaa filii sui, quem nutrie- » rat loco filii, inter filios numerat. Nam et » coram Samuel septem leguntur adducti; et » octavum fuisse in pascuis (XVI, 11.), inter » quos Nathan fuit, qui *Ionathan* dictus est » II Reg. XXI. (v. 21.) Sed ubi *propheta* vo- » catur, non dicitur *Ionathan*, sed *Nathan*. » At vero de hac quaestione longe aliam sententiam expositores nostri sequuntur, ut videre est apud Malvendam, Cornelium a Lapide, aliosque passim. In cod. K desiderantur verba *et erat vir in diebus Saul senex, et grandaevus inter viros;* cod. H notat hebraeum pro *grandaevus*, legere *ingrediens;* margo Ordin. cum graeco *veniens*.

Hoc et sequenti capite in graeca Sixti V. editione, itemque in graeco vaticano antiquissimo codice nonnulla desunt, quae a quibusdam uti insititia vel alterius narrationis segmenta habentur. Hinc Dathius, Kennicottus, Eichhornius, Gesenius, De-Wette reiiciunt pericopam huius capitis a vers. 12. ad 31., quae tum in laudato codice vaticano desideratur, tum etiam in codicibus holmesianis XI. 29. 119. 121.; codices vero 64. et 92. illam sub asteriscis habent. At vero laudata pericopa nedum legitur in omnibus hebraicis codicibus, et apud priscos reliquos interpretes, sed praeterea apud illos omnes qui alexandrinam versionem usurparunt aut interpretati sunt, quos inter praeter Flavium Iosephum *(Antiq. VI, 9.)*, accensendi sunt Chrysostomus *(IV, 470. V, 169.)*, Theodoretus *(in I Reg. quaest. XL.)*, Ephraemus syrus *(I, 367.)*, Augustinus *(Serm. 32. et in Append., Serm. 37.)*, adeoque et veteris italae auctor, quod confirmat codex noster gothicus legionensis. Ex hisce autem locupletissimis testibus iure colligimus tum hanc pericopam ab ipso libri auctore insertam fuisse, tum eas difficultates, quae ex eadem oriuntur, quaeque, ut videtur, in caussa fuerunt cur in uno alteroque graecae versionis codice omissa fuerit, alia ratione solvendas esse. Conf. infra ad vers. 55.

13. *et nomina*—Codd. B, S, V *et haec nomina;* favent non pauci graeci codices. Pro *perrexerunt*, sixtini, codd. A, E, G, I, T, V, Cas. 2. *perrexerant;* non male. Pro *bellum*, cod. K *praelium*, uti habet Vulgatus in superiori membro; nam hebraeus et graecus utroque loco habent idem nomen. Pro *Abinadab*, codd. E, F, I, K, M, O, R, S, V, antiquiores editiones *Aminadab*, ut graecus; cf. supra ad XVI, 8.; cod. G mendose legit *Abimalech*. Pro *tertiusque*, Sixtus, codd. R, S, V, veteres editiones *tertius quoque;* sixtini, gregoriani et Toletus ad fidem priscorum codicum emendarunt. Pro *Samma*, codd. A, B, F, T, mediol. *Semma;* et ita legit Vulgatus pro שמה ad II Reg. XXIII, 11. 25. 33.; at idem filius Isai in II Reg. XIII, 3. 32.; dicitur *Semmaa*, et I Paral. II, 13. *Simmaa*, de quibus lectionibus suo loco agemus.

14. *Tribus ergo maioribus secutis*—Cod. T *Tres ergo maiores secuti sunt;* pro *ergo* cod. F *autem*.

15. *a Saul*—Codd. B, O, all. *a Saule*.

16. *Procedebat vero*—Codd. G, R, T, Cas. 13. *Procedebat ergo*. Mox Bibl. Ven. 1479. *mane ac*, pro *mane et*. Pro *stabat*, cod. Cas. 1. *stans improperabat filios Israel*. Brev. gothic. l. c. hunc versum praetermittit.

17. *ad David filium suum*—Cod. T *David filio suo*. Pro *ephi polentae*, codd. C, F, I, T *oephi polenta;* alii plures ex recentioribus codicibus *ephi polentam;* at vero cod. M notat: « Quidam male habent *ephi polentam;* quia » infra XXV. (v. 18.) dicitur *quinque sata* » *polentae*. » Utramque lectionem memorat cod. O; verum in cod. N minus recte adnotatur: « Secundum antiquos *ephi polenta*, hoc » est tres modios in polenta: vel est una di- » ctio composita; aut secundum novos *ephi* » *polentae*. » Cod. H notat hebraeum legere *epha*, de quo conf. ad Exod. XVI, 36. Pro *in castra*, codd. E, G, I *ad castra*.

18. *decem formellas*—Petrus Com. et Hugo notant hebraeum legere *decem sectiones;* at cf. Gesenii *Thesaur*. p. 526. Pro *deferes*, cod. G *deferens;* codd. mediol. et veronen. *defer*. Pro

agant, Brev. gothic. l. c. *agunt.* Mox cod. H, Pseudo-Hieronymus, Angelomus et margo Ord. notant hebraeum pro *et cum quibus ordinati sunt, disce,* legere *et pignora eorum tolles;* de qua interpretatione cf. Vatablus, Clericus et Maurerus; cod. T tacet *et;* pro *sunt,* sixtini, gregoriani primo, codd. A, C 2. m., F, G, I, K, Cas. 11. *sint;* pro *disce,* cod. E *disces.*

19. *et illi, et omnes*—Legunt *illi, et omnes* codd. C, E, K, O, Hugo, Brev. goth. l. c.; legunt *et illi omnes* codd. D, N*, P, U, V; scholiastes vero in cod. N animadvertit: « Hebraeus et antiquiores *et omnes filii Israel;* verumtamen quia multum generaliter dicebant *omnes filii Israel,* cum hebraeus habeat *omnes filii Israel residentes in valle,* minus antiqui apposuerunt *illi,* sic *et illi omnes filii Israel;* graeci vero, sive LXX. praeposuerunt coniunctionem *et,* ita *et omnes filii Israel.* » At vero graecus receptus legit αὐτὸς καὶ πᾶς; et edit. complut. καὶ αὐτοὶ, καὶ πᾶς; hebraeus autem cum Vulgato consentit, excepto cod. 96. Kennicotti, qui tacet והמה, et cod. 614 qui habet כל, pro וכל.

20. *David mane* — Cod. R et Bibl. Ordin. *mane David;* cod. G tacet *David.* Pro *custodi,* Brev. gothic. l. c. *custodibus.* Pro *Magala,* cod. F *Magdala;* hebraice מעגלה est *carrago* seu munimentum ex plaustris aliisque impedimentis exercitus factum. Pro *egressus,* cod. E *erat egressus.* Pro *ad pugnam,* cod. T *ad pugnandum;* et pro *vociferatus erat,* cod. Cas. 1. *vociferabat.*

21. *sed et Philisthiim* — Bibl. Ordin. tacent *et.*

23. *adhuc ille* — Codd. E, I, T, mediol., Brev. goth. l. c. *ille adhuc;* cod. K tacet *ille.* Mox pro *vir ille spurius ascendens, Goliath nomine, Philisthaeus,* Brev. goth. l. c. *eis ille spurius, Philisthaeus, Goliath nomine, ascendens.* Pro *de castris,* sixtini, codd. A, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, mediol. *ex castris;* cod. H notat hebraeum textum legere *ex acie,* ex quo apparet hunc scholiasten sequutum fuisse lectionem Kerì, de qua cf. De-Rossi in *Suppl. ad varr. lectt.* et Houbigantius.

24. *Omnes autem* — Brev. goth. l. c. tacet *autem.* Pro *vidissent,* cod. K *audissent.* Mox cod. H notat hebraeum non legere *eum.*

25. *Et dixit unus quispiam de Israel* — Cod. K *Et unus quispiam de Israel dixit.* Pro *vidistis,* codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, S 2. m., T, V, Cas. 15., mediolan., antiquiores editiones, Brev. goth. l. c. *vidisti.* Dein Brev. gothic. l. c. omittit verba *ad exprobrandum enim Israeli ascendit;* cod. K tacet *enim;* plures codices et editiones habent *Israel;* pro *ascendit,* Bibl. Ordin. *venit.* Brev. goth. l. c. pro *absque tributo in Israel,* legit *in Israel absque tributo;* cod. H notat in hebraeo esse *liberam in Israel.*

26. *ad viros, qui stabant secum*—Codd. C, D, F, all. *ad viros, qui secum stabant;* cod. U *ad virum, qui secum stabat.* Cod. H notat hebraeum pro *dabitur viro,* legere *fiet viro.* Pro *de Israel,* cod. G *ex Israel,* quod in Brev. goth. l. c. reticetur. Pro *quis enim est,* codices pene universi et antiquiores editiones *quis est enim;* codd. G, Cas. 3. tacent *enim.* Pro *acies Dei,* codd. G, L, R, Cas. 2., antiquiores editiones, Brev. goth. l. c. *aciem Dei;* conf. vers. 2.; codd. E, I *acies Domini;* Vulgatus in polyglottis londinensibus mendose habet *aciei Dei.*

27. *ei populus* — Cod. T *et populus;* cod. Cas. 1. tacet pronomen, uti cod. 50. Kennicotti. Pro *dabuntur,* cod. E *dabitur;* cod. T *dabunt;* cod. H notat hebraeum legere *fient;* immo legit *fiet,* יעשה.

28. *audisset* — Codd. E, F *vidisset.* Pro *loquente eo cum aliis,* cod. T *loquentem eum cum alio;* cod. goth. leg. *loquentem eum cum aliis;* et mox pro *dereliquisti,* idem cod. legit *reliquisti.* Pro *pauculas,* codd. G, I, T *paucas.* Dein Brev. goth. l. c. tacet *illas.*

29. *non verbum est?* — Cod. T *verbum non est?* censores florentini scripserant *non verbum hoc est?*

30. *paululum ab eo* — Codd. C, D, F, U *ab eo paululum.* Pro *verbum sicut prius,* sixtini,

gregoriani prima manu, codd. A, C, E, H, I, K, T, V, Cas. 17., mediolan. *verbum sicut et prius;* Toletus quoque notat: « Quidam ma- » nuscripti addunt *et.* » Nonnulli codices Cas. tacent *verbum.*

31. *annunciata* — Hugo addit *sunt.*

32. *locutus est ei* — Brev. goth. l. c. addit *David.* Mox cod. H notat hebraeum non legere *ego;* at legitur in itala apud Sabatierium. Pro *adversus,* sixtini, codd. A, C, all. *adversum.*

33. *Non vales* — Cod. Cas. 1. *Non valebis,* favent hebraeus et graecus; at Ambrosius et auctor libri *de promiss.* legunt *Non potes;* item s. Bernardus CLXXXIII, 335. Pro *pugnare adversus,* cod. A *repugnare adversum.* Post verbum *bellator* tacent *est* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, T, U, Cas. 15., gothic. leg., baver., mediol. et s. Bernardus l. c.; rursum favent hebraeus et graecus; at Ambrosius et auctor libri *de promiss.* legunt *est.*

34. *Pascebat* — Brev. goth. p. 279. *Pascebam.* Pro *patris sui gregem,* codd. R, S, V, Bibl. Ord., Beda IV, 451. *gregem patris sui;* cod. N notat: « Ordo, iuxta hebraeum et an- » tiquos *patris sui gregem.* » Rupertus *domini sui gregem.* Pro *veniebat,* Hugo *veniebant;* cod. corbeiensis apud Martianaeum *venit.* Pro *vel ursus,* cod. mediol. *aut ursus;* cod. Cas. 1., Bibl. Norimb. 1529., Basil. 1530., Lugdun. 1535., Beda l. c. *et ursus;* favent hebraeus et veteres; at cf. Gesenius in *Thes. p. 395.* Pro *et tollebat,* quamplures codices, Beda l. c., Claudius taurin. CIV, 814., Rupertus *tollebatque;* codd. A, B, E, G, S, T, Cas. 11., mediol., Brev. goth. l. c. *tollebantque;* accedunt syrus, arabs et nonnulli graeci codd. legentes καὶ ἐλάμβανον; at correctoria N, O notant hebraeum et antiquos singularem numerum exhibere; cod. corbeiensis apud Martianaeum *tulitque.*

35. *et persequebar* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, T, U, Cas. plures, goth. leg., mediol., Brev. goth. l. c., Claudius taur. l. c., Rupertus *et sequebar;* Beda l. c. *et insequebar,* cod. corbeiensis apud Martianaeum *et sequutus sum;* et mox idem codex pergit *eos, et percussi eos, eruique.*

36. *interfeci ego* — Cod. H notat hebraeum legere *interfecit;* consentiunt reliqui interpretes. Pro *et Philisthaeus hic,* Brev. goth. l. c. *et Philisthaeus;* item graecus, sed cf. Holmesius; cod. U tacet *et.*

Ibid. *Nunc vadam, et auferam opprobrium populi: quoniam quis est iste Philisthaeus incircumcisus* — Tacent sixtini, primo gregoriani (ut V, 6.), codd. A, C, D, E, H, I, K, L 10., N, O, Q, T, U, Cas. 15., mediol., veronen., margo Ordin., Biblia Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugd. 1535., all., Brev. goth. l. c.; istud additamentum Sabatierius veluti laciniam italae habet (nam manifeste ex graeco derivatum est), et memorat latinos codices, qui illud vel in margine tantum, vel expunctum habent. Cod. N dilucide notat: « Post *unus ex eis* sequitur immediate *qui* » *ausus est maledicere exercitum* secundum » antiquos. Quod autem interponitur sic *Nunc* » *vadam, et auferam opprobrium populi: quo-* » *niam quis est Philisthaeus hic incircumci-* » *sus,* hoc neque hebraeus, neque antiqui ha- » bent. » Accedit Lucas Brugensis, qui testatur plurima et optima exemplaria latina illud additamentum non habere; item Sirletus, qui in suis schedis notat: « In manuscriptis ve- » tustissimis haec non inveniuntur. » Denique Vallarsius diserte ad hunc locum animadvertit: « Obtrudunt vulgati (libri) addi- » tamentum, quo nedum hebraeus, sed et » LXX. ipsi carent. » Ad graecum quod pertinet, fallitur Vallarsius (idem dicendum de Calmeto et Mariana); si enim excipias complutensem editionem et quae ex eadem prodierunt, apud LXX. legitur οὐχὶ πορεύσομαι καὶ πατάξω αὐτὸν, καὶ ἀφελῶ σήμερον ὄνειδος ἐξ Ἰσραήλ; διότι τίς ὁ ἀπερίτμητος οὗτος. Codd. B, F, G, V, goth. leg., baver. omittunt tantum postrema verba *quoniam quis est iste Philisthaeus incircumcisus;* priora vero transferunt ad huius versiculi finem; nam legunt *quasi unus ex eis; qui ausus est maledicere exercitui Dei viventis.*

Nunc vadam et auferam opprobrium populi. Et ait etc. His consentit cod. O, qui tamen haec postrema expungenda docet. Minus accurate margo codicis V notat: «Nec hebraeus, » nec antiqui habent *quoniam quis est iste » Philisthaeus incircumcisus, qui ausus est » maledicere exercitui Dei viventis?* » Haec enim postrema, nimirum *qui ausus est* etc. nullibi desiderantur. Patet igitur ex prolatis testibus additamentum illud, quod in hodierno Vulgato legitur, nullum habere praesidium in antiquis latinis codicibus; adeoque ad hieronymianam interpretationem non pertinere; immo nonnisi recentiori aetate Vulgati exemplaribus invectum; idque ex graeco fonte profluxisse. Attamen Toletus notat: « Haec non » habentur in hebraeo, graeco, Complut., » Reg., et aliquot manuscriptis. Tamen sunt » in Ordin., Lovan. et plurimis impressis et » aliquibus manuscriptis, et exponuntur ab » Abulensi. » De graeco iam superius satis diximus.

Ibid. *qui ausus* — Codd. K, L 5., Q, Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., all. *quia ausus;* favent hebraeus et veteres. Pro *maledicere exercitui,* codd. C, D, F, K, N, O, T, U, veronen., Hugo *maledicere exercitum;* cod. H notat hebraeum legere *exprobrare agminibus.*

37. *Et ait David* — Cod. K addit *ad Saul;* Brev. goth. l. c. tacet *David.* Pro *eripuit,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, N, P, U, V, mediol., Brev. gothic. p. 280. *eruit.* Pro *de manu leonis,* codd. F, O, R, Cas. 3., Beda I, 179., Gregorius M. III, 857. et Brev. rom. in 2. et 3. Resp. infra hebd. I. post Pentec. *de ore leonis;* item georg., slav. ostr., Theodotio, quatuor codices holmesiani cum graeca ed. Compl. et Theodoreto. Brev. goth. l. c. mox tacet *ipse.* Pro *me liberabit,* sixtini et codices fere universi *liberabit me.* Pro *Dixit autem,* Brev. gothic. l. c. *Et dixit.* Pro *tecum sit,* codd. G, S, T, *sit tecum;* Brev. goth. l. c. tacet *sit.*

38. *vestivit eum lorica* — Codd. I, mediol. *vestivit eum loricam;* cf. ad Gen. XLI, 42.

39. *super vestem suam* — Sixtini, codd. E, I, K, Brev. gothic. l. c., Rupertus *super veste sua.* Pro *non usum habeo,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Cas. 17., mediol., Hugo, Petrus capuan. in *Spicil. soles.* II, 312., Rupertus, Brev. goth. l. c. *nec usum habeo.* Pro *deposuit ea,* Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513. 1526., Compl., Reg., all. *deposuit eam.*

40. *baculum suum* — Cod. V, Brev. gothic. l. c. cum arabe tacent pronomen. Pro *limpidissimos lapides,* cod. K, Beda, Petrus Com. *lapides limpidissimos.* Post verbum *misit* Brev. gothic. l. c. tacet *eos;* item cod. 245. holmesianus. Pro *manu tulit,* cod. mediol. et Brev. goth. l. c. *in manu tulit.* Cod. B *proiecit,* pro *processit.*

41. Hic versus nullibi, praeterquam in graeco vaticano codice et in editione graeca sixtina, desideratur; conf. dicta ad vers. 12. Pro *ante eum,* Paulus Orosius apud Gallandi (IX, 157.) *post se;* Flavius Iosephus (Antiq. VI, 9.) scribit: εἵποντο δὲ πολλοὶ βαστάζοντες τὰ ὅπλα.

42. *inspexisset* — Cod. F *aspexisset;* codd. R, Cas. 1. antiquiores editiones addunt *eum,* quod in cod. O ad fidem priscorum codicum expungi iubetur. Pro *Erat enim,* Sixtus, codd. E, R, veteres editiones *Erat autem;* mutarunt sixtini et gregoriani, quibus, praeter hebraeum et graecum, fere universi codices suffragantur. Animadverte Sixtum et plures veteres editiones legere *Erat autem adolescens rufus, et pulcher aspectu;* ad quem locum Toletus adnotavit: « Lege *Erat enim adolescens: » rufus et pulcher aspectu;* ita in hebraeo, » graeco et manuscriptis; et sic censuit utra» que Congregatio: nimirum despexit eum » quia erat adolescens; et ipse rufus et pul» cher aspectu, scilicet David; non quod pro» pter haec duo despectus esset, sed propter » adolescentiam tantum. » Vulgatus in polyglottis londin. post *adolescens* nullam interpunctionis notam admittit.

43. *Numquid ego canis* — Cod. T *Numquid enim canis;* cod. baver. et Rabanus in *Spicil. soles.* III, 76. *Numquid canis ego.* Pro *venis,*

*

cod. mediol. et Brev. goth. pag. 281. *venisti*. Cod. H notat hebraeum legere *cum baculis*, pro *cum baculo;* cf. Malvenda.

44. *terrae* — Cod. H notat hebraeum legere *agri;* at cum Vulgato faciunt chaldaeus (in polyglottis londinens.), graecus et plures codices hebraici apud De-Rossi.

45. 46. *quibus exprobrasti hodie, et dabit* — Codd. H, L (seu Q) *quibus exprobrasti. Hodie dabit;* Bukentopius pag. 33. animadvertit: « Est satis mirabile, quod in Vulgata » correcta sit positum comma post *hodie*, » cum tamen versus 45. finiatur ante *hodie* » sine ulla interpunctione, et ab hac voce in» cipiat versus 46. Quid sit sequendum? Si » attendamus versuum distinctionem, seu he» braicam rabbinorum masoretharum inter» punctionem, illud *hodie* omnino afficit se» quentia, et comma sequens esset auferen» dum, atque legendum *quibus exprobrasti*. » *Hodie et* (seu *etiam*) *dabit* etc. Immo illud » *et* non est in hebraeo, atque ita isti lectio» ni admodum favet ille textus. » Conf. De Vence in h. l. Cod. H notat hebraeum pro *dabit*, legere *tradet*.

46. *cadavera* — Codd. mediol. et veronen. cum hebraeo *cadaver;* cod. V *cadaver tuum et cadavera;* accedit graecus. Pro *Philisthiim*, cod. I et Brev. goth. l. c. *Philisthinorum*. Pro *est Deus*, codd. C, D, E, G, I, R, S, U, V 2. m., Cas. plures, antiquiores editiones, Hugo *est Dominus Deus;* item slavon. et nonnulli graeci codices.

47. *universa ecclesia . . . . salvat* — Brev. gothic. l. c. *universa . . . . salvavit*. Pro *ipsius enim est*, sixtini, codd. A, E, F, G, H, K, R, T, V, mediol. *ipsius est enim*. Pro *tradet*, Bibl. Ven. 1479., Norimb. 1501. *tradat*.

48. *et veniret* — Cod. Cas. 1. *ut veniret*. Pro *cucurrit*, cod. L, antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c. *occurrit;* cod. H *currit*. Pro *ex adverso Philisthaei*, codd. U, mediol. *adversum Philisthaeum;* cod. D *ex adverso Philisthiim*.

49. *unum lapidem* — Brev. goth. l. c. *lapidem unum;* tacent *unum* codd. M, U 2. m., Bibl. Ven. 1480. 1483. 1494., all., item hebraeus. Pro *iecit, et circumducens percussit*, legunt tantum *iecit et percussit* sixtini, codd. A, D, E 1. m., H, I, K, L 8., M, N, O, Q, T, U, Cas. 2., baver., mediol., Bibl. Ven. 1480. 1483. 1494. 1498., Ord., priores editt. Rob. Steph., all., Brev. gothic. l. c., Beda, Rupertus; hinc Lucas Brugensis notat: « Partici» pium *circumducens* confoditur a plurimis » bonis libris. » Cf. et Bukentopius p. 170. Re quidem vera hoc verbum superfluum videtur postquam dictum fuerat Davidem funda iecisse lapidem. At vero Toletus scribit: « Non » habetur *circumducens* in hebraeo, graeco et » aliquot mss. Tamen est in Complut., Reg., » Ordin., Lovan. et impressis fere omnibus. » Prior Congregatio expunxit, posterior resti» tuit. » Ad Biblia Ordin. quod spectat, in editt. Lugd. 1545. et 1590. quibus plerumque utebatur Toletus, illud verbum non legitur; adiicitur autem in editt. Ven. 1588. et Antuerp. 1634. Difficultatem quae, ut superius dicebamus, ex hac voce oritur, declinare studuerunt amanuenses codd. C, F, G, V, qui habent *iecit circumducens, et percussit*. Pro *Philisthaeum*, codd. M, R, Cas. 1. et antiquiores editiones *eum*. Cod. T legit *fixus*, pro *infixus*. Brev. gothic. l. c. mox tacet *eius*, ut armenus. Pro *super terram*, cod. H cum hebraeo *in terram*.

50. *in funda et lapide, percussumque Philisthaeum interfecit* — Brev. gothic. l. c. legit tantum *et interfecit;* et cod. B 1. m. *in funda et lapide;* pro *et lapide*, sixtini, codd. A, H, baver. *et in lapide*. Pro *in manu*, Brev. goth. l. c. *in manu sua;* cod. G tacet. Rursum adnotamus hunc versum in solo uno graeco codice vaticano et, quae inde manavit, editione sixtina desiderari; ac praeterea in cod. coisl. apud Montfauconium sub asteriscis poni. At vide quae adnotavimus ad vers. 12.

51. *et eduxit eum* — Tacent *eum* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, O, T, U, V 1. m., Cas. plures, goth. leg., mediol., Hugo, Brev. goth. l. c. Cod. H notat hebraeum pro *fortissimus*, legere *potens*.

52. *persecuti sunt* — Tacent *sunt* sixtini, codd. A, B, K, Cas. 1., mediol., gothic. leg., Brev. gothic. l. c. Pro *ad portas*, codd. B, R *ad portam*. Post *vulnerati* tacent *de* cod. B et Brev. goth. l. c., nec obstant hebraeus et graecus. Pro *in via*, Brev. goth. l. c. *in viam*. Pro *Saraim*, codd. A, B, C, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, mediolan., antiquiores editiones, Hugo *Sarim*; cf. ad Ios. XV, 36. Pro *et usque ad Geth*, codd. A 1. m., mediol., *usque Geth*; tacent *et* Sixtus, codd. A, E, G, H, Q, R, V, Cas. plures, Biblia henteniana, Brev. gothic. l. c.; item duo codices Kennicotti et Bibl. hebraica Soncini. Coniunctionis particulam addiderunt gregoriani, quibus reliqui codices et veteres pleraeque editiones favent. Hanc variam lectionem, De-Rossi in suis *variis lectionibus*, quem sequutus est Iahnius, perperam ad alterum membrum, quod sequitur, retulit. Ante *Accaron* tacent *ad* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, T, U, V, Cas. 15., goth. legion., mediol.; conf. Holmesius.

53. *persecuti fuerant* — Codd. Cas. 2., antiquiores editiones *persecuti sunt*.

54. *illud in Ierusalem* — Codd. C, D, F, U, Cas. 2. *illud Ierusalem*. Pro *in tabernaculo suo*, cod. C 1. m. *in tabernaculis suis*; cod. P *in tabernaculo Domini*; huius autem lectionis origo ex Pseudo-Hieronymo III, 764. petenda est, ex quo scholiastes in cod. M haec habet: « Non est intelligendum quod arma » Philisthaei posuerit *in tabernaculo suo*, sed » *in tabernaculo Domini*, de quo tabernaculo » postea haec ab Abimelech sacerdote ac- » cepit. » Eadem proferuntur quoque apud Rabanum et Angelomum, qui postremus diserte addit: « Ideoque superflue additum est » *suo*. » Eadem habet Hugo et glossa interlinearis. Hinc falsus est Petrus Com. dum scribit: « Hebraeus non habet *suo*; ob hoc cre- » dunt quod in trophaeum posuit ea (arma) » in tabernaculo Domini. » Cod. N* habet *suo* cancellatum. At vero scholiastes in cod. N, respiciens ad notulam superius ex cod. M prolatam, recte animadvertit legendum esse *in tabernaculo suo*. « Hebraeus, ait, et anti- » qui, et LXX., ut apparet in graeco et lati- » no, habent *suo*. Sed Hieronymus dicit quod » non est intelligendum *suo*, sed *Domini*; un- » de postea ea ab Abimelech accepit. Propter » hoc intelligendum est quod dicit Hierony- » mus forte finaliter. Tu autem litteram com- » munem propter tales disputationes ne mu- » taveris. Tales autem notulae in libro cor- » rectionis multum generant errorem. » Conf. quae ex eodem scholiaste recitavimus ad Iud. V, 14. Nimirum David arma Goliathi, quae primum domum detulerat, deinceps Nobe sacerdotibus commendavit, sive quod apud ipsos propter Saulis invidentiam magis in tuto essent, sive propter grati animi significationem victoriam Deo acceptam referentis.

55. *principem militiae* — Codd. G, R, S, Cas. 5. et antiquiores editiones addunt *suae*, quod in cod. O expungitur; attamen legitur in syro, arabe et non paucis graecis codicibus. Ad hunc locum margo codicis H notat hebraeum legere *Quum autem videret Saul David egredientem contra Philisthaeum, ait ad Abner principem militiae: Cuius est hic?* Post verba *hic adolescens* tacent *Abner* Sixtus, codd. R, S, veteres editiones fere omnes, Brev. goth. pag. 283.; item graecus, syrus, arabs et duo codices Kennicotti; at illud nomen addiderunt sixtini et gregoriani, quibus veteres codices, Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. adstipulantur; unde recte Toletus: « Adde *Abner*; sic hebraeus, grae- » cus, mss. et utraque Congregatio. » Nimirum adest in graeca edit. Compl., paucisque graecis codicibus. Cf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 404. Pro *Vivit*, Pseudo-Hieronymus l. c., Rabanus, Brev. gothic. l. c. *Vivat*; immo hanc lectionem cod. M tribuit hebraeo et Hieronymo.

Ab hoc versiculo 55. usque ad finem v. 5. sequentis capitis altera exstat lacuna in graeca editione sixtina, et in vaticano codice ex quo eadem potissimum derivata fuit. At in primis haec nullibi praeterquam apud Flavium Iosephum et in laudato codice vaticano desiderantur: dein huc faciunt reliqua testi-

monia quae ad vers. 12. pro superiori pericopa attulimus. Mire enim Calmetus ineptit dum scribit: « Quinque postremi versiculi huius capitis desunt in LXX., ac leguntur tantum in unico manuscripto graeco alexandrino. » Prorsus autem delirat idem Calmetus dum subdit: « Apud alios graecos codices » exstat in calce huius capitis longa quaedam additio seu repetitio certaminis Davidis cum gigante. Vide adnotationes in ed. » rom., et novam edit. Hexaplorum. » Conf. Gabriel Fabricius *des titres primitifs*, circa finem. Difficultatem autem, quae ex hac narratione exoriri videtur, egregie preoccuparunt veteres expositores, inter quos Ephraemus syrus I, 370. haec habet: « Hic obtendunt quidam veterem traditionem, et aiunt, » ideo Davidem a Saule agnitum non fuisse, » quia lux quaedam caelestis nativam oris » speciem occultaret. (conf. liber *de biblicis* » *antiquitatibus* Philoni suppositus) Alii tamen multo verius observant Saulem non de » persona, sed de stirpe Davidis interrogasse. » Vix enim credibile est, illi Davidis personam ignotam fuisse, quem frequenter audierat canentem, ac toties sibi utilem expertus fuerat, quem armigerum adeoque » familiarem tamdiu domi habuerat. Quod ergo Saulem angebat, dubium erat, ne forte » is esset ad quem iuxta Samuelis vaticinium, regnum foret transferendum. » Procopius autem scribit: « Saul, invidia stimulante, diligenter et accurate cognoscere vult » cuias et quisnam esset. » Cf. Theodoretus, *quaest. XLIII.* Sane quum David victor a certamine excessisset, adeoque tum regis gener futurus, tum eius patria domus ab omni tributorum praestatione liberanda esset, opportunum duxit Saul eiusdem natales accuratius perscrutari; quapropter quaesivit *cuiusnam filius esset*. Ceterum nisi David Sauli iampridem cognitus fuisset, numquam illum propria galea atque lorica (vers. 38. et 39.) honestare voluisset. Conf. Ghiringhello op. cit. pag. 243. Alii dicunt certamen contra Goliathum initum fuisse antequam David armiger Saulis crearetur (cf. Emm. Sa et Malvenda); alii plures contendunt Davidis aspectum mutatum fuisse; supponunt enim aliquot annos intercessisse; pro hac autem opinione ex Abulensis testimonio laudant Augustinum. At nobis ea, quam Ephraemus multo veriorem esse asseruit, probatur sententia.

56. *puer* — Cod. H notat hebraeum legere *adolescens*.

57. *regressus* — Codd. D, U *reversus*. Pro *coram Saule*, Brev. goth. l. c. *coram rege Saul;* item duo codices holmesiani; sixtini, codd. A, E, F, aliique plures *coram Saul*. Post *in manu* addunt *sua* gregoriani, cod. L, Bibl. Ven. 1484. 1492. 1511. 1519., Arg. 1497., Norimb. 1501., Ordin., Rob. Steph., Compl., Reg., all., Brev. goth. l. c.; item hebraeus et veteres.

58. *Et ait ad eum Saul* — Brev. goth. l. c. *Et ait Saul ad David.* Cod. H notat hebraeum legere *Cuius filius tu*, pro *De qua progenie es;* et mox hebraeum non legere *ego sum*. Pro *o adolescens*, Brev. goth. l. c. *tu, o adolescens;* codd. G, K, T tacent *o*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XVII, 1. *Inter Saocho et inter Azicha in Ramoam in Sepherme.* . . . 3. *et prospectus erat inter illos.* . . 4. *altitudo illius cubitorum sex, et decem palmarum latitudo illius.* 5. *et cassis erat in capite eius, et lorica catenata vestivit.* . . . 6. *et tibialia erant ei aerea super tibias eius, et scutum eius aereum, et baltheus super humeros eius.* 7. *et hasta lanceae eius erat tamquam scapum textorum.* . . . 16. *Et exiit alienigena ante lucem usque ad vesperum, et stetit sicut columna in conspectu Israel diebus XL.* . . . 18. *decem caseos molles*. . . 32. *Non concidat cor domini mei ad illum.* . . 39. *Super mensuram suam. Et claudicare coepit ambulans sub armis; quoniam numquam temptaverat uti* . . . *quia insuetus sum; et abstulerunt ab illo arma.* . . . 47. *quoniam Domini est haec pugna.* . . . 49. *Misit manum in sacci peram, et substulit inde lapidem unum, et misit in fundibulum* (nota verbum), [*cir-*

cumducens in girum manum suam, invocavit nomen Domini: Domine Deus mitte nuntium tuum, qui praecedat lapidem fundibuli huius] (quae intra uncinos clausimus neque in graecis codicibus, neque apud ullum interpretem leguntur); *et percussit alienigenam in fronte eius, et pertransiit lapis cassidem eius et cecidit in faciem suam....* 53. *Et reversi sunt viri Israel comburentes post alienigenas, et conculcantes castra eorum.*

Cap. XVIII, 1. *ad Saul* — Cod. Cas. 1. *ad eum Saul;* Beda *ad David Saul;* Bibl. Ordin. edit. Lugd. 1590., Antuerp. 1634. *Saul.* Pro *anima Ionathae,* sixtini et codices complures *anima Ionathan,* cf. ad XIII, 2. Pro *conglutinata,* codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, N, O, T, U, V, Cas. plures, mediol., Thomas. I, 80. 110., Angelomus *conligata;* item Hieronymus apud Sabatierium. Pro *eum Ionathas,* codd. E, I *Ionathan David;* sixtini et plures codices *eum Ionathan;* conf. ad XIII, 2.

2. *Tulitque eum Saul*—Hugo addit *in domum suam.* Pro *reverteretur in,* cod. mediol. 1. m. *reverteretur ad.* Brev. gothic. l. c. praetermittit hunc et sequentem versiculum.

3. *David et Ionathas*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, mediol., Thomas. I, 93., Hugo, Beda *Ionathan et David;* item hebraeus et veteres. Post verba *diligebat enim* codd. Cas. 2. tacent *eum.*

4. *expoliavit* — Cod. F *expoliaverat.* Rursum pro *Ionathas,* sixtini et plures codices *Ionathan.* Pro *tunica,* codd. D, F, I, N, O, R, mediol. *tunicam;* cod. T *tunicam suam.* Pro *indutus,* codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Cas. 4., gothic. leg., mediol., Brev. goth. l. c. *vestitus.* Ante *arcum* cod. B tacet *et;* eadem particula reticetur post *arcum suum* in codd. F, Cas. 14., Bibl. Lugdun. 1522. 1535., Norimb. 1529., Basil. 1530.

5. *quaecumque* — Cod. K *quae.* Cod. H notat hebraeum non legere *et* ante *prudenter.* Ante verbum *agebat* cod. B tacet *se;* cf. infra vers. 14. Pro *acceptus erat,* Brev. goth. l. c. *acceptus est.* Cod. E *maxime,* pro *maximeque.* Cod. H notat hebraeum pro *in conspectu famulorum,* legere *in oculis servorum.*

6. *reverteretur* — Houbigantius perperam contendit Hieronymum scripsisse *reverterentur;* huius enim lectionis nullum apud latinos habemus vestigium. Post verba *percusso Philisthaeo David* (vel ut habet Rabanus *David percusso Philisthaeo*), Sixtus, codd. C, E, F, G, R, S, V, margo corbeiens. n. 3. et n. 13. apud Sabatierium, antiquiores editiones addunt *et ferret caput eius in Ierusalem;* hoc additamentum expunxerunt sixtini et gregoriani, quibus, praeter vetustissimos codices, suffragantur correctoria M, N, O; unde bene Toletus scribit: « Non habetur id in hebraeo, » graeco, Complut., Reg., Ordin., mss.; et » utraque Congregatio abstulit. » Sabatierius ipse, qui praedicta verba inter veteris latinae versionis fragmenta retulit, subdubitans animadvertit: « At in graecorum nullo reperitur » superius additamentum, nec etiam in he» braico textu: derivatum forte est ex veteri » aliqua translatione latina, uti suspicatur » Martianaeus noster. » Cf. Lucas Brugensis et Bukentopius pag. 170. 404. Post *urbibus* Brev. gothic. l. c. tacet *Israel;* et pro *et in sistris,* codd. B, C, D, F, G, S, U, V, Cas. 5., gothic. legion. *et sistris.*

7. *atque dicentes* — Sixtini, gregoriani primo, codd. A, C, D, F, I, U, V, Cas. 3., Bibl. Ord., Hugo *atque dicebant;* favent hebraeus et graecus; Toletus quoque hanc lectionem codices prae se ferre adnotavit. Post *decem millia,* Rupertus addit *in millibus suis;* conf. Gregorius M. III, 858., Sabatierius et infra XXI, 11. XXIX, 5. Scholiastes in cod. M notat: « *Percussit Saul mille,* scilicet eos qui fu» gientes occisi sunt; *David decem millia,* » scilicet Philisthaeum, quod, uno deiecto, » omnes in fugam misit. »

8. *Iratus est autem*—Codd. B, G, S, Cas. 1. tacent *autem.* Pro *sermo iste,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, R, S, U, V, mediol., antiquiores editiones, Brev. goth. l. c., Hugo *iste sermo;* cod. T *hic sermo;* codex veronen. apud Blanchinium in *Vindiciis Bibl. p. CCCXLII.*

tacet *iste*. Ab hoc versu usque ad XX, 17. varias lectiones ex vetustissimis membranis veronensibus a Blanchinio editis excitabimus, quas ne cum cod. veronensi, ex quo paucas lectiones in libris Regum Vallarsius excerpsit, confundantur, denotabimus nomine cod. *veron. Bl.* Pro *mille dederunt*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, S, U, V, mediol., veronen. Bl., Bibl. Ordin., Brev. gothic. l. c. *dederunt mille.*

9. *Non rectis ergo* — Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *Non ergo rectis.* Pro *Saul aspiciebat*, cod. F *Saul respiciebat;* cod. K *aspiciebat Saul.* Pro *a die*, sixtini, codd. A, E, F, K, T, V, mediol., Brev. gothic. l. c., Angelomus *ex die.*

In graeca editione sixtina perperam omissus fuit versiculus nonus, qui nec in graeco vaticano codice, nec alibi deest. Versiculus autem decimus et undecimus desunt quidem in graeca editione sixtina et in graeco vaticano codice, cui alii sex codices holmesiani accedunt, et item vetus latina interpretatio in nostro cod. goth. leg.; at leguntur in hebraico textu, in reliquis graecis codicibus, et in ceteris versionibus, item apud Theodoretum et Procopium.

10. *Post diem autem alteram* — Cod. mediol. tacet *autem;* nonnulli legunt *alterum.* Pro *spiritus Dei malus*, Brev. goth. l. c. et Rupertus *spiritus Domini malus;* cod. goth. leg. et Petrus Com. *spiritus malus;* item tres codices holmesiani; at hunc locum ex hieronymiana versione profert Augustinus *lib. 2. de diversis quaestt. ad Simplic.* « In exemplari» bus, inquit, quae sunt ex hebraeo, hoc quo» que invenitur de spiritu malo dictum ita: » *Post diem autem alterum invasit spiritus Dei* » *malus Saul, et prophetabat in medio domus* » *suae.* » Pro *Saul*, cod. B *in Saul;* graecus ἐπὶ Σαούλ. Cod. H notat hebraeum non legere *suae* post *domus.* Post *psallebat*, cod. T addit *cythara;* cod. B et Brev. goth. l. c. addunt *in*, ut hebraeus et graecus; at scholiastes in cod. N notat: « Antiqui non hic, sed » infra XIX. (v. 9.) apponunt praepositio» nem *in.* » Post *sicut* cod. Cas. 1. addit *consueverat;* cod. Cas. alter *faciebat.* Pro *tenebatque*, codd. I, T, mediol., goth. leg., Rupertus *tenebat autem.*

11. *et misit* — Cod. T *et emisit.* Pro *cum pariete*, Brev. goth. l. c. *in pariete.* Pro *declinavit David*, codd. R, S, Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535., all. *David declinavit;* cod. veronen. Bl. tacet *David.*

12. *Dominus esset* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, mediol., veronen. Bl., antiquiores editiones, Brev. goth. l. c., Hugo *esset Dominus.*

13. *tribunum* — Mendose cod. K addit *et centurionem.* Cod. H mox notat hebraeum non legere *viros.* Pro *et intrabat*, cod. B *et stabat;* cod. H, Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., all. *et ingrediebatur;* Pseudo-Hieronymus III, 764. *David, et ingrediebatur;* item pauci graeci codd. apud Holmesium.

14. *agebat* — Codd. G, I, T, Cas. 13., Bibl. Lugdun. 1522. 1535., Norimb. 1529., Basil. 1530. *se agebat;* ut supra v. 5.; Bibl. Rom. 1471. mendose *aiebat.*

15. *Vidit itaque Saul* — Codd. E, Cas. 1. *Videns itaque Saul;* Brev. gothic. l. c. addit *David;* it. cod. K, sed post *nimis*, ubi codd. E, Cas. 1. tacent *et.* Cod. H notat hebraeum pro *coepit cavere*, legere *timuit*, uti habet margo Ordin..

16. *Omnis autem* — Cod. B tacet *autem.* Mox cod. K praetermittit verba *ipse enim ingrediebatur et egrediebatur ante eos;* pro *ipse enim*, codd. Cas. 1., veronen. Bl., antiquiores editiones *ipse autem;* pro *ingrediebatur et egrediebatur*, sixtini, codd. A, E, G, H, I, T, V, mediol., veron. Bl., Biblia Rob. Steph. 1528. 1532., all., Brev. gothic. l. c. *egrediebatur et ingrediebatur;* item hebraeus, chaldaeus, syrus et plures graeci codices; in cod. O utraque lectio notatur; cf. supra vers. 13.; cod. F legit tantum *egrediebatur*, ut cod. 247. holmesianus.

17. *Dixitque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique fere omnes, Hugo, Rupertus, Brev. gothic. l. c. *Dixit autem.* Pro

Saul ad David, cod. K *ad David Saul*. Pro *Ecce filia mea maior*, cod. veronen. Bl. *Ecce filiam meam maiorem*. Cod. H notat hebraeum legere *Merab*, pro *Merob* (cf. ad XIV, 49.); et mox post *esto* addere *mihi*; at duo codices Kennicotti cum Vulgato tacent לי. Pro *bella Domini*, cod. U 2. m. *praelia Domini*; cf. ad XVII, 13. Mox in cod. B deest *autem*.

Ibid. *manus mea in eum, sed sit super eum manus* — Brev. goth. l. c. *super illum manus mea; sed*; pro *in eum*, Sixtus, codd. B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, U, V, mediol., veron. Bl., antiquiores editiones, Biblia henteniana, Angelomus *in eo*; sixtini cum cod. A *in illum*; hodiernam lectionem invexerunt gregoriani, quibus favent codd. H, L 2., Q, T, Cas. 1., Bibl. Ordin., priores editiones Rob. Steph., all.; hanc sixtinis quoque, at perperam, tribuit Toletus scribens: « Lege *in eum*; sic ma» nuscripti et utraque Congregatio. » Pro *super eum*, sixtini, codd. A, E, H, I, K, T, V, mediol. *super illum*.

Rursum graecus codex vaticanus, et quae inde prodiit sixtina editio, praetermittunt versus 17. 18. 19.; item codices holmesiani 144. 158., quibus accedere videtur Flavius Iosephus. At vero praeterquam quod ista leguntur in hebraeo et in reliquis versionibus et graecis codicibus, memorantur quoque apud Ignatium (*epist. interpol. ad Philad.*), Origenem (*II, 418.*), Theodoretum (*qu. XLVII.*), Procopium aliosque graecos scriptores; Ghiringhellus (op. cit. pag. 244.) praeclare demonstrat eadem cum narrationis serie ita cohaerere, ut necessaria videantur.

18. *vita mea* — Codd. G, T, Cas. 11. *virtus mea*. Ante *Israel* Bibl. Ordin. tacent *in*.

19. *Factum est autem* — Cod. T tacet *autem*. Pro *cum deberet*, Beda *ut cum deberet*; cod. V *et cum deberet*. In hoc versu aliquantisper impedita videtur latinae periodi ratio; nam in priori membro nominativus casus pro ablativo absoluto ponitur. Si cum Beda addis *ut*, mox legendum erit *data sit*; si illam particulam praetermittis, recte sufficies coniunctionem *et* ante *data est*. Pro *filia Saul*, cod. E *filia sua*; cod. T *filia sua Saul*. Pro *Hadrieli*, sixtini, antiquiores codices et editt. *Hadriel*.

20. *Dilexit autem David Michol filia Saul altera* — Sixtus, codd. R, S, veteres editiones fere omnes, Hugo, Rupertus *Dilexit autem David Michol filiam Saul alteram*; haec lectio modernis codicibus adscribitur in cod. O; eidemque accedunt codd. C, D, F, I, N, U, V, Brev. gothic. l. c., qui legunt *Dilexit autem Michol filiam Saul alteram David*; pro hac autem lectione scholiastes in cod. N scribit: « Legendum est *Dilexit autem Michol filiam* » *Saul alteram David*, licet hebraeus cum » graeco habeat e converso sic *Dilexit autem* » *Michol filia Saul altera ipsum David*; quia » in hoc et illud intelligebatur, illa littera su» perior non solum propter honestatem ve» recundiae mulieris approbatur, sed magis » propter convenientiam litterae, qua dicitur » quod placeret hoc Sauli; quod enim filia » iuvenem se non diligentem adamaret, patri » multum displicuisset. » At perperam; nam cum hebraeo, graeco reliquisque interpretibus faciunt sixtini, codd. A, B, E, G, H, K, L 7., N*, O, Q, T, Cas. 15., mediol., veron. Bl., priores editt. Rob. Steph., all., Angelomus, qui legunt *Dilexit autem Michol filia Saul altera David*; unde Toletus: « Lege *filia* » *Saul altera*; sic hebraeus, graecus, Ordin., » mss. et utraque Congregatio: ex sequenti» bus patet omnino sic legendum. » Cf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 34. 170. Hodiernam lectionem gregorianis debemus, qui restitutis verbis *filia Saul altera*, nomen *David* transferre neglexerunt. Cod. H notat hebr. non legere *altera*.

21. *ei in scandalum, et sit* — Pseudo-Hieronymus III, 765. *illi in scandalum, ut sit*. Pro *Dixitque Saul ad David*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, O, S, T, U, V, Cas. plures, mediol., gothic. leg., veron., Hugo, Pseudo-Hieronymus, Brev. goth. pag. 284. *Dixit ergo Saul ad David*; codd. K, veronens. Bl. *Dixit autem Saul ad David*; cod. B legit tantum *Dixit ergo Saul*. Pro *duabus rebus*, antiquiores editiones pleraeque habent tantum *dua-*

bus; hebraeus בשתים; «In aliquibus libris, » inquit Liranus, additur *rebus,* sed non est » in hebraeo, nec est de textu.» Hebraici autem textus sensus est: quod tibi iam semel fueram pollicitus, hac *altera vice* vere persolvam; vel: *secundam* filiarum mearum tibi despondebo; vel demum: si hoc *alterum* praestiteris, centum scilicet viros Philisthaeorum interimas, gener meus eris.

23. *omnia verba*—Cod. H notat hebraeum non legere *omnia.* Pro *videtur vobis,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, mediol., veron. Bl., Bibl. Ord., Hugo, Brev. gothic. l. c. *vobis videtur.* Pro *generum esse,* cod. Cas. 1. *generum me esse;* cod. R, Bibl. Ven. 1480. 1494., all. *esse generum.*

25. *Non habet rex sponsalia necesse*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, mediol., baver., veron. Bl., Hugo, Brev. goth. l. c., Rupertus, Angelomus *Non habet necesse rex sponsalia;* codd. R, S *Non habet rex necesse sponsalia;* Beda *Non necesse habet rex sponsalia.* Mox cod. E tacet *tantum.* Verba *ut fiat ultio* etc. usque ad finem versus, deerant in cod. B. Pro *tradere David,* antiquiores editiones *David tradere.* Pro *in manus,* codd. A, D, E, F, G, I, N, O, P, T, V, veron., veron. Bl., Bibl. Rob. Steph. 1532., Antuerp. 1537., Ven. 1538., all., Brev. goth. l. c. *in manibus;* codd. K, U *in manu;* hebr. ביד.

26. *quae dixerat Saul*—Sixtini, codd. C, E tacent *Saul;* cod. K legit *quae dixit;* codd. A, D, I, U, veron., mediol., veron. Bl. *quae diximus,* idque Vallarsio rectius videtur. Pro *sermo,* codd. E, I *hic sermo;* item georg.

27. *paucos dies* — Sixtini, codices fere omnes, Bibl. Ordin., Brev. goth. l. c., Hugo, Beda, Rupertus *dies paucos.* Post verbum *abiit* addunt *in Accaron* codd. B, C, E 2. m., F, G, L, N*, R, S, V, Cas. plures, baver., antiquiores editiones, Hugo, Rupertus (at ex his nonnulli habent additamentum post verbum *erant*); codices vero N, O testantur illud in priscis codicibus non haberi. Pro *sub eo erant,* codd. D, F, N, O, P, U, veron. Bl. *cum eo erant.* Pro *Et percussit ex Philisthiim ducentos viros, et attulit,* sixtini, codd. A, D, H, K, T, U, mediol., baver. *Et percussis Philisthiim ducentis viris, attulit;* cod. E, Brev. gothic. l. c. *Et percussit Philisthiim ducentis viris, et adtulit;* codd. Cas. 1., veronen. Bl. *Et percussit Philisthiim in ducentis viris, et attulit;* codd. F, V, Rupertus legunt *de Philisthiim;* cod. B tacet *ex.* Pro *eorum praeputia,* codd. fere universi, Bibl. Ord., Hugo, Brev. gothic. l. c., Rupertus *praeputia eorum.* Pro *gener eius,* codd. B, E, G, I, K, T, veron. Bl., Brev. gothic. l. c., Rupertus *gener regis;* favent hebraeus et veteres. Pro *Saul ei,* sixtini, codd. A, C, D, E 2. m., F, G, I, T, U, V, veron. Bl., Brev. gothic. l. c., Beda *ei Saul;* codd. E 1. m., K tacent *ei.* Pro *uxorem,* codd. E, K *David uxorem;* cod. T *in uxorem.* Hoc loco memoranda sunt Aegyptiorum praeclara monumenta a Rosellinio edita (*Monum. stor. IV, 64. tab. M. R. CXXXV.*), quae nobis testantur regi Ramses IV., post partam victoriam, numerata fuisse tria millia hostium praeputia.

28. *quod Dominus* — Codd. A, B, C, D, F, H, K, T, U, V, veron. Bl., Hugo *quia Dominus;* codd. E, I *quoniam Dominus;* item Lucifer calar., qui praeterea cum cod. veronen. Bl. pro *esset,* legit *est.*

29. *coepit timere* — Brev. goth. l. c. *timere coepit.* Pro *factusque,* cod. B *factus.*

30. *Et egressi sunt* — Codd. C, D, F, G, I, K, T, U, Cas. omnes, veron. Bl. *Et regressi sunt;* Biblia Rob. Steph. 1540. 1545. indeque editiones hentenianae omittunt *sunt,* quod dein a sixtinis merito restitutum fuit. Pro *autem egressionis,* cod. B *ingressionis;* cod. K *autem regressionis;* codd. G, T *enim regressionis.* Pro *prudentius se gerebat,* codd. C, E, F, G, T, Cas. 5. *prudentius se agebat;* cod. mediol. *prudentius agebat;* cod. K *prudentissime gerebat;* cf. v. 5. et 14. Pro *servi Saul,* codd. L, R, antiquiores editiones *viri Saul.* Postremus hic versiculus nedum in graeco cod. vaticano desideratur, sed et in dimidia fere parte collatorum codicum graecorum. At in hebraeo et reliquis interpretibus legitur.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XVIII, 3. *Et disposuit Ionathan ad David testamentum in dilectione illius, et animae ipsius.* 4. *Et spoliavit se Ionatha tunicam, quae erat super ipsum et dedit illam David, et mandiam* (*μανδυαν*) *suam, et usque arcum et sagittam...* 6. *in obviam David...* 9. *Et erat Saul suspectus in David ab illa die et deinceps.* 12. *Et timuit Saul a facie David.* .... 13. *Dimisit eum ab se et constituit eum tribunum suum; et exiebat et introiebat coram populo.* 14. *Et erat David in omnibus suis sapiens; et Dominus erat cum illo.* 15. *Et vidit Saul quoniam sapiens erat valde, et veritus est a facie eius.* 16. *Et omnis Israel et Iuda diligebant David...* 20. *Et placuit palam ipse.* ... 21. *in virtute eris mihi gener hodie....* 23. *Si leve est oculis vestris esse me generum regis: ego autem vir humilis sum et sine honore...* 25. *Ut defendas eum in ultionem inimicorum regis...* 26. *et directum est verbum in oculis David, generum esse regis...* 27. *et occidit alienigenarum ·CC· viros.*

Cap. XIX, 1. *Porro Ionathas* — Sixtini et complures codd. *Porro Ionathan.* Pro *David valde*, codd. C, D, U *valde David.*

2. *indicavit* — Cod. veron. Bl. *indicabat.*

3. *egrediens* — Codd. C, F, I, N, P, U, Cas. 2., goth. leg. *ingrediens;* cod. O utramque lectionem notat; scholiastes in cod. N scribit: « Lege *ingrediens;* hoc est egrediens » de domo, ingrediar ad regem in campo. » Sed dicunt: Habet hic hebraeus *egrediens;* » et ego dico Num. XX. (v. 4.) legitur *Cur » eduxistis*, cum hebraeus habeat ibi *indu- » xistis.* » Vix opus est moneamus non omnes quas proferimus nostri scholiastae opiniones nobis probari. Pro *meum, in agro ubicumque fueris*, Sixtus habet *meum in agro, ubicumque fuerit;* concinunt codd. E, F, H, K, R, T, V, Cas. plures, veron. Bl., veteres editiones fere omnes, Brev. goth. l. c., Angelomus; codices autem Cas. 2. legunt *meum in agro, vel ubicumque fuerit;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus suffragantur reliqui codices, Bibl. Rob. Steph. 1532., Ant. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544.; unde Toletus: « Lege *fu- » eris;* sic hebraeus, graecus, mss. et utra- » que Congregatio. » Cf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 170.; cod. H notat hebraeum legere *meum in agro, ubi tu fueris*, et ita habet Pseudo-Hieronymus l. c.; cf. Holmes.

Ibid. *ego loquar de te* — Cod. veron. Bl., quod Vallarsio probatur, *loquar pro te;* Brev. goth. l. c. addit *bona*, quod verbum in cod. B additur post *ad patrem meum*, atque ex sequenti versiculo petitum videtur; at favet chaldaeus. Pro *nunciabo*, cod. veron. Bl. *indicabo;* conf. vers. 7.

4. *Locutus est ergo* — Codd. C, D, F, G, U *Locutus est autem;* Brev. gothic. l. c. *Locutusque est.* Mox sixtini de more *Ionathan*, pro *Ionathas.* Pro *Ne pecces rex in servum tuum*, codex sangermanensis, quem unicum, ut putamus, exprimunt hoc loco codd. H, L, Q, priores editt. Rob. Steph. *Ne peccet rex in servum suum;* item hebraeus et veteres. Martianaeus notat: « Editi legunt in secunda per- » sona *Ne pecces* etc.; ita quoque legitur in » omnibus manuscriptis, uno excepto canone » hebraicae veritatis, quem sequuti sumus eo » quod nullum sit discrimen vel damnum in » sensibus. » Pro *sunt tibi valde*, codd. C, D, U *sunt valde tibi;* codd. E, I, mediol., Brev. goth. l. c. *tibi sunt valde.*

5. *in manu sua* — Codd. F, K, L, R, S, U 2. m., V, Cas. plures, antiquiores editiones, Brev. goth. pag. 285. *in manu tua;* accedunt syrus et arabs. Pro *universo Israeli*, codd. A, C, D, F, G, I, V, baver., Petrus Com. *in universo Israel;* Lucifer calar. *in Israel.* Pro *in sanguine innoxio*, cod. mediol. *in sanguinem innoxium;* cf. Sabatierius; Beda *in sanguine innoxii.* Cod. H notat hebraeum pro *qui est absque culpa*, legere *insontem;* at hebr. חנם significat *sine causa* vel *immerito;* pro *absque*, cod. veron. Bl. *extra.*

6. *Saul* — Tacet cod. E. Post *iuravit* cod. V addit *dicens;* item graecus, syrus, arabs et codex 30. Kennicotti.

7. *sicut fuerat* — Codd. C, D, F, G, U, Cas. 1.

sicut fuit; Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480., Ordin., Compl., Reg., priores editt. Rob. Steph., all. *sicut erat;* cod. veron. Bl. tacet *fuerat.*

8. *rursum . . . adversum*—Non pauci codd. *rursus . . . adversus;* cod. veron. Bl. *rursum . . . contra;* et post *plaga magna* addit *nimis;* concinunt graecus et cod. 70. Kennicotti.

9. *spiritus Domini*—Codd. A, I, T, veron. Bl., Biblia Reg. *spiritus Dei;* item graecus, sed cf. Holmes. Pro *manu sua,* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, N, O, R, T, U, V, Cas. plures, veronens. Bl., antiquiores editiones, Brev. goth. l. c. *in manu sua;* conf. ad XVIII, 10.; Lucifer calar. *in manibus suis;* cf. Holmesius, et vetus latina interpretatio ad calcem huius capituli.

10. *configere*—Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535., all. *figere.* Pro *David lancea,* sixtini, codices prope omnes, Bibl. Ord., Brev. goth. l. c., Beda *lancea David;* item Lucifer calar. Pro *in pariete,* codd. C, K, Hugo *in parietem.* Post verbum *declinavit,* Brev. goth. l. c. tacet *David;* item hebraeus, chaldaeus, syrus et armenus. Pro *est in parietem,* Sixtus, codd. D, E, F, G, N, R, V, veronen. Bl., pleraeque editiones veteres *est in pariete;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus plures codices, Bibl. Ordin., Rob. Steph., all. suffragantur.

11. *Misit ergo Saul satellites suos in domum*—Isidorus V, 518., Beda IV, 436., Claudius taur. CIV, 673., Angelomus, Eucherius *Misit Saul custodes ad domum;* fortasse ex itala; at Lucifer calar. *Misit Saul nuncios ad domum;* pro *ergo,* codd. B, E, Brev. goth. l. c. *autem;* cod. K tacet *suos;* item hebraeus et veteres; post *suos* addunt *nocte* codd. B, C, E, G, I, L, N*, R, S, Cas. plures, antiquiores editiones, Brev. goth. l. c., Rabanus, Petrus Com., Hugo; codices autem F, V addunt *nocte illa;* accedit graecus; at correctoria N, O notant hebraeum et antiquos nil interponere; pro *domum,* Bibl. Rom. 1471. *domo.* Pro *interficeretur,* cod. veron. Bl. *interficerent eum;* Lucifer calar. *occideret illum;* accedunt hebraeus et veteres. Pro *annunciasset,* Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *annunciavisset;* cod. T *nuntiasset.* Mox cod. K tacet *cras.*

12. *deposuit*—Codd. B, E, T, Brev. goth. l. c. *et deposuit;* codd. D, F, U, goth. legion. *deposuitque;* concinunt hebraeus et veteres. Pro *aufugit,* codd. E, F, T, Angelomus, Brev. goth. l. c. *fugit;* pro *atque,* Brev. goth. l. c. *et.*

13. *et posuit eam*—Codd. D, U *posuitque eam;* codd. V, veron. Bl., item hebraeus et veteres tacent pronomen. Pro *pellem pilosam,* cod. Cas. 1. *pelles pilosas;* consentit hic et infra vers. 16. syrus cod. Usserii; cod. H notat hebraeum non habere *pilosam;* nimirum hebraeus ponit כביר, quod est *stragulum* ex caprarum pilis contextum; unde Hieronymus epist. XXIX. n. 6. « Non *iecur caprarum,* ut » nostri codices habent; sed *pulvillus* de ca» prarum pelle consutus, qui intonsis pilis, » caput involuti in lectulo hominis mentire» tur. » Cf. vetus latina interpretatio ad calcem huius capituli proferenda. Pro *operuit eam,* cod. B *operuit ea.* Post *vestimentis* cod. veron. Bl. addit *suis.*

15. *Rursumque misit Saul*—Codd. F, veron. Bl., Beda, Rupertus *Rursumque Saul misit.*

16. *pellis caprarum*—Sixtus, codd. D, F, G, I, R, S, U, Bibl. Ordin., Rob. Steph., henteniana, all. *pelles caprarum;* at enim plures codices et antiquiores editiones sixtinis et gregorianis, qui hodiernam lectionem intulerunt, suffragantur; unde Toletus notat: « Lege » *pellis;* sic Complut., Reg., mss. et utraque » Congregatio. » Cf. supra ad vers. 13.

17. *illusisti mihi*—Cod. K, Brev. goth. l. c. *illusisti me;* cf. ad Iud. XVI, 10. Pro *respondit,* cod. K *dixit.* Mox pro *ipse,* cod. P *iste.* Post verba *locutus est mihi,* codd. L, R, S, V, antiquiores editiones addunt *dicens,* quod in correctoriis M, N, O expungi iubetur. Pro *Dimitte,* cod. H notat hebraeum legere *Mitte;* mox Bibl. Rom. 1471. tacent *me.*

18. *fugiens*—Cod. E addit *Saul.* Pro *nunciavit,* codd. B, E, I, Brev. goth. l. c. *renunciavit;* item Lucifer calar. Pro *in Naioth,* cod. veron. Bl. *in Nachioth* (et sic deinceps); codd. Cas. 3., Isidorus VII, 424. *in Nabaioth;* cod.

Cas. 1. *ambo in Naioth;* Chethib habet נוית, Kerì ניות, et videtur esse proprium nomen habitationis prophetarum in Rama; codd. F, G, V, Cas. 14. addunt *in Rama* vel *in Ramatha;* item graecus, syrus, arabs; perperam vero exprimitur in latina versione chaldaei in polyglottis.

19. *Nunciatum est autem* — Cod. B et Angelomus tacent *autem*. Pro *Ramatha*, sixtini, codd. A, B, E 1. m., F 2. m., H, veron. Bl., baver., Angelomus *Rama;* cf. ad vers. 22.

20. *lictores* — Cod. H notat hebraeum hic et supra legere *missos*. Pro *raperent*, apud Rabanum *caperent*. Pro *Samuelem*, sixtini, plerique codices et antiquiores editiones *Samuel*. Pro *etiam Spiritus Domini in illis*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, veron. Bl. *etiam in illis Spiritus Domini;* codex sangermanensis apud Martianaeum, Robertum Steph. et Lovan. *super nuntios Saul Spiritus Dei;* concinunt hebraeus et veteres; Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugdun. 1535. *etiam Spiritus Dei in illis;* Rabanus *etiam Spiritus Domini super eos;* cod. B pro *etiam*, legit *autem*.

21. *et alios nuncios* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, I, K, N, O, P, T, U, V, Cas. 3., mediol., veronen. Bl. tacent *et;* cod. N notat: « Hebraeus et antiqui non interponunt *et*. » Pro *misit Saul*, sixtini, codices fere universi, Bibl. Ordin., Hugo *Saul misit;* cod. Cas. 1. tacet *Saul*. Post *tertios* cod. A omittit *nuncios*.

Ibid. *et iratus iracundia Saul*—Tacent sixtini, gregoriani primo (ut V, 6.), codd. A, D, H, I, K, L 4., M, N, N*, O, Q, T, U, gothic. leg., Cas. 2., mediol., veron. Bl., Bibl. Ord., Compl., Reg., priores editt. Rob. Steph., all.; Toletus notat: « Haec non sunt in hebraeo, » Compl., Reg., Ordin. et aliquot manuscri» ptis. Tamen habentur apud LXX. et in plu» rimis impressis. Prior Congregatio abstulit; » posterior retinuit. » Re quidem vera eadem in graeco leguntur Καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ Σαούλ; unde Sabatierius haud dubitavit ex veteri itala nostris codicibus illata fuisse; cf. Lucas Brug. et Bukentopius p. 171.; cod. E legit *Et iratus in iracundia Saul;* cod. F *Et iratus est iracundia Saul;* huc respicere videtur Ephraemus syrus qui habet ܘܫܐܘܠ ܐܬܚܡܬ ܒܚܡܬܐ ܪܒܬܐ (I, 373.), nisi tamen ista ex graeco–syriaca versione interpolata sint, quod valde suspicamur.

22. *abiit etiam ipse* — Sixtini, codd. A, D, T, veronen. Bl. et Angelus Rocca primo *abiit autem et ipse;* cod. U *abiit ergo et ipse;* codd. F, H, I, K, V, mediol., goth. leg. *abiit autem etiam ipse;* accedunt hebraeus et veteres; codd. G, O, Bibl. Lugd. 1522., Basil. 1530., all. *abiit et ipse*. Pro *interrogavit, et dixit*, codd. B, H *interrogabat dicens*. Pro *Ramatha*, rursum plures et antiquiores codices *Rama*, ut supra vers. 19.; immo cod. O notat: « Ab » isto loco et ultra hebraeus et antiqui ha» bent *Rama*. »

23. *Et abiit in Naioth in Ramatha* — Sixtini cum cod. A *Et abiit Naioth in Rama;* legunt quoque *Rama*, ut supra, alii codices complures; cod. K legit tantum *Et abiit*. Pro *super eum*, cod. veron. Bl. *super eos*. Pro *Spiritus Domini*, sixtini, codd. A, D, F, H, K, L, O, Q, T, U, V, Cas. 2., Bibl. Complut., Reg., Lugd. 1535., all. *Spiritus Dei;* item Augustinus, hebraeus et graecus. Pro *ambulabat*, codd. Cas. 3., antiquiores editiones *ambulavit;* cod. B 1. m. tacet *ingrediens, et prophetabat*. Pro *veniret in Naioth in Ramatha*, sixtini cum codd. A, I, mediol. *veniret Naioth in Rama;* rursum legunt *Rama* alii codices plures.

24. *etiam ipse se*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, T, U, V, veron. Bl., Brev. goth. l. c., Beda, Angelomus *se etiam ipse;* cod. B *etiam se;* Pseudo-Hieronymus III, 765. *se etiam Saul*. Pro *vestimentis suis*, cod. Cas. 1. *regalibus vestimentis;* huius lectionis auctor fortasse ob oculos habuit notam Pseudo-Hieronymi l. c., qui ait: « Expoliasse vero » se non omnibus vestimentis, sed *regalibus* » tantum, intelligendum est. » Cf. Ephraemus syrus I, 374.; hebraice enim ערם, perinde ac latine *nudus*, saepe de eo dicitur qui pallio deposito sola tunica vestitus incedit; cf.

Ghiringhelli op. cit. pag. 273.; cod. R tacet *suis*. Mox idem Pseudo-Hieronym. tacet *cum ceteris*, quod cod. H notat in hebraeo non legi. Pro *Samuele*, sixtini, plures codices et antiquiores editiones *Samuel*.

Ibid. *cecidit*—Sixtus, codd. B, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, baver., veron. Bl., vett. editt. fere omnes, Brev. gothic. l. c., Angelomus *cecinit;* Martianaeus notat: « Pro *cecidit,* » undecim mss. nostri scribunt *cecinit;* quod » vitium irrepsit etiam in Canonem hebraicae » veritatis, ac emendatoris, ut et scholiastis » diligentiam effugit. Persuasum forte habe» bant illi scriptores, Saulis prophetiam in » canendis Dei laudibus fuisse positam; unde » error inolevit ut scriberent *cecinit.* » Emendarunt sixtini et gregoriani ad fidem paucorum codicum; unde Toletus: « Lege *cecidit;* » sic hebraeus, graecus, Compl., Reg., mss. » et utraque Congregatio. » Cf. Lucas Brugensis, Mariana, Bukentopius pag. 171. Post *die* Brev. goth. l. c. tacet *illa*. Pro *Unde et exivit,* codd. C, G, K, R, S, V, Cas. 1., veron. Bl., Bibl. Ven. 1479., Beda, Angelomus *Unde exivit*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XIX, 3. *ubicumque tu fueris.* . . . 9. *et ipse in domo sua dormiebat* (item Lucifer calar. ex graeco καθεύδων), *et lancea erat in manu eius; et ecce David citharizabat in manibus suis.* . . . 13. *Et accepit Michol cenotaphia* (κενοτάφια, Aquila μορφώματα, Symmachus εἴδωλα, Theodotio θεραφίν) et posuit *in lecto, et iecur caprarum posuit ad caput eius.* [Alias: *Et accepit Michol indumenta mortalia, et stravit ea in lecto, et iecur caprarum, et ligamentum capilli* (Aquila στογγύλωμα τριχῶν) *posuit ad caput eius.*] . . . 20. *et viderunt ecclesiam prophetarum, et Samuel stabat instanter super eos* . . . 21. *et iratus factus est iracundia Saul.* 22. *Et abiit ipse in Armathem* (Ἀρμαθαίμ), *et venit usque ad puteum areae, qui est in Sephei.*

Cap. XX, 1. *quae est in Ramatha*—Codd. A, I, T, Cas. 13., veron. Bl., Isidorus VII, 424., Brev. goth. p. 285. *quae erat in Rama;* heic quoque fere omnes codices legunt *Rama*. Pro *veniensque locutus est*, cod. veron. Bl. *venitque et locutus est*. Post *coram Ionatha* cod. K addit *dicens;* cod. V *et dixit*. Pro *et quod*, cod. mediol. *aut quod*.

2. *dixit ei: Absit*—Cod. veronen. Bl. tacet pronomen; item duo codices Kennicotti, totidemque Holmesii, quibus accedit hebraicus cod. 16. taurinensis; addunt *a te* codd. C, D, E, F 1. m., G, I, N, O, R, S, U, V, Cas. plures, antiquiores editiones, Hugo; cod. N adnotat: « Ibi est *a te* iuxta graecum et latinum. » Accedunt praeterea Symmachus, syrus et arabs. Pro *nisi prius indicaverit mihi*, cod. H notat hebraeum legere *nisi revelaverit aurem meam;* hebraicam hanc phrasim servavit interpres noster infra vers. 13. et alibi. Pro *celavit me pater meus sermonem*, Brev. gothic. l. c. *celavit pater meus sermonem me;* codd. B, F, G, R, S, T, V, veron., antiquiores editiones *celavit a me* etc.; cf. supra ad III, 17.; nonnulli codices *celabit*. Pro *erit istud*, cod. Cas. 1. *enim erit ita;* particulam *enim* praemittunt cod. S et antiquiores omnes editiones; at expungitur in correctoriis N, O, quae notant illam in hebraeo, graeco et antiquis latinis non legi.

3. *Davidi* — Mazochius in *spicil. biblico* tom. 2. pag. 144. scribit: « Cum millies apud » Hieronymum occurrat *David* indeclinabile, » ecqua religio hic eum incessit, ut incli» nando *Davidi* scriberet? An ut vitaret ae» quivocum, ne forte non Ionathas, sed rex » filius Isai iurasse crederetur? Non est equi» dem hoc incredibile. » Verum quum ex hebraeo, graeco reliquisque interpretibus manifestum sit huius loci sensum esse, Davidem rursum iurasse atque dixisse Ionathano, admodum verisimile est Hieronymum posuisse *David*, idque pro recto casu: hinc sixtini, codd. A, C, F, G, H, I, T, veron. Bl., antiquiores editiones, Hugo, Isidorus l. c. aliique scribunt *David*. Ad ea autem quae sequuntur, nempe *Et ille ait;* cod. H notat hebraeum non legere *ille;* et fortasse cum arabe

Hieronymus posuerat *illi*, quod apud syrum additur verbo *iuravit*, ubi alexandrinus habet τῷ Ἰωνάθαν; vel ipsum pronomen, quod profecto latinae periodi leges hoc loco excludere videntur, quodque in hebraeo non legitur, omnino praetermisit; at deficientibus testibus nil adfirmare audemus; Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *Et ait ille*. Pro *quia inveni*, codd. R, S, antiquiores editiones *quod inveni*. Pro *in oculis tuis*, cod. H legit *in conspectu tuo*, atque in margine notat, quod sane mirum est, hebraeum legere *in oculis tuis*; haec enim ipsa est quoque Vulgati lectio. Pro *dicet*, codd. B, T, goth. legion., Brev. gothic. l. c. *dicit*. Pro *tristetur*, Brev. gothic. l. c. *contristetur*, quod Montfauconius in Hexaplis Vulgato adscribere non debuisset.

4. *mihi anima tua*—Codd. E, I *anima tua mihi*.

5. *Dixit autem*—Codd. Cas. 4. *Dixit quoque*. Pro *sunt crastino*, cod. Cas. 1. *sunt crastina die*; alter Cas. *sunt in crastino*; cod. veron. Bl. *crastino sunt*. Pro *diei tertiae*, cod. I, Brev. goth. l. c. *diei tertii*.

6. *Si respiciens requisierit*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, L 8., N, O, Q, S, T, U, Cas. 15., gothic. legion., mediol., veron. Bl., Petrus Com. *Si requisierit*; pro hac autem lectione, scholiastes in cod. N scribit: « Anti» qui habent *Si requisierit*; hebraeus vero » *Si visitans visitaverit*; sicut etiam habet » graecus *Si extendens extenderit*. Est autem » quoddam hebraicum, quod saepissime pro » intentione ponitur. Ad sensum autem redu» cens interpres pro hoc posuit *Si requisie*» *rit*, quasi *quaerens quaesierit*. Nullum igi» tur locum habet ibi *respiciens*, quia alia » via procedit translatio. » Toletus porro de hac quaestione scribit: « In quibusdam ma» nuscriptis non habetur *respiciens*; in aliis » vero loco eius legitur *requirens*; et sic et» iam in graeco et hebraeo; sed impressi » omnes habent ut in textu (Sixti V.). » Nos quidem tum censemus nullum adesse latinum codicem legentem *requirens*; haec enim lectio, collato hebraico, graeco et chaldaeo, ex mera coniectura ab Aria Montano proposita fuerat; tum illud *respiciens*, quod hodiernus Vulgatus prae se fert, quodque probatissimi latini testes ignorant, ad hieronymianam interpretationem probabilius non pertinere existimamus. Cod. B praemittit *Et*; item graecus, sed cf. Holmesius. Ante *Bethlehem* Bibl. Lugd. 1535. tacent *in*. Pro *contribulibus suis*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, N, O, U, V, goth. leg., mediol., veron. Bl., Brev. gothic. l. c., Hugo, Petrus Com. *contribulibus eius*; scholiastes in cod. N scribit: « Quod dicitur » *eius* ad Bethlehem civitatem refertur, quia » in hebraeo feminini generis est; ideo non » potest ibi esse *suis*, quod novi habent. » At vero fallitur hoc loco scholiastes; nam in hebraeo המשפחה nullum omnino est pronomen. Hinc cod. P qui tacet *suis*, cum hebraeo et graeco consentit.

7. *si autem*—Quamplures codices *sin autem*. Pro *fuerit iratus*, cod. K *iratus fuerit*.

8. *tecum*—Tacent cod. B et Miss. Mozar. p. 365. Pro *est iniquitas aliqua in me*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, baver., veron. Bl., Hugo *est in me aliqua iniquitas*; codd. E, I *in me est iniquitas aliqua*; cod. K et Miss. Mozar. l. c. *in me est aliqua iniquitas*; Bibl. Ordin. *est aliqua iniquitas in me*; cod. H notat hebraeum non legere *aliqua*.

9. *ait Ionathas*—Sixtini et codices complures, ut saepe notavimus, *ait Ionathan*; item ad vers. 11. et 12. Pro *hoc a te*, Sixtus, codd. C, E, G, I, N*, O, R, S, V, plures veteres editiones, Hugo, Miss. Moz. l. c. *hoc a me*; huic lectioni favent Biblia hebr. Ven. 1518., quae ad marginem legunt חלילה לי; cf. Michaelis in Bibl. Hal. 1720.; emendarunt sixtini et gregoriani, quibus, praeter hebraeum et veteres, antiquiores codd. A, B, D, F, H, K, L 6., all., Bibl. Ordin., Complut., priores editt. Rob. Steph. suffragantur; cf. Lucas Brugens. et Bukentopius p. 171. Pro *certe*, cod. T *ego*; alii plures *certo*. Pro *esse patris mei*, sixtini, codd. A, C, E, H, I, K, T, V, veron. Bl., Miss. Moz. l. c. *patris mei esse*.

10. *Responditque* — Cod. G *Dixitque;* Bibl. Complut. et Reg. *Respondit.* Pro *renunciabit,* codd. A, H, K, T, V *nunciabit;* cod. I et Miss. Moz. l. c. *annunciabit.* Mox cod. K tacet *quid.* Post verbum *dure* tacent *de me* sixtini, codd. A, C, D, E, H, I, K, L 7., M, N, O, Q, T, U, Cas. 15., baver., mediolan., veron. Bl., Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., Hugo, all.; gregoriani dubii haeserunt, Toletus vero strictim notat: « Hebraeus, graecus et manuscri» pti quidam non habent *de me.* »

11. *Veni, et egrediamur foras* — Legunt tantum *Veni, egrediamur* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, N, O, T, U, V, Cas. 16., veron. Bl., baver., mediol., goth. leg., Miss. Mozar. l. c.; particulam *et* omittunt quoque Hugo et syrus; tacent *foras* codd. L 6., Q, Petrus Com.; Toletus vero notat: « Hebraeus, » graecus et manuscripti quidam non habent » *foras.* » Mox cod. D praetermittit verba *Cumque exissent ambo in agrum;* item nonnulli graeci codices holmesiani, ex quibus cod. 106. ab alia manu ad marginem habet: *Veni, et egrediemur foras in agrum. Cumque exissent ambo in agrum, ait Ionathas ad Davit: Domine Deus Israel, si investigavero sententiam patris mei crastino vel perendie, et aliquid boni fuerit super Davit, et statim misero ad te et notum fecero tibi.*

12. *Domine Deus Israel* — Codd. C, I, T, Cas. 2. *Vivit Dominus Deus Israel;* accedit cod. 560. Kennicotti et margo cod. 224.; graecus addit οἶδεν; syrus autem et arabs *testis,* quod Iohanni Clerico placuit et Houbigantio; at vero aliquid in sacro textu excidisse vel necessario supplendum esse negamus; est enim illa iuramenti quaedam singularis formula, quasi dicatur: Sic me perdat Deus. Pro *crastino,* cod. T *cras.* Pro *boni fuerit,* cod. Cas. 1. *boni locutus fuerit;* accedit chaldaeus. Pro *fecero,* codd. E, I *non fecero.*

13. *haec faciat Dominus Ionathae* — Codd. K, T *haec faciat mihi Deus;* cf. vetus latina interpretatio ad calcem huius capitis; legunt quoque *Deus* codd. C, D, F, N, R, S, U, Cas. 4., antiquiores editiones, Hugo et graecus; pro *Ionathae,* codd. B, H, I, V, Miss. Moz. l. c. *in Ionathan;* alii plures cum Bibl. Ord. *Ionathan.* Pro *addat,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, K, L, N, O, T, U, Cas. plures, mediol., veron., veron. Bl., antiquiores editiones, Hugo, Miss. Moz. l. c. *augeat;* quum ex allatis testibus vix dubitare liceat hanc esse hieronymianam scripturam, facile est coniectare vulgatam lectionem ex multis aliis locis, ubi Vulgatus in hac phrasi usurpat verbum *addat,* derivatam esse. Conf. Ruth I, 17. I Reg. III, 17. XIV, 44. XXV, 22. et alibi. Pro *patris mei malitia,* cod. U *pater meus in malitia.* Pro *vadas in pace,* cod. veronen. Bl. *eas in pacem.*

14. *facies mihi* — Codd. F, G, O, R, S, Bibl. Ord., Ven. 1511., Compl., Reg., all., Pseudo-Hieronymus, Hugo, Missale Moz. l. c. *facias mihi;* codd. Cas. 11., veron. Bl. *facies mecum;* hebr. תעשה עמדי. Pro *misericordiam,* codd. R, S, Cas. 4., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. *misericordias;* at codd. N, O notant hebraeum et antiquos hoc nomen habere in singulari numero. Pro *si vero,* codd. B, T *si autem;* Miss. Moz. l. c. *si ante;* Pseudo-Hieronymus *et si;* Angelomus, all. *sin vero.* Maurerus notat interpretes superioris aetatis vires suas frustra tentasse in explicando difficillimo hoc commate. At vero sensum quem ipse profert haud differt ab illo quem Vulgatus expressit; nam interpretatur: *Et utinam, si vivam, benevolentiam mihi exhibeas, nec, si moriar benevolentiam tuam meis umquam subtrahas!*

15. *auferes* — Codd. C, D, G, I, S, U, Bibl. Ordin., Lugd. 1522. 1535., all., Miss. Moz. l. c., Claudius taurin. CIV, 677. *auferas.* Post *misericordiam* tacent *tuam* codd. E, R 1. m., Bibl. Ven. 1511. 1519., Complut., Reg., all.; item pauci graeci codices. Pro *a domo mea,* cod. K *a domo patris mei;* veron. Bl. *de domo mea.* Post verba *usque in sempiternum* codd. B, E, F, G, N*, R, S, V, Cas. plures, margo corbeiens. n. 3., sangerm. n. 9. prima manu, antiquiores editiones, Miss. Moz. l. c., Hugo addunt *aut si non fecero;* item auctor veteris latinae interpretationis inferius proferendae;

codd. N, O, margo V et Liranus notant ista in hebraeo, graeco et antiquis non legi; Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535., cum hebraeo et graeco, addunt *et non*, atque mox intra parenthesim claudunt verba sequentia *quando eradicaverit Dominus inimicos David, unumquemque de terra*, ita ut illud additamentum connectatur cum iis quae sequuntur, nempe *auferat David Ionathan* etc. Pro *quando*, Miss. Moz. l. c. *quomodo;* et pro *inimicos David*, codd. G, K, T *inimicos tuos*. Nonnulli codices Cas. addunt *tua* post *de terra*.

15. 16. *auferat Ionathan de domo sua, et requirat Dominus de manu inimicorum David. Pepigit ergo Ionathas foedus cum domo David: et requisivit Dominus de manu inimicorum David.* — Hisce Vulgati verbis in sacro textu respondent ea quae sequuntur ויכרת יהונתן עם בית דוד ובקש יהוה מיד איבי דוד: quae sic reddi possunt *Et fecit Ionathan foedus cum familia David: atque ita poenas repetat Dominus* (inquiebat) *ab hostibus David*. Alexandrinus autem legit εὑρεθῆναι (seu uti habent alii codices, et melius ἐξαρθῆναι) τὸ ὄνομα τοῦ Ἰωνάθαν ἀπὸ τοῦ οἴκου Δαυὶδ, καὶ ἐκζητῆσαι Κύριος ἐχθροὺς τοῦ Δαυίδ. Nonnulli codices et graeca editio Complut. tacent τὸ ὄνομα. Ex his manifesto apparet Vulgatum hoc loco prae se ferre duplicem eiusdem commatis interpretationem, quarum prior ex graeco petita est, altera ex hebraeo; hinc Sabatierius haud dubitavit ad veterem italam referenda esse verba *auferat Ionathan de domo sua, et requirat Dominus de manu inimicorum David*, quae profecto ad hieronymianam interpretationem non pertinent. Re quidem vera eadem omittunt sixtini, primo gregoriani (ut V, 6.), codd. A, C, D, H, I, K, L 10., N, O, Q, T, U, V 2. m., goth. leg., mediol., baver., veron. Bl., corbeiens., sangerm. (apud Martianaeum et Sabatierium), Bibl. Compl., Reg., priores editt. Rob. Steph., all., Beda II, 718., Claudius taurin. l. c., Rabanus; praeterea codd. N, O testantur nec hebraeum, nec antiquos ea verba legere. Vallarsius quoque scribit: « Haec tum hebraeus textus ignorat, cum hieronymianae versionis plerique omnes manuscripti; denique et nonnullae graecae editiones. » At quoad graecas editiones fallitur Vallarsius; conf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 171. et Biblia Paris. 1837. Neque id latuit romanos correctores, ex quibus Toletus aperte scribit: « Haec non habentur in hebraeo, Compl., Reg. et aliquot manuscriptis. Tamen sunt apud LXX. et in Ord., Lov. et plurimis impressis. Posterior Congregatio illa retinuit. » Verum graecus alexandrinus qui haec habet, versiculum 16. omnino praetermittit; cui accedunt Biblia Norimb. 1529., Lugd. 1535., ne geminam eiusdem hemistichii interpretationem exhiberent. Alii vero non integrum versum 16. praetermittunt, sed tantummodo verba *et requisivit Dominus de manu inimicorum David;* ita codd. B, E, G, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Miss. Moz. l. c. Quam ob rem Petrus Com. solicite notat: « Quod interponitur *et requisivit Dominus* etc. hoc de suo addidit scriptor in spiritu. » Verum apposite scholiastes in cod. N animadvertit: « Hic notandum quod quidam non habent *et requisivit Dominus* etc.; sed glossa exponit. Cave; nam certissime et antiqui et hebraeus et glossatores habent, et omnes libri alicuius veritatis. » Praeter eas, de quibus hactenus disseruimus, aliae minores varietates in laudata pericopa occurrunt. Nam post verbum *auferat* cod. V, Bibl. Ordin., Lugdun. 1522. 1535., Norimb. 1529., Paris. 1566., all., Hugo addunt *David*. Pro *Pepigit ergo*, Beda *Pepigit autem*. Pro *Ionathas foedus*, sixtini, codd. C, F, O *Ionathan foedus;* codd. A, E, G, H, I, K, T, veron. Bl., Miss. Moz. l. c., Beda, Claudius taurin., Rabanus *foedus Ionathan*. Pro *cum domo David*, cod. V 1. m. et Miss. Moz. l. c. *cum David*.

17. *deierare* — Codd. E, I, all. *deiurare*, quod idem est; atque recte ad marginem cod. R, et in glossa interlineari exponitur *valde iurare;* conf. ad Ios. IX, 20.; cod. K et Eucherius *iurare*. Pro *diligeret illum*, codd.

C, G, K, O, U, R, S, veron. Bl., Bibl. Ordin., Hugo *diligeret eum*. Pro *sicut enim animam*, sixtini, codd. A, C, G, H, V *sicut animam enim;* tacent *enim* codd. B, D, F, K, U, Miss. Moz. l. c., Claudius taurin. l. c. Pro *diligebat eum*, codd. I, T, Miss. Moz. l. c. *diligebat illum*.

18. *ad eum* — Cod. Cas. 1. *ad David;* item cod. 243. Holmesii; cod. N legit *ei*, et notat: « Hebraeus et antiqui et graecus habent *ei*. » At vero graecus receptus tacet pronomen, quod deest quoque in Miss. Moz. l. c.; sunt tamen graeci codices plures qui habent αὐτῷ.

19. *Descendes* — Cod. F, Miss. Mozar. l. c. *Descendens;* cod. G *Descende*. Pro *venies*, codd. D, F, Miss. Moz. l. c. *veniens*. Cod. mediol. 1. m. tacet verba *in locum ubi celandus es;* cod. I legit *in locum post crastinum ubi celandus es*. Pro *qua operari*, codd. G, R, S, veteres editiones *quando operari;* emendarunt sixtini, quibus antiquiores omnes codices consentiunt. Pro *cui nomen est*, codd. A, E, H, I, K, aliique *cui est nomen;* quod cod. H notat in hebraeo non legi.

20. *exercens me* — Codd. E, I *me exercens*. Animadverte Hieronymum recte interpretari *ad signum*, hebraicam vocem למטרה, quam graeci retinuerunt scribentes εἰς τὴν Ἀματταρί. Cf. Montfauconii *Hexapla*, et Holmesii *Append*.

21. *Mittam quoque et* — Miss. Mozar. l. c. *Mittamque et;* cod. E tacet *et;* neque obstant hebraeus et veteres. Pro *et affer*, Miss. Moz. l. c. *affer;* hebraeus quoque et graecus tacent nexum.

22. *intra te* — Sixtus, Isidorus Clarius et margo Ord. *citra te;* veterem lectionem gregoriani restituerunt, unde Toletus: « Lege *in-* » *tra te;* sic hebraeus, graecus, Compl., Reg., » Lov., Ordin. et ceteri codices: Sixtus mu- » taverat. » Verum quum utriusque lectionis idem sit sensus, frustra Toletus ad hebraeum et graecum provocat. Pro *pax tibi est*, cod. K *pax tibi erit;* Bibl. Ven. 1511. 1519., Compl., Reg., Paris. 1566., all. *pax est*. Pro *nihil est mali*, sixtini cum cod. A *nihil mali est;* cod. B et Miss. Moz. l. c. tacent *est*. Post verbum *fuero* codd. S, V omittunt *puero;* Bibl. Paris. 1566. addunt *meo*. Mox tacent *in pace* sixtini, codd. A, B, C, D, E, H, I, K, M, O, T, U, Cas. 15., goth. legion., mediol., margo Ord., Miss. Moz. l. c., Petrus Com. At Toletus notat: « Non habetur *in pace* in hebraeo, » graeco et aliquot manuscriptis; habetur ta- » men in impressis omnibus; et posterior » Congregatio retinuit, licet prior deleverit. » Cod. H notat hebraeum legere *misit*, pro *dimisit*.

23. *De verbo autem* — Codd. B, V, Miss. Mozar. l. c. tacent *autem*. Pro *locuti sumus*, codd. A, B, C, D, E, G, I, R, S, T, U, Cas. 17., antiquiores editiones, Miss. Moz. l. c., Hugo *locuti fuimus;* cod. K addit *ambo*. Post verba *sit Dominus*, cod. K addit *iudex;* cod. Cas. 1. addit *testis*, ut graecus et chaldaeus.

25. *consuetudinem* — Nonnulli codd. Cas. addunt *suam*. Ante *Abner* codd. R, Cas. 3. addunt *et*, quod in cod. O expungitur; conf. vetus latina interpretatio ad calcem huius capitis. Pro *Saul*, cod. Cas. 1. *regis Saul*. Huius loci sensum, praeeunte syro, plerique interpretes exponunt *Et surrexit Ionathas et accubuit, et Abner ad latus Saulis*.

26. *Saul quidquam* — Codd. H, V, Miss. Moz. l. c. *quidquam Saul;* et pro *in die illa*, codd. E, I, Miss. Mozar. l. c. *in illa die*. Pro *quod forte*, cod. K *ne forte*. Miss. Moz. l. c. pro *ut non esset*, legit *et non esset*. Pro *nec*, codd. C, V, Cas. 11. *vel;* cod. G *neque*.

27. *dies secunda* — Codd. Cas. 2. *dies crastina*. Cod. H notat hebraeum legere *diem Kalendarum*, pro *calendas;* ex hebraico autem textu nos interpretamur *novilunii secundi, die secundo;* conf. v. 34. et Exodi XIX, 1. Hoc loco nonnulla proferre placet ex Iulio Hilariano quae ad veterem italam referuntur; tacet enim Sabatierius: « In libro Regnorum » dictum est: Cum se absconderet David ti- » mens regem Saul, *et facta sunt neomenia* » (sic); *et intravit rex ad mensam ut mandu-* » *caret;* et cum eo soliti convivae venerunt. » David autem non intravit cum eo, *et appa-* » *ruit locus eius. Et nihil locutus est Saul illo*

die. Et factum est in crastinum in secundo die » mensis. » (apud Gallandi t. VIII. p. 746.) Pro *rursus*, sixtini, codices plures, Bibl. Ordin., all. *rursum*. Pro *apparuit vacuus*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, all., Hugo, Miss. Moz. l. c. *vacuus apparuit;* cod. B 1. m. tacet *vacuus*. Pro *Dixitque*, Miss. Moz. p. 366. *Dixit autem*.

28. *Responditque* — Sixtini, codices prope universi, Bibl. Ordin., Hugo, Miss. Moz. l. c. *Et respondit;* cod. F *Et respondens*.

29. *sacrificium sollemne est* — Cod. K tacet *sacrificium;* Miss. Moz. l. c. omittit *est;* cod. H notat hebraeum legere *sacrificium familiae est*. Post *in civitate* addunt *mea* codd. G, L, R, S, antiquiores editiones, Hugo; at in cod. O expungi iubetur. Pro *accersivit*, codd. D, I *arcessivit;* cf. ad Gen. XLIV, 4. Pro *me: nunc ergo*, cod. E *me: nunc enim;* editio Vallarsii *me nunc: ergo;* Miss. Moz. l. c. *mihi: nunc ergo*.

30. *Iratus autem . . . dixit* — Codd. E, F, G, I, R, S, T *Iratus est autem . . . dixitque;* accedunt hebraeus et veteres. Pro *adversum*, plures codd. cum Miss. Mozar. l. c. *adversus*. Pro *Fili*, cod. veron. *Filius*. Pro *virum ultro rapientis*, codd. R, S, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480., Ordin., Compl., Reg., all., Miss. Moz. l. c., Hugo *ultro virum rapientis;* cod. H *virum rapientis ultro;* cod. G, Petrus cap. in *Spicil. solesm.* III, 95. *ultro rapientis virum*. In gravissimis orientalium conviciis sunt ea, quibus aliquem inhonestis parentibus prognatum esse dicunt. Cod. K tacet verba *in confusionem tuam, et*. Huius versiculi latinam ex graeco versionem profert Claudius taurin. CIV, 816. *Et iratus factus est in iracundia Saul ad Ionathan valde, et dixit ei: Filius puellarum, qui* (quae) *se ultro coinquinant*.

31. *stabiliéris* — Cod. A et Miss. Moz. l. c. *stabilis eris*. Cod. H notat hebraeum pro *adduc*, legere *cape*.

32. *morietur* — Codd. A, Cas. 14. *moritur;* graecus vatic. ἀποθνήσκει; cod. K *moriatur*.

33. *definitum* — Plures codices et editiones antiquiores *diffinitum;* quidam enim pro *definio*, scribere malunt *diffinio*. Pro *a patre suo*, sixtini, primo gregoriani, codd. A, B, D, F, H, K, T, U, gothic. legion., mediol., Miss. Moz. l. c. *patri suo;* Toletus notat: « Manu» scripti et prior Congregatio *patri suo;* sed » impressi omnes *a patre suo*. » Cod. G tacet *suo*. Pro *interficeret*, cod. R, antiquiores editiones, all. *interficeretur*.

34. *calendarum secunda* — Miss. Moz. l. c. *secunda Kalendarum*.

35. *illuxisset* — Cod. E addit *dies*. Pro *in agrum*, cod. T et Miss. Moz. l. c. *in agro*.

36. *et ait* — Cod. Cas. 1. addit *Ionathas;* item pauci codices holmesiani.

37. *quod miserat* — Cod. goth. legion. *quo miserat;* accedit graecus. Post *Ecce ibi*, codd. G, R, S, Cas. 2. addunt *non*.

38. *Clamavitque iterum* — Tacent *iterum* sixtini, codd. A, B, C, D, E, H, I, K, M, N, O, U, Cas. 13., mediol., goth. legion.; accedunt hebraeus et veteres; codd. F, T legunt *Clamavit itaque iterum;* cod. V, Bibl. Ven. 1511., Compl., Reg., Paris. 1566., all. *Clamavit iterum*. Sixtini de more *Ionathan*, pro *Ionathas*. Mox tacent *dicens* sixtini, codd. A, C, K, M, N, O, T, U, Cas. 13., mediol., veron.; quibus favent hebraeus, chaldaeus et syrus; cod. I legit *et ait;* cf. Holmesius. Pro *Festina*, cod. Cas. 1. *Curre*.

39. *et quid* — Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496., all. tacent *et*.

40. *Dedit ergo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, mediol., Hugo, Beda *Dedit igitur*. Dein rursum sixtini et plures codices *Ionathan*, pro *Ionathas*. Ante *defer* tacent *et* sixtini, gregoriani, codd. A, C, D, E 1. m., F, G, H, K, R, U, V, Cas. plures, baver., mediol. (ubi legitur *fer*), Hugo; quibus consentiunt hebraeus, chaldaeus, syrus et graecus; sed cf. Holmesius; Toletus quoque notat: « Tacent *et* manuscripti et utra» que Congregatio. » Ex quo colligimus hanc particulam a typographis contra sententiam correctorum servatam fuisse.

41. *de loco* — Codd. Cas. 12. addunt *suo*. Post *osculantes* (Miss. Mozar. l. c. *osculatus*) tacent *se* codd. A, C, E, F, I, K, N, O, P, T, U,

gothic. leg., Cas. 14., mediol., veron., Miss. Moz. l. c.; praeterea scholiastes in cod. N testatur hebraeum et antiquos non interponere particulam *se;* gregorianis dubium fuit utrum eadem esset expungenda.

42. *Dixit ergo*—Codd. C, H, Cas. 2. *Dixit autem.* Post *Domini* codd. G, T addunt *Dei.* Scholiastes in cod. M notat periodum terminari post verbum *dicentes*, atque subaudiri *rata sunt*, « quia, inquit, dolor cordis facit » defectum locutionis. » Item glossa interlinearis.

Ibid. *inter semen meum et semen tuum* — Sixtus et veteres fere omnes editiones *inter semen tuum et semen meum;* Bibl. Argent. 1497., Lugd. 1522., Basil. 1530. *inter semen tuum et inter semen meum;* emendarunt sixtini et gregoriani ad fidem codicum; unde recte Toletus: « Lege *inter semen meum et se-* » *men tuum;* nam hunc ordinem habent he- » braeus, graecus, manuscripti et utraque » Congregatio; et convenit praecedentibus *in-* » *ter me et te.* » Cf. Bukentopius p. 404.

43. *Et surrexit David*—Tacent *David* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, N, O, T, U, V, Cas. 3., baver., mediol.; scholiastes in cod. N notat: « Hebraeus et antiqui non » apponunt *David.* » Vulgato autem consentit graecus, et hebraicus cod. 70. Kennicotti. Pro *sed et Ionathas*, cod. mediol. *sed Ionathas;* favent hebr. et veteres.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XX, 3. *Nesciat haec Ionathan, ne forte renuntiet David . . . quoniam repletum est inter me et inter patrem tuum usque ad mortem* (ista perfecte consentiunt codicibus et graecae edit. Compl.) . . . 5. *Ecce cras Neomenia; et ego non sedeam* (sic) *cum rege ad manducandum; sed tu dimittes me, ut abscondam me in campo usque ad sero. . . .* 8. *Quoniam in testamentum Domini induxisti servum tuum tecum. . .* 12. *Dominus Deus Israel scit quoniam si exquisiero patrem meum secundum tempus, triplo, optimum erit super David. Sed si non misero ad te in campestri* 13. *haec faciat mihi Dominus et haec augeat, quoniam referam mala ad te, et discooperiam aurem tuam. . . .* 14. *Aut si non fecero, Dominus, me vivente, non faciat mecum misericordiam; et si mortuus fuero* 15. *auferat a me Dominus misericordiam suam, de domo mea usque in aeternum: aut si non fecero cum ambulaverit, Dominus, inimicos David, qui fuerint in facie terrae, auferat Ionathan cum domo Saul; et exquirat Dominus de manu inimici David* (hi duo versus plus nimis a graeco et reliquis abscedunt). . . 19. *iuxta lapidem Argabel tu;* 20. *et ego post tertium diem scizan* (σχίζαν; *sciza*, alio sensu habetur apud Sabatierium ad III Reg. XVIII, 33.) *mittam in Matharimeae* (Ἁματταρί). 21. *Ecce mittam puerum dicens: Ambula, collige mihi scizam.* 22. *Et si dixero puero: Ecce sciza ad te est, accipe illam; et veni quoniam pax est tibi. . . .* 25. *Et praecessit eum Ionathan et sedit, et Abner erat ad latus Saul. . . .* 28. *Et respondit Ionatha ad Saul, et dixit: Excusavit se, et petiit a me David commeatum ut iret usque Bethlem. . . .* 30. *Et dixit ei: Filius puellarum vagantium, quae se passim coinquinant esca mulierum* (codd. γυναικοτραφὴς); *non enim scio quoniam transfiguratus es tu pro filio Iesse, in confusionem denudationum matris tuae? . . .* 34. *Quoniam vulneravit eum pater eius. . . .* 40. *Et posuit Ionatha vasa sua super puerum suum. . . .* 41. *et ploravit unusquisque ad proximum suum usque ad consummationem magnam.*

Cap. XXI, 1. *Nobe* — Cave ne oppidum *Nobe* (נב), de quo heic agitur, confundas cum alio de quo Num. XXXII, 42., ubi hebraeus ponit נבח; illud enim prius נב est oppidum sacerdotibus separatum ad fines Beniamin prope Ierusalem, de quo Is. X, 32. mentio occurrit; alterum vero est in regione Galaad transiordanensi, deque hoc postremo sermo est Iudic. VIII, 11.; idque propterea adnotamus, quia ibidem verba Hieronymi recitavimus, quae unum ab altero oppido non satis distinguunt.

Ibid. *Achimelech* — Codd. H, V, Pseudo-

Hieronymus *Ahimelech*, quemadmodum habet Vulgatus ad I Paral. XXIV, 3. 6. 31.; alii plures tum ex Martianaei codicibus, tum ex nostris cum graeco *Abimelech;* item Isidorus V, 521., Beda, Theutmirus, Eucherius, Petrus Com.; de hac lectionis varietate recolenda sunt quae habent Procopius in h. l. et Augustinus in locis excitatis apud Sabatierium ad I Reg. XXII, 9.

Ibid. *venisset David* — Cod. H *venisset; et surrexit obviam David;* « ita, inquit Martia» naeus, canon hebraicae veritatis cum ali» quot mss. codicibus optimae notae. Regius, » corbeiensis unus et alii tres recentiores » s. Germani a Pratis eadem quoque retinent » verba, licet mutato paulisper ordine; le» gunt igitur hoc modo *venisset David; et » surrexit obviam.* » Huic autem postremae lectioni concinunt codd. B, F, V, Cas. 17., baver.; copiosior est lectio in cod. E *venisset David, et surrexit et venit obviam David.* At vero Vallarsius merito censuit sanam esse Vulgati lectionem, atque laudatos codices scholion marginale in textum recepisse. « Par » quippe, ait, est opinari, cum latina verba » *eo quod venisset,* non viderentur hebraeo » לקראת respondere, studiosum aliquem re» scripsisse ad libri oram *et surrexit obviam,* » quae postmodum a librariis fuerint in tex» tum importata. » Post *nullus* Beda tacet *est.*

2. *et dixit* — Brev. goth. pag. 288. *et ait;* codd. Cas. 2. addunt *mihi;* item hebraeus et veteres, excepto arabe. Pro *missus es a me,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, Brev. goth. l. c., Hugo *a me missus es;* cod. B *a me emissus es;* cod. Cas. 1. tacet *a me.* Pro *praecepta tibi,* sixtini, et omnes testes mox laudati, excepto cod. H, *tibi praecepta;* cod. veron. omittit pronomen. Pro *pueris condixi,* cod. U, Pseudo-Hieronymus III, 765. *pueros conduxi;* antiquiores editiones interponunt *meis,* quod in codicibus non legitur; cod. R prorsus supervacue addit *ut irent.* Pro *et illum,* codd. B, G, I *et in illum.*

3. *Nunc ergo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, Bibl. Paris. 1566. 1573., Hugo, Brev. gothic. l. c. *Nunc igitur;* cod. B *Nunc autem.* Pro *inveneris,* codd. E, I, goth. legion. *invenerit manus tua;* conf. infra XXV, 8.

4. *respondens sacerdos* — Cod. U *respondens Achimelech;* cod. G *respondens sacerdos Abimelech;* cod. B 1. m. tacet *sacerdos.* Mox omittunt *ad David* codd. U, B 2. m.; item cod. 150. Kennicotti; tacent particulam *ad* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, O, V, gothic. leg., mediol., Beda. Pro *ait illi,* codices fere omnes, Hugo, Brev. goth. l. c., Beda *ait ei;* codd. G, H, K tacent pronomen; it. hebraeus et graecus. Pro *laicos panes,* sixtini, codices fere universi et Hugo *panes laicos.* Pro *si mundi,* cod. Cas. 1. *sed si mundi.* Post verba *a mulieribus* (pro quibus cod. veron. cum hebr. et graeco habet *a muliere*), codd. B, E 2. m., F, G, L, R, S, V, Cas. 18., baver., antiquiores editiones, Petrus Com., et cum graeco Cyprianus addunt *manducent;* quod merito transfoditur, ait Lucas Brugensis.

5. *sacerdoti* — Cod. U *ad sacerdotem.* Pro *Equidem,* plures codices, veteres fere omnes editiones, Rabanus *Et quidem;* sixtinis, qui emendarunt, praeter antiquiores codices, suffragantur priores editiones Rob. Steph. Pro *egrediebamur,* Bibl. Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *ingrediebamur.* Cod. H, Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus, Hugo, glossa interlinearis notant hebraeum pro *via haec polluta est,* legere *via (haec) laica est.* Pro *sed et ipsa,* Brev. goth. l. c. *sed ea ipsa;* cod. T *sed ipsa.* Pro *sanctificabitur,* cod. E 1. m. *sanctificatur.* Post *in vasis* codd. Cas. 13., goth. leg. et Theutmirus cum graeco addunt *meis.* Toleti schedae hoc loco notulam exegeticam exhibent: « Sensus huius sententiae est: ad» iungit David rationem et caussam cur de» beant panes sancti illi dari, non solum quia » mundi sunt ab heri et nudiustertius, sed » etiam quia via quam ingrediebatur polluta » erat, quia ibat ad gentes; et sic quamdam » sanctificationem acciperet per vasa, id est » homines sanctificatos panibus sanctis, qua» si diceret: Imus in viam immundam, et

» utilissimum erit si sanctificemur panibus » sanctis. » Gesenius in Thes. p. 133. ex sacro textu interpretatur: *Etiamsi via profana est, nihilominus hodie sanctificatur ea per vasa* sancta.

6. *Dedit ergo* — Cod. T *Dedit*. Cod. H notat hebraeum pro *sanctificatum panem*, legere *sanctitatem*. Pro *erat ibi panis*, cod. E cum graeco *erant ibi panes*. Mox antiquiores editiones pro *sublati*, legunt *sublevati*.

7. *vir quidam* — Codd. H, V, Pseudo-Hieronymus, Rabanus *quidam vir;* sixtini codd. A, B, K, T, Cas. 13., mediol., veron., Brev. gothic. l. c., Beda tacent *quidam;* item hebraeus et graecus, sed conf. Holmesius. Pro *intus in tabernaculo Domini*, Pseudo-Hieronymus et Rabanus (qui tacent *Domini*), cod. H et Hugo notant hebraeum legere *obligatus in conspectu Domini;* verum sacri textus verba נעצר לפני יהוה commode reddi possunt *congregatus coram Domino*, id est praesens in loco sacro; graecus interpres alexandrinus duplicem lectionem habet, quarum prior ex glossemate orta videtur, altera vero est ipsa hebraica vox; legit enim *συνεχόμενος Νεεσσαρὰν ἐνώπιον Κυρίου*. Ephraemus syrus in h. l. singularem habet notationem, qua prolatum scholion illustratur: « Vocabulum » hebraicum *neasar* (ܢܐܨܪ) nobis cum he» braeis commune est, et proprie significat » actum calcantium oleas vel uvas in torcu» lari: producta deinde a specie ad genus si» gnificatione, quamlibet pressionem, seu co» actionem, et coërcitionem designat. Doeg » itaque intra tabernaculum coërcitus suam » personam seu praesentiam suppresserat; » adeoque illud *neasar* suppressus et abscon» ditus verti potest, libens an invitus incer» tum; fortasse lege adstrictus, qua teneba» tur peccatum suum legitimo sacrificio ex» piare. » Pro *Doeg*, plures codices et antiquiores editiones *Doech* aut *Doec* (graecus *Δωὴκ*); attamen correctoria N, O notant scribendum per *g* finalem.

Ibid. *pastorum Saul* — Brev. goth. l. c. *pastor Saul;* codd. B, F, L, N 1. m., R 2. m., S, V, Cas. 7., baver., tres codd. sangermanenses et margo corbeiensis apud Sabatierium, Brev. goth. l. c., antiquiores editiones addunt *hic pascebat mulas Saul;* accedunt georg. et slav. At vero obstant, praeter alios codices, correctoria M, N, O, quorum prius notat: « Quod in quibusdam libris sequitur » *hic pascebat mulas Saul*, hebraeus et anti» qui non habent; et scriptum est ex Iose» pho, qui dicit: *Doech syrus pastor mularum* » *Saul*. » Hugo quoque id ex Iosepho repetit; at vero magis accurate auctor postremi correctorii notat: « Moderni iungunt litteras » Hieronymi et LXX. simul dicentes *hic pa*» *scebat mulas Saul;* sed hoc superfluit. LXX. » etiam ponunt *Syrius* pro *Idumaeus*, et haec » est ratio, quia legerunt *res*, pro *daleth*. » Nimirum pro האדמי, legerunt הארמי; item capite seq. v. 9. et 18.; at cf. Psalm. LI, 2. Hoc autem loco eruditam notationem Lucae Brugensis, quae in hunc librum est postrema, nobis praetermittere haud licet. « Quod subiiciunt libri quidam *hic pascebat mulas Saul*, id Alfonso Tostato et Nicolao Lirano testibus, in libris correctis non est. Hentenii antigrapha quinque non legunt: parisiensium sex omittunt: quatuordecim nostra praetereunt. Regia editio non agnoscit; Ordinariae glossae spatium marginale, alias non haberi testatum facit; Ven. Beda latine se non legisse etiam in commentariis indicat; hebraeus textus confodit; chaldaeus transfigit. Recte itaque censuit, post Abulensem episc. et nostrum Epanorthoten, Hentenius latinis codicibus non addendum. Et quomodo mulas pascere potentissimo seu principi pastorum Saul conveniat? Legitur in graecis libris (nam ex eis latinis adiectum est), sed pro eo quod habemus nos *potentissimus pastorum Saul*. Quod enim iuxta hebraicam veritatem interpres noster transtulit *potentissimus pastorum Saul*, graeci dixerunt *νέμων τὰς ἡμιόνους Σαούλ*. Itaque duplici de causa arguendi sunt qui quod graece legerunt *pascens mulas Saul*, latinis codicibus adiecerunt; una est quod latinam versionem, quae ex hebraico

fonte hausta est, ex graeca interpretatione emendare et mutare voluerint: altera, quod imperite diversas eiusdem sententiae translationes coniunxerint. Huiuscemodi autem, ut frequenter accidisse videmus; ita ab initio accidisse verisimile est. Quae enim ante nostri interpretis ex hebraeo translationem animos omnium occupaverant latina de graecis expressa, quis dubitet quadam praeiudicata confirmataque opinione, hominibus qui nullum adhibere iudicium ipsi possent hebraicae linguae prorsus rudes, integriora et sinceriora existimata? Et si non in eorum quae interpres noster reddiderat locum, passim supposita, aut cum eum subterfugisse vel deesse quacumque ex caussa putarentur, addita, at certe hic illic margini adscripta; unde post, librariorum errore, magna sit nata scripturae confusio? Quamobrem mirandum non est si etiam ab antiquis Patribus, Gregorio, Rabano, Beda et aliis, genuina nostrae translationis scriptura aliquando lecta non sit. Semel admonitum sit quod ignorare non debet qui germanam nostrae versionis lectionem velit dignoscere. Nunc ad eam lectionis diversitatem, quam sumseramus examinandam, redeamus. Id quod latinum et graecos interpretes diversis illis modis transtulisse diximus, hoc est quod hebraice legitur אביר הרעים אשר לשאול: *Abbir* fortem, potentem, principem significat; itaque reddidit interpres latinus, et post eum alii *potentissimus pastorum Saul;* ut significetur Doeg iis praefectum fuisse, quibus pecudum greges atque armenta, quae rex possidebat, commissa erant. Ad eum modum et chaldaeus paraphrastes interpretatus est *magister* (seu *praefectus*) *pastorum qui Sauli.* Significat autem *Abbir* etiam *taurum* a fortitudine sic appellatum. An eamdem ob caussam graecis פרד, id est *mulum* significaverit, ut hinc interpretati sint *pascens mulas Saul,* equidem ignoro. Sed quam indignum sit primario regis ministro, aut mulas aut pecora quaecumque pascere? Nam versu proximi capitis nono, primus inter Saulis servos Doeg fuisse dicitur. Verum et ibi reddiderunt graeci ὁ καθεστηκὼς ἐπὶ τὰς ἡμιόνους Σαούλ, *qui constitutus erat super mulas Saul,* cum mularum nulla hebraice mentio sit (non enim aliud habetur, quam והוא נצב על-עבדי שאול *et ipse constitutus super servos Saul*), nisi quis per *servos* aut, ut legi atque intelligi potest, *servientes,* mulas intelligat, quod ferendis oneribus serviant: huiusmodi quid illi fortassis voluerunt, eo quod capite praecedenti transtulissent *pascens mulas Saul.* Hos autem Iosephus sequutus est lib. VI. antiq. cap. 13. Doech enim Syrum et pastorem mularum regis vocat. »

8. *habes hic* — Brev. goth. l. c. *habes huc.* Pro *hastam, aut gladium,* idem Brev. gothic. cum syro, arabe et duobus codd. Kennic., *gladium, aut hastam;* codd. B, E, L, R, S, V, Cas. 5., antiquiores editiones addunt *da mihi,* quod in cod. O expungitur. Post *urgebat* addunt *me* codd. R, S, Cas. 3., Bibl. Ordin., Paris. 1566. 1573., all. et Petrus Com.; accedunt armenus, georg. et slavon.; at in correctoriis reiicitur.

9. *Ecce hic gladius* — Sixtini, codd. E, F, G, H, L (seu Q), Cas. 2., priores editiones Rob. Steph., all., Beda *Ecce gladius;* it. Hieronymus apud Sabatierium; codd. A, C, D, I, K, O, T, U, mediolan., veron. legunt tantum *Gladius;* Hugo *Est hic gladius.* Pro *in Valle,* Brev. goth. l. c. *in Vallem.* Mox cod. Cas. 1. tacet *tollere.* Pro *hic est alius,* sixtini, codd. A, C, D, G, K, U *est alius hic;* codd. E 2. m., H, I, T, V, Brev. goth. l. c. *est hic alius;* cod. R, Bibl. Ord. *hic alius est;* cod. F *alius est hic.* Pro *Non est huic alter similis, da,* codd. K, Cas. 1., margo Ordin. *Si non est hic alter similis, da;* Brev. goth. l. c. *Si non est hic alius absque eo, da;* cod. G *Non est hic alter huic similis, da;* antiquiores pleraeque editiones *Non est huic alter similis? Da.*

10. *Geth* — Cod. K *in Geth.*

11. *dixeruntque servi Achis ad eum cum vidissent David* — Sixtini, codd. A, D, H, I, K, M, O, T, U, goth. leg., veron. *dixeruntque ei servi Achis;* codd. N, N*, Cas. 15., mediol.,

Bibl. Ven. 1481. 1482. *dixeruntque servi Achis;* codd. L 9., Q, baver., correctorium Sorbon., Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all. *dixeruntque servi Achis ad eum;* accedunt hebraeus et vett.; codd. B, C, E, F, G, R, S, V *dixeruntque ei servi Achis cum vidissent David;* antiquiores fere omnes editiones et Brev. goth. l. c. tacent *ad eum;* cod. M notat: « Hebraeus, » Beda et antiqui non habent *cum vidissent* » *David.* » Lucas Brugensis hanc profert inter correctiones quae adhuc Vulgato adhiberi possunt, scribens: « Videtur superfluere *cum* » *vidissent David:* quippe quod abest a bonis » libris, consentientibus hebraeo, graeco et » reliquis. » Bukentopius p. 171. minus accurate existimat verba illa ab ipso Hieronymo ad sensum explendum addita fuisse. Pro *non iste est,* codd. D, U *non est iste.* Post verba *rex terrae* codd. C, E 2. m., V, Cas. 1. addunt *Israel;* item syrus et arabs.

12. *Posuit autem* — Cod. V et tres codices apud Rob. Steph. *Posuit ergo.* Mox cod. B tacet *David;* et cod. Cas. 1. omittit *Achis.*

13. *Et immutavit* — Codd. N, R, S, antiquiores editiones, Brev. goth. l. c., Isidorus V, 522., Beda IV, 438., Rabanus *Et mutavit;* cf. Sabatierius. Pro *os,* cod. Cas. 1. *cor.* Pro *coram eis,* codd. B, E, I, R; S, Cas. 1., antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c. *coram Achis;* cod. U *coram rege;* graecus ἐνώπιον αὐτοῦ (sed conf. Holmesius), item syrus et arabs. Post *in barbam* codd. B 2. m., C, Cas. 1., duo sangermanenses et margo corbeiens. apud Sabatierium addunt *et cecidit ad ostia* (all. *ora*) *civitatis.* Hoc additamentum ex graeco derivatum, extra ordinem insertum est. Nam pro eo quod Vulgatus habet *collabebatur inter manus eorum: et impingebat in ostia portae,* duplicem interpretationem habet graecus, qui legit προσεποιήσατο ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἐτυμπάνιζεν ἐπὶ ταῖς θύραις τῆς πόλεως, καὶ παρεφέρετο ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, καὶ ἔπιπτεν ἐπὶ τὰς θύρας τῆς πύλης. Ex nostro autem additamento, cui vetus itala consentit, patet graecos quoque antiquissimos codices legisse ἔπιπτεν, non autem, quod recentioribus criticis placet, ἔτυπτεν.

14. 15. *insanum* — Cod. N notat: « Grae- » cus habet *epilenticum* (ἐπίληπτον); et » dein pro *An desunt nobis furiosi,* alia littera » *An desidero epilenticos?* » item apud Isidorum VII, 424. ubi Arevalus monet legendum *epilepticos;* codd. V, baver. et apud Sabatierium duo sangermanenses utramque lectionem connectunt *furiosi, aut desidero epilepticos.* Pro *desunt,* Bibl. Mog. 1462. *desint.*

15. *quod introduxistis*— Codd. Cas. 5., antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c. *quia introduxistis.* Pro *hiccine ingredietur,* posteriores editiones Rob. Steph. legunt tantum *ingrediatur;* non pauci codd. *hic ne ingredietur;* codd. B, C 1. m., F, L, R, S, T, V, Cas. 18., alii apud Sabatierium, antiquiores editiones, Brev. goth. l. c. *dimittite illum hinc, et ne ingrediatur;* ex laudatis autem testibus nonnulli legunt *dimitte,* alii tacent *et.* Huc facere videntur Isidorus, Beda ll. cc. et Rabanus qui habent *et sic eum dimisit.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XXI, 1. *Et haesitavit Abimelech, et surrexit in obviam David, et dixit ei. . . 2. et pueros per me testificatus sum in loco qui dicitur Dei fides. 3. Nunc si abundant sub manu tua. . . 4. Non sunt panes communes sub manu mea, nisi panes sancti. . . . 7. natione syrus, qui pascebat mulas Saul. . . . 9. quoniam non est alius praeter hunc, acutior hic; et dixit David: Si non est alius sicut hic est, hunc mihi da. Et dedit illi illum. . . 13. Et immutavit vultum suum coram ipsis in illa die, et affectabat, et tympanizabat ad ostia civitatis, et ferebatur in manibus suis, et procidebat ad ostia portae civitatis* (Alias *Et immutavit faciem suam coram ipso Achis rege; et simulate egit in die illa, et tympana feriebat ostiatim per civitatem, et differebatur in manibus suis, et irruebat in ianuas portae*), vel *et cecidit ad ostia civitatis; et salivae eius decurrebant in barbam eius. 14. Et dixit Achis ad pueros suos: Ecce videratis virum arrepticium. . . .*

Cap. XXII, 1. *David inde*—Codd. C, E, G, H, I, K, aliique plures, Bibl. Ordin., Brev. goth. p. 288., Hugo *inde David;* cf. Holmesius; codd. A, B tacent *inde*. Cod. H notat hebraeum pro *fugit*, legere *evasit*. Pro *Odollam,* codd. C, D, E, F, G, I, all. *Modollam;* cod. H notat hebraeum legere *Adullam;* alias huius nominis varietates vide ad Ios. XII, 15. In Brev. gothic. l. c. desiderantur verba *et omnis domus patris eius*.

2. *Et convenerunt ad eum* — Bibl. Ven. 1479. tacent particulam *ad*. Pro *in angustia,* codd. T, Cas. 1., Isidorus VII, 424. *in angustiis*. Pro *aere alieno*, cod. B et Brev. goth. l. c. *a rege alieno*. Mox cod. Cas. 1. tacet *quasi*.

3. *Maspha, quae est* — Codd. F, G, O, V addunt *in;* cod. E *in terra;* antiquiores editiones legunt *Masphath, quae est;* cf. ad Ios. XI, 3. et Iudic. X, 17.; cod. H notat hebraeum non legere *quae est*. Mox pro *Deus*, codd. K, T *Dominus*.

4. *Et reliquit*—Cod. S et Biblia Ven. 1479. *Et dereliquit*.

5. *Et profectus est David, et venit* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, H, I, K, O, T, U, Cas. 15., goth. leg., mediol., Beda *Et profectus David venit;* cod. F et Brev. goth. l. c. tacent *est*. Pro *in saltum Haret,* Sixtus imitatus lovanienses habet *in Saltumharet,* quod gregoriani emendarunt; cod. B mendose *in saltum Dareth;* alii plures scribunt *Aret* vel *Areth*.

6. *Rama*—Bibl. Ord., Lugd. 1522., Hugo, all. *Ramatha;* cf. Gesenii *Thes. p. 1275.* Pro *servi eius,* codd. A, I, K, Cas. 11., mediol., veron. *socii eius*.

7. *ait* — Cod. U *ait ille*. Pro *Audite nunc,* Sixtus, codd. G, R, S, Cas. 6., veteres editiones *Audite me nunc;* cod. V *Audite iam nunc;* codd. Cas. 13. *Audite iam me;* codd. C, D, I, U, Cas. 3., goth. leg., aliique apud O *Audite me;* codd. A, E, H, K, O, T, mediol., Brev. goth. l. c. *Audite;* hodierna lectio invecta fuit a sixtinis, gregorianis et Toleto, quibus favent codd. B, F, L 6. Pro *Iemini,* plures codices et editiones antiquiores *Gemini;* conf. ad Iudic. III, 15. et XIX, 16. Pro *et vineas,* cod. B *aut vineas*.

8. *foedus inierit* — Codd. A, D, F, G, R, S, Cas. plures, veron., antiquiores editiones *foedus iunxerit*. Post *vicem* cod. B tacet *meam*. Ad verba *insidiantem mihi* codd. B 2. m., E, F, V addunt *inimicum,* quae est glossa ex graeco petita; cod. B 1. m. tacet *insidiantem mihi usque hodie;* cod. H notat hebraeum pro *usque*, legere *sicut;* item ad vers. 13.

9. *Respondens autem* — Cod. B *Respondit*. Pro *assistebat*, codd. Cas. 2. *assistebat ei;* Brev. gothic. l. c. *ei assistebat*. Cod. H notat hebraeum pro *et erat primus inter servos Saul,* legere *cum servis Saul;* at fortasse mendum ibidem irrepsit; verba enim hebraica ad litteram ita sonant *et ipse praepositus super servos Saul;* codd. Cas. 11. tacent *primus*.

Ibid. *Achitob* — Cod. A *Achitoph;* cod. H *Ahitob*. Mox tacent *sacerdotem* sixtini, codd. A, B, D, G, H, I, K, L 8., M, N, N*, O, Q, T, U, Cas. 2., mediolan., priores editt. Rob. Stephani, all., itemque Hilarius in Psal. LI.; hinc Toletus: « Non habetur in hebraeo et » aliquot mss., et prior Congregatio abstulit. » Tamen legunt LXX., Compl., Reg., Ordin., » Lovan. et plures impressi et manuscripti. » Posterior Congregatio retinuit. » Legitur quoque in syro, arabe et margine codicis 154. Kennic.

11. *Misit ergo*—Codd. B, C, E, Cas. 1. addunt *Saul;* item graecus codex alexandrinus. Pro *accersendum,* plures codd. et veteres editt. scribunt *accersiendum*. Pro *sacerdotem filium Achitob*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, all., Bibl. Ord., Hugo, Brev. goth. l. c. *filium Achitob sacerdotem;* item hebraeus. Pro *sacerdotum*, cod. U 2. m. non male *sacerdotes*. Pro *universi venerunt*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, all., Hugo, Brev. gothic. p. 289. *venerunt universi;* Bibl. Rom. 1471. *universe venerunt*.

12. *ad Achimelech* — Tacent sixtini, codd. A, D, H, I, K, L 4., M, O, Q, T, U, Cas. 1., mediol., priores editiones Rob. Steph., all.; item hebraeus et veteres; cod. F particulam

ad omittit; Brev. gothic. l. c. legit *ad eos.* Mox Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. omittunt *fili;* item cod. 89. Kennicotti, et cod. 19. Holmesii.

13. *ad eum Saul* — Codd. E, I, U *Saul ad eum.* Pro *coniurastis*, codd. E, R, U, Petrus Com. cum graeco, *coniurasti;* cod. H notat hebraeum legere *rebellastis.* Pro *ei panes*, Bibl. Ven. 1511. 1519., Compl., Brev. goth. l. c. *eis panes;* codd. C 1. m., E, Bibl. Lugd. 1526. *ei panem.* Pro *pro eo Deum*, Sixtus, codd. C, D, F, G, I, M, O, R, S, T, U, veteres editiones fere omnes *pro eo Dominum;* item armenus; Brev. goth. l. c. *eis Dominum;* hodierna lectio inducta fuit a sixtinis et Toleto, qui scribit: «Lege *pro eo Deum;* sic hebraeus, » graecus, Compl., Reg., manuscripti et prior » Congregatio. Item infra vers. 15. *consulere* » *Deum* (non *Dominum*)? sic hebraeus, grae- » cus, manuscripti et prior Congregatio. » Suffragantur autem codd. A, B, E, H, K, all.

14. *Respondensque Achimelech regi, ait* — Brev. goth. l. c. *Responditque Achimelech regi, et ait.* Ad verba *Et quis* codd. E, I addunt *est.*

15. *Num hodie* — Codd. F, S *Numquid hodie;* cod. K *Num ego hodie.* Mox, ordine inverso, sixtini, codd. A, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Brev. goth. l. c. habent *consulere pro eo.* Pro *Deum,* rursum Sixtus, codices et editt. laudatae ad vers. 13. legunt *Dominum,* quod sixtini et Toletus emendarunt, ut supra notavimus. Pro *adversus*, plures codd. et edd. *adversum.* Pro *scivit,* cod. Cas. 1. *scit.* Bibl. Ven. 1479. tacent *quidquam.* Pro *negotio,* Bibl. Argent. 1497. et Brev. goth. l. c. *negotium.* Ante *modicum* cod. T tacet *vel,* nec legitur in hebraeo et graeco.

16. *tu, et omnis* — Cod. U *et tu, et omnis;* item Lucifer calar.

17. *interficite sacerdotes Domini* — In cod. M adiicitur haec nota: «Cantuariensis: Saul non » dixit *Domini,* sed auctor apposuit ut osten- » deret scelus regis. Hebraeus et multi libri » non habent. » At vero hanc notulam ad sequentem versiculum referendam esse haud dubitamus. Nam neque hebraeus, neque alii libri hoc loco praetermittunt *Domini.* Ante verba *non indicaverunt* tacent *et* sixtini, gregoriani, codd. A, B, H, K, L 2. (seu Q), T; atque ipsemet Toletus notat: «Expungunt *et* » manuscripti et utraque Congregatio. » Ex quo colligimus, illam particulam a typographo vaticano, contra sententiam censorum, inconsulte servatam fuisse. Lucifer cal. apud Sabatierium et Holmesium legit *decooperuerunt* pro *non indicaverunt;* unde non videmus quî cl. Cavedoni, ex hoc Luciferi loco argumentetur verbo *decooperio* respondere graecum ἀνακαλύπτω (cf. *Saggio della latin. biblica dell' antica Volg. itala*); quamquam in editione operum Luciferi a Coletis exornata, p. 71. legitur *non decooperuerunt.* Pro *manus suas,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, U, V, Cas. plures, mediol., Hugo, Brev. goth. l. c. *manum suam;* consentit hebraeus.

18. *Et ait rex ad Doeg* — Codd. B 2. m., E, V, Cas. 3. *Et ait rex ad Doeg Idumaeum;* accedit cod. 30. Kennicotti; item Brev. goth. l. c., praetermissa voce *rex;* cod. C et Beda *Et ait rex Doeg Idumaeo;* codd. A, H, T, mediolan. tacent *ad.* Pro *Convertere tu,* cod. G, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1522. 1526. *Convertere et tu.* Post verba *irrue in sacerdotes,* addunt *Domini* codd. B, C, E, G, I, K, L, M, R, S, V, Cas. plures, antiquiores editiones, Hugo, Brev. goth. l. c.; item Lucifer calar. et cod. 93. Holmesii. Pro *Doeg Idumaeus,* codd. C 1. m., U *est Doeg Idumaeus, et;* item hebraeus et veteres; addunt quoque *et* codd. D, F, G, I, N. Ad verba *irruit in sacerdotes* addunt *Domini* codd. E, F, G, T, V, Cas. 14., Brev. goth. l. c.; item graecus, sed conf. Holmesius.

Ibid. *octogintaquinque viros* — Hieronymus I, 139. scribit: « *trecentos quinque viros*, sive » ut in hebraeo legitur *octoginta quinque.* » Cum hebraeo et Vulgato consentiunt chaldaeus, syrus et arabs. Alexandrinam autem lectionem, quae habet τριακοσίους καὶ πέντε, ideo suspectam habemus, quod eiusdem testes minus sibi constant; nam georgianus,

slavon. ostrog., graeca editio Complut., Thomasius I, 67. et Hilarius in Psal. LI. legunt *octogintaquinque*; Theodoretus, margo cod. goth. legion., quatuor graeci codices holmesiani habent *trecentos quinquaginta*; apud Flavium Iosephum legitur ὡς πέντε καὶ ὀγδοήκοντα καὶ τριακόσιοι, at eiusdem exemplaria aliter atque aliter legunt, ut videre est in edit. Hudsoni et Havercampii; mittimus codd. apud Bedam IV, 754. et Thomasium I, 109. legentes *octoginta*, eo quod minorem numerum neglexisse videntur. Cod. H notat hebraeum pro *vestitos ephod lineo*, legere *portantes ephod lineum*; item Hieronymus I, 139.

19. *Nobe* — Codd. C, G, I, N, P *Noban*; cod. N adnotat: « *Noban* credo accusativum » graecum, quia hebraeus habet *Nob*, et novi » *Nobe*; graecus habet *Nonban* revera in ac- » cusativo casu (τὴν Νομβά). » Cf. supra ad XXI, 1. Pro *civitatem sacerdotum*, Brev. gothic. l. c. *civitatis sacerdotum*; Bibl. Ordin. *sacerdotum civitatem*. Pro *percussit*, cod. B *percusserunt*. Pro *et parvulos, et lactentes, bovemque*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, N, O, T, U, V, gothic. leg., mediol., baver., Brev. gothic. l. c. *parvulos, et lactentes, bovem*; at plerique codices et antiquiores editiones habent *lactantes*; cf. supra ad VII, 9.; tacent quoque nexum priori loco codd. R, S, Bibl. Ordin., Lugdun. 1522., Hugo; item hebraeus et graecus. In cod. M sequens habetur scholion: « Beda exponit: id est adhuc » pia castae matris ubera lambentes. »

20. *cuius nomen erat* — Bibl. Ven. 1479. *cui nomen erat*; cod. mediol. tacet *erat*.

21. *et annunciavit* — Cod. V, Bibl. Ordin. *et nunciavit*. Cod. B habet *sacerdotes* supra rasuram alterius vocis.

22. *Sciebam*—Addunt *enim* codd. L, R, S, V, Cas. 12., antiquiores editiones et Hugo. Pro *quod cum ibi esset*, cod. H *quum ibi esset*; cod. K *quod ibi cum esset*; cod. U *quod cum abiisset*. Post *Idumaeus* cod. H addit *quod*. Post *animarum* gregoriani prima manu, codd. H, L (seu Q), baver., Cas. 2. priores editt. Rob. Steph., margo Ordin. addunt *domus*; Toletus vero notat: « In hebraeo, grae- » co et manuscriptis additur *domus*; sed neu- » tra Congregatio illud recepit. » Conf. Bukentopius p. 171. Vulgatae lectionis locutio duriuscula fortasse videri potuit atque insolentior.

23. *ne timeas* — Brev. gothic. l. c. tacet; cod. K addit *quia Dominus nobiscum est*. Pro *quaeret et*, Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498. *et quaeret*; codd. E, Cas. 2. tacent nexum. Cod. baver. legit *animam tuam, quaeret et animam meam*. Ioh. Clericus putat inversa esse verba: « Nam, inquit, hoc vult David: *qui quaesierit* » *animam tuam, is quaeret meam*; hoc est, » eodem loco habebo eos, qui tibi insidias » struent, ac eos, qui mihi insidiabuntur. »

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XXII, 6. *Et Saul sedebat in colle sub segete* (Alias *sub desertum* [?] graece ἄρουραν) *quae est in Rama, et lancea erat in manu eius*. . . . 15. *Omnino. Noli dare, rex, adversus servum tuum verbum, et adversus totam domum patris mei; quoniam nesciebat servus tuus in omnibus his verbum pusillum vel magnum*. . . . 17. *Et dixit rex praecursoribus*. . . . 18. *et in obviam vade* . . . *trecentos quinquaginta viros* (ita Theodoretus et quatuor codd. holmesiani), *omnes portantes ephod*. 19. *Et in Nombam civitatem sacerdotum percussit in ore gladii a viro usque ad mulierem, et ab infante usque ad lactantem*. . . . 23. *Sede nunc mecum, noli timere. Ubicumque quaesiero animam meam, et animam tuam quaeram, quia tutus eris tu apud me*.

Cap. XXIII, 1. *Et annunciaverunt* — Sixtini, codd. A, E, H, I, K, V, Thomas. I, 93., Brev. gothic. p. 289., Beda *Et nunciaverunt*. Pro *oppugnant*, codd. F, N, U, Cas. 4., goth. legion., Thomas. I, 81., Rupertus *expugnant*. Pro *Ceilam*, codd. prope universi et Beda *Ceila*; item deinceps.

2. *Consuluit ergo*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, T, U, V, Hugo, Brev. goth. l. c. *Consuluit igitur*. Pro *Num*, cod. F 2. m. et Brev. gothic. l. c. *Nunc*. Pro *percuties*, cod. B

percutias. Dein pro *Ceilam salvabis*, sixtini, codices nostri omnes, antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c., Petrus Com. *salvabis Ceilam (Ceila)*.

3. *in Iudaea* — Brev. gothic. l. c. *in Iuda*. Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. tacent *si ierimus;* pro quo cod. V, Bibl. Ven. 1484. 1492. 1497. 1511., Argent. 1497., Brix. 1497., Norimb. 1501., Basil. 1530., all. *si erimus*. Mox codd. rursum legunt *in Ceila adversus*.

4. *Rursum ergo* — Codd. B, G *Rursumque*. Pro *respondens, ait ei*, sixtini, codd. A, S, T, *respondens ei, ait;* accedit hebraeus; codd. D, G, O, U, V, Cas. 1., Brev. gothic. l. c. tacent pronomen; contra graecus utroque loco pronomen legit; sed cf. Holmesius. Pro *Surge, et vade*, sixtini, codd. A, C, D, F, N, S, U, Cas. 1. *Surge, vade;* concinunt hebraeus et veteres, excepto graeco; item Biblia Ord. edita Lugdun. 1545. et Ven. 1588.; nam in editt. Lugd. 1590. et Antuerp. 1634. legitur tantum *Vade;* cod. N adnotat: « Hebraeus et » antiqui *Surge, vade;* non est interponenda » coniunctio *et;* sed hebraeus pro *vade*, ha» bet *descende*. » Hanc autem hebraici textus lectionem exhibent cod. P, margo cod. H, Biblia Norimb. 1529., Lugdun. 1535. Pro *in manu tua*, cod. Cas. 1. *in manus tuas;* item graecus, syrus, arabs paucique hebraici codices apud De-Rossi.

5. *Abiit ergo* — Tacent *ergo* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, O, T, U, Cas. 16., goth. leg., mediol.; codex H legit *Et abiit*.

6. *fugiebat* — Codd. Cas. 2. et Angelomus *fugerat*. Pro *Achimelech*, hoc loco legunt *Abimelech* Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498., all.; cf. ad XXI, 1. Maurerus temere scribit, ea quae hic leguntur de tempore, quo Abiathar ad Davidem se contulit, cum iis, quae supra XXII, 20. seqq. narrata sunt, pugnare. Non una enim est ratio qua auctorem secum conciliare possumus, adeoque tenemur. Etenim vel illa quae superius habentur per prolepsim dicta sunt; non enim repugnat Davidem consuluisse Dominum etiam antequam Abiathar ephod afferret; vel huius loci verba cum graecis interpretanda sunt: *καὶ ἐγένετο ἐν τῷ φεύγειν Ἀβιάθαρ υἱὸν Ἀχιμέλεχ πρὸς Δαυὶδ, καὶ αὐτὸς μετὰ Δαυὶδ εἰς Κεϊλὰ κατέβη ἔχων Ἐφοὺδ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ*. « Scriptor, inquit Ioh. Clericus, graecus aut latinus narrationis canonum non imperitus, haec verba praeposuisset, aut proxime subiecisset versui 4. » nam adduntur dumtaxat, ut ostendatur qua » ratione David Deum consulere potuerit; » quia nempe Abiathar qui ad eum confuge» rat, secum vestes sacras consulturo Deum » necessarias, abstulerat. » Quod si haec haud ita explorata certaque videntur, ut omnem dubitandi rationem depellant, licebit profecto tum Maurero, tum aliis quibuslibet eruditis vel meliora proferre si poterunt, vel aliquam obscuritatem aut librariorum errorem inesse profiteri; at sacrum auctorem paucos post versus sibimet aperte repugnasse, nullo pacto cordatis hominibus suadebunt.

7. *Nunciatum est autem* — Codd. B, G et Brev. goth. l. c. *Nunciatumque est*. Pro *Sauli*, non pauci codd. et editt. *Saul*. Pro *Deus*, Sixtus, pauci codices et fere omnes veteres editiones cum Brev. gothic. l. c. *Dominus;* at Toletus: « Lege *Deus;* sic hebraeus, graecus, » Complut., Reg., manuscripti et prior Con» gregatio. » Emendaverant enim ad fidem plurimorum codicum sixtini; itemque prima manu gregoriani, qui dein emendationem expunxerant. Pro *portae et serae sunt*, cod. E *sunt portae et serae;* tacent *sunt* codd. A, B, H, K, T, mediol.; pro *sunt*, codd. I, baver. *erant;* cod. U 2. m. addit *aereae*.

8. *descenderet in Ceilam: et obsideret* — Codd. E, H, I, K, S, V *descenderent in Ceila: et obsiderent*.

9. *David rescisset* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, O, R, S, T, U, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573., Hugo, Brev. goth. l. c., Beda *rescisset David;* cod. goth. leg. *David scisset;* codd. G, V, Cas. 2. *didicisset David;* cod. T *agnovisset, rescisset David*. Pro *praepararet*, codd. F, Cas. 1. *praeparasset*. Brev. gothic. l. c. mendose *manum*, pro

malum. Post verbum *Applica* cod. E et Brev. goth. l. c. addunt *ad me;* syrus ܩܪܘܒ ܠܘܬܝ ܦܠܐ, item arabs, et infra ad XXX, 7.

10. *in Ceilam* — Codd. A, C, D, F, G, O, S, T, U, V, mediol., Hugo *ad Ceilam* vel *ad Ceila*. Pro *urbem propter me*, cod. R et Bibl. Ordin. *propter me urbem*.

11. *in manus* — Sixtini, codd. A, D, E, F, G, N, O, U *in manu;* item hebraeus.

12. *Dixitque*—Codd. F, L, V, Cas. plures, antiquiores editiones addunt *rursum*, quod in codd. R, S, Bibliis Ordin., aliisque non paucis additur post *David;* ita et Holmesii cod. 106. qui habet ad marg. hunc versum ex latina Vulgata; sed in correctoriis expungitur. Pro *me viri Ceilae*, codd. A, C, D, F, N, O, T, Brev. goth. l. c. *viri Ceilae me*. Pro *in manus*, iterum sixtini, cum plerisque codicibus, Bibl. Ord. et hebraeo *in manu*. Mox cod. Cas. 1. tacet *Dominus*. Hunc versiculum praetermittit graecus receptus, de quo conf. Holmesius.

13. *sexcenti, et* — Cod. B interponit *viri;* favet hebraeus; cod. mediol. tacet nexum; graecus (excepta ed. Compl.) habet τετρακόσιοι, ut supra XXII, 2.; at communi lectioni consentiunt ea quae leguntur infra XXV, 13. Pro *Sauli*, sixtini, non pauci codices et antiquiores editiones *Saul*. Biblia Rom. 1471. mendose *David in Ceila*, pro *David de Ceila*. Mox tacent verba *et salvatus esset* sixtini, codd. A, D, E, H, I, K, M, N, N*, O, T, U, mediol., veron., Bibl. Ven. 1480. 1483. 1494. 1498., Brev. goth. l. c. et Isidorus Clarius; recte autem notat Lucas Brugensis: « A » bonis libris latinis omittuntur haec verba: » nam quod latinus interpres verterat *quod* » *fugisset David* (seu quod alii *evasisset*), » graeci verterunt *et salvatus esset*, » seu ὅτι διασέσωσται; unde patet hodiernam lectionem ex duplici interpretatione exortam fuisse, quarum altera est hieronymiana, altera ex veteri itala petita fuit. Recolantur quae ex Luca Brugensi protulimus supra ad XXI, 7. Codd. B, F 1. m. legunt *et salvatus est*. Pro *dissimulavit*, Brev. gothic. l. c. *dissimulabat*. Ex singulari mendo codd. B, G pro *exire*, legunt *rex ire*.

14. *in locis firmissimis*—Codd. R, S, Cas. 3. *in locis munitissimis;* Brev. goth. l. c. *in locis fortissimis*. Mox omittunt verba *in monte opaco* sixtini, codd. A, C, D, E, H, I, K, L 8., M, N, N*, O, Q, T, U, goth. leg., Cas. 1., mediol., veron., Bibl. Complut., Reg., Norimb. 1529., Rob. Steph. 1532., Lugd. 1535., all., margo Ord., Brev. goth. l. c.; Toletus notat: « Haec » non habentur in hebraeo, graeco, Compl. » et Reg. Tamen sunt in Ord. et plurimis im» pressis, et posterior Congregatio retinuit. » At melius, nostra quidem sententia, Lucas Brugensis: « Quod sequitur *in monte opaco* » multi libri omittunt. Ceterum graeci libri, » praeter Regium, addunt, sed varie legunt; » alii *in monte opaco*, alii *in terra opaca*, alii » utrumque. » Conf. Holmesius; et nota veterem italam posuisse *opaco* pro τῷ αὐχμώδει, quod est *arido;* immo Lucifer calar. ad XXVI, 2. pro *Ziph* legit *opacum;* ex quo rursum colligitur graecos hoc loco pro hebraeo זיף interpretatos fuisse αὐχμῶδες, quod a Hieronymo III, 290. dicitur mons *squalidus* vel *caligans* sive *nebulosus;* idem autem s. Doctor notat: « Usque in praesens vicus osten» ditur (*Zib*), ubi absconditus est David. » Fuit autem tribus Iudae in Daroma in fini» bus Eleutheropoleos. »

Ibid. *quaerebat eum tamen*—Sixtini, codd. A, C, D, G, H, R, T, U, Hugo, Brev. goth. l. c. *quaerebat tamen eum;* codd. E, S *quaerebat autem eum*. Pro *Deus*, Sixtus, codd. R, S, veteres fere omnes editiones *Dominus;* emendarunt sixtini et Toletus, quibus paene universi codices suffragantur; unde bene notat Toletus: « Lege *Deus;* sic hebraeus, graecus, » Compl., Reg., manuscripti et prior Congre» gatio. » Pro *in manus*, codd. N, P, Cas. 1. *in manibus*.

15. *egressus esset* — Brev. goth. l. c. *egressus est*. Pro *ut quaereret*, cod. K *quaerere*.

16. *in silvam* — Codd. A, D, F, T, V *in silva*. Pro *in Deo*, codd. T, V, Cas. 1., Brev. goth. l. c. cum graeco *in Domino*.

17. *manus Saul patris mei* — Cod. T *Saul pater meus*, eodem sensu.

18. *Percussit ergo*—Codd. E, S, T, Cas. 2., Brev. goth. l. c. *Percusserunt igitur;* accedunt hebraeus et veteres; sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, O, R, U, V, Hugo, Beda *Percussit igitur*. Post *Ionathas* tacent *autem* Bibl. Rob. Steph. 1532., Ven. 1538. 1544. Mox pro *in domum suam*, cod. Cas. 1. *ad patrem suum;* cod. mediol. tacet *in;* cod. H notat hebraeum legere *ad viam suam*, idque Martianaeus et Vallarsius pro mendo scholiastis habent; nam hebraicus textus cum Vulgato legit לביתו. At profecto falsus non est scholiastes; quum enim non pauci codices hebraici apud De-Rossi adhuc praeferant לדרכו, praesumendum est hanc lectionem prae oculis illum habuisse.

19. *Nonne ecce*—Tacent *ecce* sixtini, codd. A, K, L 2. (seu Q), T, mediol., Brev. goth. p. 290., priores editt. Rob. Steph., all.; item hebraeus; cod. U legit tantum *Ecce*. Pro *latitat*, cod. mediolan. *latet*. Pro *Hachila*, antiquiores editiones *Achillae;* aliae editiones et codices non pauci *Achilae* vel *Hachilae;* cod. B *Acile;* cod. mediol. *Aquilae*. Pro *quae*, Robertus Stephanus et Arias Montanus ex mera coniectura legendum censuerunt *qui;* atque ita habet cod. mediol. 1. m., ut referatur ad collem; item infra ad XXVI, 1.

20. *desideravit* — Codd. B, F, Cas. 3. *desiderat;* Brev. gothic. l. c. *deliberavit*. Cod. H notat hebraeum post *anima tua* addere *o rex*. Pro *in manus*, codd. C, T, U, veron., Brev. goth. l. c. cum hebraeo *in manu*.

21. *Dixitque* — Cod. E cum graeco, syro et arabe addit *ad illos*. Mox ante *Domino* tacent particulam *a* codd. M, N*, O; conf. ad Ruth III, 10. Pro *quia*, Brev. goth. l. c. *qui*. Cod. H notat hebraeum pro *doluistis vicem meam*, legere *pepercistis super me*.

22. *Abite ergo, oro* — Sixtini, codd. A, B, H, I, T, mediol., Brev. goth. l. c. *Abite, oro;* hebraeus לכו נא; cod. E *Abite, rogo;* codd. C, D, F, G, O, U, V, Cas. 11., gothic. legion. *Abite ergo;* cod. K *Abite* tantum. Pro *praeparate*, Brev. goth. l. c. *properate*. Pro *pes eius*, cod. A 2. m. *spes eius;* codd. B, F, G, L, R, V, Cas. 5., Bibl. Lugdun. 1522., Rob. Steph. posteriores editiones, all., Hugo addunt *velociter;* iidemque testes et antiquiores editiones post verba *viderit eum ibi* addunt *ubi dixistis;* verum utrumque additamentum abiiciunt correctoria M, N, O; ex graeco enim derivatum videtur.

23. *et videte* — Cod. T tacet. Pro *absconditur*, cod. Cas. 1. *absconderit se*. Pro *revertimini*, cod. U *revertemini*. Cod. B *incertam*, pro *certam*. Brev. gothic. l. c. legit *et vadam*, pro *ut vadam;* non male.

Ibid. *quod si etiam*—Bibl. Compl. et Reg. *quod si autem*. Pro *in terram*, sixtini, codd. A, E, G, H, I, K, T, V *in terra*. Pro *abstruserit*, Sixtus, codd. G, T, V, veteres editiones, Brev. goth. l. c. *obstruxerit;* cod. Cas. 1. *absconderit;* cod. R et Hugo *abstruxerit;* emendarunt ad fidem priscorum codicum sixtini et gregoriani; unde Toletus: « Lege *abstruse-* » *rit;* sic manuscripti et Congregatio. » Conf. Lucas Brugensis. Pro *in cunctis*, Brev. goth. l. c. *in multis*.

24. *in Ziph ante* — Cod. B tacet *in;* quum ex mendo typographi Blanchinius edidisset *Ziphante*, Vezzosius in notis ad Thomasium I, 109. id pro varia lectione protulit. Pro *ad dexteram*, cod. T *ad extremam;* codd. Cas. 1. et baver. *ad vesperam transierunt ad dexteram*. Pro *Iesimon*, latini codices post saeculum IX. fere universi, antiquiores editiones, Hugo, Beda *Iesimuth;* cod. B *Iesimath;* Brev. gothic. l. c. *Lesimuth;* at recte cod. H notat hebraeum legere *Iesimon*.

25. *Ivit ergo*—Cod. K *Abiit ergo;* Pseudo-Hieronymus *Ivit igitur*. Pro *ad quaerendum eum*, codd. Cas. 11. *ad quaerendum David;* item syrus, arabs, armenus, georg., slavon., complures graeci codices apud Holmesium paucique hebraici apud De-Rossi; sixtini, codd. A, T cum hebraeo tacent pronomen.

26. *Et ibat Saul*—Codd. B, F, G, V *Stabat Saul et servi eius;* addunt *et viri eius* codd. L, N*, R, S, corbeiens., et sangermanensis

2. m. apud Sabatierium, antiquiores editiones; item graecus et margo Bibl. hebr. Ven. 1518. seu potius 1517.; at cod. N notat: « Hebraeus et antiqui non interponunt quod » dicitur *et viri eius.* » Cod. K pergit *ex parte una ad latus montis Or;* pro *ad latus,* Brev. gothic. l. c. *in latus.* Pro *et viri eius erant,* codd. B, Cas. 1. *et servi eius;* Bibl. Rob. Steph. 1532., Ven. 1538. 1544. tacent *eius.* Mox ante *posse* cod. K omittit *se.* Pro *caperent eos,* codd. C 2. m., D, F, I, N, O, U, Cas. 4., Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483. 1494. 1498., Brix. 1496. *caperent eum;* immo cod. N adnotat: « Secundum antiquos et graecum *eum,* » quia de hoc capiendo quasi tota erat cura. » Sed novi de hebraeo posuerunt *eos.* » Verum graecus habet *συλλαβεῖν αὐτούς*, paucis exceptis codicibus qui legunt *αὐτόν* cum slavon. ostrog.

28. *Philisthinorum* — Codd. E, Cas. 1. addunt *et fugerunt Philisthiim.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XXIII, 9. *Et scivit David quoniam Saul praeparat malitiam suam* (Alias: *et non tacuit Saul de eo malitiam suam*).... 11. *Et dixit Dominus: Concludetur.* 13. *Et surrexit David, et viri eius quadringenti, et exierunt ex Ceila, et abierunt unde profecti fuerant* (graeci codices *ἐπορεύθησαν*)... 14. *David vero sedit in deserto in Masseret* (cod. alex. Μασερέθ), *et in ipsis angustiis, et sedit in deserto in monte Ziph; in monte αὐχμώδει in subsidiis* (?)... 16. *Et abiit ad David in Novis* (legebat ergo *καινόν*).... 19. *Et ascenderunt Ziphaei, qui erant de opacis ad Saul in colle*.... 22. *Quoniam dixit ne forte versute tergiversetur ibi.* 23. *Et videte et scitote, et ibo vobiscum; et erit, si est in terra, et exquiram illum in omnibus limitibus* (millibus) *Iudae.*

Cap. XXIV, 1. *habitavit* — Brev. gothic. pag. 290. *abiit.*

2. 3. *Cumque reversus esset Saul, postquam persecutus est Philisthaeos, nunciaverunt ei, dicentes: Ecce, David in deserto est Engaddi. Assumens ergo Saul tria millia* — Brev. goth. l. c. *Cumque reversus esset Saul cum tria millia;* pro *ergo*, cod. G et Beda *autem.* Mox pro *ad investigandum,* Biblia Rob. Steph. 1528 1532., aliaque *ad vestigandum.*

4. *Et venit* — Cod. F et Brev. gothic. l. c. *Venit.* Post *ad caulas* codd. B, C, F, I, T, mediol., veron., Beda addunt *quoque.* Pro *quam ingressus,* Brev. gothic. l. c. *in quam ingressus.* Pro *ut purgaret,* cod. K *purgare;* cod. H notat hebraeum legere *ad tegendos pedes suos,* quod honeste ab hebraeis dicitur pro alvum deponere. Ephraemus notat I, 380. illam locutionem ab interprete syro redditam fuisse *et dormivit;* id vero etsi nonnullis recentioribus arriserit, tamen merito a Gesenio in *Thesauro p. 951.* reiicitur. Pro *in interiore,* sixtini, codices non pauci, Bibl. Ven. 1479. 1511., Norimb. 1529., all. *in interiori,* prout habet Vulgatus ipse III Reg. VI, 19. VII, 12. Ezech. XL, 44. Pro *latebant,* codd. F, Cas. 4., gothic. legionens. *latitabant;* conf. supra XXIII, 19.

5. *tradam tibi* — Codd. B, S tacent pronomen; cod. H notat hebraeum addere *in manu tua* post verba *inimicum tuum;* margo Ordin. *in manus tuas;* nimirum, praetermisso pronomine *tibi,* id habent hebraeus et graecus. Pro *praecidit,* Bibl. Ord., Compl., Reg., Rob. Steph., all. *praescidit;* cf. infra vers. 12.

6. *percussit cor suum David* — Quum ex sacro textu certum sit *cor suum* esse nominativi, *David* autem accusativi casus, melius fortasse Davidis nomen praeponitur a Beda, Rabano, Concil. Aquisgr. et Nicolao I. Rom. Pont. apud Hard. IV, 1114. V, 153. *David* (nempe, Davidem) *percussit cor suum;* conf. Bukentopius p. 34.; pauci codices *percussit David cor suum;* Brev. goth. l. c. tacet *David.* Post *Saul,* cod. F addit *silenter* ut in superiori versiculo.

7. *Propitius sit mihi Dominus* — Cod. H notat hebraeum legere *Absit a me a Domino;* de qua formula cf. Gesenii *Thes. pag. 478.;* pro *sit mihi,* codd. C, H, K, S, T *mihi sit;* et pro *ne faciam,* Brev. gothic. l. c. *nec faciam.*

Hoc loco vaticanae editt. *christo*, etsi sixtini *Christo;* cf. supra XII, 3. Pro *quia*, codd. A, C, F, G, H, I, N, O, S *quoniam*.

Ibid. *christus Domini est* — Sixtus, codd. C, D, E, F, G, I, N, N*, P, R, S, U, Cas. plures, veteres fere omnes editiones, Petrus Com. addunt *Vivit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit ut moriatur, aut descendens in praelium perierit, propitius mihi sit Dominus, ut non mittam manum meam in christum Domini;* eadem leguntur in cod. V, at ibidem librarius in margine adnotavit: « Hunc versum nec hebraeus, nec » LXX., nec Hieronymus videntur habere, » quia est infra cap. XXVI. » In codice N scholiastes pro hoc additamento plus aequo pugnat scribens: « *quoniam christus Domini* » *est;* dein secundum antiquiores et satis an- » tiquos, non tamen secundum hebraeum et » LXX., sic habetur: *Vivit Dominus, quia* » *nisi Dominus*, etc. (ut supra). Mirum est » cuius ista est littera, si non fuit interpretis. » Vidi enim translationem LXX. quae non » habebat. At Bibliae (latini codices) quanto » sunt antiquiores, tanto est certius quod » istud habent. Sed et antiquissimae et illud » supra XIV. (v. 35.) *tunc primum coepit*, » et istud habent: et tamen legimus Hiero- » nymum dixisse hebraeum non habere quod » dicitur *primum*. Sed de istis clausulis plu- » ribus nil dixit; unde a sua translatione ha- » bere videntur vel originem vel tolerantiam; » quia cum de Vulgata vel aliqua interpre- » tatione additum fuisset, sic Hieronymus » toleravit. Nec mirum, quoniam corrigens » Psalterium iuxta LXX. tres versus in Psal- » mo XIII., scilicet primo *Dixit insipiens* etc. » noluit removere, quos LXX. non habebant, » sed forte *Koine* (Κοινή), id est vulgata » editio. Sed nec istud LXX. habent, quia » hoc graecus non habet. » Si vera essent quae a laudato Epanorthote de latinis Bibliis antiquioribus antiquissimisque proferuntur, eiusdem argumentis vix repugnare possemus; ad ipsum enim latinae versionis auctorem assurgere oporteret, illique adscribere quod reliqui ignorant. At vero numquam Hieronymus id sibi arrogavit, ut in sacris libris se aliquid huiusmodi supplere posse existimaverit; quin immo fido cuilibet interpreti nefas id esse perpetuo testatus est. Re quidem vera additamentum illud non esse hieronymianum locupletissimi testes demonstrant. Nam illud reiiciunt sixtini, codd. A, B, H, K, L 9., M, N* 2. m., O, Q, T, Cas. 2., gothic. legion., mediol., veron., Biblia Ven. 1480., Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugd. 1535., margo Ordin., Brev. gothic. l. c.; item gregoriani, qui primo illud expunxerant, dein restituerant ut supra ad V, 6., at denique adnotarunt: « Auferantur ista, quia sunt in cap. XXVI. » cf. Proleg. ad nostrum tom. I. pag. LV. Accedit Toletus, qui scribit: « Haec » non habentur in hebraeo, graeco, Compl., » et novem mss.; Liranus notat adiecta esse » ab aliquo per modum glossae. Sumpta sunt » autem ex cap. XXVI, 10. ubi ea protulit » David. » Lirano prorsus consentit Abulensis, qui etsi testetur ea communiter in nostris Bibliis legi, tamen subdit: « Ista littera » non habetur in hebraeo, nec est de textu, » nec habetur in libris correctis, sed fuit ap- » posita a principio per modum glossae in- » terlinearis, et postea inserta est textui per » ignorantiam librariorum vel aliquorum cor- » rectorum. » Item Dionysius Carthus., Lucas Brugens., Bukentopius p. 404.; denique correctoria M, O paucis quidem, at perspicuis verbis idem testantur; nam prius habet: « Hebraeus et multi antiqui non habent hic » versum istum, nec debent habere, sed in- » fra cap. XXVI. » Alterum vero eodem sensu notat: « *Vivit Dominus*, usque ad *in christum* » *Domini;* infra cap. XXVI. est, sed hic non » est. » Plures itaque ex melioris notae codicibus omnino suadent illud additamentum a Hieronymo profectum non fuisse. Ceterum codices qui additamentum habent, nonnullas praeferunt varietates; nam pro *venerit*, cod. C legit *evenerit;* cod. I tacet *ut moriatur;* pro *in praelium*, fere omnes habent *in praelio;* et pro *ut non*, plures *ne;* cod. N tacet *meam*.

8. *viros suos* — Cod. R et Brev. goth. l. c. tacent *suos*. codd. F, Cas. 1. cum graeco addunt *in*. Post *sermonibus* codd. I, L, R, S, Cas. 2., antiquiores editiones, Petrus Com. addunt *istis*; at cod. M notat: « Hebraeus et » multi antiqui non habent *istis*. » Pro *ut consurgerent*, Bibl. Arg. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511., Lugd. 1526. *ut non consurgerent*.

9. *Surrexit* — Brev. goth. l. c. *Resurrexit*. Post *autem* tacent *et* Sixtus, codd. R, S, veteres editiones; verum hanc particulam, consentientibus plerisque omnibus codicibus, addiderunt sixtini et gregoriani; hinc Toletus: « Adde *et*; sic manuscripti, et utraque » Congregatio. » Cf. Bukentopius p. 405. Pro *Saul, dicens*, cod. B *David, dicens*. Sixtini scribunt *Rex* cum priori littera maiuscula. Pro *inclinans . . . adoravit*, codd. N, P, Cas. 5., Hugo *inclinavit . . . et adoravit*; favent hebraeus et graecus. Pro *in terram*, cod. I et Brev. gothic. pag. 291. *in terra*; conf. infra XXVIII, 14.

10. *audis* — Cod. A 1. m. *audies*; hebr. תשמע, cod. graecus 74. ἀκούῃς. Post *loquentium* codd. B 2. m., K addunt *et dicentium*; conf. Holmesius.

11. *Ecce* — Cod. T cum Lucifero calar. *Et ecce*. Pro *hodie viderunt*, Bibl. Ord. *viderunt hodie*. Brev. goth. l. c. cum graeco pro *tradiderit*, legit *tradidit*. Pro *in manu mea*, Bibl. Ordin. et Hugo *in manum meam*. Mox cod. H notat hebraeum non legere *oculus meus*; at pro עליך, cod. 150. Kennicotti עיניך. Pro *in dominum meum*, codd. A, C, D, E, F, G, aliique plures cum Brev. goth. l. c. *in domino meo*.

12. *quoniam cum praescinderem* — Antiquiores codices et editiones cum Brev. goth. l. c. *quomodo cum praeciderem*; in hoc autem postremo verbo consentiunt alii plures, et ipsemet Vulgatus supra ad vers. 5.; cod. mediol. *praeciderim*. Pro *summitatem*, codd. B, G, Cas. 2. *oram*, ut supra vers. 5. Pro *extendere manum meam*, codd. E, I *manum meam extendere*; sixtini et codd. Cas. 12. tacent pronomen; cod. H notat hebraeum legere *interficere te*. Cod. E pro *in manu mea*, legit *in anima mea*. Pro *neque peccavi*, cod. Cas. 1. *neque peccatum*. Cod. T pro *insidiaris animae meae ut auferas eam*, habet *insidias animae meae*.

13. *et ulciscatur* — Posteriores editiones Roberti Stephani *ut ulciscatur*; cod. V 2. m. expungit verba *et ulciscatur me Dominus ex te*; item cod. 71. Holmesii.

14. *Sicut et in proverbio antiquo dicitur* — Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *Sicut dicitur in proverbio antiquo*; Lucifer calar. *Sicut dicitur parabola antiqua*. Pro *egredietur*, codd. I, Q *egreditur*.

15. *Quem persequeris* — Sixtini, codd. A, B, H, Brev. goth. l. c. *Quem sequeris*; cod. K *Quem quaeris*; mox Brev. goth. l. c. tacet *rex Israel? quem persequeris?* ubi rursum cod. B legit *sequeris?* Denique post *mortuum* pro *persequeris*, sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, N, T, U, mediolan. *sequeris*; cod. K *quaeris*; Gregorius M. I, 1135. hoc verbum tertio repetitum tacet.

16. *et videat, et iudicet* — Codd. E, I *ut videat, et diudicet*.

17. *Numquid vox haec tua* — Codd. H, R, T, V, Bibl. Ord. *Numquid haec vox tua*; cod. F *Numquid vox tua haec*; cod. K tacet *haec*. Pro *Saul vocem suam*, codd. E, I, V *vocem suam Saul*.

18. *tu es* — Brev. gothic. l. c. *es tu*; item Lucifer calar.

19. *Et tu indicasti* — Codd. C, D, F, G, I, N, O, R, U, Cas. 7., antiquiores editiones addunt *mihi*; item cod. 30. Kennicotti et graecus, sed cf. Holmesius. Pro *quomodo*, cod. T cum armeno *et quomodo*. Pro *in manum tuam*, codd. C, D, E, F, G, R, S, V, Cas. 5., antiquiores editiones, Brev. goth. l. c. *in manu tua*.

20. *dimittet* — Tres codices Roberti Stephani *dimittit*; cod. S *dimitteret*.

21. *quia* — Cod. K tacet. Pro *quod certissime*, cod. C *certissime quod*. Pro *regnaturus sis*, cod. Cas. 1. *regnaturus es*. Apud Sabatierium in lectione Luciferi calar. restituendum est *regnando regnabis*, ut patet ex ed. veneta.

22. *in Domino* — Codd. D, F, U, goth. leg.

in Deum; codd. C, G, N, P *in Dominum;* Hugo *per Deum;* cod. I *in Domino Deo.* Pro *auferas nomen*, Bibl. Paris. 1566. *auferas semen.*

23. *iuravit David* — Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. tacent *David.* Cod. Cas. 1. omittit *ascenderunt.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XXIV, 3. *Et abiit quaerere David et viros eius secundum faciem bestiae cervorum* (τῆς θήρας τῶν ἐλάφων). 4. *Et venit ad greges pastorum ovium, quae erant super via: et erat ibi spelunca: et introivit Saul praeparare se.* . . . 5. *Et abstulit pinnam diploidis Saul.* . . . 15. *Post manum canis mortui, aut post pulicis unius.* 16. *Fiat Dominus in iudicio, et iudicet causam meam, et iustificetur mihi de manu tua.* . . . 18. *Iustior es tu super me.* . . . 23. *in Maserat angusta.*

Cap. XXV, 1. *Mortuus est autem* — Tacent *autem* codd. B, G, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., Beda. Pro *universus Israel*, cod. goth. legion. *universus numerus Israel;* cod. B tacet *universus.* Addunt *nimis* post *planxerunt eum* codd. G, R, S, V 2. m., antiquiores editiones, Hugo; at melioris notae codices obstant. Tacent *eum* post *sepelierunt* sixtini, codd. A, B, C, D, G, K, T, U, V, goth. legion., Cas. 1., Thomas. I, 110.; hinc Toletus notat: « Non habent *eum* manuscripti » et prior Congregatio; » altera vero anceps fuit. Cod. T *in domum suam*, pro *in domo sua.* Rursum pro *in Ramatha*, codd. A, H, Angelomus, all. *in Rama;* cf. ad XIX, 19. et XXVIII, 3.; Bibl. Rob. Steph. 1545. tacent *in.* Pro *Consurgensque*, Beda *Consurgens autem.*

2. *Erat autem* — Cod. E *Eratque.* Mox Sixtus cum Bibliis hentenianis *in Solitudine Maon;* at sixtini et gregoriani *in solitudine Maon;* ad hunc autem locum scholiastes in cod. N notat: « Haec est communis omnium » littera, quae non est destruenda propter » verbum Hieronymi antequam ipse transferret dicentis: Nabal habitabat *in Maon* civitate, non *in solitudine.* Sed quod non sit » error latini scriptoris, patet ex hoc, quod » hic habet graecus de *solitudine*, licet *Maon* » non nominet; et quod Maon esset solitudo » dicitur supra XXIII. (v. 24.) » Verum apud LXX. nunc legimus ἐν τῷ Μαών, at laudatus scholiastes sequutus est codices qui habent ἐν τῇ ἐρήμῳ, de quibus vide Holmesium; neque desunt graeci codices qui utrumque exprimunt. Hieronymi locus, ad quem respicit idem scholiastes, pertinet ad Pseudo-Hieronymum III, 767.; atque ex eodem fonte, ut videtur, derivatum est scholion quod habetur apud Liranum et in cod. H, ubi legitur: « Hebraeus *in Maon* habet, non *in solitudine.* » Nimirum hebraeus legit במעון, quod est nomen proprium oppidi in tribu Iudae (cf. Ios. XV, 55. et Hieron. III, 246.), in cuius vicinia erat desertum, de quo supra XXIII, 24. 25. Apud Eucherium mendose *in solitudine Aon.* Mox ante *homo* cod. mediol. tacet *et*, quod perperam omittitur in latina versione syri. Pro *magnus nimis*, Brev. goth. p. 294. *magnanimis;* cod. V *magnus et dives nimis*, quod glossam sapit.

3. *erat Nabal*—Tacent *erat* codd. B, H, T, Brev. goth. l. c.; favent hebraeus et veteres. Pro *mulier illa*, codd. D, K, R, U, Bibl. Ord., Hugo *illa mulier.* Cod. C tacet *et malitiosus.* Pro *Caleb*, codices non pauci et antiquiores editiones *Caleph;* conf. ad Ios. XIV, 6.; Vulgatus et chaldaeus sequuti sunt Kerí כלבי, quod unice probat Gesenius in *Thes. p. 684.*, neque adversatur syrus; minus apte interpretatur alexandrinus, cui accedit arabs, ὁ ἄνθρωπος κυνικός.

4. *Cum ergo* — Antiquiores editiones *Cum autem;* cod. S *Cumque.*

5. *misit*—Codd. C, Cas. 1. addunt *ad eum.* Cod. H notat hebraeum legere *pueros*, pro *iuvenes.* Pro *in Carmelum*, cod. E *in Carmelo.*

6. *Et dicetis: Sit fratribus meis*—Mire discrepant inter se codices et interpretes: codd. E, H *Et dicetis sic: Fratribus meis;* codd. G, O, R, S, V 2. m., Cas. 6., antiquiores editiones, Brev. goth. l. c. *Et sic dicetis: Sit fratribus meis;* codd. C, Cas. 1. *Et dicetis ei: Sit fratribus meis;* cod. K *Et dicetis ei sic: Fra-*

tribus meis; syrus quoque et arabs interponunt *ei;* hodierna lectio, quae optimis codd. est consentanea, ab Hentenio propagata fuit; cod. H notat hebraeum legere *Et dicetis sic: Fratres mei.* At vero hebraeus habet ואמרתם כה לחי, *Et dicetis sic: Ad vitam,* seu ad salutem, salve; quae salutandi formula fuisse videtur; apud arabes fere similem loquendi rationem usurpatam demonstrat Gesenius in *Thesaur. pag. 469.* Hieronymus vero legebat לאחי, quod post Alfonsum Tostatum Houbigantius quoque praetulit (etsi interpretetur *fratri meo*), atque haec lectio R. Immanueli probatur apud De-Rossi in *Append. ad varr. lectt.,* ubi tamen mendose pro eadem lectione laudantur LXX. Nam graecus habet εἰς ὥρας (Bar-Hebr. *in tempora* interpretatur), quod, inquit Nobilius, « fortasse significat » *omni tempore,* quemadmodum interdum » apud alios auctores, aut *ad vigorem, ad* » *prosperitatem,* ut sit modus quidam salu- » tandi; nam hebraeus habet *ad vitam,* chal- » daeus *per vitam tuam.* » Recte, ni fallimur, margo codicis holmesiani 243. notat ἀντὶ τοῦ πολλοί σοι χρόνοι: margo codicis gothic. legion., de quo infra, *multis annis;* pro *meis,* cod. B 2. m. *tuis.* Post *tibi* cod. E omittit *pax;* item post *tuae* codd. D, E, G, O, U, goth. leg., Bibl. Ordin., Hugo et graecus.

Ibid. *sit pax* — Cod. E *pax sit;* Sixtus, codd. B, F 1. m., G, veteres plures editiones, Hugo, Brev. gothic. l. c. addunt *Ex multis annis salvos faciens tuos, et omnia tua;* item duo codices apud Sabatierium, excepto *facies,* pro *faciens;* codd. Cas. 11. *Haec multis annis facias salvus tu, et domus tua;* cod. Cas. 1. *Ex multis annis salvus fies tu, et domus tua;* codd. R, S *Ex multis annis salvus fias tu, et domus tua, et omnia tua;* cod. V legit *Ex multis annis faciens salvos tuos, et domum tuam, et omnia tua,* sed in margine notat: « Nec hebraeus, nec antiqui id habent. » Idem testantur correctoria M et N; nam illud notat: « Hoc hebraeus et Beda et antiqui non » habent. » alterum vero scribit: « Diversi di- » versa interponunt; sed hebraeus et antiqui » plus non habent. » Sixtini quoque et gregoriani additamentum expunxerunt, unde Toletus adnotat: « Haec non habentur in he- » braeo, graeco, Complut., Reg., mss. 6., et » utraque Congregatio ea abstulit: leguntur » tamen in Ordin. et Lovan. » Latinis editionibus, quae nullum habent additamentum accedunt Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Norimb. 1475., Ven. 1480. 1494. 1498., priores editt. Rob. Steph., all.; Lucas quoque Brugensis fatetur illa verba optimo iure expuncta fuisse; Bukentopius vero pag. 171. scribit: « Ista bene omiserunt correctores, » quia non reperiuntur in hebraeo, chaldaeo, » graeco, prout nec in variis latinis; insuper » et veritati videntur repugnare, cum in illis » locis David non haesisset per multos an- » nos. » Nobis nullum est dubium verba illa primo ex graeca versione ortum habuisse, dein variis modis corrupta. Nam pro eo quod Vulgatus habet *fratribus meis, et tibi pax, et domui tuae pax, et omnibus, quaecumque habes, sit pax,* interpres alexandrinus posuit εἰς ὥρας καὶ σὺ ὑγιαίνων καὶ ὁ οἶκός σου, καὶ πάντα τὰ σὰ ὑγιαίνοντα, quae verba a prisco latino interprete in codice gothico legionensi reddita sunt *multis annis salvus sis et tu, et omnis domus tua, et omnia tua salva sint.* Igitur additamentum de quo agimus, ex veteri itala ad Vulgati codices primo fortasse in marginibus adiectum, dein in textum ab imperitis librariis illatum, quod alias saepius accidisse demonstravimus, nil aliud est, quam altera unius eiusdemque membri ex graeco petita interpretatio.

7. *tonderent pastores tui* — Cod. H notat hebraeum legere *tondentes tui* (lege *tibi*), *nunc pastores qui fuerunt tibi;* codd. L, R, S, antiquiores editiones, Brev. goth. l. c. addunt *greges tuos;* cod. Cas. 1. *oves tuas;* codd. C, F, N*, V, Cas. 6. *gregem;* cod. G *greges;* quod in correctoriis N, O expungitur. Complementum verbi *tonderent* reticeri non posse visum est iis, qui additamentum invexerunt. Mox cod. veron. pro *erant,* legit *fuerunt.* Pro *nobiscum in deserto,* Brev. goth. l. c. *in deserto*

nobiscum; cod. H notat hebraeum non legere *in deserto,* idque margo Ord. expungit; codd. B 2. m., Cas. 13. ob rationem supra memoratam addunt *oves.* Pro *eis molesti,* Brev. goth. l. c. *istis molesti.* Pro *quidquam eis,* codd. A, C, D, F, K, S, U, V, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ord., all. *eis quidquam;* codd. H, R, T *illis quidquam.*

8. *inveniant* — Cod. E *invenient;* graecus εὑρέτωσαν. Mox post *pueri* tacent *tui* sixtini, codd. A, E, H, K, L (seu Q), T, Bibl. Compl., Reg., Beda; consentiunt hebraeus et veteres, excepto graeco, de quo tamen conf. Holmesius. Post verbum *venimus* addunt *ad te* codd. B 2. m., C, F, G, I, R, S, V, Cas. 7., antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c.; accedit arabs; at praeter reliquos, obstant correctoria M, O. Codd. Cas. 13. *et puero,* pro *et filio.*

10. *ait* — Brev. gothic. l. c. *et ait.* Pro *et quis,* cod. B et Brev. goth. l. c. *aut quis;* item armenus et slav. ostrog.; Bibl. Lugd. 1550. *et quid.* Pro *fugiunt,* codd. A, S, Pseudo-Hieronymus *fugerunt.*

11. *pecorum*—Codd. Cas. 13. addunt *meorum;* accedunt hebraeus et graecus.

12. *sunt itaque*—Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *sunt autem.* Pro *David,* codd. F, V *ad David.* Sixtus, codd. R, S et veteres editiones pro *nunciaverunt,* legunt *annunciaverunt;* ad fidem codicum mutarunt sixtini, gregoriani et Toletus. Cod. H notat hebraeum post *verba* addere *haec,* idque legitur in cod. S; at Hieronymus pro האלה, posuit *quae dixerat.* Codd. B, F, G, I, R, S, V, Cas. plures, antiquiores editiones, Brev. gothic. pag. 295. post *dixerat* addunt *Nabal;* concinit arabs.

13. *ait David*—Codd. A, C, D, E, F, G, H, aliique plures cum Beda *David ait.* Pro *pueris suis,* sixtini, prima manu gregoriani, codd. A, B, D, E, F, G, H, I, K, L 8., O, Q, T, U, V, Cas. 1., goth. legion., Brev. goth. l. c., Beda *viris suis;* Toletus notat: « Manuscripti et » prior Congregatio habent *viris.* » Lucas Brugensis, attenta codicum auctoritate, necnon hebraici textus et veterem interpretum consensione, scribit: « Videtur potius *viris* le- » gendum, quam *pueris.* »

Ibid. *Et accincti sunt singuli gladiis suis* — « Haec pericope, ait Vallarsius, quae to- » tidem est in hebraeo verbis, in veronensi » manuscripto desideratur: et quamquam pu- » tare malim latini antiquarii errore ob ea- » rumdem vocum *gladio suo* repetitionem ex » hoc eius apographo excidisse, velim tamen » animadvertas eam neque in vaticano exem- » plari graeco τῶν LXX. haberi, neque in » aliis optimae notae. » Conf. Holmesius et Kennicottus. Legunt enim *Et accincti sunt singuli gladio suo* sixtini, primo gregoriani, codd. A, C, D, F 1. m., G, H, K, N, O, T, U, Cas. plures, gothic. leg., Hugo; hinc Toletus ait: « Manuscripti et prior Congregatio ha- » bent *gladio suo.* » Cod. E legit rursum *unusquisque gladio suo;* Rupertus *omnes gladiis suis.* Errat autem Toletus dum subiicit sixtinos mox pro *ense* iterum posuisse *gladio;* carafianus enim codex demonstrat hanc lectionem non pro *ense,* sed pro *gladiis,* ad fidem codicum, illos suffecisse. Post *accinctusque est* Brev. goth. l. c. tacet *et.* Mox cod. I omittit *quasi;* item pauci graeci codices; perperam Vallarsius, inspecta mendosa Calmeti edit., notat Vulgatum non legere *quasi.*

14. *de pueris suis*—Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, D, E, F, H, I, K, M, O, T, U, V, Cas. plures, mediolan., baver., Brev. goth. l. c., Rupertus; item hebraeus et veteres, excepto arabe. Pro *David misit,* sixtini, et praeter testes mox laudatos, Bibl. Ordin., Hugo *misit David;* conf. Holmes. Cod. veron. pro *nostro,* legit *vestro.* Pro *aversatus,* nonnulli codd., Bibl. Ven. 1479., all. *adversatus;* alii plures minus recte *aversus;* Symmachus ἀπεστράφη.

15. *boni satis* —Cod. V, Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498., Ordin., Brev. gothic. l. c. *satis boni.* Cod. E *nobis fuerunt,* pro *fuerunt nobis.* Pro *fuimus,* sixtini, codices A, B, C, D, aliique fere universi, Hugo, Brev. gothic. l. c. *sumus.*

16. *apud eos greges*—Codd. D, F, U, goth. legion. *apud ipsos greges;* cod. Cas. 1. *apud eos gregem.*

17. *recogita*—Codd. B, I, T, Brev. gothic. l. c. *cogita;* cod. veron. *vide,* uti hebraeus et graecus. Cod. H notat pro *adversum virum tuum, et adversum domum tuam,* hebraeum legere *adversus dominum nostrum, et adversus omnem domum suam;* alii plures codd. utroque loco habent *adversus.* Pro *est filius,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, T, U, V, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., Hugo *filius est;* Brev. gothic. l. c. addit *tuus.* Pro *possit ei,* sixtini, codd. A, C, D, H, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *ei possit.*

18. *et quinque arietes coctos*—Tacent cod. B 1. m. et cod. 119. Holmesii. Cod. H notat hebraeum pro *ligaturas uvae passae,* legere *uvas passas;* cf. infra ad XXX, 12. Pro *et posuit,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, mediolan., Bibl. Ordin., Hugo, priores editt. Rob. Steph., all. *et imposuit.*

19. *ecce, ego*—Codd. F, Cas. 1., antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c. *et ecce ego;* item graecus; cod. baver. *ego autem.*

20. *ascendisset*—Bibl. Ordin. *illa ascendisset;* favent hebraeus et graecus. Pro *descenderet,* cod. veron. *descendisset.* Pro *ad radices,* codd. C 2. m., D, F, G, R, S, U, V, veteres editiones, Brev. goth. l. c. *ad radicem;* emendarunt sixtini, quibus optimi codices adstipulantur. Pro *descendebant,* codd. E, Cas. 1. *ascendebant;* concinunt syrus, arabs, paucique graeci codices. Mox pro *et illa,* cod. B *illa.*

21. *in deserto*—Pseudo-Hieronymus tacet; contra post verbum *pertinebant,* cod. E rursum legit *in deserto.* Cod. B 1. m. tacet *et reddidit mihi malum pro bono.*

22. *faciat Deus*—Codd. F, N*, R, S, Cas. 2., antiquiores editiones, Petrus Com. *faciat Dominus;* at cod. N notat: « Hebraeus » et antiqui habent *Deus.* » Pro *inimicis David,* cod. U et Petrus Com. *inimicis meis;* graecus τῷ Δαυίδ; syrus et arabs *servo suo David;* cod. 70. Kenn. לי, *mihi.* Nam in hac phrasi *Haec faciat Deus, et haec addat* est quaedam adiurandi formula, quae significat *graviter puniat me Deus.* Quod ergo dicit *Haec faciat Deus inimicis David,* de ipso Davide non pauci interpretes acceperunt, quia alioqui nulla execratio foret, et iuramentum ridiculum esset, si tantum hostibus suis malum imprecaretur. Verum heic recte Clericus: « Quoniam sic loquitur David de inimicis » suis, haec verba sunt intelligenda in hanc » sententiam: Deus iterum atque iterum benefaciat hostibus meis, et proinde mihi » malefaciat, si hunc inultum dimisero. » Cf. Gesenii *Thes. p. 651.* et Estius in h. l. Pro *ad ipsum,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, all., Hugo, Brev. goth. l. c. *ad eum.* Pro *usque mane,* cod. S, Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498. *usque ad mane;* Petrus Com. *usque ad;* cod. veron. (cui accedit margo codicis goth. leg.) *usque canem,* de qua mendosa lectione conf. notatio Vallarsii.

23. *procidit*—Cod. B, Brev. gothic. l. c. *corruit;* Bibl. Ordin. *procedit.*

24. *In me sit*—Cod. H notat hebraeum legere *In me est;* בי אני.

25. *Ne ponat*—Cod. B et Brev. goth. l. c. *Non ponat.* Pro *oro,* codd. D, F, U, goth. leg., Hugo *obsecro.* Mox cod. H notat hebraeum non legere *rex.* Pro *iniquum,* codd. B, E, F, H, I, Cas. 15. *iniquissimum;* codd. T, V *nequissimum;* cod. H notat hebraeum legere *Belial.* Pro *quoniam,* sixtini, codd. A, C, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, mediol., Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., all. *quia.*

Ibid. *stultus est, et stultitia est cum eo*—Cod. H notat hebraeum legere *ita est: Nabal nomen eius est; et stultitia cum eo.* « Significatio verbi *Nabal,* inquit Ephraemus I, 383., » est maledicus et contumeliosus. Hodie etiam dici solet illud ܡܢܒܠ ܐܢܐ ܠܟܝ » *Mnabel-no-loch,* id est diris devoveo te, si » quidem iratus aliquis adversarium vehementissime execratur. » Pro *stultitia est,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, all., antiquiores editiones, Brev. goth. l. c. *est stultitia.* Cod. H notat hebraeum non legere *tuos*

post *pueros*. Pro *domine mi*, cod. H *domini mei;* item hebraeus et veteres; Brev. gothic. l. c. addit *rex*.

26. *Nunc ergo domine mi* — Tacet cod. B 1. m.; addunt *rex* cod. B 2. m., E, l. Pro *in sanguinem*, codd. A, C, D, F, H *in sanguine;* cod. I *ad sanguinem;* cf. vers. 33. Pro *manum tuam*, Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513. 1526., all. *manum suam;* codd. E, F, I, R, Cas. 4., Bibl. Ordin., Lugdun. 1522. 1526., Basil. 1530., Hugo *animam tuam*. Notanda heic singularis audacia Iohannis Clerici, tum quia hanc postremam lectionem pro vulgata habet, tum quia subdit latinum interpretem locum hunc non intellexisse, tum quia ipse interpretatur *manumque tuam puram tibi servet;* quod profecto a sacro textu alienum est. Hebraica enim phrasis והושע ידך לך redditur *opitulari tibi manu tua*, et significat privatam sumere vindictam; conf. vers. 31.

27. *sequuntur te*—Cod. T tacet pronomen, nec obstant veteres.

28. *Aufer* — Cod. E *Et aufer;* cod. H notat hebraeum legere *Obliviscere;* at verbum נשא commode redditur *Ignosce, Condona*, quo sensu accipienda est Vulgati locutio. Pro *Dominus tibi*, codd. D, K, R, S, U, Brev. goth. l. c. *tibi Dominus*. Pro *quia praelia*, Bibl. Norimb. 1501., Ven. 1511., 1519., Lugdun. 1513. 1526. *et praelia*.

29. *surrexerit* — Codd. F, H, Angelomus *surrexit*. Pro *et quaerens*, antiquiores editiones et Brev. gothic. l. c. *vel quaerens;* cod. N *quaerens*. Pro *erit*, codd. I, T, Brev. goth. l. c. *et erit;* favent hebraeus et graecus.

Ibid. *quasi in fasciculo viventium*—Cod. H notat hebraeum non legere *quasi;* cod. Cas. 1. habet *quasi in fasciculo vitium*. Ad rem faciunt ea quae scribit Petrus Com. « Hebraeus, » inquit, habet *in vinculo vitae*, quod idem » est, id est, in collegio sanctorum. Alia lit» tera habet *in fasciculo vitium*, quasi dicat: » Sic custodiat Dominus animam tuam ad » multiplicandum, sicut fasciculus vitium cu» stoditur in aqua ad transplantandum. » Eadem memorantur in Glossa interlineari, et apud Hugonem. Mox Brev. gothic. l. c. tacet *Deum*. Pro *inimicorum tuorum anima rotabitur*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, S, T, U, Hugo, Beda, Eucherius, Rabanus *anima inimicorum tuorum rotabitur;* cod. B et Brev. goth. l. c. *animae inimicorum tuorum rotabuntur;* cod. V *anima inimicorum tuorum roborabitur*. Ante *impetu* cod. mediol., Bibl. Ven. 1497., Lugd. 1526. tacent *in;* mox cod. Cas. 1. omittit *et*.

30. *Dominus tibi*—Codd. C, D, E, F, K, U, antiquiores editiones, Hugo, Brev. goth. l. c., Angelomus *tibi Dominus*. Post *omnia*, codd. R, S, Cas. 1., antiquiores editiones, Hugo addunt *haec*. Cod. K legit *bona quae locutus est tibi*, pro *quae locutus est bona de te*. Pro *constituerit*, codd. D, U *custodierit*. Mox pro *ducem*, cod. F *iudicem;* dein Pseudo-Hieronymus tacet *super*.

31. *benefecerit* — Cod. T *bene tibi fecerit*. Post verba *ancillae tuae*, codd. B, F, G, L, N* 1. m., R, S, V, Cas. plures, corbeiensis n. 3. secunda manu, antiquiores editiones, Hugo, Brev. gothic. l. c. addunt *et tu benefacies ei;* codd. goth. leg., baver. *et benefacies ei;* cod. E *ut benefacias ei;* graecus ἀγαθῶσαι αὐτῇ. Hinc correctoria M, N, O, adnotant hoc additamentum graecis tribuendum esse, idemque superfluere asserit Lucas Brugensis.

32. *hodie te in occursum meum* — Sixtini, codd. A, E, G, H, I, K, R, S, T, V, antiquiores editiones, Hugo, Rupertus, Petrus Com. *te hodie in occursum meum;* codd. C, D, U *te in occursum meum hodie;* cod. F *te hodie in occursum mihi;* Ambrosius *te hodie huc obviam mihi*.

33. *hodie* — Cod. E tacet; item apud Kennicottum Talmud babylonicus; at perperam omittitur in latina versione chaldaei. Pro *ad sanguinem*, cod. T *in sanguinem;* ut supra v. 26. Cod. mediol. tacet *me* post *ulciscerer*.

34. *vivit* — Cod. T *novit*. Pro *ne malum facerem*, codd. A, veron. *malum facere*. Mox pro *Nabal*, cod. B 2. m. *de Nabal;* in hebraeo et graeco est tertio casu. Pro *lucem matuti-*

nam, codd. R, S, Bibl. Ordin. *matutinam lucem*. Ante *mingens* Brev. goth. l. c. addit *nec*. Animadverte Davidem subita ira commotum necem Nabali intentasse; at Abigailis prudentia ad meliora consilia revocatum, Deo gratias agere, quod ultionem sibi reservans, ipsum ab impio facinore prohibuerit. Conf. Ephraemus I, 384. et seq.

35. *David* — Tacent Biblia Ordin. Pro *de manu eius omnia*, cod. E *omnia de manu eius*; cod. G non habet *omnia*, et cod. H notat id in hebraeo non legi. Pro *Vade pacifice*, codd. R, S, veron., Liranus *Vade in pace*; at scholiastes in cod. N scribit: « Antiqui iuxta hebraeum *Vade pacifice*; non ita pulchre dixisset *Vade in pace*. » At perperam; certe Ambrosius legit *Ascende in pace*. Pro *honoravi*, codd. F, Cas. 2. *honorificavi*; cod. H notat hebraeum legere *assumsi*; Hieronymus Symmachum imitatus est qui habet ἐτίμησα.

36. *Venit autem* — Codd. Q, V *Venit ergo*. Mox cod. Cas. 1. tacet *verbum*. Pro *usque mane*, codd. A, C, E, H, I, K, N, mediolan. *usque in mane*.

37. *indicavit ei* — Cod. E tacet pronomen. Pro *emortuum*, cod. S, Bibl. Ven. 1479., Brev. gothic. l. c. *mortuum*. Codd. E, I *intrinsecus cor eius*, pro *cor eius intrinsecus*.

38. *Cumque* — Cod. Cas. 1. *Cum*.

39. *mortuum Nabal* — Interponunt *esse* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573., all. Pro *iudicavit*, codd. R, S, Bibl. Ordin., Lugdun. 1522. 1535., Basil. 1530., Hugo, all. *vindicavit*. Cod. K post *reddidit* tacet *Dominus*. Pro *in uxorem*, codd. D, E, F, K, U, Rupertus *uxorem*; item in sequenti versiculo.

40. *accipiat te* — Tacent pronomen cod. K et Bibl. Ord. edit. Lugd. 1590. et Ant. 1634.

41. *adoravit prona* — Codd. E, I *prona adoravit*. Pro *sit in ancillam*, codd. Cas. 13. *sit tibi in ancillam*; Bibl. Ven. 1479. *sit ancilla*. Pro *ut lavet*, cod. veron. *et lavet*.

42. *Et festinavit, et surrexit Abigail* — Codd. D, U *Et Abigail surrexit, et festinavit*.

43. *Achinoam* — Plures codices, antiquiores editiones, Beda, all. *Achinoem*, pauci mendose *Achinoen*; codd. A, H, K *Ahinoem*; conf. supra ad XIV, 50. Pro *Iezrael*, plures scribunt *Iezrahel*, de quo conf. ad Ios. XV, 56. Mox cod. T tacet *utraque*.

44. *Michol* — Cod. H notat hebraeum legere *Michal*; cf. ad XIV, 49. Post verba *uxorem David* addunt *alio* (vel *alii*) *viro* codd. B, C, I, V, Cas. 15., Bibl. Lugd. 1522., Basil. 1530., posteriores edd. Rob. Steph., Hugo, all. Pro *Phalti*, cod. B *Phalati*; all. *Phalthi*; Bibl. Mogunt. 1462. mendose *Phalchi*; in II Reg. III, 15. dicitur *Phalthiel*. Quae de hoc viro ab hebraeis commenta traduntur, legi possunt apud Pseudo-Hieronymum III, 767., ex quo eadem memorantur in nostro cod. M, et apud Rabanum, Angelomum, Hugonem, aliosque.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XXV, 3. . . *bono sensu, et bona specie valde: et homo ille erat caninus*. . . . 6. *multis annis salvus sis et tu, et omnis domus tua, et omnia tua salva sint*. . . 11. *et vinum meum*. . . . 15. *neque interminaverunt* (nota verbum; pro ἐνετείλαντο) *nos*. . . 17. *pestilentiae, et non est loqui ad eum*. . . . 18. *et quinque pecora optima* (graecus πεποιημένα), *et quinque mensuras oephi polentae, et gomor uvae passae, et ducentas palatas ficus*. . . 22. *usque ad canem mingentem*. . . . 29. *alligata in vinculo vitae a Domino Deo, et anima inimicorum tuorum fundibalabit in medio fundibalo*. (nota verbum; conf. Forcellini et Du Cange, I Mach. VI, 51., Maii Class. Auctt. VII, 562. VIII, 225. 243.). . . 30. *et mandavit tibi Dominus* (plures quoque graeci codd. addunt Κύριος) *in regem super Israel*. . . 36. *et cor Nabal in se bonum erat . . . usque ad lucem mane*. . . 37. *et intermortuus est corde suo*. . . 44. *filio Ioas, qui erat ex Goliath* (sunt adhuc graeci codd. legentes Ιωας, et Γολιαθ).

Cap. XXVI, 1. *in Gabaa* — Cod. veron. *de Gabaa*. Cod. H notat hebraeum pro *Ecce*, legere *Num*, vel potius *Nonne*. Mox cod. E *absconditus est David*. Pro *in colle Hachila*, Six-

tus cum Bibliis hentenianis *in Collehachila*, quod emendarunt sixtini et gregoriani. At animadverte Vulgatum pro גבעת החכילה supra ad XXIII, 19. scripsisse *in Colle Hachila*, quae scribendi ratio heic quoque retinenda videtur; nam infra ad vers. 3. idem Vulgatus habet גבעת pro nomine proprio, atque ponit *in Gabaa Hachila;* in verbo autem Hachila rursum veteres libri vel *Hachilae* vel *Achillae* aut *Achilae* legunt ut supra l. c. Pro *quae est,* cod. F, Hugo, Miss. Moz. pag. 371. *qui est;* cf. supra ad XXIII, 19.; Rabanus tacet *est*. Mox post *solitudinis* codd. B, E, F, G, V, Cas. 4., Miss. Moz. l. c. addunt *in via,* quod ex vers. 3. petitum videtur.

3. *Gabaa Hachila* — Sixtus *Gabaahachila,* quod a gregorianis emendatum fuit; cf. superior nota. Pro *quae erat,* codd. Cas. 2. *quae est;* Miss. Moz. l. c. *quod erat*. Cod. baver. *erat in deserto habitans,* pro *habitabat in deserto*.

4. *misit* — Bibl. Ven. 1479. *et misit;* habent quidem copulam hebraeus et veteres, sed in Vulgato talis est periodi ratio, ut illam ferre nequeat. Pro *illuc venisset,* codd. D, E, F 1. m., N, O, P, U, Cas. 2. *huc venisset;* cod. N notat: « Quidam pro *huc,* habent » *illuc,* nec ipsum *illuc* retinuerunt (nimi- » rum expunxerunt); sed sciendum quod an- » tiqui habent *huc* iuxta hebraeum, quod est » *ad praeparatum.* » At vero pro אל נכון egregie Hieronymus posuit *certissime*. Tacent *illuc* sixtini, codd. A, B, C, F 2. m., G, H, I, K, L 7., N*, Q, T, V, Cas. 15., gothic. leg., mediol., baver., Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all., Miss. Mozar. l. c.; Toletus vero notat: « Non est *illuc* in hebraeo, nec » in aliquot mss.; habent tamen Complut., » Reg. et alii impressi. » Graecus receptus legit Κεϊλά, sed plures codices habent ἐκεῖ.

5. *clam* — Tacent sixtini, codd. A, H, K, L 3., Q, T, mediolan., Bibl. Complut., Reg., Ordin., priores editt. Rob. Steph., all., Beda; Toletus rursum notat: « Non habent *clam* he- » braeus, Compl. et Ordin. Est tamen apud » LXX. et in Lov. et multis impressis. Prior » Congregatio abstulit, quia non est in qui- » busdam codicibus; sed posterior restituit. » Cod. H notat hebraeum pro *erat,* legere *castrametatus erat*. Idem cod. H pro *cumque,* legit *quum*. Pro *dormiebat,* Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513., all. *dormierat*. Ante *Saulem* tacent *et* codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, T, U, goth. leg., mediol., Miss. Moz. l. c.; singularis est cod. I qui habet *Saule dormiente in tentorio, et reliquo vulgo per circuitum eius*.

6. *ait* — Cod. R, Beda *et ait;* Pseudo-Hieronymus *ait autem*. Pro *Achimelech,* codd. H, V et Pseudo-Hieronymus *Ahimelech;* cod. M ex eodem Pseudo-Hieronymo notat hunc esse Uriam, atque interpretatur *frater meus rex;* alii cum Miss. Mozar. l. c. legunt *Abimelech;* cf. ad XXI, 1. Pro *Hethaeum,* codd. E, F, G, I, T, U, V, Cas. 15., gothic. legion., veron., Hugo, Miss. Mozar. l. c. *Cethaeum;* item Lucifer calar.; conf. ad Gen. X, 15. Pro *et Abisai,* codd. G, V, baver. *et ad Abisai*. Pro *Quis descendet,* codd. V, Cas. 1. *Quis veniet et descendet*. Dein pro *ad Saul in castra,* cod. V *ad Saul in castris;* Bibl. Ordin. *in castra ad Saul;* conf. Holmes.

7. *et invenerunt Saul iacentem et dormientem in tentorio, et hastam fixam in terra ad caput eius: Abner autem et populum dormientes* — Cod. H notat hebraeum legere *et ecce Saul iacebat et dormiebat in tentorio, et hasta fixa in terra ad caput eius: Abner autem et populus dormiebant;* pro *in terra ad caput eius,* codd. D, F, I *in terram ad caput eius;* codd. N*, O, S *ad caput eius in terram;* codd. G, R *ad caput eius in terra:* mox pro *populum dormientes,* cod. Cas. 1. *populus dormiebant;* Miss. Moz. l. c. *populus dormientes;* codd. F 1. m., I, T, V *populum dormientem;* cod. K tacet *dormientes;* cod. G interponit *eius,* ut graecus.

8. *inimicum tuum hodie*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Beda, Miss. Moz. l. c. et Lucifer calar. *hodie inimicum tuum*. Pro *perfodiam eum,* codd. A, T, Cas. 11., mediolan. *perfodi eum;* cod. K tacet pronomen; item Lucifer calar.

Pro *in terra*, cod. C 1. m., Miss. Moz. l. c. et Lucifer calar. *in terram*.

9. *ad Abisai* — Codd. A, C, F *Abisai*. Pro *extendet*, sixtini, codd. A, B, E 1. m., H, U, mediol., Beda, Concil. Tolet. apud Hard. III, 1799., Miss. Moz. l. c. *extendit*. Cod. H notat hebraeum pro *erit*, legere *fuit;* cod. K habet *fuerit*.

10. *dies eius*—Codd. F, V *dies mortis eius*. Pro *in praelium*, codd. E, G, O *in praelio;* cf. ad XXIV, 7.; Miss. Moz. l. c. legit *in infernum*. Pro *perierit*, codd. E, I *mortuus fuerit*.

11. *propitius sit mihi Dominus* — Rursum cod. H notat hebraeum legere *Absit a me a Domino;* margo Ordin. *Absit mihi a Domino;* cf. ad XXIV, 7. Pro *sit mihi*, sixtini, codd. A, C, E, G, H, K, T, V, antiquiores editiones, Hugo *mihi sit;* Concil. Paris. edit. Hard. IV, 1310. pro *ne extendam*, legit *non mittam*, uti habetur in additamento relato ad XXIV, 7. Pro *nunc igitur*, cod. B, Miss. Mozar. l. c. *nunc autem*. Antiquiores editiones et codices non pauci pro *scyphum*, legunt *cyphum* aut *ciphum*, de quo cf. ad Gen. XLIV, 5.; ex veteri autem itala Isidorus V, 525., Beda IV, 439., Rabanus, all. retinent *lenticulam;* conf. Ambrosius apud Sabatierium, et quae infra proferimus ex cod. goth. leg.; Miss. Moz. l. c. pro *aquae, et*, mendose *atque*.

12. *Tulit igitur*—Codd. D, E, F, G, H, K, all., Bibl. Ordin., Miss. Moz. l. c. *Tulit ergo*. Mox tacent *David* cod. B, Miss. Moz. l. c. et item cod. 106. holmesianus. Pro *qui erat*, codd. C, F, G, O, T, Cas. 5., veron. *quae erat*, referentes pronomen ad aquam. Dein pro *ad caput Saul*, codd. G, Cas. 2., antiquiores editiones, glossa interlinearis *ad caput eius;* it. graecus. Pro *evigilaret*, codd. B, F, R, S, T, Miss. Moz. l. c. et item Lucifer calar. *vigilaret*.

13. *grande intervallum*—Cod. H notat hebraeum legere *grandis locus*.

14. *David ad populum*—Codd. R, S, Bibl. Ordin. *ad populum David*. Pro *Nonne*, codd. K, T *Non;* consentit Lucifer calar., qui mox pro *respondebis*, habet *respondis*, ut cod. T 2. m. Dein Bibl. Ordin. tacent *ait*. Cod. H notat hebraeum legere *qui clamas ad regem*, pro *qui clamas, et inquietas regem*.

15. *ingressus est enim unus de turba ut interficeret regem, dominum tuum*—Tacet cod. K; cf. Holmesius; codd. autem E, I, R, Miss. Moz. p. 372. rursum legunt ut supra *dominum tuum regem;* item Lucifer calar.

16. *quod fecisti*—Bibl. Lov. 1547., Lugd. 1550. et reliquae editiones hentenianae usque ad recensionem a Luca Brugensi peractam anno 1573., legunt *quod fecistis*. Miss. Mozar. l. c. pro *quoniam*, legit *quia*. Pro *qui non*, codd. S, Cas. 2., antiquiores editiones *quia non*. Ante *scyphus* tacent *sit* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, all., Bibl. Ord., Hugo, Miss. Moz. l. c.

17. *Numquid* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, mediol., gothic. leg., Hugo, Petrus Com. *Num*. Pro *vox haec tua*, sixtini, codd. D, E, F, G, O, R, U, Hugo *vox tua haec est;* codd. B, gothic. leg., Cas. plures *vox haec tua est;* codd. A, C, H, I, K, S, T, V, mediol., Miss. Mozar. l. c., Petrus Com. *vox tua est haec;* Bibl. Ordin. *vox haec est tua*. Pro *Et ait David*, cod. H *et dixit David;* tacent verbum *ait* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, K, O, T, U, V 1. m., Cas. 15., goth. leg., mediol., veron.

18. *dominus meus persequitur* — Codd. K, veron. *persequitur dominus meus rex;* cod. V interponit *rex;* item pauci graeci codd. apud Holmesium. Pro *servum suum*, Bibl. Ven. 1479., Lugd. 1535. *servum tuum;* consentiunt syrus et arabs; et mox pro *feci*, Bibl. Ven. 1511. 1519. *fecit*. Pro *malum in manu mea*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, baver., Bibl. Ordin., Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513. 1526., Hugo *in manu mea malum*.

19. *maledicti sunt* — Cod. K *maledicti sint*. Pro *qui eiecerunt*, codd. H, L (seu Q), Bibl. Ord., priores editiones Rob. Steph., all. *quia eiecerunt;* favent hebraeus et veteres.

20. *Et nunc* — Miss. Mozar. l. c. *Et tunc*. Pro *effundatur*, Bibl. Reg. *effundetur;* Lucifer calar. *cadet*. Singularis est lectio Bibl. Ven.

1482., ubi pro *sanguis meus*, habetur *sanguis christi*. Pro *in terram*, codd. D, E, F, G, I, N, R, S, T, U, V, antiquiores editiones, Hugo, Miss. Moz. l. c. *in terra*. Pro *ut quaerat*, cod. veron. *et quaerat;* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573. *ut quaereret*.

Ibid. *persequitur perdix*—Codd. G, Cas. 13. *persequitur aquila perdicem;* at iamdiu animadverterant Hugo, Liranus, Abulensis, aliique Vulgatum hoc loco ponere *persequitur* sensu passivo; quod quidem non omnino insuetum est. Nam exemplum ex Hygino apud Forcellini habemus; aliud occurrit apud Maium *Scriptt. vett. tom. III, parte 3. p. 139.;* aliud apud Luciferum calar. qui veteris italae lectionem profert, in qua habetur *persequitur noctua*. Exstat etiam *persequutus* passive usurpatum apud Maium *Spicil. rom. IX, 131*. et in *nova patrum biblioth. I, 372*. Hieronymi igitur testimonium quod heic habemus a lexicographis negligi non debuisset: multoque minus excusandus est Clericus qui Vulgatum hoc loco carere sensu temere affirmat. Conf. Tirinus.

21. *nequaquam enim*—Codd. B, S, V, Miss. Moz. l. c. tacent *enim*. Pro *ultra tibi*, cod. R, Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. *tibi ultra*. Mox pro *tibi malefaciam*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, U, V, Hugo, Miss. Moz. l. c. *male tibi faciam;* cod. Cas. 1. *tibi mali aliquid faciam*. Bibl. Rom. 1471. mendose pro *anima mea*, legunt *anima tua*. Pro *in oculis tuis hodie: apparet enim*, cod. B, baver., Miss. Moz. l. c. *in oculis tuis: hodie apparet;* tacent quoque *enim* sixtini, codd. A, C, D, H, K, N, O, T, U, Cas. 15., mediol.; cod. N praeterea notat: « Non est interponendum *enim* secundum hebraeum et antiquos. » At vero Toletus scribit: « Non est *enim* in hebraeo, graeco et manuscriptis. Habetur tamen in omnibus fere impressis. Posterior Congregatio retinuit. In hebraeo est *Ecce apparet*. » Cod. veron. tacet *hodie*, quod non pauci ex laudatis codicibus ad sequentia referunt, non ad ea quae praecedunt; graecus legit: ἐν ὀφθαλμοῖς σου· καὶ ἐν τῇ σήμερον μεματαίωμαι.

22. *de pueris regis, et*—Tacent *regis* sixtini, codd. A, B, C, E, F 2. m., H, K, T, V, Cas. 14., mediolan., Miss. Moz. l. c.; rursum autem Toletus notat: « Non est *regis* in hebraeo, graeco et manuscriptis. Tamen habetur in impressis, et subintelligitur. » Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. tacent *et*.

23. *retribuet* — Codd. C, G, Q, U, V, alii apud O, Bibl. Lugdun. 1522., Basil. 1530., Hugo *retribuat;* Ambrosius et Lucifer calar. *restituat*. Pro *iustitiam suam*, codd. F, Cas. 12. *opera sua*. Pro *te Dominus hodie*, cod. R, Bibl. Ord. *Dominus te hodie;* cod. B et Miss. Moz. l. c. tacent *hodie;* item pauci graeci codices et Ambrosius. Pro *in manum meam*, sixtini, codd. C 2. m., D, E, F, G, H, I, K, U, Miss. Moz. l. c. *in manu mea;* utraque positio frequentatur in Vulgato post verbum *trado*. Demum pro *extendere*, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, N, T, U, V, Cas. 17., goth. legion., mediol., Hugo, Miss. Moz. l. c. *levare;* hanc autem esse latini interpretis scripturam nobis suadet veterum exemplarium consensus; bene cod. N adnotat: « Lege *levare* secundum antiquos; hebraeus *mittere;* novi *extendere*. » Cod. P *mittere*, eodemque sensu graecus habet ἐπενεγκεῖν; nimirum שלח *immittere* seu *extendere* manum ad aliquem, significat *vim* alicui *inferre;* cf. supra XXIV, 7. 11.

24. *Et sicut magnificata . . . sic magnificetur*—Bibl. Ven. 1511. 1519. *Et sic magnificata . . . sicut magnificetur;* cod. H notat hebraeum pro *Et sicut*, legere *Et ecce sicut;* pro *hodie in oculis meis*, codd. E, I *in oculis meis hodie*. Pro *de omni*, cod. K *ab omni*.

25. *Benedictus* — Cod. E addit *es*. Pro *et quidem*, cod. H, Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *equidem*. Denique pro *in locum suum*, cod. I, Beda *in domum suam;* consentiunt syrus, arabs et cod. 121. Holmesii.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XXVI, 1. *in colle Echelat, contra faciem Iessemun*. . . . 2. *et eremum auchmode* (graeci codd. αὐχμώδη). . . 5. *Saul dormiebat in stragulatis praeclaris* (graecus λαμ-

πήνῃ, pro quo Lucifer calar. *stragulis praeclaris*)... 6. *Et dixit ad Abimelech Cethaeum, et Abesa filium*... 11. *et lenticulam aquae*... 14. *Quid est tibi*.... 20. *ex adverso contra faciem Domini .... nycticorus* (conf. ad Deut. XIV, 17.) *in montibus*.

Cap. XXVII, 1. *una die*—Sixtini, codd. A, C, G, H, R, gothic. leg., Beda *uno die;* codd. D, E, F, K, O, T, U, V, Thomas. I, 81. 93. *in uno die;* codd. B, mediolan., Hugo, Petrus Com. *in una die*. Pro *in manus*, codd. E, F, G, O, R, T *in manu;* favent hebraeus et veteres, excepto graeco. Cod. D pro *in Terra*, legit *in terram*. Pro *ut desperet*, codd. B, H, L 2. (seu Q), Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *et desperet;* accedunt hebraeus et graecus. Pro *fugiam ergo*, codd. R, S, Bibl. Ordin., Hugo *fugiamus ergo*. « Nam, inquit » Hugo, ad viros suos loquebatur David. » At obstant hebraeus et veteres.

3. *ipse et*—Bibl. Ven. 1479. *et ipse et*. Post verba *et viri eius* tacent *vir* Sixtus, codd. C, D, E, F, G, I, R, S, U, V, antiquiores editiones et Biblia henteniana; hanc autem vocem addiderunt sixtini et gregoriani, quibus suffragantur codd. A, B, H, L (seu Q), T, Cas. 12., mediol., goth. leg.; unde Toletus: « Adde » *vir;* sic hebraeus, Complut., Reg., Ordin., » manuscripti et Congregatio. » Graecus legit ἕκαστος eodem plane sensu.

Mox Biblia vaticana anni 1592. tacent *et David;* at Bukentopius p. 477. quum animadvertisset id non esse praetermittendum, subdit: « Nam ita legunt textus hebraeus et grae» cus, omnesque latini codices; unde sup» plendum quod inadvertenter fuit omissum » in vaticanis Bibliis anni 1592. » Re autem vera correctorium vaticanum editum anno 1598. illud inter menda typographica illius editionis notat. Verum Bukentopius tacere non debuisset verba illa *et David* deesse quoque tum in edit. Sixti V., tum in antiquioribus, uti Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., aliisque multis, quibus accedit slav. ostrog.; Toletus porro ad hunc locum scribit: « Repone *et David;* sic hebraeus, graecus, » Ord., Lov.; sed non est in Compl. et Reg. » At alia praeterea est lectionis varietas quam Bukentopius et Toletus praetermittunt; nam codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, Q, R, S, T, U, V, goth. leg., mediol., Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., Lov., all. legunt quidem *David,* sed tacent coniunctionis particulam, quam neque hebraeus et chaldaeus habent, neque sixtini addiderant; hanc itaque Toleto acceptam referimus.

Ibid. *duae*—Cod. B 1. m. tacet; item cod. 82. Kennicotti. De nomine *Achinoam* cf. supra ad XXV, 43. Etsi codices et editiones plures pro *Iezrahelitis*, legant *Iezrahelites*, uti habetur infra ad XXX, 5., tamen scholiastes in cod. O ad graecorum normam recte praescribit: « Nomina virorum desinunt in *tes*, mu» lierum vero in *tis;* et sic ubique. » pauci scribunt *Iesrahelites* aut *Iesraelites*. Pro *Carmeli*, cod. H notat hebraeum legere *Carmelitis;* et ita legunt Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1532., Antuerp. 1537. 1538., Ven. 1538.; conf. ad Ios. XIII, 3.

4. *Sauli*—Sixtini, antiquiores editiones et non pauci codices *Saul*. Pro *quaerere eum*, sixtini, codd. A, C, E, G, H, I, K, R, S, T, V, Cas. plures, mediol., Beda *ut quaereret eum*.

5. *regionis huius* — « Secunda manu, ait » Martianaeus, scriptum est in Canone *circa* » *agros*. Caeteri omnes manuscripti codices » legunt iuxta quod editum est; idque prae» stat male emendatae lectioni in textu Ca» nonis. » Cod. baver. addit *circa agros* ante verbum *habitem*. Mox cod. H notat pro *regis*, hebraeum legere *regni*.

6. *ei Achis*—Cod. U *David rex Achis*. Pro *Siceleg*, antiquiores editiones *Sicelech;* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. *Sicelag;* cf. ad Ios. XV, 31. XIX, 5. Pro *in diem hanc*, Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. *in hanc diem*.

7. *quattuor mensium* — Nonnulli veteres cum cod. A scribunt *quattuor mensum;* cf. ad Exod. XII, 2.; Petrus Com. addit *et viginti dierum;* quod, uti notat Hugo, Iosephus legebat; cod. H dicit hebraeum legere *quatuor menses et dies;* at potius cum Lirano scribere

debuisset *dies et quatuor menses.* « Codex vetustissimus, ait Martianaeus, corbeiensis » num. 13. legit *quasi quattuor mensium.* In » hebraeo scriptum legitur ימים וארבעה » חדשים, quod interpretatur *dies et quattuor* » *menses.* Porro syrus et arabs per *dies* an» num intelligunt. . . . Contra nuperi critici » docent hoc loco *dies* non posse accipi pro » *anno* vel *annis;* quia David nonnisi post » mortem Samuelis descendit in regionem Phi» listhinorum: mors autem Samuelis praeces» sit mortem Saulis septem dumtaxat mensi» bus. Itaque iuxta illos scriptores, aliquot » dies cum quattuor mensibus David commo» ratus est in illa regione Philisthinorum. » Conf. Torniellius *Ann. Sacri,* ad annum ante Christum 1075. num. 2. At alii non desunt chronologi qui Davidis moram apud Philisthaeos diuturniorem fuisse asserunt, atque provocant ad verba, quae infra occurrunt XXIX, 3.; cf. Calmet. Ad sacrum textum quod attinet, exploratum est vocem ימים commode accipi de *anno;* cf. Gesenii *Thes. pag. 586.;* at hanc vocem cum Vulgato pratermittunt graeci et cod. 90. Kennicotti.

8. *Et ascendit*—Cod. E *Et ascendebat.* Pro *praedas,* codd. F, T, U *praedam.* Pro *Gessuri,* codd. non pauci et editiones antiquiores *Gesuri;* conf. ad Deut. III, 14. Pro *Gerzi,* antiquiores editiones *Gezre;* codd. A, B, C, E, F, K, U, V, gothic. leg., veron. *Gedri;* cod. R et Pseudo-Hieronymus *Getri;* cod. H, Bibl. Norimb. 1529., Angelomus *Gezri;* Bibl. Lugd. 1535. *Geziri;* Bibl. Ven. 1479. *Gezere;* alii aliter hoc nomen corrumpunt; « *Gezri,* ait Mar» tianaeus, habent Canon emendatus et co» dex corbeiensis num. 13. prima manu. Alii » corrupte legunt *Gedri* aut *Gethri.* Quin et » hodiernus hebraeus praepostero litterarum » ordine scriptum habet גרזי, pro גזרי; mo» net tamen Kerì massoretharum legendum » ut nos edidimus ad fidem manuscriptorum » latinorum. » Antiquiores editiones et plures codices mox pro *Amalecitis,* habent *Amalechitis;* conf. ad Gen. XIV, 7.

Ibid. *pagi habitabantur*—In cod. M scholiastes notat: « Quidam male habent *vagi habitabant.* » Hanc vero lectionem praefert Alfonsus Tostatus. Ex nostris legunt *vagi* codd. C, F, G, K, L 6., R, S; Hugo notat: « Lege » *pagi;* haec est vera littera; tamen aliqui » libri habent *vagi,* sed male. » Legunt autem *habitabant* codd. F 2. m., G, L 8., R, S, Cas. plures, et fere omnes antiquiores editiones; at Lucas Brugensis animadvertit: « Non » est mutandum *pagi* in *vagi,* quod est vaga» bundi; nec passivum *habitabantur* in acti» vum *habitabant:* quamvis activum hebraice » legatur, ubi non additur *pagi.* » Quod in Vulgato sequitur *antiquitus,* non ita accipiendum est quasi auctor dicat illos populos, quos supra memoravit, hanc regionem *olim* incoluisse; sed *inde a remotissimis temporibus,* vel, uti habet hebraeus, מעולם, ibi inhabitasse. Pro *Sur,* cod. T *a Sur.*

9. *omnem terram* — Codd. G, L, R, S, V 2. m., antiquiores editiones addunt *illorum;* cod. H notat hebraeum non legere *omnem;* attamen cod. 30. Kennicotti habet כל. Post *relinquebat* cod. E repetit *David.* Pro *oves, et boves,* cod. C, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., Compl., Reg., all. *boves, et oves.*

10. *Dicebat autem ei*—Cod. K tacet pronomen; item hebraeus. Cod. H notat hebraeum pro *irruisti,* legere *irruistis,* et sic habent codd. R, S, veron., margo Ord.; consentiunt veteres interpretes. Pro *Respondebat,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, S, T, U, V, Cas. 15., goth. leg. *Respondebatque;* item hebraeus et veteres. Pro *Iudae,* sixtini, codd. A, D, F, U, Hugo *Iuda.* Mox pro *Ierameel,* vetustiores editiones minus recte *Ieramel;* nonnulli codd. *Ierameli* aut *Hierameli;* conf. infra ad XXX, 29.

11. *adversum nos*—Cod. Cas. 1. addit *dure.* Pro *decretum illi,* codd. I, N*, O, R, S, V, Cas. 3. *decretum illius.*

12. *Achis David* — Codd. D, G, U *David Achis.* Pro *Multa mala,* codd. O, R, Bibl. Ordin., Hugo *Multa enim mala;* Bibl. Lugdun. 1513. 1522. 1526. *Multa mala enim;* Hugo notat: « *enim* expletiva coniunctio est. » Cod. H

notat hebraeum legere *Foetere fecit*, pro *Multa mala operatus est*; cf. Gesenii *Thes. p. 177*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XXVII, 1. *et non est mihi bonum si non me liberavero in terram Allophylorum*.... 2. *Quadringenti viri cum eo* (cod. vaticanus οἱ τετρακόσιοι ἄνδρες οἱ μετ' αὐτοῦ), *ad Achis filium Achimana* (codd. Ἀχιμααν) *ac regem Geth*.... 3. *unusquisque sibi*.... 8. *Et apponebant se* (ἐπετίθεντο) *super omnem appropinquantem, et extendebant se* (septem graeci codd. habent hoc additamentum) *super Gesur, et super Gezreon, et super Amalichiten: quoniam inhabitabatur terra a iuvenibus* (numquid *euntibus?*) *ordinariis* (nolumus coniecturis indulgere circa hoc verbum).... 10. *Contra austrum Heremiel, et contra Genezy*... 12. *Valde confusus est* (ἤσχυνται) *confusione in populo suo Israel*.

Cap. XXVIII, 1. *ut praepararentur*—Cod. B *ut pararentur;* codd. E, I *ut praepararent se*. Pro *ad bellum contra Israel*, codd. R, S, Bibl. Ordin. *contra Israel ad bellum*. Cod. K post *Sciens* tacet *nunc;* nec obstant veteres et hebraeus. Pro *egredieris*, cod. B *ingredieris*. Pro *in castris*, Bibl. Rob. Steph. 1532., Antuerp. 1537., Ven. 1538., Petrus Com. *in castra*.

2. *capitis mei ponam te*—Cod. K *te ponam capitis mei;* cod. F addit *in*.

3. *planxitque*—Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus *flevitque*. Cod. O notat pro *omnis Israel*, alios minus recte legere *omnis populus Israel;* conf. ad XXV, 1.; et rursum pro *in Ramatha*, codd. A, B, E, H, K, all., Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus *in Rama;* conf. l. c.

Ibid. *hariolos de terra* — Addunt *et interfecit eos, qui pythones habebant in ventre* (vel *in ventre habebant*) Sixtus, codd. D 2. m., F, G, R, S, V, Cas. plures, baver., secunda manu tres codices apud Sabatierium, antiquiores editiones et Biblia henteniana, Rupertus, Godefridus CLXXIV, 450., Brev. goth. pag. 297. « Istud, ait Abulensis, non est in » hebraeo, sed est hic per modum additio» nis; et forte fuit Glossa interlinearis, et » postea textui inserta est: significat tamen » idem quod praecedens, quia idem est *au*» *ferre* magos de terra, quod *interficere* ha» bentes pythonem in ventre. » Recte autem illud additamentum expunxerunt sixtini et gregoriani, quibus adstipulantur melioris notae codices, et correctoria M, N, O; conf. Magdalius, Lucas Brugensis et Bukentopius pag. 405.; hinc Toletus: « Haec non sunt in » hebraeo, graeco, Compl., Reg. et manuscri» ptis; Liranus dicit non esse de textu. Utra» que Congregatio expunxit. » Cf. *Proleg.* ad nostrum tom. I. pag. LV.

4. *Congregatique* — Cod. mediol. *Congregati*. Mox post *congregavit* Bibl. Ven. 1479. tacent *autem*.

5. *castra* — Godefridus l. c. p. 454. *contra*.

6. *neque per somnia, neque per sacerdotes* — Codd. R, S, Bibl. Ordin. *neque per sacerdotes, neque per somnia;* codd. C, Cas. 1., corbeiensis num. 3. *neque per somnia, neque per sacrificia, neque per sacerdotes;* Godefridus l. c. addit quoque *neque per sacrificia*, sed post *prophetas;* cod. H notat hebraeum pro *sacerdotes*, legere *doctrinam;* it. Pseudo-Hieronymus III, 768. et Rabanus; nimirum habet באורים, quod hoc loco *revelationem* significare videtur; unde graecus alexandrinus ἐν τοῖς δήλοις, Symmachus vero διὰ τῶν δήλων. Nam δήλους λέγει τὰ διὰ τοῦ ἐφοὺδ σημαινόμενα, uti legitur apud Montfauconium, in *Append.* Holmesii et in *Lexico* Zonarae; cf. Hieronymus VI, 32.

7. *Dixitque* — Cod. Cas. 1. *Dixit itaque*. Mox Brev. gothic. l. c. tacet *mihi*. Pro *pythonem*, antiquiores editiones et non pauci codices scribunt *phitonem*. Apposite Vulgatus illud nomen usurpat; nam passim *ventriloqui* (ἐγγαστρίμυθοι) *pythones* audiebant, nomine desumpto a dracone Πύθων quem Apollo sagittis interfecerat. Cf. Isidorus III, 68. 372. 386. VII, 425., Beda II, 700., Angelomus, Petrus Com. et Hugo; qui postremi notant congruere hebraeum nomen, quod ipsi legunt *Baladoph* (בעלת אוב): « *Balad* enim

» interpretatur *domina; oph* vero est nomen » artis illius. » Idque confirmat Hugo ex testimonio cuiusdam Andreae, quem alias laudant scholiastes in nostro cod. M, et Liranus. Commentarios autem eiusdem Andreae, ubi haec leguntur, adhuc ineditos reperimus in codice vaticano 1053. ex quibus Petrum Com. plura fere ad litteram descripsisse, facta collatione, comperimus.

Ibid. *et vadam* — Codd. V, Cas. 14. *ut vadam*. Bibl. Rom. 1471. et Pseudo-Hieronymus mendose *suscitabor*, pro *sciscitabor*. Pro *pythonem habens*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Godefridus l. c., Brev. gothic. l. c. *habens pythonem*.

8. *Mutavit ergo* — Codd. Cas. 2. addunt *Saul;* item hebraeus et veteres. Tacent *est* post verbum *vestitusque* sixtini, codd. A, D, F, G, T, U, V, Cas. 5., mediol. Pro *vestimentis*, codd. E, K *vestibus*. Ante *abiit* tacent *et* codd. B, D, E, F, G, T, U, V, Cas. 5., mediol. Pro *et ait illi*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. legion., mediol., Hugo *et ait;* consentiunt hebraeus et chaldaeus.

9. *Ecce* — Bibl. Ven. 1480. Oct. Scoti *Et ecce*. Pro *fecerit*, codd. R, veron. *fecit;* nec repugnant hebraeus et graecus. Ante *quo modo* Godefridus l. c. tacet *et*, hebraeo et graeco consentientibus. Brev. goth. p. 298. pro *insidiaris*, legit *insidiaveris*.

10. *eveniet* — Codd. F, G, H, K, R, U *veniet*. Pro *hanc rem*, Brev. goth. l. c. *rem hanc*.

11. *Dixitque ei* — Brev. gothic. l. c. tacet pronomen; concinunt hebraeus et veteres; at plures graeci codices addunt τῷ Σαούλ. Pro *Samuelem mihi suscita*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Hugo, Rupertus, Godefridus l. c. *Samuelem suscita mihi;* codd. R, S, Bibl. Ord. *Suscita mihi Samuelem*.

12. *Samuelem* — Cod. T *Saulem;* cf. Holmesius. Cod. H notat hebraeum pro *imposuisti mihi*, legere *decepisti me*, quod idem est.

13. *Dixitque ei rex* — Codd. Cas. 13. *Dixitque ei Saul;* item pauci graeci codices; utrumque connectunt codd. Cas. 2. legentes *Dixitque ei Saul rex*. Cod. E post verba *Noli timere* addit *dic;* accedit graecus. Addunt *indica mihi* post verbum *vidisti* codd. B 2. m., K. Pro *vidi*, cod. E *video;* favet armenus.

14. *forma eius* — Cod. E addit *quem vidisti;* fortasse occasionem librarius arripuit ex graeco, ubi legitur Τί ἔγνως; Pro *Et intellexit*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, N, O, T, U, Cas. 16., goth. leg., mediol. *Intellexit;* epanorthotes in cod. N notat: « Antiqui » non praemittunt *Et*. » Cod. E legit *Intellexitque;* Godefridus l. c. *Intellexit ergo;* Brev. gothic. l. c. *Et intellexit autem*. Post *inclinavit* cod. B tacet *se*. Pro *in terra*, codd. I, V, Bibl. Ven. 1479., Rupertus, Godefridus l. c. *in terram*.

15. *Dixit autem* — Cod. S et Bibl. Ordin. *Dixitque*. Pro *inquietasti*, cod. C *inquietastis;* cod. veronen. *inquietas*. Propheta hoc verbo mentem Saulis oblique impietatis atque stultitiae arguit; nam sensus est: *cur in animo habuisti me commovere ac vel invitum evocare?*

Ea veluti absurda increduli reiiciunt, quae de Samuelis apparitione ab hagiographo narrantur. Ad diluendas autem illorum difficultates sufficit ipsius narrationis ordinem rationemque expendere; idque, duce cl. Ghiringhello (*Prael. de libris hist. antiqui Foed. p. 274. seqq.*), paucis expedire aggredimur. Neque enim ab instituto nostro prorsus alienum existimamus ea proferre, quae, saltem in locis insignioribus, aliquid conferre possunt ad germanum sacri textus sensum constabiliendum, unde variarum lectionum ratio habeatur. « Contra Philisthaeos dimicaturus Saul pythonissam adit, mulierem scilicet daemone fatidico (ut putabant) obsessam, qui per eam quasi per utrem אוב loquebatur; haec autem Saulem nondum fortasse antea conspectum, vestem praeterea nunc ementitum haud agnovit. At cum primum ob fidem acceptam secura, Samuelis personam tenui et stridula voce simulatura, eumdem, praeter spem, adstantem aspexit, rei novitate perterrita simul et edocta, prophetam regis caussa

se stitisse probe coniecit, et utrumque formidans exclamavit; at propter instauratam regis fidem, et innoxium Samuelis habitum, animos colligens, insignem quemdam virum e terra exsistentem se vidisse affirmavit; non quod illum ex ipsis terrae visceribus prodeuntem conspexerit, sed ob praesumtam de manium sede opinionem inferne erupisse augurata est. Saul porro flexo corpore prophetam veneratus, statimque se se erigens, nec nisi post minas absolutas humi prolapsus, in eiusdem vultum una cum sociis potuit intueri; fac tamen ipsis invisibilem fuisse, at profecto Samuelis vocem reapse ab ipsis exauditam, nec non eius speciem a saga visam fuisse, praeter irrecusabilem Ecclesiastici (XLVI, 23.) auctoritatem, historici verba, et universus narrationis contextus suadent; cum enim nil Deo aut Samuele indignum in scenam producitur, immo huius obiurgatio cum eius ingenio et munere apprime consentit; tum ea ipse praedixit, quae nec probabiliter, nedum tuto praevideri potuissent, quaeque regi praestigiatrix muliercula nequaquam ausa fuisset minitari. Profecto vixdum consternatus ille procubuit, anxia et sollicita accedens tum blandis verbis eumdem solari, tum apposita mensa reficere studuit: nec rei eventum sibi attribuit, sed periculum ostentavit, cui ipsius gratia semet commiserat, artem interdictam aperte profitendo: unde et illud etiam conficitur, nihil in fraudis confirmationem evenisse. » Recolenda est praeclarissima Augustini sententia (VI, 116. 134.): « Non est absurdum credere ex ali» qua dispensatione divinae voluntatis per» missum fuisse, ut non invitus, nec domi» nante atque subiugante magica potentia, » sed volens atque obtemperans occultae dis» pensationi Dei, quae et pythonissam il» lam et Saulem latebat, consentiret spiritus » Prophetae sancti se ostendi aspectibus re» gis, divina eum sententia percussurus. » Eadem habentur apud Isidorum V, 527., Bedam IV, 440., Eucherium, Rabanum, Angelomum, aliosque.

16. *transierit* — Brev. goth. l. c. *transiret*.

17. *Faciet enim* — Tacent *enim* codd. D, N, U, goth. legion., Godefridus l. c. p. 457., Petrus Com.; scholiastes in cod. N notat: « Hebraeus non habet *enim*, sed tantum *et*; » antiqui neutrum. » Pro *tibi Dominus*, sixtini, codd. A, D, E, F, G, I, T, V, Brev. goth. l. c. *Dominus tibi;* hebraeus legit לך; at graecus et nonnulli codices hebraici apud De-Rossi cum Vulgato consentiunt. Post *regnum* tacent *tuum* sixtini, codd. B, D, E, F, G, H, K, O, S, T, U, V; Cas. plures, goth. legion., baver., Bibl. Ordin., Hugo, Godefridus l. c., Petrus Com.; accedunt hebraeus et veteres, excepto graeco, de quo cf. Holmes.

19. *etiam* — Cod. U *hodie*. Pro *tecum in manus,* sixtini, gregoriani, codd. D, E, F, G, I, K, R, S, U, V, antiquiores editiones *tecum in manu;* item hebraeus. Dein pro *cras autem,* codd. H, Q, V *cras enim;* Godefridus l. c. *cras etenim;* sixtini cum cod. A addunt *et*. Pro *in manus Philisthiim,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, I, K, R, S, V, Bibl. Paris. 1566. *in manu Philisthiim;* consentit hebraeus; cod. E *in manu Philisthinorum*.

20. *extimuerat enim* — Codd. H, L (seu Q), priores editiones Rob. Steph., Bibl. Antuerp. 1537., Ven. 1538., all. addunt *valde;* concinunt hebraeus et veteres; item cod. C, sed post *Samuelis*. Cod. H notat hebraeum post verba *tota die illa,* addere *et tota nocte;* item correctores florentini, et margo Ord.; codex veron. legit tantum *tota nocte illa*.

21. *Ingressa est itaque mulier illa ad Saul, (conturbatus enim erat valde) dixitque ad eum* — Cod. H *Ingressa est itaque mulier ad Saul, et vidit quia conturbatus erat valde, dixitque ad eum;* Martianaeus qui hanc lectionem edidit, animadvertit: « Canonem hebrai» cae veritatis et aliud optimum Bibliorum » exemplar manuscriptum corbeiense n. 1. » sequuti sumus: idipsum quoque legitur in » hebraeis voluminibus. Caeteri omnes ma» nuscripti codices (latini) perturbatam ex» hibent lectionem et confusum omnino sen» sum; sic enim habent *Ingressa est itaque*

» *mulier ad Saul, et ait: Conturbatus enim* » *erat valde; dixitque ad eum.* » Postremam hanc mendosam lectionem ex nostris habent codices A, C, D, E, F, I, K, O, R, T, U, goth. leg., Cas. plures, mediol.; accedunt paucae editiones; nam Robertus Steph. cum cod. sangermanensi et margine Ordin., in Bibl. ann. 1528. 1532., exin vero Bibl. Lugdun. 1533. 1542., Ven. 1538. 1544. et Isidorus Clarius legunt *Ingressa est itaque mulier illa ad Saul, et vidit (conturbatus enim erat valde) dixitque ad eum;* item Biblia Ant. 1537. 1538., exceptis sequentibus *et vidit quod conturbatus erat,* omissa parenthesis nota. Scholiastes in cod. M adnotavit: « *Ingressa est itaque mu-* » *lier* (expunge *illa*) *ad Saul* (expunge *et ait*): » *conturbatus enim erat valde* (hebraeus *et vi-* » *dit quod conturbatus erat valde*); *dixitque* » *ad eum.* » Alter vero scholiastes in cod. N animadvertit: « Antiqui *Ingressa est itaque* » *mulier ad Saul, et ait: conturbatus enim* » *erat valde; dixitque ad eum.* Ubi latini ha- » bent *et ait,* hebraei, sicut et LXX. habent » *et vidit,* vel etiam *curavit* (conf. Gesenii » *Thes. pag. 1246.*). Vidit in interiori cogi- » tatione, exterius locuta est. Sicut e contra » infra XXX, 6. ubi dicitur *volebant* populus » lapidare David, hebraeus pro *volebant,* ha- » bet *dicebant.* » Beda legit *igitur,* pro *itaque;* ante *conturbatus* Brev. goth. l. c. addit *et.*

Ibid. *obedivit* — Cod. F *obedivi;* sequitur enim *et posui;* quo loco Bibl. Ven. 1480. tacent *et.* Pro *in manu mea,* Sixtus (quod Bukentopius non adnotavit), codd. B 2. m., F 1. m., V, Brev. goth. l. c. *in manu tua;* emendarunt gregoriani; Toletus vero notat: « Lege » *mea;* ita habent hebraeus, graecus, Compl., » Reg., Ordin., Lov. et codices omnes. Sixtus » mutavit. » Attamen prae se ferunt pronomen secundae personae syrus, arabs, georg., slavon. ostrog. et pauci graeci codices. Post *sermones* tacent *tuos* Bibl. Ordin., item graecus, sed conf. Holmesius.

22. *audi et tu*—Codd. D, F, G, R, S, U, V *et tu audi.* Pro *et ponam,* codd. B, I, K, T, V *ut ponam.* Pro *ut comedens,* codd. A, B, C, D, E, F, G, I, O, R, S, T, V, veron., Godefridus l. c. *et comedens;* favent hebraeus et veteres. Mox vero pro *et possis,* codd. A, C, F, K, T, V, mediol., Godefridus l. c. *ut possis;* rursum accedunt hebraeus et veteres. Pro *iter agere,* codd. E, F, G, H, I, K, T, V, mediol., Brev. goth. l. c. *iter facere.*

23. *eum servi sui* — Godefridus l. c. *eum servi eius;* cod. B tacet *eum,* ut cod. 119. Holmesii; cod. mediol. et Bibl. Ordin. omittunt *sui.* Pro *surrexit,* Brev. goth. l. c. *resurrexit;* cod. K addit *Saul.*

24. *miscuit* — Cod. E *commiscuit,* uti habetur II Reg. XIII, 8. Pro *azyma,* cod. K *eam;* codd. C, F, G *azymam.*

25. *comedissent, surrexerunt* — Cod. U *comedisset, surrexit;* cod. I interponit *et bibissent;* item cod. 178. Kennicotti ויתשו. Pro *per totam noctem illam,* cod. K *tota nocte illa;* cod. H notat hebraeum legere *in illa nocte.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XXVIII, 3. *eos qui habebant in ventre pythones, et eos qui respondebant a terra* (τοὺς ἐγγαστριμύθους καὶ τοὺς γνώστας ἀπὸ τῆς γῆς). . . . 7. *quae habet in ventre pythonem. . . 14. Virum vidi rectum* (ὄρθιον) *ascendentem de terra, et hic erat coopertus diploide. . . . 15. rebellant in me. . . 18. et non satisfecisti furori eius in Amalech. . . . 23. et sedit in sella. . . 24. vitulum lactantem* (graecus Complut. μοσχάριον γαλαθινόν. Hanc lectionem Holmesius reperit in unico cod. 108., nimirum in illo codice quem Leo X. ad Ximenium miserat, uti alias demonstravimus) . . . *et coxit focazias.* (Maius in Spicil. rom. t. IX. ex veteri itala ad III Reg. XVII, 12. dedit *focacium;* Furlanettus et Du-Cange ex Isidoro IV, 487. habent *focatius,* ubi Grial notat vulgo dici *hogaza*).

Cap. XXIX, 1. *ergo Philisthiim universa agmina* — Cod. B *autem Philisthiim agmina;* duo codices Kennicotti et unus holmesianus tacent *universa;* codd. R, S, Bibl. Ord. legunt *ergo agmina Philisthiim universa.* Codd. D, U pro *sed et Israel,* habent *sed Israel.* Mox pro

Iezrahel, Bibl. Rom. 1471., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526. *Israel;* quum olim plures apud latinos scriberent *Iesrael,* facilis fuit errandi occasio; attamen consentiunt nonnulli graeci codices, quos inter antiquissimus vaticanus.

2. *in centuriis et millibus*—Codd. E, U *in centurionibus et militibus;* Beda quoque legit *in centurionibus;* cod. G *in centenis et millibus.* Pro *erant,* cod. Cas. 1. *incedebant;* hebraeus enim et veteres idem verbum ac supra repetunt.

3. *ad Achis* — Tacent sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, D, F 1. m., H, I, L 5., M, N, O, Q, T, U, Cas. 1., mediolan., priores editiones Rob. Steph., Bibl. Antuerp. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544., Lugdun. 1533., Beda; nec legitur in hebraeo, chaldaeo et graeco; hinc Lucas Brugensis notat: « Quod » sequitur *ad Achis,* videri possit merito omit» tendum. » Attamen cum Vulgato faciunt syrus et arabs. Cod. H notat hebraeum non legere *sibi volunt;* at nemo non videt haec a latino interprete ad sensum egregie suppleta fuisse. Tam hoc in versiculo, quam in sequenti cod. F et Rupertus pro *Philisthiim,* legunt *Philisthinorum.*

Ibid. *Num ignoratis David, qui fuit servus Saul regis Israel, et est apud me multis diebus, vel annis* — Cod. H notat hebraeum legere *Annon iste David servus Saul regis Israel, qui est apud me diebus vel annis?* Pro *Num,* Sixtus, codd. R, S, veteres editiones *Numquid;* ad fidem veterum codicum sixtini et gregoriani emendarunt; pro *multis diebus, vel annis,* hebraeus legit זה ימים או־זה שנים, quod Gesenius in *Thes. pag. 34.* et Maurerus interpretantur *iam dies, aut potius iam annos;* cf. supra ad XXVII, 7.; graecus Compl. rursum cum unico holmesiano codice 108. ἤδη δεύτερον ἔτος σήμερος: nam graecus receptus habet ἡμέρας τοῦτο δεύτερον ἔτος. Codd. V, Cas. 2. tacent *vel annis;* cod. Cas. 1., Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1522. 1535., Compl., Reg., all. legunt *et annis.*

Ibid. *inveni in eo quidquam* — Cod. C *invenio in eo quidquam;* codd. E, I *in eo quidquam inveni;* codd. L, S, V 2. m., Cas. 1., Bibl. Ord., posteriores editiones Rob. Steph., all. addunt *mali;* conf. vers. 6.; item chaldaeus, arabs et slavon. ostrog. Pro *ad diem,* cod. T *in diem.*

4. *vir iste* — Ita sixtini cum cod. A, quos sequutus est Sixtus; nam reliqui codices, veteres editiones, Rupertus, Brev. goth. p. 299. tacent pronomen; hebraeus את־האיש habet ה demonstrativum. Post verba *nobiscum in praelium,* codd. B, F, G, V, Cas. 14., baver., corbei. num. 3. addunt *et non sit consiliarius noster,* quae verba ex graeco ἐπίβουλος, ut ut male intellecto, derivata videntur; conferatur vetus latina interpretatio ad calcem huius capituli ex codice gothico legion. proferenda. Pro *ne fiat,* codd. F, V, Cas. 1. *ne forte fiat.* Mox cod. B 1. m. tacent *enim.* Pro *aliter poterit placare,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, Hugo, Rupertus, Brev. gothic. l. c. *aliter placare poterit;* Bibl. Ordin. *placare aliter poterit.*

5. *in choris* — Codd. C, H, Cas. 2. *per choros;* codd. A, F, G, K, I, T, V, Cas. 15., mediol. *in choro;* cod. veron. tacet. Pro *Saul in millibus suis, et David in decem millibus suis,* cod. Cas. 1. *Saul mille in millibus suis, et David decem millia in millibus suis;* Walafridus in Glossa testatur: « In vetustissimis li» bris non habetur *millibus,* sed tantum *mil» le,* et *decem millia* tantum. » Ex nostris cod. T legit *Saul mille, et David* etc.; cod. V *Saul mille in millibus suis* etc.; praeterea tacent *suis* priori loco codd. F, I, R, S, Cas. 3., gothic. legion., Rupertus; pro *decem,* codd. Cas. 13. *denis.* Sunt heic in hebraeo eadem verba, quae supra XVIII, 7. XXI, 11., at Vulgatus hoc tantum loco illa ad litteram reddit. Sensus est: Saul percussit hostes perinde ac si habuisset mille viros; David vero perinde ac si decem millia habuisset.

6. *Vocavit ergo* — Cod. K *Vocavit itaque;* Beda *Vocavit autem.* Pro *et ait ei,* codd. R, S, Bibl. Ordin., Brev. goth. l. c. *et dixit ei.*

Antiquiores editiones post verba *rectus es* tacent *tu*. Cod. H notat pro *et exitus tuus, et introitus tuus mecum est*, hebraeum legere *exitus tuus, et introitus tuus mecum*. Pro *in diem*, sixtini, codd. A, C, D, E, G, I, K, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo *ad diem*, ut supra vers. 3.

7. *Revertere ergo* — Cod. F *Revertere autem*. Pro *offendas*, codd. D, T, U, goth. leg., veron., priores editiones Rob. Steph., all. *offendes;* favent hebraeus et graecus. Pro *satraparum*, codd. D, E, U, V *satrapum;* cod. O notat: « Quidam antiqui legunt *satrapum*, vel » per syncopem vel secundum graecos, qui » dicunt *satrapon*. » At vero latini hoc nomen tam ad primam, quam ad tertiam declinationem retulerunt.

8. *Quid enim* — Codd. B, E addunt *mali;* cf. verss. 3. 6. Pro *et quid*, codd. D, E, F, N, U, V, gothic. legion., Biblia Ordin., Hugo *aut quid;* item pauci ex graecis codicibus. Cod. H notat hebraeum pro *in me servo tuo*, legere *in servo tuo*. Pro *in diem*, codd. H, O, S, V *ad diem;* cf. ad v. 6. Mox cod. veron. tacet *non*.

9. *bonus es tu* — Cod. T tacet pronomen. Pro *Dei*, cod. I, Brev. goth. l. c. *Domini;* cf. Holmesius. Cod. Cas. 1. pro *principes*, legit cum graeco *satrapae*. Pro *Philisthinorum*, sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, K, O, T, U, Bibl. Ord., Hugo *Philisthiim*. Pro *ascendet*, codd. F, G, I, K, V, Cas. 1., mediol., Bibl. Compl., Reg., all. *ascendat;* conf. vers. 4.

10. *servi domini tui* — Codd. R, V, Cas. 1. *servi tui;* consentiunt slavon. ostrog., vetus latina versio in cod. gothic. legion. paucique graeci codices. Superius Achis dixerat Davidem olim servum Saulis fuisse, at iamdiu ad partes Philisthinorum transiisse: ex universo autem contextu apparet Achis suasum fuisse Davidem omnino a Saulis obedientia recessisse. Cur igitur nunc idem Achis Davidem alloquens diceret *tu et servi domini tui*, nempe Saulis? Difficultatem alii expediunt referentes haec verba ad ipsum Achis, quasi scilicet David ad illum perfugiens semetipsum cum suis eiusdem dominio subiecisset. At nobis haec sententia minus probabilis videtur ex contextu. Variam autem lectionem libenter praehaberemus, nisi obstarent testes melioris notae. Quapropter censemus Saulem latiori sensu ab Achis appellatum fuisse dominum Davidis sociorumque eius. Pro *dilucescere*, Brev. goth. l. c. *illucescere*.

11. *de nocte David* — Codd. E, I, V, Bibl. Ord., Godefridus CLXXIV, 298., Brev. goth. l. c. *David de nocte;* cod. H notat hebraeum non legere *de nocte;* verum שכם significat *surrexit mane*. Pro *ad Terram Philisthiim*, cod. C *a terra Philisthiim;* cod. F *ad terram Philisthinorum*. Pro *Iezrahel*, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513. 1526., all. *Israel;* item plures graeci codices; cf. supra ad vers. 1.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XXIX, 1. *Israel venit in Ezechel* (lege *Iezrael*). . . . 2. *Et sic reguli Allophylorum ibant in centenis et millibus*. . . . 3. *Qui fuit mecum* (graecus Compl. cum cod. 108. ἐμοῦ, pro recepto ἡμῶν) *nunc his diebus per biennium*. . . . 4. *Et non fiat consiliarius* (ἐπίβουλος) *in castris nostris: et quomodo in gratiam reverteretur cum domino suo? nonne in capite virorum illorum?* [Alias: *ne forte insidiator* (cod. legit *insiator*) *existat exercitus nostri*]. . . . 6. *sed sub oculis subregulorum visus es non bonus tu*. . . . 7. *Non facias malignitatem*. . . 10. *Et nunc ante lucem surge tu, et pueri tui, qui venerunt tecum; et ite in locum ubi constitui vobis. Et verbum pestilentiorum* (legerit λοιμῶν pro λοιμόν?) *noli ponere in corde tuo, quoniam bonus es tu in conspectu meo* [Alias: *Et verbum pestilens, verbum diaboli ne ponas in corde tuo*].

Cap. XXX, 1. *Cumque venissent* — Beda *Cumque venisset;* cf. vers. 3., nec obstant hebraeus et veteres. De *Siceleg* cf. ad XXVII, 6. Pro *impetum fecerant*, codd. K, Cas. 14., mediol., veron., Bibl. Ordin., Hugo, Brev. goth. l. c. *impetum fecerunt;* semel monuisse sufficiat pro hac aliisque huius generis verborum varietatibus mox proferendis accedere hebraeum et graecum; cod. E addit *in ter-*

ram. Cod. H notat hebraeum pro *ex parte australi in Siceleg*, legere *in partem australem, et in Siceleg.* Mox pro *percusserant*, codd. F, G, K, O, R, veron., Beda, Brev. gothic. l. c., Hugo *percusserunt;* et pro *succenderant*, iidem testes cum cod. mediolan. *succenderunt;* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. *incenderant.*

2. *duxerant*—Codd. F, K, O, R, S, veron., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Hugo, Brev. goth. l. c. *duxerunt.* Pro *a minimo*, codd. A, D, F, I, V, mediol. *et a minimo;* mox vero pro *et non*, codd. I, V, goth. legion., baver. *non;* it. hebraeus et graecus; syrus autem et arabs nexum exprimunt, sed negationem omittunt, quod sensum evertit: cum Vulgato faciunt chaldaeus, armenus, slav. ostr. et non pauci codices hebraici apud De-Rossi. Pro *interfecerant*, codd. C, F, K, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Hugo, Brev. gothic. l. c. *interfecerunt;* et pro *duxerant*, cod. K, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Brev. gothic. l. c. *duxerunt.* Pro *itinere*, codd. K, T, V *in itinere.*

3. *Cum ergo* — Cod. T *Cumque.* Pro *venissent*, codices et editiones veteres cum hebraeo et priscis interpretibus *venisset;* pontificii censores nil adnotarunt; unde illa lectio Sixto tribuenda videtur; est autem consentanea vers. 1. Ante *filios* cod. mediol. tacet *et.*

4. *levaverunt*—Brev. goth. l. c. *levavit;* favent hebraeus et veteres. Pro *qui erat*, codd. D, F, U *qui erant.*

5. *Siquidem et duae*—Brev. goth. l. c. tacet nexum; cod. B 1. m. omittit *duae.* Pro *Achinoam*, sixtini, codices non pauci et antiquiores editiones *Achinoem;* cf. ad XXV, 43. Pro *Iezrahelites*, nonnulli codices, Bibl. Lov., all. *Iezrahelitis*, cuius loco sixtini videntur scribere voluisse *Iezrahelites;* nam ad marginem editionis hentenianae posuerunt litteram *e;* at notam huius litterae sufficiendae in textu posuerunt ad litteram *a*, unde mendose legeretur *Iezrehelitis;* cf. ad XXVII, 3. ubi etiam de nomine *Carmeli* diximus.

6. *volebat enim eum* — Cod. N legit *volebant enim eum*, et notat: « Sic habent iuxta » hebraeum antiqui. » Cf. ad IV, 7. XXVIII, 21. et infra vers. 21.; codd. R, V, Cas. 1. addunt *omnis* (item cod. 171. Kennicotti), quod in codd. N*, O expungitur. Mox pro *anima uniuscuiusque viri*, Hugo *uniuscuiusque viri anima.*

7. *Et applicavit*—Codd. A, C, F, I, R, S, T, V, veron., Bibl. Ordin., Compl., Reg., all. *Et applicuit;* conf. supra ad X, 20. et Eccli. XXXIII, 12. Ne cui in mentem veniat Davidem indutum fuisse ephod sacerdotali, recolenda sunt quae habet Estius in h. l. « Sensus est, inquit, quod sacerdos indutus » ephod veste sacerdotali, pro Davide ad» stante, consuluit Dominum. Erat quidem » et ephod quoddam lineum quo David ipse » licite legitur fuisse indutus, ludens ante » arcam Domini II Reg. VI, 14., itemque » puer Samuel supra II, 18.; sed id genus » vestis non absolute vocatur ephod, sed tan» tum cum additamento, *ephod lineum.* At» que adeo ephod proprie dictum, seu ephod » summi sacerdotis vocatur *superhumerale*, » ephod vero lineum reliquorum sacerdotum » tunica linea. Atque ita scilicet, sicut nunc » pueri et ministri inferiores adsistunt divi» nis officiis in habitu quodam non dissimili » ab habitu sacerdotum et superiorum mini» strorum; ita et tunc puer Samuel, et David » ludens ante arcam, ephod quoque lineo in» duti fuisse leguntur, non autem quod ephod » ipsum sacerdotale David sibi porrigi vo» luerit, illudque induisse, ullo modo cre» dendus sit. »

8. *Persequar latrunculos hos, et comprehendam eos, an non?*—Codd. A, B, D, F, G, K, R, S, T, U, Bibl. Ordin., Hugo *Persequar an non latrunculos hos, et comprehendam eos?* Cod. H notat hebraeum tacere *an non.* Mox tacent *Dominus* sixtini, codd. A, D, F, I, K, L 6., N, O, Q, U, Cas. 1., goth. leg., mediol., veron., Beda; scholiastes vero in cod. N notat: « Hebraeus et antiqui non interponunt » *Dominus* vel *Deus.* » Hebraeo concinunt graecus receptus, chaldaeus et syrus; Vulgato autem arabs, armenus, georg., slav. et multi graeci codices cum graeca ed. Compl.;

hinc Toletus scribit: « Non est *Dominus* in » hebraeo et manuscriptis; habetur tamen in » graeco, Compl., Reg., Ordin., et aliis im- » pressis, et Congregatio retinuit. » Mox codd. F, S, Cas. 3. tacent *enim*.

9. *Besor* — Codd. Cas. 12., veron. cum graeco *Bosor*. Pro *lassi quidam*, codd. F, G, I, R, V, Cas. 15., alii apud O, Bibl. Norimb. 1529., Basil. 1530., Lugd. 1535., Godefridus l. c. pag. 301. *lassi quidem;* at cod. N notat: « Non *quidem* coniunctio, sed *quidam* nomen. » Cod. H et margo Ordin. notant hebraeum legere *reliqui vero;* Hugo et Glossa interlinearis falso asserunt hebraeum non *lassos*, sed *iussos* dicere; qua de re vide infra ad v. 21.

10. *Persecutus est autem*—Codd. Cas. 13. addunt *eos;* cod. F tacet *est;* cod. T non legit *autem*. Post *quadringenti viri* addunt *cum eo* codd. C, E, L, V, Cas. 6., antiquiores editiones et Brev. gothic. l. c.; consentit arabs; at correctoria illud reiiciunt. Pro *substiterant,* codd. D, F, G, K, U, Hugo, Godefridus l. c. *substiterunt*. Hugo post *ducenti* addit *viri*, uti hebraeus et graecus. Cod. H notat rursum pro *lassi transire non poterant,* hebraeum legere *iussi fuerant ne transirent*, de qua lectione cf. infra ad vers. 21.; post *lassi* cod. F 1. m. addit *tunc;* pro *poterant,* sixtini, gregoriani, codd. A, E *potuerunt;* codd C, F, G, Brev. goth. l. c., Godefridus l. c. *potuerant*.

11. *et biberet aquam* — Sixtini, codd. A, F, K *et ut biberet aquam;* cod. E *et aquam ut biberet;* utraque autem lectionis varietas excludit insolentius illud hyperbaton quod in recepta lectione habetur.

12. *fragmen* — Hugo *fragmenta;* cod. S *fragmentum*. Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. habent *cariacarum,* pro *caricarum,* quod est genus ficorum, qui, teste Plinio XIII. 5. 10., in Syria nascebantur, atque a regione *Caria* nomen ducebant. Cod. H notat hebraeum pro *duas ligaturas uvae passae,* legere *duas passas;* ubi legendum videtur *duas uvas passas;* conf. ad XXV, 18.; sed Hieronymus apposite sequutus est Symmachum qui habet ἐνδέσμους σταφίδων.

Ibid. *Quae cum comedisset* — Codd. E, T, V, antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c., Beda, Godefridus l. c. p. 303. *Qui cum comedisset;* emendarunt sixtini, quibus antiquiores codices, Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. suffragantur.

13. *Dixit itaque* — Cod. V, Brev. goth. et Godefridus ll. cc. *Dixitque;* Bibl. Ord. *Dixit*. Hugo pro *Cuius*, legit *Cuias*. Pro *vel unde? et quo pergis?* cod. E *vel unde venisti? aut quo pergis?* legunt quoque *aut,* pro *et* codd. M, Cas. 16.; at vero codd. A, K, T et Vallarsius tacent *et;* omittunt porro *et quo pergis?* codd. L (seu Q), S, Cas. 1., Bibl. Complut., Reg., Rob. Steph. 1532., all., Hugo et margo Ord.; cod. H notat hebraeum non legere *quo pergis?* Bukentopius pag. 171. animadvertit multa latina exemplaria cum hebraeo, chaldaeo et graeco id non habere; sed tamen subdit a Hieronymo additum videri ad sensum perficiendum; cod. M cum Hugone notat: « Quod sequitur *aut quo pergis?* hebraeus » et Iosephus et quidam alii non habent. » At vero scholiastes in cod. N hanc notulam refellens scribit: « Non est bona notula su- » per hoc, quod hebraeus non habet *quo* » *pergis?* quia textus latinus habet, et suffi- » cit. Sed et hebraeus habet quo suppletur » *pergis:* sicut Ionae I. (v. 8.) *quo vadis?* » hebraeus habet *quo*, et de necessitate sup- » pletur suprascriptum *vadis*. Sed LXX. non » habent; quorum translationem non tene- » mus. » Fallitur autem scholiastes quoad hebraicum textum; nil enim habet quod illud additamentum requirat, quod ceteroqui omnes veteres ignorant.

Ibid. *Qui aït*—Addunt *ei* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, I, K, U, Cas. plures, goth. leg., mediol., Hugo, Brev. goth. l. c.; consentiunt arabs, georg., slav. ostrog. et codex XI. Holmesii. Bibl. Paris. 1566. 1573. mox tacent *ego*. Pro *autem me,* codd. E, G, I, Brev. goth. l. c. *me autem*. Mox pro *nudiustertius,* cod. A 2. m. *a nudiustertius*.

14. *plagam*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, U, Cas. 3., goth. legion., mediol.

partem. Cod. H pro *Cerethi*, legit *Cherethi;* cod. mediol. *Ceretii*. Pro *Iudam,* cod. G cum graeco *Iudaeam;* mox cod. E tacet *et*. Pro *Caleb,* antiquiores editiones paucique codices *Caleph;* conf. XXV, 3.

15. *Dixitque* — Brev. gothic. l. c. *Dixit;* cod. V et Godefridus l. c. *Dixit itaque*. Pro *ad cuneum istum?* codd. A, C, D, E, G, H, I, K, T, U, antiquiores editiones, Hugo, Beda *ad istum cuneum?* Rursum post *Qui ait* addunt *ei* codd. C, Cas. 13.; accedunt syrus, arabs, armenus, georg., slav. ostrog. Pro *per Deum,* codd. O, T *per Dominum;* Bibl. Ord. edit. Lugd. 1590. et Ant. 1634. *Deum*. Codd. E, I legunt *interficias,* pro *occidas*. Pro *me in manus,* sixtini cum cod. A *in manu;* codd. D, F, G, S, T, U, Bibl. Lugd. 1522., Brev. goth. l. c. *me in manu;* item hebraeus; cod. H *me in manum*. Mox tacent *ego* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, N, O, T, U, mediol., Godefridus et Brev. goth. ll. cc.; consentiunt hebraeus et graecus. Pro *ad cuneum,* Bibl. Ordin. *in cuneum*.

Ibid. *Et iuravit ei David* — Omittunt haec verba sixtini, codd. A, D 1. m., H, K, L 8., O, Q, T, U, mediol., veron., Bibl. Complut., Reg., priores editiones Rob. Steph., Norimb. 1529., Lugd. 1533. 1535., Antuerp. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544., all.; Lucas Brugensis notat: « Hoc omittitur ut a multis latinis » libris, ita et ab hebraeo et quibusdam » graecis. » Toletus vero animadvertit: « Haec » non sunt in hebraeo, Complut. et Reg. Ta» men sunt apud LXX. et in Ordin., Lovan. » et plurimis impressis. Prior Congregatio » abstulit; posterior retinuit. » Toletus de more laudat versionem τῶν LXX. post inspectam unicam editionem Compl. vel Antuerp. ex illa derivatam, quam hoc loco, uti alias saepe, pauci graeci codices comitantur. His tamen suffragari videntur nostri codices N et V; nam prior notat: « Quidam de LXX. hic » interponunt *Et iuravit ei David* (Καὶ ὤμο» σεν αὐτῷ Δαυίδ); sed antiquiores, et sa» tis antiqui, et hebraeus non legunt. Sine » hoc littera convenientior est, et sensui con» gruit ut tam vili personae suffecerit promi» sisse; quippe ad interficiendum dominum » illius David ibat. Vel transit auctor causa » brevitatis. » In altero vero brevius adnotatur: « Hebraeus et antiqui non habent; sed » LXX. » Cf. Bukentopius pag. 171. Laudatis autem graecis codicibus, qui additamentum prae se ferunt, accedunt syrus, arabs, armenus, georg., slav. mosq.; unde Houbigantius contendit ea verba in sacro textu excidisse; et Ioh. Clericus addit: « Debet hoc necessa» rio suppleri, cum nemo dubitare possit » quin David vitam misero servo, et liberta» tem etiam promiserit, ut se confestim ad » Amalecitas duceret. Supplevit etiam Vulga» tus, ne hiulca esset oratio. » Nos haud dubitare possumus additamentum illud non ex hieronymiana, sed ex graeca versione derivatum esse: atque omnino probabile censemus graecos illud habuisse ex glossemate, non vero ex antiquis hebraicis codicibus. Id enim tum veteres latini codices, tum graeci prorsus suadent. Conf. De-Rossi *de praecip. causis, pag. 99*. Cod. C et Godefridus l. c. tacent *ei*.

16. *festum celebrantes diem* — Codd. A, T, mediol. *festum celebrabant diem;* cod. K *festinantes;* cod. H notat hebraeum non legere *diem;* verum latine *dies festus* idem sonat ac *festum*.

17. *a vespere usque ad vesperam* — Bibl. Lugd. 1550. 1567., Ven. 1558. addunt *alteram,* quin praetermittant quod sequitur *alterius diei;* pro *vespere,* plures codd. et antiquiores editiones *vespera*. Pro *nisi quadringenti,* antiquiores editiones et Brev. gothic. l. c. cum graeco *nisi tantum quadringenti;* cod. Cas. 1. mendose *nisi quatuor*.

18. *uxores suas* — Cod. V et Godefridus l. c. *uxores eius;* cod. E *suas uxores*.

19. *quidquam* — Sixtus, codd. D, E, F, G, I, R, T, U, V, veron., antiquiores editiones, Biblia henteniana, Rupertus, Godefridus et Brev. gothic. ll. cc. *quisquam;* sixtini, gregoriani et Toletus cum bonis codd. scripserunt *quicquam;* Bukentopius p. 405. notat: « He-

» braeus et graecus indicant nihil defuisse » rerum ac personarum, atque adeo con- » gruentior est Vulgatae lectio *quidquam*, » quam *quisquam.* » Pro *et de spoliis,* Brev. gothic. l. c. *et spoliis.*

20. *Et tulit*—Cod. B addit *David;* consentiunt hebraeus et veteres, excepto graeco, de quo tamen cf. Holmesius.

21. *qui lassi substiterant, nec sequi potuerant David, et residere eos iusserat*—Cod. H iterum (cf. ad verss. 9. 10.) notat hebraeum legere *qui iussi fuerant ne pergerent cum David: et residere eos iusserant;* eadem habet Hugo; et cod. P pro *lassi* legit *iussi;* antequam de hac lectione dicamus, recitanda sunt verba Pseudo-Hieronymi (III, 768.) qui scribit: « Quum in latinis codicibus le- » gatur *lassos* quosdam substitisse ad sarci- » nas, et in hebraeo habeatur *iussos* fuisse ut » residerent ad sarcinas; locus hic (v. 24.) » monstrat hebraicam veritatem in hoc loco » sequi debere, quae non *lassos*, sed *iussos* » remansisse ad sarcinas dicit fuisse. Ait » enim ita *aequa pars erit descendentis ad* » *praelium, et remanentis ad sarcinas.* Non » ait qui lassi remanserunt ad sarcinas, sed » absolute *remanentis ad sarcinas;* quia si » lassi remansissent, nulla eis deberetur de » praedis portio. » Eadem describit Rupertus, et cod. M inde notat: « Pro *lassi*, Hiero- » nymus dicit hebraeum legere *iussi.* » At hunc refutans Epanorthotes in cod. N recte scribit: « Quod super hoc ponitur notula, » Hieronymum dicere: Hebraeus habet *qui* » *iussi remanserant,* non bene hic se habet, » et est erroris occasio. Hic enim est idem » hebraeus pro *lassi,* quod supra positum » est (v. 9.) ubi *et lassi quidam substiterant;* » et nihil hebraeus habet de iussione. Est » etiam hebraice quod lassitudinem quasi » insensibilitatis *cadaveris* significat, sicut » Isaiae XXXVII. (v. 36.) *omnes cadavera* » (פגרים) *mortuorum.* Unde verba Hierony- » mi quamdam metaphoram vel allegoriam » sapiunt expositionis illius novae legis, vi- » delicet ut portionem non accipiant corde » lassi, sed remanere iussi. LXX. etiam nihil » de iussione dicentes, pro hoc *substiterant* » *lassi,* habent *qui erant derelicti.* » Nimirum pauci codices graeci cum editione Complut. ad v. 9. habent καταλείπει, ad v. 21. τοὺς ἀπολειφθέντας; ad v. 10. unicus cod. 158. legit κατέλειψε. Martianaeus, attenta consensione quae haud raro in singularibus quibusdam animadversionibus occurrit inter notas codicis H et Pseudo-Hieronymum, auguratur unum eumdemque esse utriusque operis auctorem: « At, inquit, pace non in- » docti huius scriptoris dicere fas sit, optime » legi in latinis codicibus iuxta hebraicam » veritatem *qui lassi substiterant.* Verbum » enim פגרו latine redditur *lassi fuerunt,* vel » *debiles facti sunt,* sive etiam *pigriores fue-* » *runt,* prae ficta scilicet lassitudine quam » simulabant, ne pergerent cum David. Prae- » terea cum David iusserit eos residere ad » impedimenta, id est ad sarcinas, iure bel- » lantium portio praedae eis debebatur, quam- » vis obtentu lassitudinis verae aut fictae re- » mansissent. »

Iam universim perpendenda est adnotatio illa, qua laudatus anonymus auctor affirmat hebraeum ad verss. 9. 10. et 21. non legere *lassi,* uti habet Vulgatus, sed *iussi.* Priori loco Vulgatus legit *lassi quidam substiterunt;* hebraeus והנותרים עמדו; quod est *et reliqui substiterunt;* cui veteres omnes interpretes consentiunt. Nil igitur ibi habetur quod alterutram lectionem tueatur. Si quid vero latino interpreti declarationis gratia supplere licuit, id ex contextu atque orationis serie necessario pendet. In altero loco Vulgatus legit *lassi transire non poterant;* hebraeus אשר פגרו מעבר, nempe *qui lassiores fuerant quam ut transire possent;* pro verbo פגרו, alexandrinus interpres posuit ἐκάθισαν, sed clarius Aquila ἠτόνησαν, Symmachus ἠδυνάτησαν, Theodotio ἀπενάρκησαν; his non repugnant syrus et arabs, etsi praeterea addant, ducentos hos viros prohibuisse ne quis interea flumen traiiceret. At vero chaldaeus perspicue reddit דאתמניעו, *qui prohibiti*

sunt a transeundo; quod etsi reliquis non arrideat, tamen occasionem praebere potuit illi anonymo affirmandi hebraeum non legere *lassi*, sed *iussi*. Denique tertio loco Vulgatus posuit *qui lassi substiterant, nec sequi poterant David, et residere eos iusserat;* hebraeus אשר פגרו מלכת אחרי דוד וישיבם, id est *qui lassiores fuerant quam ut ire possent post David, et residere eos fecerant;* ubi pro פגרו, alexandrinus habet ὑπολειφθέντας, seu uti melius legitur in multis codicibus ἐκλυθέντας; Aquila ἐπτωματίσθησαν, Symmachus ἀτονήσαντας, Theodotio ἀποναρκήσαντας; syrus vero et arabs *remanserant* (addita insuper mentione de custodiendis impedimentis et observandis itineribus); chaldaeus demum, ut supra, rursum habet *prohibiti sunt*. Nec modo ex hoc verbo, sed insuper ex postremo laudatae periodi membro, in quo Vulgatus quoque cum hebraeo et graeco perspicue innuit Davidem *residere iussisse* illos viros, profecto anonymus ansam habere potuit ut tantopere iussionis conceptum urgeret.

Ibid. *potuerant* — Codd. C, E, R, U, antiquiores editiones, Hugo, Godefridus l. c. *poterant*. Cod. B *iussit*, pro *iusserat*. Cod. U *qui erant*, pro *qui erat*. Pro *Accedens*, codd. F, S, Godefridus l. c. *Ascendens*. Denique pro *salutavit eos*, codd. M, N*, R, S, Cas. 3. *salutavit eum;* accedit graecus, sed cf. Holmesius; cod. N notat: « Hebraeus et antiqui habent » *eos*, licet ad populum referatur; sicut an- » tiqui secundum hebraeum habent supra » (v. 6.) *volebant enim eum populus lapidare.* »

22. *Respondensque omnis vir pessimus, et iniquus de viris*—Cod. E *Respondensque unus vir pessimus de iniquis viris;* codd. F, G, I, R, S, V, Cas. 17., Brev. goth. p. 300., margo Ordin. *Respondensque unus vir pessimus, et iniquus de viris;* Godefridus l. c. *Respondensque vir unus iniquus et pessimus de viris;* at correctoria N, O adnotant: « Non est ibi » *unus*, sed *omnis*. » Cod. B tacet *de viris;* et mox pro *qui ierant*, legit *qui erat;* codd. E 1. m., F, G, I, R, S, U, V, Cas. plures, baver., antiquiores editiones, Hugo, Godefridus et Brev. gothic. ll. cc. *qui erant*. Pro *sufficiat*, cod. B *sufficit*.

23. *nobis Dominus* — Sixtini, codd. A, D, G, H, R, S, T, U, V, Hugo, Brev. gothic. l. c. *Dominus nobis*. Pro *in manus nostras*, sixtini, gregoriani, codd. A, B, D, F, G, N, O, P, T, U, gothic. leg. *in manu nostra;* hebraeus בידנו; at graecus, syrus et non pauci codices hebraici pluralem numerum exprimunt; cod. N adnotat: « Quod dicitur *nostra* satis significat » pluralitatem etiam in parte rei possessae; » unde non oportet apponi secundum novos, » *manus nostras*. »

24. *audiet*—Codd. B, D, E *audiat*. Pro *vos quisquam*, codd. E, I, V *quisquam vos;* cod. B *vos quicquam;* cod. U tacet pronomen. Pro *super sermone*, cod. V et Pseudo-Hieronymus *de sermone;* Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., Basil. 1530., all., Brev. goth. l. c. *sub sermone*. Hugo notat aliquos libros pro *descendentis ad praelium, et remanentis*, habere *accedentis ad praelium, et remanentis;* codd. T, U legunt *descendentibus ad praelium et remanentibus;* cod. mediol. *descendentes ad praelium, et remanentes*. Cod. H notat hebraeum pro *similiter*, legere *simul*.

25. *ex die illa* — Codd. C, D, F, U *ex illa die*. Pro *usque in*, sixtini, codd. C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, Bibl. Ordin., Ven. 1484., Hugo, Brev. goth. l. c. *usque ad*.

26. *dona*—Cod. H notat hebraeum id non legere. Ante *proximis suis* addunt *et* cod. S, Bibl. Ordin., Lugd. 1522., Basil. 1530.; accedunt syrus, arabs et graecus, de quo tamen conf. Holmesius. Mox cod. H notat hebraeum pro *Accipite benedictionem*, legere *Ecce vobis benedictio*.

27. *Bethel*—Cod. T *Bethlehem*. Pro *qui in Ramoth*, cod. S, Bibl. Ord. *qui erant in Ramoth;* Bibl. Ven. 1494. 1497. 1498. 1501., Brix. 1496. *qui de Ramoth;* pro *Ramoth*, pauci codices *Ramath;* item pauci graeci apud Holmesium; conf. ad Ios. XIII, 26. XIX, 8.; Hieronymus III, 262. *Remmath*. Pro *Iether*, Sixtus, veteres fere omnes editiones paucique

codices *Gether;* graecus Γεθόρ, sed complures codices Ἰεθέρ; sixtini, gregoriani et Toletus emendarunt, consentientibus optimis codicibus et Bibl. Compl., Reg., all.; Hieronymus III, 235. « *Iether,* ait, ad quam (praedae partem) misit David, nunc est villa in » Daroma, nomine *Iethira.* » Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. cum hebraeo *Iathir.*

28. *in Aroër* — Tacent particulam *in* Bibl. Ven. 1476. 1480. Pro *Sephamoth,* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. *Siphamoth;* graeca edit. Complut. Σιφαμώθ; Hieronymus III, 275. *Sophamoth.* Pro *Esthamo,* codd. A, B, C, F, G, H, I, aliique plures, antiquiores editiones, Hugo, Hieronymus III, 207. *Esthama;* Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535., Paris. 1566. *Esthamoa;* cf. ad Ios. XV, 50. XXI, 14.

29. *Rachal* — Cod. mediol., Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., all. *Rachel;* item Hieronymus III, 262., codex alex. Ῥαχήλ; Hugo *Rachala.* Pro *Ierameel,* codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, aliique plures, antiquiores fere omnes editiones et Hieronymus l. c. pag. 235. *Ierameli* vel *Hierameli;* cod. alex. Ἱεραμηλεί; Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511., Lugd. 1513., all. *Hieromeli.*

30. *Arama* — Sixtus cum Bibliis hentenianis, all. *Harama,* hebraeus חרמה; adspirationem depulerunt gregoriani et Toletus; veteres in hoc nomine vehementer discrepant; Hieronymus l. c. p. 158. scribit: « *Arma,* ad » quem locum spoliorum partem misit David. » Codd. B, F, G, V, goth. leg., veron., antiquiores editiones, Godefridus l. c. legunt *Rama,* de quo conf. ad Ios. XVIII, 25.; Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., all. *Roma;* cod. mediol. *Herma;* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. *Horma,* de quo cf. ad Ios. XII, 14.

Ibid. *in lacu Asan* — Codd. N*, R *in Laucuasan;* cod. P *in lacu Azan;* cod. V *in Lacusan;* scholiastes codicis M notat: « *Lacu* » *Asan* sunt duae dictiones secundum he» braeum, quia Asan civitas erat iuxta la» cum, sicut moderna civitas *Lausenne.* Qui» dam habent *Larcusan,* quidam *Lacuasan,* » sed neutrum est in interpretationibus. » Alter vero scholiastes in codice N scribit: « *Lacu-Asan,* hebraeus habet *Borasan* (item » margo Ordin.); *Bor* autem *lacus* interpre» tatur (Vulgatus); unde quod dicimus *lacus* » latinum est. » Eodemque sensu in cod. O adnotatum legimus: « *Lacu,* id est *cisterna, Asan.* » Hebraeus receptus legit quidem בכור־עשן, sed quamplures hebraici codices habent בבור־עשן (conf. De-Rossi *varr. lectt. et Append.*), quorum lectio confirmatur non modo a laudato scholiaste, sed etiam a Hieronymo l. c. p. 179. ubi scribit: « *Borasan,* » ad quem locum David praedae partem mi» sit. » Ad *Asan* vero ibidem p. 150. notat: « In tribu Iudae est usque hodie vicus no» mine *Beth-Asan* ad Aeliam pertinens in » quintodecimo ab ea miliario. » Cf. Holmesius. Ceterum animadverte tam בור, quam כור reddi posse *cisterna* seu *lacus.* In Bibliis Ordin. ed. Lugd. 1590. et Ant. 1634. desunt verba *et qui in Athach.*

31. *commoratus fuerat David ipse* — Codd. R, S, Bibl. Ordin. *fuerat commoratus David;* pronomen *ipse* additum fuit a sixtinis, quibus favent fere omnes codices, priores editt. Rob. Steph., et item hebraeus et veteres; at in codd. D, U, aliisque paucis, et in antiquis fere omnibus editionibus desideratur, nec legitur in tribus codd. Kennicotti; ex codice columnensi eruimus gregorianos fuisse incertos quoad istud pronomen; illud enim primo expunxerant, dein restituerant, mox rursum deleverant.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XXX, 4. *Ploraverunt usque dum vires non haberent plorandi.* . . 7. *Adduc ephod. Et adduxit* (codd. καὶ προσήγαγεν). . . 8. *Si persequar post praedones istos.* . . 9. *et plures* (graecus οἱ περισσοί) *steterunt.* . . . 12. *Et dederunt ei fragmentum ficus; et manducavit; et restitutus est spiritus eius in eum*. . . 13. *ideo quoniam senseram mihi hodie tertia die.* 14. *Nos autem ad austrum partis Iudae.* . . . 22. *Et*

respondens omnis vir malus et pestilentiosus (cod. 108. et edit. Complut. πονηρὸς, καὶ λοιμός).... 24. *Et quis audiet haec verba? quoniam non sunt minores nobis: quia secundum partem eius qui descendit in pugnam, sic et pars eius est qui sedit servare vasa....* 26. *Et misit presbyteris Iuda de praeda, et propinquis suis, dicens: Ecce vobis benedictionem* (codd. εὐλογία ὑμῖν) *de praeda inimicorum Domini.* 27. *in Bethor* (cf. Holmes.), *qui sunt in Ramma et austri, et qui in Izezthar* (sic); 28. *et qui in Arevel, et qui in Ammad, et qui in Salet, et qui in Esthie;* 29. *et in Carmelo, et eis qui in civitatibus Ierameel, et qui in civitatibus Genezei;* 30. *et eis qui in Eremiam, et eis qui in Bersabee;* 31. *et eis qui in Hebron, et eis qui in omnibus locis, quibus introivit David ipse, et viri eius.*

Cap. XXXI, 1. *ante faciem Philisthiim* — Cod. C, Thomasius I, 111. *ante faciem Philisthinorum.* Cod. H notat hebraeum pro *interfecti*, legere *vulnerati;* atque ita legitur in cod. B et in loco parallelo I Paral. X, 1. Verum חללים reddi etiam potest *interfecti;* dicitur autem maxime de illis qui telo aut gladio confossi necantur: graecus quoque habet τραυματίαι, quod tam *vulneratos*, quam *occisos* significat; conf. Schleusneri *Lex. vet. Test.* Pro *in monte*, cod. I et Brev. gothic. p. 301. *in montes;* cf. ad vers. 8.

2. *et in filios* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, T, U, Cas. plures, Brev. goth. l. c. *et filios.* Pro *Abinadab*, codd. C, E, G, I, M, O, R, goth. leg., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1511., Paris. 1566., all., Rupertus, Petrus Com. cum graeco *Aminadab;* cf. supra ad XVI, 8.; Hugo et Liranus notant quosdam libros mendose legere *Aminadab;* cod. N aperte testatur: « *Abinadab* secundum » omnes hic scribitur per *b* mutam pro se» cunda littera. » Pro *Melchisua*, codd. B, C, F, G, H, I, O, R, S, U, V, goth. leg., mediol., antiquiores editiones, Hugo, Brev. goth. l. c., Beda et plures graeci codices *Melchisue;* at vulgatam lectionem laudati latini testes fere omnes sequuntur supra ad XIV, 49.

3. *totumque pondus praelii versum est in Saul* — Cod. H notat hebraeum legere *Aggravatum est etiam praelium in Saul.* Codd. Cas. 2. pro *consecuti*, legunt *persecuti.* Pro *a sagittariis*, cod. T *a sagittario;* graecus interpres qui posuit εἰς τὰ ὑποχόνδρια, aliter in hebraico suo exemplari legebat; cf. Schleusnerus in *Lex. vet. Testam. V, 414.*

4. *percute me* — Cod. G, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566. 1573., all. *interfice me*, uti habet Vulgatus in loco parallelo I Paral. X, 4. Post verba *Et noluit* cod. U addit *interficere eum;* accedit slavon. ostrog. qui habet *hoc facere*, quod legitur in Vulgato ad citatum locum parallelum. Pro *terrore*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, Cas. 15., mediol., Hugo, margo Ord., Brev. gothic. l. c. *timore;* item Vulgatus loco parallelo supra memorato. Post verba *Saul gladium* Sixtus, codd. C, F 2. m., N*, R, S, V, veteres editiones, Rabanus addunt *suum;* Toletus vero animadvertit: « Hebraeus et ma» nuscripti non habent *suum;* sed tamen est » apud LXX., et in Complut., Reg., Ordin., » Lovan. » Ad graecum quod pertinet, intellige editionem Compl., cui complures graeci codices, necnon syrus, arabs, armenus, georg. et slav. suffragantur; nam graeca editio sixtina cum optimis latinis codicibus tacet pronomen, de quo scholiastes in cod. N scribit: « Hebraeus et antiqui non interpo» nunt *suum.* » Hinc sixtini et gregoriani illud expunxerunt; ex sequenti autem versiculo petitum videtur.

7. *viri Israel* — Sixtus, codd. D, E, F, G, I, R, S, U, V, antiquiores editiones et Biblia, henteniana *filii Israel;* ad fidem optimorum codicum, et praesertim A, B, C, emendarunt sixtini et gregoriani; unde Toletus: « Lege » *viri;* sic hebraeus, graecus, Compl., Reg., » manuscripti et utraque Congregatio. » Mox pro *et filii*, antiquiores editiones legunt, ut in superiori versiculo, *et tres filii;* sed obstant codices; unicus accedit cod. 119. holmesianus.

8. *ut spoliarent* — Ita sixtini cum cod. A,

quos sequutus est Sixtus; at reliqui nostri codices omnes et veteres editiones *ut expoliarent;* cod. M et Hugo adnotant nonnullos legere *ut explorarent;* « sed, inquit Hugo, » *expoliarent* verior est littera. » Mox Brev. goth. pag. 302. tacet *tres;* item cod. 64. holmesianus, et locus parallelus I Paral. X, 8. Pro *in monte,* codd. N, P, Brev. goth. l. c. *in montem;* cod. E *in montes;* margo Bibl. Lugd. 1522. *in montibus;* item graecus, sed conf. Holmesius.

9. *spoliaverunt* — Rursum sic habent sixtini, sed heic prima manu tantum; nam mox restituerunt quod legitur in manuscriptis fere universis et in antiquis editionibus, nempe *expoliaverunt;* attamen illam lectionem sequutus est Sixtus, eademque ad clementinas editiones transiit; ex nostris concinunt codices I, V, et locus parallelus I Paral. X, 9. Pro *in Terram,* codd. A, T, V *in terra;* et pro *in templo,* Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1522. 1535., Complut., Reg., all. Brev. goth. l. c. *in templis;* item in loco parallelo citato. In sua interpretatione Clericus quoque numero plurali usus est, « quia, inquit, plures fuerunt deorum » aedes apud Philisthaeos. » Post *idolorum,* codd. H, L (seu Q), Bibl. Lugd. 1550. 1567., Ven. 1558. addunt *suorum;* item hebraeus et veteres.

10. *posuerunt*—Cod. T *imposuerunt.* Cod. E pro *suspenderunt,* legit *miserunt.* Pro *in muro Bethsan,* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. *in muro Bethsean;* cf. ad Ios. XVII, 11.; Brev. gothic. l. c. *in muros Bethsan.*

11. *audissent*—Bibl. Mog. 1462. *vidissent.* Cod. H mox notat hebraeum pro *quaecumque,* legere *quae.* Pro *Saul,* cod. T *in Saul;* loco parallelo I Paral. X, 11. *super Saul.*

12. *tota nocte* — Codd. E, I addunt *illa.* Pro *veneruntque Iabes Galaad,* codd. R, S *veneruntque viri Iabes Galaad;* « Complut., ait » Toletus, Reg. et Ordin. legunt *veneruntque* » *viri Iabes Galaad;* sed *viri* non est in he» braeo, graeco et manuscriptis; nec etiam » est *Galaad,* sed tantum *venerunt in Iabes.* » Cod. N* notat: « *veneruntque Iabes,* non est » ibi plus. Quidam autem dicunt *viri Iabes* » *Galaad;* sed *viri,* et *Galaad* delendum est. » Cod. B *et venerunt Iabes;* Bibl. Paris. 1566. *veneruntque in Iabes Galaad;* cod. L, antiquiores editiones omnes, Brev. goth. l. c. addunt *viri,* quod in optimis codicibus non legitur; item veteres omnes editiones legunt *Galaad,* quod in codicibus et apud Bedam desideratur, quodque sixtini expunxerant.

Ibid. *combusserunt ea ibi*—Sixtus cum Bibliis hentenianis addit *igni;* codd. G, N*, R, S, Cas. 17., antiquiores editiones, Brev. goth. l. c., Petrus Com. legunt *combusserunt ea igni;* codd. N, O notant: « Lege *ea ibi,* » non est ibi *igni.* » Sixtini et gregoriani ad fidem optimorum codicum expunxerunt *igni;* unde Toletus: « Hebraeus, graecus, manu» scripti et utraque Congregatio non legunt » *igni,* licet in multis impressis habeatur. » Nec legitur in Bibliis Rob. Steph. 1532. aliisque inde petitis, nec apud Bedam.

13. *in nemore Iabes* — Cod. E addit *in die illa.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XXXI, 3. *et sauciatus est in congressione illa* (Alias: *sauciaverunt eum in praecordiis*). [Alexandrinus interpres posuit εἰς τὰ ὑποχόνδρια, quod in scholio cod. 56. exponitur τὰ ἄκρα τῶν λαγόνων; et in cod. 243. ἢ τὸ μέρος τὸ ἐγγὺς τοῦ ἥπατος. Reliqui omnes cum hebraeo מהמורים *sagittarii;* sic Aquila ἀπὸ τῶν ῥοιζούντων, Symmachus ἀκοντιστῶν, Theodotio τόξων; unde ergo noster expiscatus est *in congressione illa?*] . . . 9. *et exarmaverunt eum, et miserunt in circuitu triumphantes* (Alias: *in circuitu praeconantes*) *idolis suis et populo suo* (complures graeci codices addunt αὐτῶν). . . . 12. *omnes viri potentiae.*

Veterem stichometriam latinis codicibus hieronymianae interpretationis consignatam, quemadmodum ad calcem librorum Iosue, Iudicum et Ruth instituimus, recolere pergi-

LIBER II. REGUM

Titulus *Liber secundus Samuelis, quem nos secundum Regum dicimus* — Sixtus habet tantum *Liber secundus Regum;* gregoriani et Toletus, quemadmodum in superiori libro adnotavimus, titulum iam diu receptum restituerunt. Cod. B notat: « Incipiunt capitula » libri secundi, secundum quosdam; nam se» cundum hanc s. Hieronymi editionem, quae » ex hebraeo translata est, primus et secun» dus Samuelis unus in canone habetur. » Eadem adnotatio ad huius libri calcem adscripta est in cod. vatic. 17. b.; Vallarsius autem animadvertit: « Nulla inscriptio, nec alia » distinctionis a superiori libro nota in vero» nensi est manuscripto, quam quod poste» rioris huius verba minio infecit antiqua» rius, qui et adnotavit in libri albo: *In anti» quis exemplaribus hic incipit liber secundus.* » Nempe versionum ex graeco τῶν LXX., » quae ante hieronymianam obtinebant, *an» tiqua exemplaria* vocat: monetque iisdem » verbis in nova versione, quam ex hebraeo » Hieronymus cudit nosterque hic exhibet » manuscriptus, unum esse ad archetypi nor» mam Samuelis librum. » Cf. Martianaeus.

Cap. I, 1. *in Siceleg duos dies* — Sixtini, codd. A, C, D, G, H, I, K, T, U, V, Thomas. I, 112., Hugo, Brev. goth. p. 302., Rabanus *in Siceleg dies duos;* codd. R, S et Bibl. Ord. *duos dies in Siceleg;* de hoc autem nomine conf. ad I Reg. XXVII, 6.

2. *tertia*—Antiquiores editiones *tertio*. Pro *conspersus,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, gothic. leg., Hugo, Brev. gothic. l. c., Rabanus, Godefridus CLXXIV, 307. *aspersus;* cf. infra XIII, 19. Mox pro *ut venit ad David,* codd. Cas. 2. *veniens ad David;* cod. K *venit ad David et;* accedunt hebraeus et graecus.

4. *Fugit* — Mendose cod. B, all. *Fuit;* et pro *ex praelio,* sixtini, codd. A, C, R, S, Brev. gothic. l. c. *e praelio;* cod. B *a praelio;* codd. E, K, T, V, Rabanus *de praelio*. Pro *corruentes e populo,* cod. K *e populo corruentes;* alii *de populo,* alii *ex populo*. Veteres non pauci pro *Ionathas,* praeferunt *Ionathan;* item in vv. 22. 25. 26.; cod. O notat: « Hebraeus » semper habet *Ionathan;* et si inveniatur ali» ter, corruptio est. » Cf. ad I Reg. XIII, 2. 3.

5. *adolescentem* — Cod. H notat hebraeum legere *puerum,* הנער; sed hebraei, inquit Caietanus, *pueri* nomine appellant etiam iuvenes. Mox sixtini, codd. A, B, E, T, Cas. 11., mediol. tacent *ei*.

6. *Et ait* — Tacent nexum sixtini, codd. A, B, C 1. m., V, Cas. 11., antiquiores editiones et Brev. goth. l. c.; item latina versio syri et arabis, sed contra fidem sui textus. Pro *nunciabat,* codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, N, O, P, T, U, V, Hugo, Brev. gothic. l. c. *narrabat;* ad hanc vero lectionem epanorthotes in cod. N animadvertit: « Decoratur ora» tio idem non penitus eadem voce, sed eo» dem sensu repetendo; unde pro *narrabat,* » non debuit rursum poni *nunciabat,* quasi » istud haberet hebraeus; nam I Reg. XIX. » *nuncios* etiam *satellites* aliquotiens (v. 11.), » nonnumquam *lictores* (v. 20.), vel *appari» tores* (v. 14.), pluries *nuncios* (vv. 15. 16. » 21.) transfert. Primo ergo hic ponit *nun-*

» *ciabat* (v. 5.), deinde *narrabat* (v. 6.), » postmodum etiam *nunciaverat* (v. 13.). »

Ibid. *in montem* — Codd. A, F, T, U, V, Bibl. Ven. 1479. *in monte;* Brev. gothic. l. c. *in montes;* cf. infra vv. 19. 21. et ad I Reg. XXXI, 1. Pro *hastam suam,* cod. U *hastam eius;* et post verbum *appropinquabant* cod. veron. et Brev. goth. l. c. tacent *ei.*

8. *Amalecites ego sum* — Tacent *ego* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, gothic. leg., mediol., Bibl. Ordin., Hugo, Brev. goth. l. c., Petrus Com.; ex laudatis autem testibus alii legunt *Amalechitis,* alii *Amalechita;* hebr. עמלקי אנכי.

9. *tota anima mea* — Tacent *mea* sixtini, gregoriani, codd. A, E, K, T, Brev. goth. l. c.; cod. F expungit *tota,* quod a multis graecis codd. abest, nec legitur in cod. 96. Kennicotti.

10. *Stansque* — Codd. C, mediolan. *Stans.* Pro *sciebam,* cod. T *sciebat.* Dein cod. goth. leg. tacet *huc,* uti slav. ostrog.

Quum Saulis interitus in postremo superioris libri capite paullo aliter ab hagiographo exponatur, plerique interpretes narrationem ab Amalecita heic prolatam mendacii coarguunt. Iste enim, aiunt, Saulem hastae incumbentem et etiam nunc vivum se vidisse testatus est, quem novimus proprio gladio transfossum confestim obiisse. At vero cl. Ghiringhello in *praelect. de libris hist. ant. foed. p. 248.* negat haec necessario pugnantia esse. « Nempe, inquit, Saul sagittis iacu- » lisve transverberatus, armigero impium of- » ficium recusante, suo se ense traiecit, quod » cum ille vidisset, arbitratus regem illico » mortuum, aut iamiam certissime moritu- » rum, semetipsum interemit; tum Amaleci- » tes superveniens Saulem in extremis, non- » dum tamen exhalantem, ab eodem rogatus » confecit; cum autem et hostile forsan mis- » sile telum corpori infixum vidisset, putavit » propriae hastae (breviori scilicet) ipsum » incubuisse. » Hac sane probabili ratione utraque narratio amice componitur.

11. *omnesque* — Codd. R, U *et omnes.*

12. *eo quod corruissent* — Tacent *eo* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, O, S, T, U, Cas. plures, goth. legion.; hebraeus legit כי נפלו; codd. G, U *corruisset.*

13. *Unde es tu* — Omittunt pronomen sixtini, codd. A, B, C, E, F 2. m., H, T, Cas. 13., mediolan. Post verbum *respondit* addunt *ei* codd. A, E, Cas. 13., mediolan.; item syrus et arabs.

14. *ad eum David* — Codd. R, S et Bibl. Ordin. *David ad eum.*

15. *de pueris suis* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, H, K, T, Cas. 13.; consentiunt hebraeus, chaldaeus, syrus, arabs et armenus. Pro *Accedens irrue in eum,* cod. A *Accedens in eum irrue;* cod. E *Accede, et irrue in eum;* Anonymus in Hexaplis προσάγαγε αὐτῷ, καὶ etc. Mox cod. H pro *percussit illum,* habet *percussit eum.*

16. *ad eum David* — Cod. R et Brev. goth. l. c. *David ad eum.* Pro *christum,* sixtini, et Biblia vaticana ann. 1593., all. *Christum;* conf. ad I Reg. XII, 3.

17. *Planxit autem* — Cod. B *Planxit itaque;* post *planctum* cod. E addit *magnum;* cod. H notat hebraeum legere *Planxit autem David lamentatione.*

18. *et praecepit ut docerent* — Pseudo-Hieronymus III, 769. legit *et dixit ut doceret,* deinde animadvertit post *dixit* subaudiri *David;* mox vero post *doceret* subaudiri *Deus.* Codex quoque U habet *doceret;* de qua lectione agit epanorthotes in nota quam infra proferemus. Cod. H testatur hebraeum legere *Et dixit ut doceret filios Iuda arcum. Ecce scriptum est in libro Iustorum.* Pro *filios Iuda arcum,* codd. C, N, P, U *filios iudaeorum;* alexandrinus quoque tacet *arcum;* at scholiastes in cod. O recte notat: « Quidam » antiqui habent *iudaeorum;* sed puto quod » duo nomina corrupte coniuncta sint in » unum. » Dionysius carth. quoque animadvertit: « Aliqui libri non habent *arcum,* sed » in hebraeo habetur ac libris correctis. » Alii ex cod. P legunt *filios Israel et Iuda arcum;* his concinit Aquila; qui habet τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα τόξον; cf. Mont-

fauconius et Holmesius; codex alexandrinus habet tantum τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ; qua de lectione cf. Grabii *Proleg. t. II. cap. IV.* §. 2. Codd. F, I, S 2. m., V, Cas. 5., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541., posteriores editt. Rob. Steph., all. *filios Iuda planctum;* cod. R *filios planctum;* Liranus vero testatur in libris correctis legi *arcum*, non *planctum;* item scholiastes in cod. M notat: « *arcum*, id » est, artem sagittandi; quidam male habent » *planctum.* » Alfonsus Tostatus diserte scribit: « In quibusdam libris nostris habetur » *praecepit ut erudirent filios Iuda planctum;* » sed corrupta littera est, quia in hebraeo » habetur *arcus;* ratio autem mutationis fuit, » quia hic agebatur de planctu. » Angelomus legit *filios Iuda carmen;* at subdit: « In he» braeo et in veris exemplaribus non habetur » *carmen*, sed *arcum*, quod nostris doctoribus » item melius videtur. » Denique Petrus Com. legit *filios Iuda carmen arcuum*, sed animadvertit: « Alii habent *arcum*, id est, artem sa» gittandi; eo quod audierit populum a sagit» tariis interfectum. » Huic interpretationi, praeter alios plures, consentit Ephraemus I, 392.; at vero Mariana, De Vence, Maurerus, aliique ex recentioribus censent *arcum*, קשת, appellatum fuisse illud carmen quod subnectitur (vv. 19–27.); quia in eodem occurrit mentio honorifica arcus Ionathanis (v. 22.); haec enim denominationis ratio ab orientalium moribus non abhorret. Cf. Gesenii *Thesaur.* p. 1211. Quae si admittantur, memoratas lectionum varietates commode ad eumdem sensum revocare possumus. Pro *sicut scriptum*, Pseudo-Hieronymus l. c. *ecce scriptum;* consentiunt hebraeus et graecus. Pro *in Libro iustorum*, cod. B *in Lege iustorum*, chaldaeus *in libro Legis*, על ספרא דאוריתא; sixtini aliique scribunt *Iustorum* cum priori littera maiuscula. De hoc autem iustorum Libro, praeclare Ephraemus I, 393. tradit istud esse volumen ܣܦܪܐ, in quo cantica et carmina per ordinem descripta legebantur; conf. Martianaeus, Gesenius in *Thes.* p. 642., Maurerus ad Ios. X, 13.

Ibid. *Et ait: Considera Israel pro his, qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati* — Tacent haec verba sixtini, codd. A, B 1. m., C, D 1. m., E, F 1. m., G, H, I, K, L 13., N, O, Q, T, U, Cas. 2., goth. leg., veron., mediol., Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugdun. 1535. 1536., all., Isidorus Clarius, margo Ordin., Rupertus, Pseudo-Hieronymus; gregoriani ancipites haeserunt uti 1 Reg. V, 6.; immo dum typographis imprimenda tradebantur Biblia clementina, adhuc ambigebant editores utrum praedicta verba essent expungenda, uti ex archetypo illius editionis colligitur; cod. B 2. m. legit *Et dixit: Flete Israel de interfectis suis ac vulneratis;* cod. baver. addit *et ait;* Hugo loco *pro his*, habet *de his;* cod. S tacet *Et ait;* cod. M notat: « Quod sequitur *Et ait: Considera* etc. he» braeus et antiqui non habent; sed Glossa » exponit. » In cod. O adnotatum legimus: « Quod moderni interserunt *Et ait: Consi*» *dera* etc. superfluit. » Margo cod. V ab ipsa prima manu habet: « Nec hebraeus, nec an» tiqui, nec graecus habent; sed glossa est » Rabani. » Quoad graecum dicemus infra. Interim proferenda est copiosa epanorthotis notatio ex nostro cod. N: « Antiqui legunt *et* » *praecepit ut docerent filios iudaeorum, sicut* » *scriptum est in libro iustorum: Inclyti, Is*» *rael* etc. Hic incipit threnus; huic autem lit» terae, quae non habet nec *arcum*, nec *plan*» *ctum*, attestatur multum, hebraeo adhae» rere consuetus, graecus qui nihil habet de » iis. Sed tamen dicit sic *ut docerent filios Is*» *rael et Iuda* (recepta lectio alexandrini interpretis habet τοὺς υἱοὺς Ἰούδα; at tres codices holmesiani et Aquila interponunt Ἰσραὴλ καὶ); *sicut scriptum est in libro iusto*» *rum; et dixit: Inclyti, Israel* etc. (ista ex latinis potius quam ex graecis codicibus derivata videntur, uti mox declarabimus); unde » secundum litteram tam graecorum, quam » latinorum antiquorum supplendum est re» sumendo *planctum* de superioribus; *plan*» *ctum*, inquam, *docerent filios Israel et Iuda;* » sive *filios iudaeorum*. Hieronymus (intellige

» Pseudo-Hieronymum, de quo supra dictum » est) habere dicit hebraeum hanc litteram » *Et dixit ut doceret filios Iuda arcum,* quod » exponens ait *Et dixit ut doceret,* subaudi » Deus; *arcum,* id est, fortitudinem esse in » timore Dei, quod patet in casu Saul quon- » dam electi Domini, et optimi. Putarem » quod antiqui habent *filios iudaeorum,* quo- » niam esset error scriptorum, ab eo quod » fuit *filios Iuda arcum;* sed video alias et di- » versas litteras. Communis enim habet *prae- » cepit,* haec habet *dixit;* communis habet » *docerent,* haec habet *doceret,* quia utrumque » potest significare hebraeus, quod est *ad » docendum* (ללמד). Dicunt tamen, quia isti » ceciderant ictibus sagittarum, David prae- » cipere filios Iudae doceri de arte sagittandi. » Quaenam videtur ista consequentia, ut » exordio threni, postquam dixerat *Planxit » autem David planctum huiuscemodi,* subiun- » gatur *sicut scriptum est, ut docerent filios » Iuda* artem sagittandi; et statim inchoet » threnum sic *Inclyti, Israel?* Quod si ali- » quando erat illa doctrina determinanda, » consequentius videbatur, quod sicut docti » paene ante tempora nostra quasi glossando » apposuerant *planctum,* ibi dimitteretur, po- » tius quam litteram hebraeorum ante tempo- » ra translationis Hieronymi in textum inter- » serere librorum qui per septingentos annos » ita cucurrerant. Quod si cap. XXX. (v. 21.) » libri I. Regum dicebas Hieronymum dicere » quod hebraeus habet *qui iussi remanserant,* » nec tamen propter hoc veram litteram, » quae est *qui lassi substiterant* mutavisti, » quare hic similiter non fecisti? Sed Hie- » ronymus exponit, inquiunt. Exponit qui- » dem, sed ut litteram hebraeorum. Nonne » etiam ubi dicit Hieronymus non bene ha- » bere latinos codices, illam tamen litteram, » immo multas tales, nullus ausus est immu- » tare? Require Gen. XXIII. (v. 16.) et XXV. » (v. 8.) et in I Reg. XXV. (v. 2.) et II Reg. » XIV. (v. 26.) Sed dices quod Rabanus ex- » ponit. Sed non recolis quod Rabanus nulli » litterae hebraeae quam exponit, vult prae- » stare auctoritatem, ut ipse in exordio te- » statur? Septuaginta autem etiam in latino » nec de *arcu,* nec de *planctu* habent aliquid; » sed sic *Et docuit Israel, et dixit: Curare, » Israel* (Ergo veteris italae auctor in graeco legebat καὶ εἶπεν· Ἀκρίβασαι Ἰσραήλ). » Quod autem ante threnum, hoc est ante » hoc verbum *Inclyti,* interponitur sic *Et » ait: Considera, Israel pro his, qui mortui » sunt super excelsa tua vulnerati,* nec he- » braeus, nec antiqui habent, nec graecus. » Quod si Rabanus glossavit, non praestitit » auctoritatem ut textus esset; multo magis » si postillator. » Haec postrema epanortho- tis verba satis innunt ipsum dubitasse utrum revera Rabanus auctor sit illius expositionis, quae sub eius nomine in Bibliis Ordinariis hoc loco habetur; et merito quidem; nam in Comm. Rabani, itemque Angelomi, qui illum sequitur, nil occurrit quod ad pericopam, de qua agimus, referatur.

Nodum in scirpo quaerere videntur laudati scholiastae. Apertissime enim constat geminam eiusdem versiculi interpretationem in hodierna Vulgati lectione haberi, eamdemque nonnisi post decimum seculum in nostris codicibus propagatam fuisse; nullum enim offendimus ex antiquioribus, codd. qui illam a prima manu prae se ferat. Si vero latini testes cum hebraicis et graecis codicibus conferantur, luculentissime apparebit hebraicis verbis הצבי ישראל על־במותיך חלל, pro quibus Hieronymus posuit *Inclyti, Israel, super montes tuos interfecti sunt,* in graeco respondere Στήλωσον Ἰσραὴλ ὑπὲρ τῶν τεθνηκότων ἐπὶ τὰ ὕψη σου τραυματιῶν, quae ab ignoto auctore latine reddita fuere *Et ait: Considera Israel pro his, qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati.* Non pauci enim ex graecis codicibus cum Vulgato praemittunt Καὶ εἶπε; alii vero pro Στήλωσον (quod Flaminius Nobilius in *notationibus* reddit *fixe incumbe in hanc considerationem*), praeferunt, ex Aquila, ut videtur, Ἀκρίβασαι *(diligenter considera).* Ex graeca voce στήλωσον alii interpretantur *statue* vel *erige* cip-

mus. Bifariam nostri codices dispartiuntur; nam codd. D, U, all. notant *Explicit Samuhel liber primus. Habet versus ·$\overline{II}$·CC·* Cf. Blanchinius in *Vindiciis, p. CCCXXXIII.* et Thomasius *I, 81.*; at vero codd. C, E, palatino-vaticanus num. 2. aliique apud Martianaeum in *Prolegom. IV. in divinam Hieronymi biblioth.* legunt *Explicit Samuhel liber primus. Habet versus ·$\overline{II}$·CCC·* Cf. Blanchinius l. c. *p. CCCXXXVI.* et Thomasius *I, 111.* Quod si ratio habenda sit illius proportionis, quam in superioribus libris intercedere vidimus hieronymianam inter et hodiernam versiculorum distinctionem, quum in masorethicis nostris Bibliis, necnon in Vulgato liber primus Regum numeret versiculos DCCCXI., quumque tricolon veterum fere adaequetur hodierno versiculo, dicendum erit magis verisimilem esse lectionem codicum, qui huic libro adsignant versus bismille tercentos; hic enim numerus laudatae proportioni propius accedit. Manifesto autem errore lapsus est Blanchinius in *Vindiciis, p. CCCXLI.* dum veluti divisionem hieronymianae versioni adsignatam, illam posuit, quam a graecis olim admissam ex Nicephori testimonio docuit Martianaeus l. c.; qua nimirum primus et secundus liber Regum coniunctim habent versus bismille ducentos quadraginta. Quae autem ibidem a Blanchinio veterum librorum fragmenta proferuntur, etsi non tantam prae se ferant antiquitatem, quantam eis tribuit doctus editor, tamen confirmant sententiam quae asserit hieronymianam versionem librorum Regum olim per cola et commata re vera exaratam fuisse. Nam ad hos quoque libros referre possumus ea quae Hieronymus in Praefatione ad Isaiam scribit: « Quod in De» mosthene et Tullio solet fieri, ut per cola » scribantur et commata, qui utique prosa, » et non versibus conscripserunt: nos quoque » utilitati legentium providentes, interpreta» tionem novam, novo scribendi genere di» stinximus. » Profecto tum veterum codicum notulae quas excitavimus, tum Hieronymi Praefationes in Iosue et in Paralipomenon luculenter testantur *novum* istud *scribendi genus* a s. Doctore in sua interpretatione non modo in libris poëticis et propheticis, sed etiam in libris historicis usurpatum fuisse.

pum, columnam aut monumentum in memoriam eorum qui occubuerunt. Utramque porro notionem exprimere videtur Bachiarius monachus Hieronymo suppar (apud Gallandium IX, 192.), cuius verba Sabatierio ignorata, paulisper sunt expendenda, utpote quae veterem italam, ac proinde ipsam graecam versionem illustrare possunt. Igitur ille post factam mentionem de Davide qui vestimenta scidit, vocemque flebilem in planctum extulit, animadvertit hunc dein *lamentum* docuisse israeliticum populum, atque dixisse: *Subleva lapides tuos* (στήλωσον) *super altitudines tuas; et cogita* (στήλωσον aut si mavis ἀκρίβασον, conf. Schleusnerus *Lex. V. T. I, 129.* et Theodoretus in h. l.) *de interfectis tuis, quomodo ceciderunt potentes in praelio. Non nuntietur hoc in Geth, neque praedicetur in viis Ascalonis, ne forte laetentur filiae alienigenarum, et exhilarentur filii* (cf. infra v. 20.) *incircumcisorum.* Praeterea graeca ipsa interpretatio, quam reddit Vulgatus, ex alia versione interpolata videtur; nam pro במותיך, illa habet τῶν τεθνηκότων ex Aquila, et τὰ ὕψη σου. Hebraicum denique verbum הצבי alii aliter interpretantur; vel enim refertur ad נצב aut יצב, quod graeci cum chaldaeo fecisse videntur, vel ad צבה, quod Hieronymo et syro placuit. Rursum huius verbi non una est notio; nam significat *decus*, unde Hieronymus *Inclyti;* vel *caprea, dorcas,* a formae pulchritudine dicta, quod sequuti sunt syrus, Ephraemus et arabs; idque praeferunt recentiorum plurimi, qui proinde hunc locum interpretantur *Caprea* (tua), *o Israel, in montibus tuis confossa est.* Cf. Ioh. Clericus in h. l., Gesenius in *Thesauro* pag. 1148., Lucas Brugensis, Bukentopius p. 171., De Rossi *de praecip. caus.* p. 99., Cappelli *Crit. sacra,* l. V. c. 9.

19. *Inclyti*—Addunt *tui* codd. V, Cas. 13., Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus, Brev. goth. l. c. Mox cod. H cum Rabano et Angelomo notat hebraeum pro *montes tuos,* legere *excelsa tua;* recolatur superior adnotatio; pro *tuos,* cod. F et Sedulius scotus apud Maium *spicil. rom. VIII, 58.* habent *suos.* Pro *fortes,* codd. D 2. m., F, V *robusti et fortes;* interrogationis notam sixtini expunxerunt; item infra ad v. 25. et 27. ubi eadem occurrit sententia. Adverbium enim איך seu *quomodo* non modo servit interrogationi, sed est etiam admirantis et deplorantis; hinc Abulensis animadvertit legi posse vel admirative vel per modum planctus et doloris.

20. *in compitis* — Mendose codd. B, mediol., Brev. goth. l. c. *in conspectu.* Pro *filiae Philisthiim,* Sedulius scotus l. c. *filii Philisthiim;* cod. T tacet *filiae;* Brev. gothic. l. c. addit *et;* item syrus, arabs, armen., georg. aliique apud Holmesium. Pro *exultent filiae,* codd. C, T *exultent filii.*

21. *nec pluvia* — Codd. C, F, G, N, O, Cas. 12., mediol. *nec pluviae;* cavillatur autem scholiastes in cod. N dum adnotat: « Quidam dum hebraeo adhaerere volunt, *pluvia* ponentes minus latine loquuntur; latinius enim dicitur: *Petrus et Iohannes legit,* quam *legunt;* sicut si esset unica coniunctio. » Attamen ut hanc difficultatem expedirent; pro *veniant,* codd. D, P, U, veron., Gregorius M. I, 133. IV, 149.; Isidorus V, 530., Claudius taurin. CIV, 688. aliique apud Hugonem legunt *veniat;* cod. I *descendat;* alexandrinus καταβάτω, Theodotio πέσοι; cf. Holmesius; cod. B *venient.* Pro *super vos,* cod. mediol. 1. m. *super eos;* cod. I et alii apud Hugonem *super te.* Mox tacent *clypeus fortium* Gregorius M. I, 133., Isidorus l. c., Rabanus. In huius autem loci enarratione praeclare scribit Ephraemus I, 393. « Haec verba indicant vehementissimam animi commotionem et aegritudinem. Nec enim montibus optabat David sterilitatem, sed fidem dolori suo. »

21. 22. *unctus oleo. A sanguine interfectorum, ab adipe fortium, sagitta* etc. — Minus recte nonnulli alii libri manuscripti et editi habent *unctus oleo a sanguine interfectorum, ab adipe fortium. Sagitta* etc. Utramque lectionem memorat Hugo; cod. M notat: « *unctus oleo;* hebraeus heic claudit versum: alii vero aliter punctant; et utrumque bene

» secundum Glossam. » Walafridus enim posteriorem interpunctionem sequi videtur, etsi aliorum interpretum verba excitet, qui priorem communemque sequuntur. Ambrosius apud Sabatierium legit *unctus oleo et sanguine vulneratorum et ex adipe belligerantium: sagitta* etc. Ad haec autem observant maurini editores, ita manuscriptos plures et potiores habere, quibus accedunt editiones, nisi quod praeferant *sed sanguine* (margo cod. goth. leg. *sed ex sanguine*); alii vero aliquot, inquiunt, *et a sanguine;* graecus ἀφ' αἵματος; cod. holmes. 93. ἐξ αἵματος. Animadverte interpretes non paucos, maxime recentiores, referre verba *unctus oleo* ad clypeum; nam obducta clypeis coria ungere solebant ne siccitate fatiscerent, ictuque gladii dissilirent. Conf. Ackermann *Archaeologia biblica* §. 265. Sensus igitur esset: abiectus clypeus quasi res inutilis et molesta. Qua posita sententia, facile erat aliis subnectere eiusdem clypei laudes ex eo quod in crebris bellatorum congressibus saepius hostium cruore suffusus fuisset.

22. *rediit*—Codd. G, S, V 1. m., Cas. 2., margo Ordin., Rabanus in spicil. solesm. II, 308., Angelomus, Rupertus, Hugo a s. Victore CLXXV, 101., Gilbertus CXC, 823. *abiit;* cod. M notat: « Antiqui et hebraeus ha» bent *rediit;* sed quidam alii dicunt *abiit.* » Ambrosius *est reversa.*

23. *decori*—Antiquiores editiones et Brev. goth. l. c. addunt *valde,* quod in nostris codicibus non legitur. Beda I, 183. post *aquilis* addit *caeli;* cf. Thren. IV, 19.

24. *Filiae*—Cod. U 1. m., Bibl. Rom. 1471. *Filii.* Pro *qui vestiebat,* cod. baver. *quod vestiebat;* et pro *praebebat,* codd. E, I *praeparabat.* Cod. veron. pro *ornamenta,* legit *indumenta;* et pro *vestro,* Brev. goth. l. c. *nostro.*

25. *occisus est*—Codd. B, I, Bibl. Compl., Angelomus *occisus es;* consentit chaldaeus, qui legit אתקטלתא, accedunt et plures graeci codices legentes ἐτραυματίσθης, quod perperam Montfauconius in Hexaplis interpretatur *vulneratus est;* Dionysius carthus. utramque lectionem exponit; Pseudo-Hieronymus et Rabanus notant in hebraeo non legi *est;* hinc scholiastes in cod. M scribit: « Hie» ronymus dicit quod hebraeus non habet » *est;* sed subauditur, et non refertur *tuis* ad » Ionathan, sed ad Gelboe. »

26. *super amorem* — Codd. E, F, I, Bibl. Ord. *super amore.* Pro *mulierum,* cod. veron. et Brev. gothic. l. c. *mulieris.* Verba quae sequuntur *Sicut mater unicum amat filium suum, ita ego te diligebam,* desunt in codd. H, L (seu Q), mediol., veron., in Bibl. Complut., Reg., Norimb. 1529., Lugd. 1535. et Isidori Clarii; margo Ord. eadem expungit; gregoriani adnotaverant: « Retinenda sunt » haec verba, quia licet graecus et hebraeus » non habeant, tamen nos habemus codices » ubi ista leguntur. » Verum haec ipsa notatio, secunda manu expuncta fuit. Toletus autem scribit: « Haec non habentur in hebraeo, » graeco, Complut., Reg. et uno manuscripto » (nempe sangermanensi a Roberto Stephano » et lovaniens. laudato). Tamen sunt in plu» rimis impressis et manuscriptis. Quibus » verbis explicat honestatem amoris, quo » eum diligebat. Ut ergo inhonestum exclu» deret amorem, adiunxit quod sequitur de » amore matrum erga unicum filium. Congre» gatio prior expunxit; altera recepit. » Si hoc loco Toletus, ut solet, nomine prioris Congregationis intelligit sixtinos, falsus est; nam ex codice carafiano constat sixtinos verba illa intacta dimisisse, nihilque ad illa adnotasse. Scholiastes in cod. N animadvertit: « Post hoc, scilicet *super amorem mulierum,* » versus expositorius subiungitur in textu, » quem tamen hebraeus non habet, neque » graecus: *Sicut mater* etc.; tamen est de tex» tu absque omni calumnia. Require infra » XIII. (v. 21.) » Hunc versum *expositorium* in vulgatam latinam versionem antiquissimis temporibus insertum iam fuisse evincunt plerique latini codices. At vero quum nullus veterum interpretum, nullusque hebraicus codex eiusdem vestigium exhibeat; quumque huiusmodi additamenta ab indole hierony-

mianae versionis abhorreant, haud dubitamus in sententiam concedere Abulensis, qui illum primo additum per modum expositionis in aliqua glossa; ac dein imperitia librariorum textui adiunctum fuisse, probabile affirmavit. Quum enim hagiographi verba *amabilis super amorem mulierum*, tam de activo, quam de passivo amore, uti ait Abulensis, intelligi possint, auctor glossematis eadem exponere voluit de amore, quo matres suos amant filios, ob rationem a Toleto superius memoratam. Hanc ipsam interpretationem exhibet Ephraemus I, 395. « Diligebat, » inquit, illum super amorem quo matres filios suos amare solent, immo amissum dolebat magis quam mater unigeniti sui acerbo fato perculsa. » Nostram autem sententiam propugnat quoque Bukentopius p. 172., qui aperte scribit: « Haec videntur addita tamquam explanatio istius quod praecessit *amabilis super amorem mulierum.* Alias absunt ab aliquibus latinis et ab omnibus hebraeis, chaldaeis, graecis; ita ut Franciscus Lucas Brugensis dicat: Nescio unde irrepserit versiculus ille in editionem latinam. » Item Mariana. Cod. A omittit verba *suum, ita ego te diligebam;* tacent quoque *suum* codd. B, G, I, K, T, gothic. leg., Brev. gothic. l. c.; tacent *ego* codd. C 2. m., D, F 1. m., G, I, N, R, S, U, V, Bibl. Ord., Hugo; legunt *amat unicum* Bibl. Ordin.; *ita et ego* cod. T et Brev. goth. l. c.

27. *robusti* — Cod. Cas. 1. *robustissimi.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. I, 18. *Cura te Israel* (fortasse legendum *Curare Israel,* uti habet vetus itala in scholio quod ex cod. N recitavimus) *de interfectis tuis.* . . 21. *montes mortis* (item Ambrosius), *quoniam ibi ablatum est tegimen potentium* (Theodotio, vel alius quilibet in Hexaplis ὄρη θανάτου, ὅτι ἐκεῖ ἐξήρθη σκέπη δυναστῶν. Cf. Schleusneri Lex. V. T. III, 41. et Holmesius), *tegimen Saul non unctus est oleo,* 22. *sed ex sanguine* (recolantur quae ad h. l. superius prolata sunt) *vulneratorum, ex adipe pugnatorum.* . . . 23. *speciosi incomparabiles* (Alias: *inseparabiles*).

Cap. II, 1. *Num ascendam* — Bibl. Rom. 1471., Paris. 1541. 1566. *Non ascendam.* Post verba *Et ait Dominus* cod. B tacet *ad eum;* cod. T addit *dicens.*

2. *Achinoam* — Cod. Cas. 1. *cum eo, Achinoam;* cod. H *Ahinoem;* alii plures mss. et edd. *Achinoem;* conf. ad I Reg. XXV, 43. Pro *Iezraelites* praestat, ut putamus, cum Bibl. vaticanis an. 1598. scribere *Iezrahelites,* vel potius cum Bibl. Ord., Rob. Steph., Lovan., all. *Iezrahelitis;* cf. I Reg. XXVII, 3.

3. *cum domo* — Cod. F, Petrus Com. *in domo.*

4. *viri Iuda* — Cod. Cas. 1. *filii Iuda.* Mox pro *nunciatum,* cod. S et Bibl. Ordin. *annunciatum.*

5. *Benedicti vos Domino* — Legunt *Benedicti vos a Domino* Sixtus, codd. E, G, I, R, S, U, V 2. m., Cas. plures, antiquiores editiones, Claudius taurin., Hugo, Petrus Com., Brev. goth. p. 303., Brev. rom. feria 2. infra hebdom. V. post Pentec. At quum illa particula a multis codicibus absit, Lovanienses eamdem expunxerunt, quos sequuti sunt gregoriani. Iam monuimus ad Iudic. XVII, 2. utramque loquendi rationem in Vulgato adhuc occurrere. Eucherius pro *qui fecistis* cum graeco habet *quia fecistis.* Pro *cum domino vestro,* codd. T, V *super dominum vestrum;* graecus ἐπὶ τὸν κύριον ὑμῶν.

6. *vobis quidem* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, Hugo, Pseudo-Hieronymus, Eucherius, Claudius taurin., Brev. goth. l. c. *quidem vobis.* Pro *sed et ego,* codd. B, F *sed ego;* antiquiores editiones cum Brev. goth. l. c. *et ego.* Pro *fecistis,* sixtini, codd. A, C, D, F, H, K, O, U, V, Cas. plures, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. goth. l. c. *feceritis.*

7. *me unxit* — Codd. S, V, Bibl. Ordin. *unxit me.* Pro *in regem sibi,* Hugo *sibi regem;* codd. A, C, D, E, F, H, I, T, U, V, Cas. 15., goth. leg., Petrus Com. *regem sibi.*

8. *Isboseth* — Pauci codd. habent *Hisboseth*, quemadmodum Hieronymus III, 58.

scribendum esse docuit. Pro *per castra*, Robertus Stephanus in posterioribus editionibus, lovanienses, all. scribunt *per Castra;* et infra v. 12. *de Castris;* et v. 29. *ad Castra* (hoc autem postremo loco consentit editio vaticana an. 1592.); est enim, uti advertit Caietanus, proprium loci nomen; re quidem vera vaticanae editiones habent *Castra* cum priori littera maiuscula infra XVII, 24. 27. XIX, 32. et III Reg. II, 8.; hinc cod. M notat: « Hebraeus habet *traduxit eum in Ma-* » *naim,* quod interpretatur *Castra;* quia tra- » duxit eum ultra Iordanem et in Manaim, re- » gemque constituit. » Eadem habentur apud Pseudo-Hieronymum, Rabanum, Angelomum, Hugonem, et in marg. codicis H; Symmachus posuit εἰς Μαναείμ; apud LXX. duplex videtur coaluisse lectio, uti animadvertit Flaminius Nobilius, est enim ἐκ τῆς παρεμβολῆς εἰς Μαναέμ; utramque exponit Petrus Com. scribens: « *per castra,* id est ubi- » cumque dispersus erat exercitus; vel per » *Castra* intellige Manaim, locum munitissi- » mum, ubi inunxit eum in regem. » Cf. ad Gen. XXXII, 2.

9. *Gessuri* — Bibl. Ordin., Norimb. 1529., Basil. 1530., Lugdun. 1535., priores editt. Rob. Steph., all. *Assuri;* Hieronymus III, 55. *Asuri;* codd. C, D, E, F, I, U, V, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566., all. *Iessuri;* Rupertus notat: « Pro *Iessuri,* verius » legitur *Assuri,* id est, tribus Aser. » cod. P tres lectiones memorat, nempe *Iessuri, Assuri* et *Esseri;* cod. M ex Pseudo-Hieronymo haec habet: « Pro *Gessuri,* hebraeus legit *Assuri,* » id est, tribum Aser. » concinunt Rabanus, Angelomus, Hugo et margo codicis H; scholiastes autem in cod. N monet: « Ne scribatur » *Gessuri,* sed *Iessuri* vel *Assuri,* quia secun- » dum hebraeum et Hieronymum intelligun- » tur illi, qui sunt de Asser. LXX. etiam ha- » bent *Esseri.* » At nos apud alexandrinum legimus Θασιρί. Sunt qui cum Bukentopio p. 172. hodiernam Vulgati lectionem corruptam esse censeant, quibus haud repugnare audemus; at non desunt qui illam tueantur. Nam, inquiunt, pro hodierno האשורי, pro quo ad Gen. XXV, 3. Vulgatus posuit *Assurim,* potuit Hieronymus cum syro et arabe legere הגשורי, quod Vulgatus alias perpetuo reddit *Gessuri.* Idque ipsi Roedigero (in *additamentis ad Thesaur. Gesenii*) probatur. Cf. Thenius et Malvenda ad h. l. et Ewald. *Gesch. Isr. ed. 2. t. 3. p. 145.*

Ibid. *Iezrael* — Heic quoque editio vaticana an. 1598. cum Bibl. Rob. Steph., all. praefert *Iezrahel;* cf. supra ad vers. 2.; priores editiones hentenianae mendose habent *Gezrahel.* Pro *Israel universum*, cod. I et Bibl. Ordin. *universum Israel.*

10. *coepisset* — Cod. B *coepit;* et vers. seq. pro *imperans*, idem cod. mendose *imperasse.*

12. *Egressusque est* — Tacent *est* codd. A, C, K, T, Rabanus. Cod. B 2. m. pro *pueri,* legit *puer;* et pro *filii,* cod. E *filius.* De *castris* vide supra ad v. 8.; Brev. goth. p. 304. addit *iuxta piscinam,* quod ex seq. vers. est petitum.

13. *Saruiae* — Quum ex antiquis et vaticanis editionibus non constet utrum legendum sit *Saruiae* vel *Sarviae*, plerique omnes recentiores libri posteriorem hanc lectionem sequuntur; at recte Emmanuel Sa ad I Reg. XXVI, 6. adnotavit priorem lect. omnino praeferendam esse; hebraeo enim et graeco consentanea est. Attamen hanc quaestionem scholiastes in cod. N sollicitat scribens: « Hic » est notatum, hebraeum dicere quod nomen » SARVIA habet penultimam correptam, et est » quadrisyllabum. Quid ad me de hebraeis? » sit ita sua pronunciatione. Ego pronuncia- » bo trisyllabum secundum idioma latinum; » sicut I Paral. XI. (v. 32.) dicitur *Azmoth* » (עַזְמָוֶת), quasi diceret *Azmuth,* hebraeus » enim littera *vau* pro *o* utitur, secundum » quod usus est interpres ut diceret *Azmoth;* » et tamen hebraeus ibi ponit *vau* consonan- » tem cum pronunciet *Azmaveth* (et ita legit » Vulgatus II Reg. XXIII, 31.), id est, *fortis* » *morte* (cf. Hieronymus III, 56.). Sic nos e » converso in nomine *Sarviae.* » Mox cod. H notat hebraeum pro *pueri,* legere *servi.* Pro

Gabaon, codd. E, R, S, V *in Gabaon;* accedunt nonnulli graeci codices; at noster cod. O notat expungendum *in*. Cod. B et Bibl. Paris. 1566. pro *convenissent*, legunt *venissent*. Pro *hi ex una*, Sixtus et veteres fere omnes editiones *hi in una;* emendarunt sixtini et gregoriani ad fidem codicum et Bibl. Ordin., unde Toletus: « Lege *ex;* sic manuscripti et » utraque Congregatio. »

15. *Surrexerunt ergo*—Cod. B *Surrexerunt enim;* cod. F tacet *ergo*. Pro *de pueris*, cod. T *pueri;* accedunt plures graeci codices.

16. *defixit*—Cod. U *fixit*.

17. *Et ortum*—Bibl. Ven. 1479. *Et exortum*. Mox cod. veron. tacet *satis*. Pro *fugatusque*, Brev. goth. l. c. *fatigatusque*. Cod. H notat hebraeum pro *a pueris*, legere *a viris;* at vero legit לפני עבדי, unde margo Ordin. *coram servis;* sunt tamen tres codd. Kennic. qui habent אנשי.

18. *Asael* — Sunt qui scribant *Asahel*, quemadmodum habet Vulgatus I Paral. XI, 26. XXVII, 7.; hebraeus enim legit עשהאל. Cod. H notat hebraeum pro *cursor velocissimus*, legere *velocissimus in pedibus*. Pro *unus de capreis, quae*, Robertus Stephanus coniectabatur legendum *una de capreis, quae;* at codices non suffragantur; minus caute grammaticae legibus alii prospexerunt legentes *unus de capreis, qui;* ita codd. F 2. m., R, Bibl. Ven. 1476. 1480. 1494., Argent. 1497., Compl., all. cum Caietano; at melius sixtini ac fere universi latini codices, Hugo, margo Ord. *unus ex capreis, quae;* perinde ac si diceretur: unus e numero caprearum, quae etc. Cod. H notat hebraeum pro *silvis*, legere *agris;* item margo Ordin.

19. *ad dexteram neque ad sinistram* — Codd. A, B, K, T, V, veron., antiquiores editiones, Brev. goth. l. c. *ad dexteram sive ad sinistram*, ut infra v. 21. cf. Glassii *Philol. sac. ed. Dathii t. I. p. 599.;* cod. P *neque ad dexteram neque ad sinistram;* cf. ad II Paral. XXXIV, 2.; codd. N, O *nec ad dexteram nec ad sinistram;* codd. G, N*, R, S *nec a dextris nec a sinistris*.

20. *Qui respondit*—Brev. goth. l. c. *Et ille respondit*.

21. *et apprehende unum de adolescentibus, et tolle*—Cod. Cas. 1. *et apprehendens unum de adolescentibus tolle;* cod. H notat hebraeum pro *adolescentibus*, legere *pueris;* conf. supra ad I, 5.; codd. R, S et margo Ord. *adolescentulis*. Ante *urgeret* cod. B addit *ut*.

22. *ad Asael*—Gregorius Magnus II, 58. IV, 150., Eucherius, Rabanus addunt *dicens*. Pro *recede, noli*, Sixtus, cod. U et fere omnes veteres editiones *recede, et noli;* coniunctionis particulam abiecerunt sixtini et gregoriani, quibus adstipulantur latini codices, nec obstant hebraeus et graecus; unde Toletus: « Dele *et;* sic manuscripti et utraque Congre» gatio. » Mox pro *sequi*, codd. G, Cas. 1., Gregorius M. l. c. *persequi*. Ante *compellar* antiquiores editiones et Angelomus addunt *forte*. Pro *in terram*, codd. A, C, I, T, mediol., Eucherius, Rabanus *in terra;* Brev. goth. l. c. *cum terra*.

23. *transfodit*—Codd. H, Cas. 1., Gregorius M. l. c., Eucherius, Rabanus, Rupertus addunt *eum*. Pro *omnesque qui*, Bibl. Compl., Reg., all. *omnes qui;* Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501. *omnesque;* Brev. goth. l. c. *omnes igitur qui*. Pro *transibant*, codd. A, C, E, F, all. *transiebant;* cf. ad Ios. III, 17. Mox tacent *illum* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, veron., Bibl. Ordin., Lugdun. 1522., Basil. 1530., priores editt. Roberti Steph., all., Brev. gothic. l. c., Hugo; accedunt hebraeus et graecus; hinc Toletus notat: « Manuscripti et prior Congre» gatio non habent *illum*. » Pro *erat*, Brev. gothic. l. *fuerat*.

24. *fugientem Abner* — Cod. H notat hebraeum legere *post Abner*. Pro *vallis itineris*, Sixtus, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S 2. m., T, Cas. plures, goth. leg., veteres editiones fere omnes, Brev. gothic. l. c. *vallis et itineris;* particulam *et* expunxerunt sixtini et gregoriani, quibus favent codd. H, L 7., Q, S 1. m., U, V, Cas. 2., Bibl. Lugdun. 1531. 1533., Antuerp. 1537., Ven. 1538. et priores

editt. Rob. Steph.; Toletus notat: « Non legunt *et* hebraeus, graecus, manuscripti 7. » (lovaniens.) et utraque Congregatio. » Pro גִּיחַ quod est nomen proprium loci prope Gabaon, Hieronymus legisse videtur גֵּיא, unde interpretatus est *vallis*, eique concinunt Symmachus et Theodotio. In libro autem nominum hebraicorum idem Hieronymus III, 58. habet *Gio*, alexandrinus Γαί.

25. *conglobati* — Cod. veron. *congregati*. Pro *cuneum*, cod. U *cum eo*.

26. *Et exclamavit*—Cod. G et Brev. goth. l. c. *Et clamavit;* non male. Iam alias notavimus plerosque veteres legere *internicionem*, pro *internecionem*. Mox cod. Cas. 1. tacet *tuus*, cui consentiunt hebraeus et veteres; cod. M, margo cod. H, Pseudo-Hieronymus, Angelomus et Glossa interlinearis notant hebraeum non habere *tuus;* ac dein addunt in hebraeo pro *an ignoras quod periculosa sit desperatio?* legi *an ignoras quod amarus erit finis?* scholiastes vero in cod. N scribit: « Licet dicat » Hieronymus, quod pronomen *tuus* non ha» betur in hebraeo, tamen voluerunt rema» nere in textu. » Pro *non dicis*, cod. K, Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *non dices;* favent hebraeus et veteres. Pro *fratres suos*, cod. A *fratrem suum*, ut versic. seq.; item slavon. ostrog.

27. *Vivit Dominus* — Codd. H, Q, Bibl. Compl. et Reg. *Vivit Deus;* codd. R, S addunt *quia* ut hebraeus et graecus; at cod. O notat illud expungendum. Pro *si locutus*, gregoriani prima manu, Isidorus Clarius, margo Ord., consentientibus antiquis interpretibus et hebraeo, *nisi locutus;* aliqui dicunt, ait Magdalius, hanc esse veram lectionem *si non locutus;* cf. Liranus, Caietanus, Mariana, Bukentopius p. 172., Lucas Brugensis; Toletus autem animadvertit: « Locus hic multo aliter » habetur in hebraeo et graeco; nam loco *si* » habent *nisi*, quod facit sensum contrarium; » scilicet, nisi fuisses locutus, iam inde a » mane cessasset populus persequi fratrem » suum, et nulla fuisset pugna. Significat » autem haec sententia Abner sua loquela, » nempe quando paulo superius incitavit ad » pugnam, dicens: *Surgant pueri, et ludant* » *coram nobis* (v. 14.), causam belli dedisse. » Latini vero codices etiam manuscripti ha» bent *si locutus*. Utraque Congregatio nihil » notavit in hoc loco. » Alfonsus Tostatus et Houbigantius haud dubitant praeferre Vulgati lectionem, quae tum sensum reddit satis aptum; tum latinorum testium consensione firmatur. At vero nulla subest in sacro textu reliquisque interpretibus erroris suspicio. Neque igitur fas erit ex Vulgati lectione hebraicum textum castigare; neque ad huius normam aliquid in hieronymiana versione sine necessitate, ac repugnantibus latinis testibus corrigere. Romani itaque correctores prudentissime se gesserunt dum, perpensis hinc inde rationibus, nil immutandum esse existimarunt. Minus recte plures ex antiquioribus editionibus interpunctionis notam non ante, sed post *mane* collocant. Pro *fratrem suum*, codd. E, 1, goth. legion. *fratres suos*, ut in vers. superiori.

28. *exercitus* — Cod. H notat hebraeum legere *populus*.

29. *per campestria*—Codd. R, Cas. 2., antiquiores editiones, Hugo addunt *Moab*, quod correctoria expungunt. Pro *nocte illa*, Bibl. Ordin. *illa nocte*. Veteres plures editiones habent *Bethoron*, pro *Beth horon*, de quo cf. ad Ios. X, 10.; hanc autem lectionem Clericus a librariis potius quam a Hieronymo invectam suspicatur; hebraeus namque hoc loco legit בתרון, non בית חרון. Post *ad Castra* (de quo cf. supra ad vers. 8.) cod. Cas. 1. addit *scilicet in Galaad*.

30. *reversus, omisso Abner, congregavit*— Brev. gothic. p. 305. *reversus est, omisso Abner, congregavitque;* favent hebraeus et veteres. Pro *decem*, cod. Cas. 1. *viginti*. Plures codices pro *Asaele*, legunt *Asael*.

31. *sexaginta*—Codd. H, L (seu Q), Cas. 1., priores editt. Rob. Steph. addunt *viros;* item hebraeus et veteres; cod. N cum hebraeo praemittit *et*. Pro *qui et mortui*, Brev. goth. l. c. *qui mortui*.

32. *Tuleruntque* — Bibl. Basil. 1530. et Brev. gothic. l. c. *Tulerunt*. Post *sepelierunt* Brev. goth. l. c. tacet *eum*. Ad verba *tota nocte* cod. Cas. 1. addit *illa*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. II, 8. *Isbalem* (pro Ἰεβοσθέ; cod. 93. Holmesii Εἰσβαάλ). . . . 10. *Triginta* (pro Τεσσαράκοντα). . . . 16. *et nominatum est nomen loci ipsius pars consiliariorum* (τῶν ἐπιβούλων, cf. ad I Reg. XXIX, 4.), *quae est ex Gabaon*. . . . 18. *ex capreolis qui sunt in agro*. . . 23. *de cuspide a facie* (numquid *hastae?* est enim graece τοῦ δόρατος) *in inguine; et pertransiit hasta in posteriora eius*. . . . 26. *Numquid in perpetuum* (egregie interpretatus est Μὴ εἰς νῖκος) *comedet gladius? aut nescis quia amarum erit in novissimis eius?* . . . 29. *Et abierunt per totam praetenturam* (nota verbum, pro regione praetenta; graecus τὴν παρατείνουσαν), *et venerunt in castra Madian* (pauci graeci codices addunt Μαδιάμ). 30. *Et Ioab reversus est de post* (codex alexandrinus ἀπὸ ὀπίσω) *Abner*.

Cap. III, 1. *longa* — Cod. B *grandis*; graecus ἐπὶ πολύ. Pro *inter domum Saul, et inter domum David*, Sixtus, codd. R, S, veteres editiones *inter domum David, et inter domum Saulis;* emendarunt sixtini et Rocca, quibus fere universi codices suffragantur; Toletus quoque notat: « Hic ordo habetur in hebraeo, » graeco et manuscriptis; et prior Congrega» tio eum probavit. » Pauci codices cum Angelomo particulam *inter* secundo loco positam omittunt, ut vers. 6.

Ibid. *proficiscens*—Codices et editiones veteres fere omnes, item Rabanus, Angelomus, Hugo, aliique plures legunt *proficiens;* haec autem lectio confirmari videtur infra V, 10. et Gen. XXVI, 13. Pontificii autem censores ad hoc verbum nil adnotarunt. Hodierna igitur lectio orta est ex Bibl. Antuerp. in fol. an. 1583., quibus illi usi sunt; inde enim eadem manavit in Bibl. Ven. 1588., in edit. Sixti V. an. 1590. et demum in Bibliis clementinis. Verum ex typographi vitio hanc lectionem in laudatam Plantini editionem in fol. an. 1583. invectam fuisse non dubitamus; tum quia reliquae editiones hentenianae habent *proficiens*, tum quia eisdem consentiunt ipsius Plantini Biblia eodem anno sed minori forma excusa, et item reliquae editiones henteniano-plantinianae ann. 1565. 1573. 1574. 1578. 1580. 1587. 1590. Ne tamen ea praetermittamus, quae contra hanc nostram sententiam facere videntur, adnotamus legi *proficiscens* in cod. U 1. m., in Bibl. Lugd. 1555. Ant. Vincenti, in margine Bibl. Basil. 1578. Pro *et semper*, Bibl. Lugd. 1535. *semper*. Pro *seipso*, Angelomus *in seipso;* cod. Cas. 1. tacet.

2. *Natique*—Sixtini, codd. A, C 1. m., K, T, V, Angelomus *Nati quoque*. Pro *filii*, Bibl. Ordin., Lugdun. 1522., priores editt. Rob. Steph., all., Hugo *sex filii;* non pauci graeci codices suffragantur. Mox cod. B tacet *eius*. Pro *Amnon*, pauci codd. et plures ex antiquioribus editt. *Amon* vel *Ammon;* at recte cod. M notat: « Iste *Amnon* semper debet ita » scribi, quia sic habent hebraeus, Rabanus » et antiqui. » Item Magdalius. Rursum pro *Achinoam*, plures codices *Achinoem;* cf. v. 2. superioris capitis. Pro *Iezrahelitide*, codd. C, D, E, F, G, all. et antiquiores editiones *Iezrahelite;* sixtini *Iezrehelitide;* conf. ad I Reg. XXX, 5.

3. *Cheleab* — Codd. B, C, F, all. *Chelaab;* Petrus Com. *Chelab* vel *Chelaph;* graecus Δαλουΐα, in I Paral. III, 1. *Daniel*. Pro *Absalon*, quod hoc loco tantum ex editione Sixti V. in primam et alteram Clementis VIII. editionem irrepsit, ex tertia eiusdem Pontificis editione legendum est *Absalom;* cf. Bukentopius pag. 518. Pro *Tholmai*, codd. R, S *Ptholomei;* codd. B, C, D, E, F, all., antiquiores editiones, Hugo, Angelomus *Tholomai*, uti habet Vulgatus infra XIII, 37.; hinc nomen Θολομαῖος apud Iosephum *antiquit. XIV, 8.* et in novo Testamento Βαρθολομαῖος.

4. *Quartus autem* — Cod. gothic. leg. tacet *autem;* item slavon. Pro *Haggith*, alii libri

minus recte habent *Aggith*, et ita Vulgatus I Paral. III, 2.; sed conf. ad Gen. XLVI, 16. Pro *Saphathia*, plures veteres libri *Saphacias* vel *Saphatias*, uti habet Vulgatus Ierem. XXXVIII, 1. idque Magdalio probatur; alii magis apte *Saphatia*, uti est I Paral. III, 2. et in libris Esdrae et apud Hieronymum III, 59.; alii aliter. Cod. B pro *filius Abital*, legit *Abiatal;* cod. I *filius Abigail*.

5. *Iethraam*—Alii scribunt *Iethraham*, uti habet Vulgatus I Paral. III, 3. Pro *Egla*, codd. B, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Hieronymus III, 56. *Agla;* multi graeci codices Ἀγλά.

6. *inter domum Saul et domum David* — Cod. S et Bibl. Ordin. *inter domum David et domum Saul;* item duo codd. hebraici apud Kennicottum, et duo graeci apud Holmesium; Bibl. Ven. 1479. addunt *et;* item hebraeus et veteres; sed latinae periodi ratio id ferre nequit. Cod. H notat hebraeum non legere *filius Ner*.

7. *Fuerat*—Cod. U 2. m. *Fuit*. Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. *nomen*, pro *nomine*. Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *Raspha*, pro *Respha*. Pauci codices et antiquiores editiones cum Brev. goth. pag. 305. *filia Achia*, pro *filia Aia;* codd. G, I, L, T, V 2. m., Cas. 15., antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c., Hugo, Dionysius carthus., Abulensis addunt *Ingressusque est ad eam Abner;* nonnulli graeci codices Καὶ ἔλαβεν (aut εἰσῆλθεν πρὸς) αὐτὴν Ἀβεννήρ.

8. *verba*—Codd. E, I, T *verbum;* graecus τοῦ λόγου. Mox cod. Cas. 1. tacet *caput*. Pro *adversum Iudam hodie, qui fecerim misericordiam*, codd. B, F, V, Cas. 14., baver., Bibl. Ord., Hugo *adversum Iudam hodie? ipse mihi feci* (pauci *fecit*) *haec, qui fecerim misericordiam;* eadem fere habet ex veteri latina interpretatione margo cod. goth. legion. infra excitandus; accedit cod. G qui habet *adversum Iudam hodie? Ipse fecit mihi hanc rem, qui fecerim misericordiam;* graecus receptus legit tantum ἐποίησα σήμερον ἔλεος, sed nonnulli codices prae se ferunt ἐγὼ ἐμαυτῷ ἐποίησα ταῦτα πάντα, καὶ ἐποίησα ἔλεον; cod. H notat hebraeum legere *adversum Iudam? Hodie feci misericordiam*. Pro *super domum*, cod. B, consentientibus hebraeo et graeco, *cum domo;* cod. G *super domo*. Brev. goth. l. c. post *fratres* addit *tuos;* item margo cod. goth. leg., et slavon. ostrog.; perperam alexandrino tribuit hanc lectionem Montfauconius. Pro *in manus*, sixtini, gregoriani, codd. A, C, D, F, H, N*, O, P, U, antiquiores editiones, Hugo *in manu;* cod. N legit *in manum*, et notat: « Hebraeus et antiqui non » habent in plurali *in manus*. » Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Complut., Reg., all., Brev. gothic. l. c. *requisisti me*, pro *requisisti in me;* mox Brev. goth. l. c. *redargueres*, pro *argueres*.

9. *cum eo*—Tacet cod. Cas. 1.; item Kennicotti cod. 187. et Holmesii cod. 44.

10. *regnum de domo Saul*—Codd. E, I *de domo Saul regnum*.

11. *potuit*—Codd. B, U *poterat*. Pro *respondere ei*, cod. F et Bibl. Ord. *ei respondere*.

12. *Abner*—Cod. B tacet. Post *ad David* codd. L, R, Cas. 1., antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c. addunt *in Hebron;* consentiunt pauci graeci codices; manifesta autem est apud graecum interpretem corruptio. Nam pro eo quod hebraeus legit תחתו לאמר למי־ארץ לאמר, graecus habet εἰς Θαιλὰμ οὗ ἦν παραχρῆμα, λέγων; editio Compl. paucique codices εἰς Χεβρὼν λέγων; cod. alexandrinus ΕΙΣ ΘΗΛΑΜΟΥΓΗ παραχρῆμα, λέγων; alii duo codices Θηλαμουην; Eusebius vero apud Hieronymum III, 286. legebat Θηλαμουγῆ, ubi animadvertit: « *Thelamuge*, locus in quo Abenner misit ad » David. Sed sciendum quod pro hoc verbo » Aquila interpretatur *extemplo* (παραχρῆ- » μα); Symmachus *pro semetipso* (ἀνθ' ἑαυ- » τοῦ). » Ex quibus colligimus vocem παραχρῆμα pertinere ad versionem Aquilae, vel etiam Theodotionis, ut vult codex coislin.; ac praeterea graecos praetermisso priori לאמל, legisse תהלמו ארץ, unde posuerant Θηλαμοῦ γῆν, quae dein varie ab antiquariis vexata atque corrupta fuerunt; ar-

menus vestigium huius lectionis servat legens Τεσαλὸμ γῆν. Cf. Clericus in h. l.

Ibid. *dicentes*, codd. F, H *dicens;* nec obstant hebraeus et graecus. Pro *Et ut loquerentur: Fac*, sixtini *et ut loquerentur, Fac;* codd. A, K, T tacent *ut*. Margo Ord. et cod. H notant hebraeum pro *amicitias*, legere *foedus;* item in seq. versiculo.

13. *Optime*—Brev. goth. l. c. *Noli timere*. Pro *faciam tecum*, codd. F, H, I, T, V *tecum faciam*. Ad verbum *adduxeris*, codd. R, S, Cas. 3., antiquiores editiones addunt *mihi;* his adstipulatur Ephraemus I, 398.; at codd. N, O notant: « Hebraeus et antiqui non interponunt *mihi*. »

14. *Misit autem*—Codd. R, T *Misit ergo*, ut vers. seq. Cod. Cas. 1. post *Redde* addit *mihi*, cui consentiunt graecus, syrus et arabs. Post *Michol* cod. B addit *filiam Saul;* item cod. holmes. 246.; ex superiori vers. id petitum videtur.

15. *Isboseth* — Cod. Cas. 1. addit *filius Saul*. Pro *a viro suo*, codd. E, I, gothic. leg. *viro suo;* cod. D addit *filio;* cod. H notat hebraeum non legere *suo*. De *Phaltiel* conf. ad I Reg. XXV, 44.

16. *Sequebaturque* — Hugo et Brev. goth. l. c. *Sequebatur*. Codd. B, E post *usque* addunt *ad*. Ante *revertere* tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, N, O, P, T, U, V, Cas. 13.; scholiastes in cod. N notat: « *Vade, revertere*, id est, recedens revertere: unde hebraeus et antiqui non interponunt *et*. » Conf. Holmes.

18. *ad David*—Cod. B *David;* melius fortasse graecus habet περὶ Δαυίδ.

19. *est autem*—Cod. E *est ergo*. Mox cod. mediol. tacet *in Hebron*. Pro *placuerant Israeli*, cod. T *placuerunt universo Israel;* favent syrus et arabs; sixtini quoque et codd. A, C, D, F, all. habent *Israel*.

20. *Venitque*—Codd. Cas. 13. *Venitque Abner;* accedunt hebraeus et veteres; cod. mediol. *Veneruntque*. Biblia vaticana ann. 1590. et 1592. pro *viris eius*, mendose legunt *viri eius;* cf. Bukentopius p. 172.

21. *ut congregem* — Cod. T, Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501. *et congregem;* cod. H notat hebraeum legere *et vadam ut congregem;* et mox tacere *te*. Pro *et ineam*, codd. H, I, Bibl. Compl., Reg., Basil. 1530. *et ineant;* consentiunt hebraeus et veteres, excepto graeco. Pro *deduxisset*, codd. T 1. m., Cas. 1. *dimisisset*. Mox Angelomus pro *isset*, legit *esset;* Brev. goth. pag. 306. *iret*.

22. *pueri David, et Ioab venerunt*—Brev. gothic. l. c. *venerunt pueri David, et Ioab;* cod. H notat hebraeum legere *servi*, pro *pueri*. Pro *quia iam*, codd. D, U *quoniam;* accedunt hebraeus et veteres. Pro *fuerat in pace*, codd. D, G, T, U *erat in pace;* cod. Cas. 1. *fuerat pacifice*.

23. *qui erat*— Sixtus et fere omnes veteres editiones *qui erant;* cod. B *qui fuerant;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus veteres codices et Biblia Ordin. adstipulantur. Mox pro *venerunt*, codd. A 1. m., C, D, F, H, R, U, V, et fere omnes veteres editiones *venerant;* rursum emendarunt sixtini, quibus alii codices, Bibl. Ord. et Hugo suffragantur. Pro *nunciatum est itaque*, cod. B *nunciatumque est;* princeps editio Clementis VIII. mendose habet *nunciatumque est itaque;* cf. Bukentopius p. 496. Codd. E, I, K *in pace, et abiit*, pro *et abiit in pace*.

25. *venit ad te*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, L 6., O, Q, S, T, U, Cas. plures, goth. leg., veron., Bibl. Ord., Ven. 1480. 1482. 1483., priores editt. Rob. Steph., all., Brev. gothic. l. c. omittunt *ad te;* gregoriani dubii haeserunt; Toletus notat: « Hebraeus, graecus et manuscripti non habent *ad te*. » Cod. T pro *agis*, legit *facis*.

26. *a David* — Codd. C 1. m., G, S, mediol., Bibl. Ven. 1480. *ad David*. Cod. H notat hebraeum pro *reduxit*, legere *reduxerunt*. Pro *a cisterna Sira*, codd. G, U, Brev. goth. l. c. *ad cisternam Sira;* cod. S *de cisterna Sira;* Bibl. Lovan., all. *a Cisterna-sira*, unde Sixtus habet *a Cisternasira*, quod sixtini, gregoriani et Toletus emendarunt; at sixtini scripserant *Sirae;* quo de nomine scholiastes

in cod. N recte scribit: « *Sira* primitivum est » et totum hebraicum (nempe סרה), et ideo » in fine acuendum. Derivativum enim *syra*, » quod est femininum huius nominativi *sy-* » *rus*, in hebraeo dicitur *aramia* (ארמיה); » qualiter accipitur I Paral. VII. (vers. 4.) » *concubina syra*, sicut *syrus* dicitur *arami* » (ארמי) et *Syria*, *Aram* (ארם). » Cf. Bukentopius p. 43. Haec autem notatio eo magis necessaria erat, quo frequentius apud veteres vel utrumque nomen, vel neutrum cum littera *y* scribebatur. Magdalius notat: « Aliqui putant quod debeat dici *a cisterna* » *spinae*. » Num ex hebraico סירים, *spinae*, id argumentabantur, vel potius librariorum mendum subest?

27. *adduxit* — Codd. B, F 1. m., G, O, Bibl. Basil. 1544., Lugd. 1551. 1556. 1558. 1561., Rob. Steph. 1555. 1557. *abduxit;* idque melius esse censuit Mariana; Symmachus παρήγαγεν. Pro *in dolo*, cod. T *cum dolo;* hebraicum בשלי reddi potest *in tranquillitate*, id est seorsum, remotis arbitris; at alexandrinus ἐνεδρεύων, alii ἐν παραλογισμῷ; vox enim hebraica, inquit Schleusnerus in *Lex. V. T. II, 561.*, notat quoque *deceptionem, fraudem.* Mox codd. D, F, S, T tacent *ibi*.

28. *rem iam gestam*—Rectissime, ait Vallarsius, veronensis codex habet *re iam gesta*. Pro *apud Dominum*, Sixtus, cod. G, veteres editiones fere omnes, Brev. gothic. l. c. Rabanus, Angelomus *apud Deum;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus reliqui codices suffragantur, unde recte Toletus: « Lege *Do-* » *minum;* sic hebraeus, graecus, Complut., » Reg., manuscripti et Congregatio. » Huius et proxime sequentis versiculi latinam veterem ex graeco versionem, ex qua pauca verba apud Sabatierium ex Ambrosio habes, nobis suggerit Claudius taurin. CIV, 821. ubi legimus: *Et audivit David posteaquam mortuus est Abner, et dixit: Innocens ego sum et regnum meum apud Dominum, ex hoc et usque in aeternum, de sanguine Abner filii Ner. Veniet super caput Ioab, et super omnem domum patris eius; et non deerit de domo Ioab gonorus* (γονοῤῥυής; alia translatio, ait Claudius, habet *rheumaticus:* concinit cod. N, in quo legitur: « Pro *fluxum seminis sustinens*, LXX. habent *rheumaticus;* » Petrus Damiani CXLV, 179. dicit pro hodierna lectione, quam *secundam translationem* vocat, olim fuisse *gomorrhianum sustinens*), *et leprosus, et tenens sitalem* (σκυτάλην; conf. infra cod. gothic. leg.), *et cadens gladio, et indigens pane.*

29. *deficiat* — Ex typographorum mendo Biblia vaticana ann. 1590. et 1592. habent *deficiet;* cf. Bukentopius pag. 405. 477. 518. Pro *sustinens*, cod. B *patiens;* cf. Lev. XXII, 4. Mox pro *et leprosus*, Thomasius I, 69. 94. *vel leprosus*. Ante verba *tenens fusum* tacent *et* sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, D, E 2. m., F, G, H, I, K, N, O, R, S, T, U, V, Theutmirus, Rabanus, Angelomus, Petrus Damiani l. c., Hugo, alii apud Petrum Com.; scholiastes vero in cod. N notat: « *et leprosus, tenens* » *fusum;* debet morula iniici inter duo adie- » ctiva, quia hebraeus habet ibi copulativam » coniunctionem: sed ut duae decentius es- » sent citae clausulae cum quadam resum- » ptione spiritus, antiqui carent ea in medio; » sicut Ios. XI. (v. 1.) *in montanis et campe-* » *stribus, in maritimis ac littore magni ma-* » *ris;* sic et hic. Sic Dan. XI. (v. 33.) » Item cod. M, ne quis connecteret *leprosus* cum verbis *tenens fusum*, notat: « Secundum Glossam » imprecatur ei quinque mala, scilicet flu- » xum seminis, plagam leprae, evirationem, » stragem in bello, mendicitatem. » Toletus cum plerisque expositoribus ac ipso Gesenio in *Thesauro p. 463.*, verba *tenens fusum* interpretatur: « Id est qui *baculo* innititur prae » pedum debilitate aut corporis infirmitate. » Verum quum hebraicum verbum פלך, *fusum* reddatur a Vulgato, cui Aquila, Symmachus et syrus consentiunt, quumque aliunde haec notio illius verbi certissima sit, alia vero *baculi* saltem dubia, Schulzius et Maurerus contendunt heic sermonem esse de homine ad incitas ita redacto, ut muliebre fusi opus suscipere cogatur, quod sane israelitis quam-

maxime turpe erat. « Fusum tenere, ait Petrus Damiani l. c., est virilis vitae fortia facta relinquere, et femineae conversationis illecebrosam mollitiem exhibere. »

32. *sepelissent* — Cod. K et Bibl. Paris. 1566. *sepelisset*. Pro *rex David*, sixtini *Rex;* accedunt codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, L 5., O, Q, R, T, U, Cas. 14., gothic. leg., veron., Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., Lugd. 1531. 1533., Ant. 1537., Ven. 1538. 1544.; Toletus notat: « Hebraeus, graecus et manuscripti non habent *David*. » Mox pro *flevit autem*, cod. F *flebat autem;* nimia subtilitate, immo minus recte cod. H notat hebraeum pro *flevit*, legere *planxit;* nam in sacro textu non est verbum אנה vel ספד quod proprie est *planxit*, sed בכה quod rectissime interpretatur *flevit*.

33. *rex et lugens*—Angelomus *rex Israel;* sixtini *Rex;* concinunt codd. A, C, D, E, F, I, K, L 4., M, O, Q, R, T, U, goth. legion., mediol., veronens., priores editt. Rob. Steph. aliaeque inde petitae et Pseudo-Hieronymus; cod. H notat hebraeum legere *rex et lamentans*. Immo vero pro eo quod Vulgatus legit *Plangensque rex et lugens Abner*, hebraeus ויקנן המלך אל־אבנר, *Et lamentatus est* (seu *cecinit* cantum lugubrem) *rex super Abner*. Mox pro *mortuus est*, codd. C, D, G 2. m., I, K, R, S, U, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1482. 1483. 1484., Argent. 1497., Norimb. 1501., Lugd. 1513., Rob. Steph. 1528., all., Angelomus, Hugo *mortuus es*.

34. *ligatae non sunt* — Sixtini codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Pseudo-Hieronymus, Angelomus *non sunt ligatae*. Mendose dein Bibl. Rob. Steph. 1545. omittunt *compedibus*. Pro *sic corruisti;* sixtini, codd. A, C, D, E, aliique prope universi *corruisti;* accedunt hebraeus et veteres.

35. *universa multitudo*—Cod. H notat hebraeum legere *universus populus*. Mox cod. veron. tacet *clara*.

36. *audivit*—Cod. H et margo Ordin. monent in hebraeo legi *cognovit*. Pro *eis cuncta*, cod. T *ei cuncta;* nimirum pronomen refertur ad populum. Cod. H notat hebraeum pro *in conspectu*, legere *in oculis*. Pro *totius populi*, antiquiores editiones et Brev. goth. p. 308. *omnis populi*.

37. *et cognovit* — Mendose codd. D, U *et non cognovit*.

38. *princeps et maximus* — Tacent coniunctionis particulam codd. T, V, Cas. 2., Petrus Com., Brev. goth. l. c.; item graecus, syrus, arabs et duo codices Kennicotti; at ex graecis non pauci codices hebraeo et Vulgato consentiunt. Recte autem animadvertit Roorda in *gramm. hebr.* §. *585.* nomen גדול hoc loco substantivi notionem prae se ferre; idque expressit chaldaeus interpres, qui habet רב ושליט, quod minus apte in polyglottis redditur *magnus et dominator;* significat enim *princeps et dominator*.

39. *adhuc delicatus* — Cod. E *adhuc puer delicatus;* Bibl. Lugdun. 1522. 1526. 1535., Basil. 1530. 1544., Paris. 1573., Hugo *adhuc delicatus sum;* Bibl. Ord. *delicatus adhuc sum;* cod. H, Dionysius carthus. et margo Ordin. ex hebraeo *hodie tener;* Aquila et Symmachus ἁπαλός; nimirum affirmat David se adhuc רך, *debilem* atque infirmum esse; eodemque sensu accipiendus est chaldaeus הדיוט; at graecus et syrus aliam omnino lectionem suis in codicibus habuisse dicendi sunt; prior enim posuit συγγενής, ac si legisset דד; alter vero ܘܡܫܝܚܐ, ac si reperisset גר vel דאג.

Ibid. *unctus rex*—Cod. B *unctus sum rex;* cod. F addit *nescitis quoniam dux magnus cecidit hodierno die in Israel, et quia ego hodie congitus* (sic) *sum rex?* quae verba geminam exhibent superioris periodi interpretationem fere ex graeco desumptam; cui accedunt codd. V, Cas. 13., baver. qui addunt *et quasi hodie cognitus* (item ex veteri itala habet margo codicis goth. leg.; haec autem lectio quamvis nullum in graeco praesidium habere videatur, tamen ad orationis seriem multo magis apta est quam συγγενής σήμερον; et fortasse latinus interpres censuit id intelligendum esse de novitate davidici regni,

quod tunc primo oriebatur, atque nondum satis firmatum erat) *et constitutus in regno* (vel *sub rege*) *fui?* graecus enim habet *καὶ ὅτι ἐγώ εἰμι συγγενὴς σήμερον, καὶ καθεσταμένος ὑπὸ βασιλέως*; graecus Complut. *εἰς βασιλέα*; item georg. et slavon.; sed multi codd. *ὑπὸ τοῦ βασιλέως*; Pro *duri sunt mihi,* codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1479. 1482. 1483., all. *duri mihi sunt;* hanc lectionem admittere voluisse videntur sixtini adhaerentes, ut solent, antiquioribus codicibus; at tamen reipsa scripserunt *sunt mihi duri,* quod in codd. non legitur.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. III, 4. *Abital* (alias *Abitam*) . . . . 8. *Ipse mihi feci haec omnia, qui feci misericordiam* (cf. Holmesius et quae supra ad h.v. adnotavimus) *cum domo Saul patris tui, et cum fratribus tuis, et cum amicis patris tui; et non transtuli me in domum David; et inquiris a me tu de iniuria mulieris hodie?* . . . 16. *usque Baraim* (graecus Βαρακίμ). . . . 20. *potum* (graecus *πότον*, hebraicus משתה; utraque vox significat *convivium*, et *potum*, sed heic prior notio est praeferenda). . . . 29. *rheumaticus, et tenens scytalem* (nota verbum; graecus *σκυτάλην*; cf. ad vers. 28.), *et cadens in gladio, et egens pane*. . . . 31. *et rex David ibat post lectum*. . . . 33. *Si secundum mortem Nabal morietur Abner*. . . 39. *Et quoniam hodie cognitus* (cf. supra) *et constitutus fui sub rege.*

Cap. IV, 1. *Isboseth*—Tacent sixtini, codd. A, B, D, E, F, G, H, I, L 7., M, O, Q, T, U, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., Bibl. Complut., Reg., Norimb. 1529., Rob. Steph. 1532., Lugd. 1535., all., Hugo: hinc Toletus: « *Isboseth* non habetur in hebraeo, et Com» plut.; tamen est apud LXX. et in Ordin., » Lov. et plurimis impressis: sed parum re» fert; nam is ipse est, sive exprimatur sive » non. » Scholiastes in cod. N de hoc nomine et altero quod occurrit ad vers. 4. notat: « Graecus vocat *Miphiboseth*, *Memphibaal* » (Μεμφιβααλ); et *Isboseth* vocat *Memphi*» *boseth* (Μεμφιβοσθε). » Utraque autem lectio, quae graecis tribuitur, vix in paucissimis codd. holmesianis occurrit. Post *omnisque* nonnulli addebant *populus,* quod in cod. M expungi iubetur.

2. *viri principes* — Cod. veron. tacet *viri.* Sequitur *latronum erant filio,* cod. Cas. 1. *latronum erant cum filio;* idque Houbigantius testimonio chaldaei, syri et arabis probat. Animadverte vocem *latrones* veteribus non semper in deteriorem partem acceptam fuisse; nam apud latinos sic dicti fuerunt *satellites* et *custodes corporis,* vel generatim *conducti milites,* uti exponit Forcellini. Hoc autem sensu vulgatam interpretationem heic esse accipiendam, patet tum ex contextu, tum ex hebraeo גדוד, quod est *militum agmen*; bene Symmachus λοχαγοί, Aquila εὔζωνοι; cf. Gesenius *Thes. p. 264.*, Mazochius *spicil. bibl. II, 163.*, Calmetus aliique. Pro *Baana,* minus recte codd. C, D, F, all. et antiquiores editiones *Banaa.* Pro *reputata est,* cod. veron. *reportata est;* mox Bibl. Ven. 1482. tacent *in.*

3. *ad tempus illud* — Codd. A, C, D, F, G, H, K, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *in tempus illud;* codd. R, S *ad illud tempus.*

4. *tollens itaque* — Codd. B, C, D, F, I, K, U, mediol. *tollensque.* Maioris perspicuitatis gratia sixtini intra parenthesim concluserant verba *quinquennis enim* usque ad *claudus effectus est.*

5. *ingressi sunt* — Bibl. Mog. 1462., Argent. 1497., Norimb. 1501. mendose *ingressae sunt;* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. *ingressique sunt;* Bibl. Ven. 1483. *egressi sunt.* Pro *fervente,* cod. R, Bibl. Ordin., Basil. 1544. *ferventi.* Eucherius pro *domum,* legit *in domum.*

5. 6. *Et ostiaria domus purgans triticum, obdormivit. Ingressi sunt autem domum latenter assumentes spicas tritici, et percusserunt eum in inguine* — Hieronymianam interpretationem hoc loco ab antiquariis vitiatam fuisse, etsi antiquissimi testes id non demon-

strarent, iure tamen praesumeremus ex incredibili illa lectionis perturbatione, quae in latinis codicibus conspicitur. In primis enim tacent verba *Et ostiaria domus purgans triticum, obdormivit* sixtini, codd. A 1. m., H, K, L (seu Q), T, mediol., veron., Bibl. Complut., Reg., Norimb. 1529., Lugdun. 1535., Pseudo-Hieronymus, margo Ord.; cod. corbeien. n. 13. id habet in margine additum; cod. sangerm. num. 9. habet deletum; unde Sabatierius illud ad veterem italam retulit. « In codice cardinalis Bessarionis, subdit Lucas Brugensis, subducta linea signatum est. Adnotat episcopus Abulensis, quibusdam Bibliis additum esse. Existimat enim interlinearem glossam fuisse, quae, ut declararetur quomodo patuerit Baanae et Rechab ingressus in domum Isboseth, prius fuerit adscripta, et postea librariorum imperitia, textui commixta. Sane nec in hebraeo textu, nec in chaldaeo, syro, arabe legitur. Sed in graecis exemplaribus luculenter et constanter habetur. Ad hunc enim modum exemplaria graeca legunt: Καὶ ἰδοὺ ἡ θυρωρὸς τοῦ οἴκου ἐκάθαιρε πυροὺς, καὶ ἐνύσταξε καὶ ἐκάθευδε. Videtur idipsum hoc loco accidisse, quod alias saepe in superiori libro observavimus, nimirum latinam Hieronymi et graecam Septuagintaduorum interpretationes in latinis libris imperita temeritate coniunctas. Nam quod Hieronymus reddidit *Ingressi sunt autem domum latenter assumentes spicas tritici, et percusserunt eum in inguine*, id Septuaginta duo transtulisse videntur verbis superius prolatis. Non aliud enim graece legitur, quod hebraeo versui, quem ad illum modum latinus interpres transtulit, respondeat; nec aliud hebraice, quod graecae illi translationi conveniat. Videntur igitur eiusdem sententiae diversae translationes esse; alia latina, alia graeca; sed latina quidem hebraicorum verborum significationi optime congruit; graeca autem mirum in modum discedere videtur. Hoc enim modo hebraice est והנה באו עד־תוך הבית לקחי חטים ויכהו אל־החמש, quod ad verbum reddas *Et ecce venerunt ad interiorem partem domus petituri* (fortasse *empturi*) *triticum, et percusserunt eum in abdomine*. An aliter hebraice legerint graeci interpretes nescio: verumtamen non usque adeo translatio eorum difformis est, quin vestigia servet, quibus pateat satis hebraeum illum versum ab ipsis hoc modo redditum, a latino autem interprete modo altero. Unde fit verisimile non latini nostri interpretis, sed graecorum translationem esse quod plerisque latinorum codicum additur *Et ostiaria domus purgans triticum, obdormivit.*» Hactenus fere Lucas Brugensis. Ad praedicta Vulgati verba gregoriani adnotarunt: « Haec, » nempe *Et ostiaria* etc., non sunt in he» braeo; alia, nempe *Ingressi sunt* etc. non » sunt in graeco; tamen quia in manuscriptis » fere cunctis habentur, fuerunt retenta. » De priori pericope Toletus scribit: « Non ha» bent ista hebraeus, Complut., Reg. et ma» nuscriptus unus. Sunt tamen apud LXX. et » in Ordin., Lov. et multis manuscriptis et » impressis. Prior Congregatio abstulit, al» tera retinuit. »

Antequam progrediamur reliquae nostrorum testium varietates sunt proferendae. Pro *Et ostiaria*, codd. Cas. 11. *Et ecce ostiaria;* item graecus; cf. De-Rossi *Varr. lectt. ad h. l.* Veteris italae codices memorati ab epanorthote de quo infra, *Et ostiarius;* accedit cod. 19. Holmesii. Ante *obdormivit* cod. atrebat. addit *et*, consentiente graeco. Pro *Ingressi sunt autem domum latenter assumentes spicas tritici*, inverso ordine legunt *Assumentes (autem) spicas tritici latenter ingressi sunt (domum)* codd. B, D, E, F, L 11. (apud Lucam Brugens.), N, O, U; pro hac lectione epanorthotes in cod. N scribit: « Tritici assumptio » spicarum quas quasi pro benedictione por» tabant, fuit occasio intrandi; propter quod » antiqui, ut puto, interpretes prius ordinant » de assumptione spicarum, ut supra posita » littera ostendit. Novi nimis hebraeo adhae» rentes sic ponunt *Ingressi sunt autem do*» *mum latenter assumentes spicas tritici*. He» braeus noster nihil habet de ostiaria illa.

» Septuaginta (in latino) dicunt quod *ostiarius purgabat triticum et dormitabat;* in » graeco tamen sonat in feminino genere sic » ut in nostra translatione. Nihil tamen habet de assumptione spicarum. » Ne autem dubium foret utrum *latenter* referendum esset ad praecedentia vel ad sequentia, cod. G posuit *Assumentes autem spicas tritici, ingressi sunt latenter domum;* contra vero cod. V *Ingressi sunt autem domum assumentes spicas tritici latenter*. Aliam ordinis inversionem exhibent Gregorius M. I, 3. IV, 151., Eucherius, Claudius taurin., Rabanus, Angelomus qui legunt *Ingressi sunt autem domum. Et ostiaria domus, purgans triticum, obdormivit. Assumentes spicas tritici latenter ingressi sunt;* his consentit exemplar atrebatensis Collegii apud Lucam Brugensem, excepto quod addit *autem* ante *spicas;* alterum vero exemplar apud eumdem habet *Ingressi sunt autem domum assumentes spicas tritici, latenter ingressi sunt, et ostiaria domus purgans triticum, et obdormivit.* En quomodo aliis atque aliis locis collocatur illud a graeca versione petitum additamentum. Praeterea tacent *autem* codd. D, N, O, U; omittunt *domum* codd. D, L 5. (apud Brugens.), N, N*, O, U; cod. E addit *Hisboseth;* non legunt *latenter* sixtini, codd. A, C, F 2. m., H, K, L 3., Q, T, mediolan., Pseudo-Hieronymus et Rupertus; Toletus animadvertit: « Hebraeus et tres manuscripti non » habent *latenter;* sed tamen est in Compl., » Reg., Ordin., et multis impressis et manu» scriptis, et habetur apud LXX. non per ad» verbium, sed per verbum *latuerunt*. Prior » Congregatio abstulit, posterior retinuit. » At vero per illud adverbium latinus interpres expressit quod hebraeus dicit *ad interiorem partem* domus. Graecus autem, ut iam diximus, nil habet de hac pericope; quod si in sequenti periodo legit διέλαθον, id respondet hebraeo נמלטו, quod Vulgatus reddit *fugerunt.* Denique pro *assumentes,* codd. A, T *sumentes.*

Ex laudatis testibus colligitur priorem pericopen iam inde ab aetate Gregorii M. ex veteri itala haustam, quibusdam hieronymianis exemplaribus insertam fuisse, quin tamen certa eiusdem sedes constituta esset; ex quo nonnihil perturbari coepit ordo hieronymianae versionis. Dein utriusque versionis coagmentata lectio apud latinos ea ratione invaluit, quam recentiores libri sequuntur. Etsi vero ab alexandrino, quem sequitur Iosephus *antiq. VII. 2.*, in huius loci interpretatione adeo recedat Hieronymus, ut alium prorsus sensum exhibeat, huic tamen reliqui veteres interpretes consentiunt (unica excepta voce חטים, pro qua syrus et arabs, hebraicum aeque ac graecum deserentes, legunt חטאים); neque aliam admittit interpretationem hebraicus textus. Quae quidem consensio dum graecam versionem saltem suspectam reddit, hieronymianam omnino confirmat. Hinc autem admittere non possumus quod veluti verisimile tradit Sanctius; nempe illa verba, quae ex graeco in nostros codices irrepserunt, olim in magis emendatis hebraicis codicibus fuisse, atque scriptorum incuria de textu excidisse. Nam si e sacro textu ista exciderunt, quid dicendum erit de iis, quae mox in hebraicis, non vero in graecis codicibus leguntur? Nil ergo in hebraico desideratur, nihilque proprie redundat in graeco, sed unius eiusdemque pericopes alia interpretatio habetur, quae in Vulgatum illata, hodiernam nostrorum exemplarium lectionem peperit. Cf. De-Rossi *de praecip. caus. p. 99.*, Ioh. Clericus in h. l., Natalis Alex. *hist. eccl. sec. IV. diss. 39. art. VI.*

7. *lectum* — Codd. A, H, I *lectulum.* Post *conclavi* cod. Cas. 1. addit *strati sui;* favet hebraeus. Pro *tota nocte,* cod. B *tota die;* cod. C addit *illa.*

8. *in Hebron* — Tacet cod. F. Pro *domino meo,* codd. C, D, F, G, I, O, R, S, U, V, Cas. 8., Bibl. Ven. 1479. 1480. 1482. 1483. 1533., Lugdun. 1522. 1542., Basil. 1530., Ordin., Paris. 1534. 1541. 1566. 1573., Hugo *domino nostro;* item syrus, arabs, armenus, georg., slav. et multi graeci codices. Pro *ultionem,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, O, T, U,

Cas. 8., goth. leg.; mediol.; veron. *ultiones;* item hebraeus.

9. *Berothitae* — Codd. A, C, D, F, R, S, T, U, gothic. legion., mediol. *Berothaei;* graecus τοῦ Βηρωθαίου.

10. *occidi eum* — Tacent pronomen, quod supra iam fuit expressum, sixtini, codd. A, B, E, H, I, K, T, V, Cas. 14., goth. legion., mediol., veron.; his concinit graecus codex vaticanus. Pro *mercedem dare*, sixtini, codd. A, C, E, G, H, I, K, R, S, T, V, mediol., veron., Hugo, Bibl. Ordin. *me dare mercedem;* codd. B, D, F, U, Cas. 7., Brev. gothic. l. c. *mercedem me dare;* antiquiores omnes editiones ante stephanicas *me mercedem dare;* nec dubitare possumus istud pronomen a Rob. Stephano, quem reliqui imitati sunt, mendose praetermissum fuisse.

11. *Quanto magis nunc cum*—Tacent *cum* codd. A, B, Bibl. Ven. 1479.; omittunt *nunc* codd. T, mediol. Pro *interfecerunt*, codd. H, K, Cas. 1., mediol., Bibl. Ord., Rob. Steph. 1528. 1532., Lugdun. 1531. 1533. 1542., Ant. 1537., Ven. 1538. *interfecerint.* Rursum pro *lectum*, codd. A, G, H, I, T, V *lectulum;* cod. M notat: « *super lectum suum:* hic finit » hebraeus versum cum interrogatione; et se» quitur *Nunc quaeram* etc. Alii habent *non* » *quaeram*, extendentes interrogationem us» que ad *Praecepit.* » Ex nostris codices B 2. m., R, S legunt *Nunc quaeram;* accedit graecus; at in cod. O monemur legendum: « *Vivit Dominus* (v. 9.), usque *de terra* sub » uno versu. » et in cod. N epanorthotes scribit: « *non quaeram* interrogative legendum » est; hebraeus enim habet *nonne* (הלוא); » ubi latinus habet *non.* »

12. *Praecepit itaque* — Codd. E, M *Praecepit autem;* cod. U *Praecepitque itaque.* Mox post *pueris* tacent *suis* codd. A, B, C, D, E, F, H, K, N, O, P, T, Cas. plures, gothic. leg., mediol., veron.; scholiastes in cod. N notat: « Hebraeus et antiqui non interponunt *suis;* » sed in graeco legitur. Pro *piscinam*, cod. Cas. 1. *spinam;* cf. ad III, 26.; haec autem lectio memoratur a Petro Com. et in cod. M ubi legimus: « Quidam habent *spinam*, quae » est arbor vel collis. » Syrus et arabs interpretantur *collem.* Margo codicis goth. legion. hoc in capite hanc unicam habet ex graeco vocem *fontem.*

Cap. V, 2. *Sed et heri* — Codd. B, C, F, V, Cas. 1., Bibl. Paris. 1566. *Sed heri.* Pro *tu eras*, Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. *et tu eras.* Pro *pasces*, cod. A *pascis;* pauci graeci codd. ποιμαίνεις; codd. C 1. m., D, F, G, P, U, V *pasce;* codd. N, O notant: « Antiqui » *pasce*, vel secundum alios *pasces.* »

3. *Venerunt quoque* — Cod. B *Veneruntque.* Pro *seniores Israel*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, N, O, P, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., baver., Rabanus *senes de Israel;* nonnulli ex laudatis codd. *seniores de Israel;* cod. H notat hebraeum praemittere *omnes.* Pro *cum eis rex David*, codd. E, I *rex David cum eis;* cod. G tacet *rex David.* Pro *in regem super Israel*, cod. E *super omnem Israel regem;* cod. I *regem super omnem Israel;* graecus εἰς βασιλέα ἐπὶ πάντα Ἰσραήλ; tacent *in* codd. B, C, Cas. 2. et locus parallelus I Paral. XI, 3.; cf. Holmesius et infra ad vers. 17.

5. *super Iudam*—Cod. B tacet, ut III Reg. II, 11. Ante *tribus* addunt *et* codd. E, F, G, I, R, U, Hugo, Pseudo-Hieronymus et hebraeus.

6. *David ab eis*—Praemittunt *ad* codd. A, B, C, E, F, G, H, I, K, N, O, R, S, T, U, V, Cas. plures, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Pseudo-Hieronymus et I Paral. XI, 5. Hoc loco codd. F, Cas. 2., margo D et sangermansis num. 11. apud Sabatierium addunt *Tanta est, inquiunt, civitas, ut etiam a debilibus arcearis. Ad quos* (al. *quod*, al. *quae*) *David respondit, Facite, inquiens, et ego iubeam, ut parva sublimia tangant, et exeat inde proverbium.* Huiusmodi additamentum nusquam est in sacro textu antiquisque interpretibus. In cod. G desunt verba *Non ingredieris huc, nisi abstuleris caecos et claudos dicentes;* cod. N et Biblia Paris. 1566. *egredieris*, pro *ingredieris;* codd. D, F, U *claudos et caecos*, pro *caecos et claudos;* item cod. 30. Kennicotti,

duo codd. Holmesii, graeca edit. Complut. et Cyrillus alex. tom. V. part. 2. p. 283. cf. ad vers. 8. Scholiastes in cod. M ex Pseudo-Hieronymo notat: « Ac si dicerent: Non ingredietur David huc, donec nos hinc auferat, quos inermes et imbecilles, quasi caecos et claudos, triumphare se putat. Vel irrisorie dicebant, quod tam fortis erat civitas, quod caeci et claudi eam defendere possent. » Item Ephraemus syrus I, 401.

8. *enim David*—Tacent *David* codd. A, B, I, R, T, V, Cas. 13. et cod. 71. Holmesii. Addunt *ei* post *praemium* codd. G, M, R, S, Cas. 7.; in margine Ordin. expungitur *praemium*, de quo scholiastes in cod. M notat: « Hieronymus dicit, quod hebraeus non habet *praemium*, sed subauditur *erit princeps et dux*, sicut legitur I Paral. » Ista ex Pseudo-Hieronymo III, 772. derivata sunt, apud quem legimus: « In hebraeo ita habetur *Et dixit David in die illa: Qui percusserit Iebusaeum, et tetigerit fistulam, et claudos et caecos odientes animam David* (hanc ex hebraeo versionem excitat quoque cod. H); subauditur *erit princeps et dux*, sicut liber I Paral. (XI, 6.) declarat hoc modo dicens: *Omnis qui percusserit Iebusaeum in primis, erit princeps et dux. Ascendit igitur primus Ioab filius Saruiae, et factus est princeps.* » Cf. Maurerus in h. l.

Ibid. *et abstulisset caecos et claudos* — Legunt tantum *et claudos et caecos* sixtini, codd. A, B, H, K, L 2. (seu Q), T, mediol., Angelomus; Toletus vero notat: « Non habent *abstulisset* hebraeus, graecus et aliqui manuscripti; habent tamen omnes impressi et alii manuscripti. Prior Congregatio expunxit, posterior retinuit. » Praeterea hebraeus quoque et graecus (exceptis tamen multis codd. holmesianis) heic ponunt claudos ante caecos; cod. I legit *et claudos abstulisset et caecos;* codd. C, D, E, F, G, R, S, U, V, Bibl. Ordin., Pseudo-Hieronymus et Rabanus *et abstulisset claudos et caecos.* Pro *intrabunt in templum,* codd. A, B, C, D, E, F, H, K, N, V, goth. legion., Angelomus *intrabunt templum;* ex hebraeo codices H, P, margo Ord. *intrabit domum* (cf. ad I Reg. I, 7.); sed graecus et arabs addunt *Domini;* cod. M ex Pseudo-Hieronymo profert ea quae sequuntur: « In hebraeo habetur *intrabit domum;* hoc est, caecus et claudus dicunt: *Non intrabit* quilibet *domum* caecorum et claudorum, quamdiu caecus et claudus intus fuerint. » Eadem memorantur in cod. N, apud Angelomum aliosque; at memorati proverbii sensus esse videtur: Iebusaei illi caeci et claudi, qui in hebraeorum contemptum dicebantur positi ad arcis custodiam, post expugnatam a Davide arcem, in quam mox arca Dei illata fuit, templum (domum Dei) ultra ingressuri non erant.

9. *in arce*—Codd. G, L, V 2. m., antiquiores editiones addunt *Sion,* quod ex vers. 7. petitum videtur; recte autem notavit Rob. Stephanus id in optimis codicibus non legi, at perperam eisdem adiecit Biblia Complut.; ex antiquis vero interpretibus syrus, quem sequitur arabs, legit ܗܝ ܗܝ : ܒܡܨܘܕܬܐ ܕܨܗܝܘܢ. Post *aedificavit* codd. G, mediol. addunt *eam;* accedunt graecus, syrus et arabs.

10. *ingrediebatur* — Bibl. Mog. 1462. *egrediebatur.* Pro *proficiens,* cod. veron. *proficiscens;* conf. supra ad III, 1. Pro *Deus exercituum,* graecus habet παντοκράτωρ; in cod. E et I Paral. XI, 9. omittitur *Deus;* cod. B tacet *exercituum.*

11. *ad parietes* — cod. T *ac parietum;* cf. I Paral. XIV, 1.; graecus tacet.

12. *quoniam confirmasset*—Cod. T et I Paral. XIV, 2. *quod confirmasset;* cod. H notat hebraeum legere *firmasset;* et pro *super populum,* legere *propter populum;* hoc est, inquit Caietanus, propter bonum populi.

13. *Accepit ergo David* — Cod. B *Accepit autem;* codd. A, C, G, K, T, Cas. 11., Rabanus *Accepit ergo.* Pro *et alii,* codd. Cas. 13. *adhuc alii;* cod. H notat hebraeum legere *adhuc;* cod. T tacet *et.*

14. *Samua* — Non pauci codd. *Sammua;* conf. ad Num. XIII, 5.; alii *Samaa;* Hieron. III, 59. *Samoe;* I Paral. III, 5. *Simmaa.* Ante

Nathan tacent *et* codd. B, I, T, V et I Paral. XIV, 4.; item pauci codices holmesiani et cod. 614. Kennicotti; perperam autem reticetur nexus in latina versione syri et arabic.

15. *Iebahar* — Antiquiores editiones *Iabaar;* Vulgatus I Paral. III, 6. *Iebaar;* codices complures *Ibahar;* cod. B *Ibiaar*. Hieronymus III, 57. *Elisue*, pro *Elisua;* legitur autem *Elisama* I Paral. III, 6., ubi praeterea subnectuntur *Eliphaleth* et *Noge* (I Paral. XIV, 5. 6. *Eliphalet* et *Noga*); nam in Paralip. filii Davidis qui in Ierusalem nati sunt, non undecim, sed tresdecim numerantur. In graeca autem versione ex manifesto scriptorum vitio hoc loco viginti quatuor recensentur; nimirum primo recitantur undecim nomina quae heic habentur; dein tresdecim quae in Paralipomenis; pleraque tamen ita corrupta, ut geminati elenchi vitium prima facie latitet. Codd. B, G tacent *et* ante *Nepheg*, pro quo Vulgatus I Paral. XIV, 6. legit *Napheg;* conf. ad Exod. VI, 21.

16. *Elioda* — Codices plerique, antiquiores editiones, Angelomus, all. *Elida* vel *Helida;* cod. H, Bibl. Rob. Steph. 1528., Paris. 1566. 1573., all. *Eliada*, uti habet Vulgatus I Paral. III, 8. et alibi; at vero idem Davidis filius I Paral. XIV, 7. vocatur *Baaliada*. Sixtus aliique plures pro *Eliphaleth*, scribunt *Eliphalet*, uti est in Vulgato I Paral. VIII, 39. XIV, 7.; multi codices et antiquiores editiones *Elipheleth*, uti habet Vulgatus I Paral. III, 8. Esdr. VIII, 13.; alii melius *Eliphelet*, ut infra XXIII, 34. et Esdr. X, 33.

17. *Audierunt ergo* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, T, U, Cas. plures, goth., legion., Thomasius I, 112., Hugo, Rabanus *Audierunt vero;* favent hebr. et graecus. Mox ante *regem* tacent *in* sixtini et codices paene universi; item graecus; conf. supra vers. 3. Pro *descendit*, Rabanus *ascendit;* cod. 67. Kennicotti וילך.

18. *Valle Raphaim* — Sixtus, all. *Valleraphaim;* emendavit Angelus Rocca; item infra vers. 22.; Hieronymus Aquilam et Symmachum imitatus hebraicam vocem רפאים retinuit; at infra XXIII, 13. interpretatur *Valle gigantum;* nota quoque variam in Vulgato scribendi rationem; nam I Paral. XI, 15. habet Vall. [illegible] *Raphaim;* cf. ad Ios. XVIII, 16.

19. *ad Philisthiim* — Cod. F *ad Philisthaeos*, uti est I Paral. XIV, 10. Pro *tradens dabo*, cod. G *tradens tibi dabo;* codd. D, E, F, O, Cas. plures, gothic. leg., Hugo *tradens tradam;* cod. U et Paral. l. c. *tradam*. Mox pro *in manu tua*, codd. I, U *in manus tuas*, ut infra vers. 23.; accedunt graecus, syrus et pauci codd. hebraici apud De-Rossi.

20. *Venit ergo* — Cod. B *Venit autem*. Pro *in Baal Pharasim*, Bibl. Rom. 1471., Paris. 1541. *ad Baalpharasim;* nota Vulgatum I Paral. XIV, 11. scribere coniunctim *Baalpharasim*, quod et alii plures faciunt.

21. *ibi sculptilia* — Bibl. Antuerp. 1565. 1569., Lugdun. 1569., Ven. 1579. mendose *sibi sculptilia*.

22. *adhuc* — Angelomus *iterum*.

23. *Si ascendam contra Philisthaeos, et tradas eos in manus meas?* — Haec verba ex superiori v. 19. mutuata videntur, eademque omittunt sixtini, codd. A, D, E, H, I, K, L 7., N, N*, Q, T, U, V 2. m., veron., mediolan., Bibl. Compl., Reg., Isidorus Clarius, margo Ordin., Rabanus, Angelomus; gregoriani notarunt ut I Reg. V, 6.; hinc Toletus: « Haec » non habentur in hebraeo, graeco, Compl., » Reg. et aliquot manuscriptis. Sunt tamen » in Ordin., Lov. et fere in omnibus impres» sis, et multis manuscriptis. Prior Congre» gatio expunxit; posterior retinuit. » At vero bene perpensis testibus, egregie Lucas Brugensis scribit: « Quamquam exstet hic versi» culus in quibusdam graecis codd., vix ta» men est dubium quin hic superflue ab ali» quibus sit repetitus ex v. 19. superiore. » Cf. Bukentopius p. 173., Vallarsius in h. l., De-Rossi *de praecip. causs. p. 99*. Correctoria M, O eadem verba expungunt, atque testantur non legi in hebraeo multisque antiquis codicibus, quia paullo ante occurrunt. Accedit card. Bessarion, qui in *tractatu in Ioh.*

XXI, 22. (in cod. vatic. 3526.) scribit: « Verba, quae in quibusdam mendosis codd. » addita reperiuntur, nempe *Si ascendam contra* Phil[illegible] in *manus* » *meas*, expungenda sunt, nec in hebraeo » fonte reperiuntur hoc loco, sed tantum su- » pra. » Sabatierius animadvertit illa verba legi in graeca Aldi editione: *Εἰ ἀναβῶ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ παραδώσεις αὐτοὺς εἰς τὰς χεῖράς μου;* huic autem concinunt armen., georg., slav. paucique graeci codices, quorum auctoritas tanta non est, ut Houbigantio concedamus ex hebraico textu illa excidisse. Ex iis vero latinis testibus qui hanc pericopen legunt, codd. M, R, S, V 1. m., Cas. plures, Thomas. I, 97. habent *et si trades;* codd. F, Cas. 2. *et si tradas.*

Ibid. *Non ascendas contra eos* — Sixtini, codd. A, C, D 1. m., E, H, I, K, L 7., M, N, O, Q, T, U, V 2. m., Cas. 14., mediol., goth. leg., Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus legunt tantum *Non ascendas;* notat quoque Lucas Brugensis latinos multos codices, hebraeo conformiter, omittere verba *contra eos.* At Caietanus censet haec verba ab interprete ad claritatem sententiae apposita esse; et Toletus animadvertit: Non habent *contra* » *eos* hebraeus et aliquot manuscripti, et » prior Congregatio expunxit. Tamen sunt in » impressis omnibus et aliis manuscriptis; » et LXX. legunt *in occursum eorum.* Poste- » rior Congregatio recepit. » Codd. B, F, G, S, V 1. m., Cas. 6., Bibl. Ordin., Rupertus, Petrus Com. legunt *Non ascendas obviam eis;* cod. D 2. m. et Hugo *Non ascendas in obviam illorum.*

23. 24. *ex adverso pyrorum . . . in cacumine pyrorum* — Cod. F addit *loci planctus illorum, sublatum de sylvis ululatum;* item cod. sangermanensis num. 9. apud Sabatierium, excepto *locum,* pro *loci.* Huius additamenti occasio ex graeca interpretatione, quae habet *ἀπὸ τοῦ ἄλσους τοῦ κλαυθμῶνος*, petita est. Autumat vero Iosephus *antiq. VII, 4. ἄλσος τοῦ κλαυθμῶνος* esse nomen proprium luci prope Ierusalem; conf. Calmetus ad Iudic. II, 1.; Ephraemus cum syro et arabe retinet hebraicum verbum בכאים, quod habet pro nomine proprio montis. Chaldaeus interpretatur אילניא *arbores.* At multo melius Aquila h. l. et alexandrinus I Paral. XIV, 13. reddunt *τῶν ἀπίων*, quod utroque loco expressit Vulgatus. Nam ex בכא, quod denotat fletum (cf. Psal. LXXXIII, 7.), habetur בכאים, quod significat *arbores* quasdam a lacrimando dictas: « Vix dubium, ait » Gesenius in *Thes. p. 205.,* auctore Celsio, » arborem intelligi بكا dictam, balsamiferae » similem, fructu tamen maiore et rotundio- » re, foliisque longioribus dignoscendam. » Attamen priorem illam versionem exponit scholiastes in cod. M, qui ex Pseudo-Hieronymo III, 772. 804. notat: « Hieronymus non » habet *pyrorum,* sed *flentium,* id est idolo- » rum, quae digna sunt fletu. Haec autem » idola angeli boni contriverunt et conculca- » verunt, ut Philisthiim ex hoc territi fuge- » rent. Hieronymus super Paralipomenon: » Idolum illud idcirco *flentium* dicebatur, » quia in lacrimis hominum sacrificium illi » parabatur. » Ex eodem fonte, ut videtur, hanc hebraeorum expositionem memorant alii plures, quos inter cod. H, Rabanus, Rupertus, Petrus Com., Hugo, Angelomus; qui postremus de eiusdem traditionis sinceritate dubitat; scribit enim: « Quamquam nonnulli, ut » in cuiusdam volumine legi, contendant non » haberi in hebraica veritate *pyrorum,* sed » *flentium,* hoc est, ut tradunt, ex adverso » idolorum suorum, ubi scilicet idola erant » in quibus confidebant, quae (ut inquiunt, » prout ex traditione hebraeorum didicerunt) » idcirco *flentium* vocantur, quia fletu digna » sunt, et eos qui ea colunt ad fletum mise- » riarum perducunt; . . . at nostram interpre- » tationem veram credo: noster autem inter- » pres in tribus linguis peritus, de *arboribus* » simpliciter intelligit. . . *Pyrorum cacumina,* » arborum significant summitates. » Epanorthotes vero in cod. N etsi opus *hebraicarum quaestt. in libros Regum* Hieronymo adscribat, tamen eamdem ex hebraeo versionem

omnino respuit scribens: « Pro *pyrorum*, Hie» ronymus dicit hebraeum legere *flentium*. » Quemadmodum supra dixit hebraeum non » habere *praemium*, et habere *intrabit in do*» *mum*, et tamen quod dicitur *praemium*, et » quod dicitur *templum* ibi remansit, ita et » littera quae est *pyrorum* debet stare. Sed » cum essent idola combusta, quomodo dici» tur I Paral. XIV. (v. 12.), non videtur hic » debere esse *flentium*. Graecus hic habet » *klaithmos* (lege κλαυθμῶνος), id est *fle*» *tus;* in Paral. *kleonton* (vix duo codd. holmesiani habent κλεόντων, alii duo κλαιόντων, lectio communis est τῶν ἀπίων), id » est *flentium*. Verumtamen notula super iis » inter correctiones litterae, fomentum erro» ris est, quia facit destrui litteram com» munem. »

24. *gradientis* — Codd. R, S, Bibl. sine loco 1481., Ven. 1484. 1492. 1494. 1497. 1498., Brix. 1496., Argent. 1497., Ordin., Compl., Reg., all., Hugo *clamoris gradientis;* mendose Bibl. Paris. 1566. *clamque gradientis;* pro hebr. צעדה, *incessus*, targum posuit צוחתא *clamoris*, perinde ac si legisset צעקה; graecus συγκλεισμοῦ, vel potius συσσεισμοῦ; hinc illud *clamoris* ex alia interpretatione esse videtur. Bibl. Paris. 1566. post *praelium* tacent *quia*. Mox pro *ut percutiat*, cod. B *et percutiet;* codd. T, veron. *ut percutias;* et pro *Philisthiim*, cod. T *Philisthinorum*.

25. *Fecit itaque* — Cod. T *Fecit quoque;* cod. V *Fecit ergo*. Pro *praeceperat ei*, codd. A, H, I, K, T *ei praeceperat;* cod. mediol. tacet pronomen, ut cod. 71. Holmesii. Pro *Gabaa*, codd. B, E, G, H, K *Gabee;* cf. ad Ios. XVIII, 24.; in loco parallelo I Paral. XIV, 16. legitur *Gabaon*, quod graeci etiam hoc loco habent.

Ibid. *dum venias Gezer* — Cod. G *dum Iazar veniret;* cod. I *dum veniret Iezer;* cod. veron. *cum venies Gazer;* legunt quoque *Gazer* cod. V, Bibl. Ven. 1479., Norimb. 1529., Lugdun. 1535., Petrus Com., Dionysius carthus., aliique; conf. ad Ios. X, 33.; in Paral. l. c. dicitur *Gazera*, item in graeco hoc loco.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. V, 1. *Ecce nos ossa tua sumus, et ex carne tua sumus* (graec. καὶ σάρκες σου ἡμεῖς). . . 6. *Non intrabis huc, quoniam ante te steterunt* (ὅτι ἀντέστησαν) *caeci et claudi dicentes: Non intrabit huc David*. 7. *Et adprehendit* (David) *regionem* (περιοχὴν) *Sion dicens* (tres codd. holmesiani addunt λέγων): *Ipsa est civitas David*. 8. *Et dixit David in illa die: Omnis qui percusserit Iebusaeum, tangat in gladio et caecos et claudos* (idem ordo in multis codd. graecis) *odientes animam David*. . . . 9. *et aedificaverunt* (legerit ᾠκοδόμησαν?) *ibi* (αὐτήν) *civitatem in circuitu ab ipsa arce et domu sua* (ἀπὸ τῆς ἄκρας, καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ). . . . 10. *et Dominus omnia tenens* (παντοκράτωρ) *erat cum eo*. . . . 12. *adauctum est regnum*. . . . 18. *Titanorum*. . . 20. *Et venit David de superioribus caedens* (ἐκ τῶν ἐπάνω διακοπῶν; all. διακόπτων) . . . *de supra per laborem* (Ἐπάνω διακοπῶν; legerit διὰ κόπον?). . . . 23. *in locum klautmonis, prope quem caeperint plorare* (cf. supra ad h. l.). 24. *Et erit cum audieris vocem sublatam de silva in ploratu, tunc descendes in pugnam* (pauci codd. cum edit. Compl. εἰς τὸν πόλεμον).

Cap. VI, 1. *Congregavit autem*—Cod. E tacet *autem*. Mox Rabanus omittit *David;* hunc enim versiculum quidam veteres libri ad caput superius referunt. Pro *ex Israel*, cod. T, Rabanus, Angelomus *Israel;* favent chaldaeus, syrus, arabs et pauci codd. hebraici apud De-Rossi, ubi supplendus est cod. 384. Kennicotti.

2. *Surrexitque David, et abiit* — Tacent *David* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, O, T, U, V 1. m., Cas. plures, goth. leg., mediol.; item cod. 93. Kennic. et 71. Holmesii; cod. G et Eucherius legunt *Surrexit itaque et abiit;* Toletus notat: « Aliqui manuscri» pti non habent *David*, et prior Congregatio » abstulit. Habent tamen omnes impressi. In » hebraeo autem et graeco sic legitur *Et sur-*

» *rexit et abiit David.* » Cod. Cas. 1. addit *ipse.* Pro *qui erat,* Bibl. Paris. 1566. 1573. *qui erant.* Vulgatus interpretatur verba sacri textus מבעלי יהודה *de viris Iuda;* at recentiores interpretes existimant heic sermonem esse de *Baale Iudae,* quod idem est oppidum alibi *Cariathiarim* appellatum; conf. I Paral. XIII, 6. Mox pro *super quam,* sixtini, cod. A, Bibl. Lugd. 1522., Eucherius *super qua;* et pro *nomen Domini,* codd. B, C, D, G *nomen Dei;* conf. Holmesius. Pro *sedentis in cherubim,* cod. mediolan. *sedentis super cherubim;* item graecus, syrus et I Paral. XIII, 6.; apud Eucherium *sedente cherubim;* hebraeus ישב הכרבים.

3. *arcam Dei* — Codd. A, C, D, E, I, R, S, T, U, Cas. 2., Agobardus CIV, 134. *arcam Domini;* item graecus, paucis exceptis codicibus. Pro *tuleruntque eam,* codd. D, O, U, goth. leg., Agobardus l. c. *tuleruntque arcam;* haec et quae sequuntur ad finem versus in cod. B deerant, fortasse quia eadem in seq. versiculo narrantur, ubi graecus, et cod. 96. Kennicotti illa praetermittunt. Houbigantius, Dathius aliique hanc repetitionem in sacro textu suspectam habent; at illam Maurerus censet consentaneam vulgari eo scribendi genere quod hagiographus noster sequitur.

Ibid. *Abinadab* — Codd. A, C, D, E, F, G, I, K, O, R, S, T, U, V, goth. leg., antiquiores editiones, Eucherius, Agobardus l. c., Petrus Com., Hugo, all. *Aminadab;* consentit graecus; cf. ad I Reg. VII, 1. XVI, 8. XXXI, 2. et Hieron. III, 606. Mox pro *qui erat,* Robertus Stephanus et Arias Montanus ex coniectura legunt *quae erat;* nam pronomen referendum videtur ad domum, non vero ad Abinadab; item in sequenti versiculo; utramque lectionem exponit Dionysius carthus. Vulgatus pro *Ahio,* אחיו, I Paral. XIII, 7. interpretatur *frater eius;* graecus utroque loco ponit οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ; minus recte quidam latini scribunt *Haio.*

4. *de domo Abinadab, qui erat in Gabaa, custodiens arcam Dei Ahio praecedebat arcam* — Ad haec Bukentopius pag. 173. animadvertit: « Ita interpungitur in Bibliis vaticanis tum Sixti V. 1590., tum Clementis VIII. 1592. 1593.; item in plantinianis et plerisque aliis novis editionibus, imo etiam in latinis Hentenii ac lovaniensium, in quibus consequenter illud *custodiens arcam Dei,* refertur ad Ahio; cum tamen aptius referatur ad patrem eius Abinadab, ut sublatis interpunctionibus (quae non sunt de substantia textus; neque per hagiographos appositae, neque per ecclesiam approbatae sunt) et indicat ipse latinus textus, et exigit hebraeus, in quo est *Et tulerunt eam de domo Abinadab qui in Gabaa cum arca Dei et Ahio incedens ante arcam.* Rectius proinde interpunctio, quae est post vocem *Gabaa* tolleretur, ac transferretur post vocem *Dei,* illamque ibidem positam vidi in multis antiquis Vulgatae libris, atque etiam in aliquibus post correctionem clementinam editis, signanter in Keerbergianis anni 1617., item in Bibliis maximis nostri Ioannis de la Haye 1660.; eodem modo bene interpungunt Biblia lovaniensium tam gallica, quam flandrica. Similiter in praeclaris magnisque bibliothecae nostrae manuscriptis anno 1232.; in his rarae quidem sunt interpunctiones, hoc tamen loco post vocem *Dei* duo puncta sunt expressa. » Haec ille; cuius notatio partim castiganda, partim confirmanda est. Atque in primis haud probare possumus quod universim affirmat de interpunctionis norma, perinde ac si eadem arbitraria esset, neque ulla ratione vel ad substantiam sacri textus pertineret, vel ab hagiographis constituta, et ab ecclesia firmata esset. Si enim universim qua late patet haec regula admitteretur, saepius sacri textus interpretatio in gravissimis quoque et ad religionis fundamenta pertinentibus quaestionibus, hominum arbitrio ac prope ludibrio permitteretur; quod plane absonum esse nemo non videt. Quis vero ignorat rectam interpungendi rationem necessario ab ecclesia quandoque constitutam fuisse dum subortas identidem dogmaticas quaestiones, pro suprema qua pollet auctoritate, definivit? Prae-

terea romanorum censorum documenta a nobis excitata haud raro demonstrant diligentem curam ab ipsis collocatam in restituenda recta interpungendi ratione. Non ii tamen sumus, qui Bukentopio vel cuilibet alii negare velimus in clementinis editionibus adhuc superesse huius generis non pauca, quae censorum vel typographorum diligentiam fugisse videntur: immo id maxime contendimus atque demonstrare nitimur. Ceterum recta illa interpungendi ratio, qua commatis nota in prolato textu ponitur post verba *arcam Dei,* non modo habetur in multis codicibus, antiquioribusque editionibus, sed conspicitur quoque in vatic. edit. an. 1598., quam si Bukentopius inspexisset, heic romanorum correctorum sollertiam non desiderasset. Quemadmodum in superiori versiculo adnotavimus pro *qui erat,* nonnulli praeferunt *quae erat;* et post verba *praecedebat arcam* antiquiores editiones addunt *Dei;* it. georg.; at in codd. non legitur.

5. *et citharis* — Cod. gothic. leg. tacet *et;* item pauci codd. hebraici apud De-Rossi. Versio graeca hoc in versiculo nonnihil emendata videtur ex I Paral. XIII, 8.

6. *Nachon* — Sixtus, codd. B, C, D, E, F, G, I, R, S, U, V, Thomas. I, 82., antiquiores pleraeque editiones, Hugo, Petrus Com. *Nachor,* quod recte emendarunt sixtini et gregoriani, quibus alii codices consentiunt, item Hieronymus III, 254., Rabanus, Angelomus, all.; conf. Lucas Brugensis; Toletus notat: « Lege *Nachon;* sic hebraeus, graecus, ma» nuscripti et utraque Congregatio. » Verum ad graecum quod spectat, animadverte editionem Compl. cum codice alex. legere quidem Ναχών, codicem vatic. Ὠδάβ, at reliquos prae se ferre Ναχώρ vel Ἀχώρ; quibus tamen obstat hebraeus, qui legit נכון, cui consentiunt Aquila, chaldaeus, syrus et arabs, qui omnes interpretantur *paratam,* quod nostram lectionem supponit. Quae autem heic dicitur *area Nachon,* I Paral. XIII, 9. appellatur *area Chidon,* quod, teste Bocharto *Hieroz. II, 37.,* idem significat. Mox pro *extendit Oza manum,* sixtini, codd. A, C, E, F, G, I, K, O, U, V, Thomas. l. c., Hugo, Rabanus, Rupertus, Agobardus l. c. *extendit manum Oza;* cod. H *Oza extendit manum;* codd. R, S *extendit manum suam Oza;* item graecus, chaldaeus, syrus, arabs; cf. De-Rossi, Houbigantius et Paral. l. c. Pro *Dei,* codd. B, E, I, V *Domini.*

Ibid. *et declinaverunt eam* — Tacent sixtini, codd. A, H, K, L 2. (seu Q), T, veron., mediol., s. Donatiani brugens. et leodiensis 1. m. (apud Lucam Brugen.), Bibl. Compl., Reg., Rob. Steph. 1532., Ant. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544.; Rabanus quoque, Eucherius atque Angelomus non legisse videntur. Toletus notat: « Haec non habentur in Com» plut., Reg. et aliquot manuscriptis, et prior » Congregatio expunxit. Legunt tamen Ordin. » et fere omnes impressi; et in hebraeo et » graeco habentur. Nam verbum hebraicum » שמטו a quibusdam vertitur *declinaverant,* » ab aliis *dimittebant.* LXX. *circumflectebant,* » id est in gyrum vertebant eam. Si quid ex» pungi debuisset, potius erat illud *calcitra» bant,* quod nec in hebraeo, nec in graeco » reperitur. Sed tamen legitur in omnibus la» tinis codicibus. Posterior Congregatio reti» nuit. » Ad huius autem quaestionis perspicuitatem animadvertere iuvat Vulgatum heic habere *quoniam calcitrabant boves, et declinaverunt eam;* et in Paral. l. c. *bos quippe lasciviens paululum inclinaverat eam,* pro eo quod hebraeus utroque loco legit tantum כי שמטו הבקר. Tota igitur difficultas pendet a notione verbi שמט, in qua definienda veteres interpretes incerti fuisse videntur; nam graecus priori loco posuit ὅτι περιέσπασεν αὐτὴν ὁ μόσχος, et codd. vaticanus et alexandrinus (quem praetermittere non debuisset Holmesius) addunt τοῦ κατασχεῖν αὐτήν. Altero loco habet ὅτι ἐξέκλινεν αὐτὴν ὁ μόσχος. Syrus et arabs in libro Sam. *boves subtraxerant se a loris;* in Paral. *currebant boves ad aream.* Chaldaeus *eam propulerant boves.* Alias plures aliorum interpretationes vide sis apud Bochartum l. c. et Gese-

nium in *Thes. pag. 1455.* Verum Fuerstius, Drach aliique tradunt שמט dici de bobus ultro citroque calcibus ferientibus, adeoque interpretantur *quoniam feriebant,* id est recalcitrabant *boves.* Igitur ad Vulgatum quod pertinet, nisi dicas verba *et declinaverunt eam* ab interprete declarationis gratia, adiecta fuisse, quod colligi posse videtur ex Gregorio Magno I, 149. *(bobus calcitrantibus,* ait, *inclinatur arca),* omnino verisimile est Hieronymum posuisse, quod latini omnes testes habent, *quoniam calcitrabant boves,* atque tacuisse, quod omittunt optimae notae codices, *et declinaverunt eam;* praesertim quum parum latine dictum sit *declinaverunt eam,* pro *inclinaverunt eam.* Praeclare Lucas Brugensis concludit: « Itaque vel altera translatio latini » interpretis translationi assuta est (id quod » manuscriptum Collegii Trilinguis exemplar » indicare videtur; nam ad hunc habet mo» dum *quoniam calcitrabant boves, et tenue» runt eam,* alias *declinaverant eam*), vel in» terpres, explicationis maioris gratia, utram» que dedit, id quod Caietanus annotat, qua» si diceret: quoniam calcitrando deiecturi » videbantur arcam in terram. Ad hunc fere » modum in Paral. l. c. » Legunt quoque *et declinaverant eam* codd. C 2. m., D, E, G, I, U, V, Cas. 1., Bibl. Lugd. 1522. 1535., Norimb. 1529., Basil. 1530., Hugo, Agobardus l. c., Rupertus; immo haec lectio probatioribus codicibus tribuitur in Bibl. Paris. 1837.; cod. B habet *et declinaverunt ad eam.*

7. *Iratusque* — Codd. B, G *Iratus;* cf. Hieronymus apud Sabatierium. Pro *super temeritate,* codd. A 1. m., C 1. m., D, F, G, R, S, T *super temeritatem;* cod. E addit *sua.* Mox pro *arcam Dei,* codd. C, I, R, S, Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483. *arcam Domini;* graecus habet τὴν κιβωτὸν τοῦ Κυρίου, sed addit de suo ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

8. *est autem* — Codd. A, K *autem est;* cod. T tacet *autem;* et mox Bibl. Basil. 1530. omittunt *eo;* cf. Hieron. apud Sabatierium. Cod. H notat hebraeum pro *percussisset,* legere *divisisset;* item ex Pseudo-Hieronymo codex M; at Vulgatus egregie sensum, non etymon, vocis expressit. Pro *vocatum est,* cod. veron. *et vocavit;* idque Vallarsio probatur, favent enim hebraeus et veteres, excepto graeco. Pro *Percussio Ozae,* codd. C, D, F, H, I, O, V, Eucherius *Percussio Oza;* rursum cod. H notat hebraeum legere *Divisio.* Bibl. Ven. 1479. *in hanc diem,* pro *in diem hanc.*

9. *Et extimuit* — Tacent nexum codd. U, goth. legion., Hieronymus apud Sabatierium. Mox omittunt *in die illa* codd. B 1. m., R. Pro *Domini,* cod. F *Dei,* ut I Paral. XIII, 12.; item duo codd. Kennicotti, paucique graeci.

10. *divertere ad se* — Cod. C et Dionysius carthus., aliique *ad se divertere;* cod. G *divertere se ad;* Pseudo-Hieronymus *David ad se divertere;* addunt *David* hebraeus et veteres. Pro *in domum,* codd. A, C, F, G, I, V, Agobardus l. c. *in domo.* Mox pro *Obededom,* nonnulli scribunt *Obed Edom;* at cod. M notat: « Quidam habent *Obed Edom* sicut duae » dictiones; sed Hieronymus dicit quod est » una dictio; et hoc patet in interpretatio» ne: et Hieronymus supra Paralipomenon » (III, 804.) dicit quod Obededom Levita » erat. » Immo vero ex interpretatione Hieronymi III, 59. habemus « Obedadam, serviens » humo (fortasse legendum *homo*). » Conf. Dionysius carthus. in h. l.

11. *Et habitavit* — Insolentioris huius locutionis vim emolliunt codd. V, Cas. 1., Bibl. Ord., Hugo legentes *Et fuit.* Mox pro *omnem domum,* cod. mediolan. et I Paral. XIII, 14. *omni domui.*

12. *quod benedixisset* — Sixtini, codd. A, H, T *benedixit;* favent hebraeus et veteres; Petrus Dam. CXLV, 526. *quia benedixit;* codd. C, D, F, G, K, U, V, Hugo, margo Ord. *quia benedixisset.* Pro verbis *propter arcam Dei,* codd. C 1. m., F, I, N, P, R, S, gothic. leg., baver., Bibl. Ord., Ven. 1480. 1482. 1483., Paris. 1566., Petrus Dam. l. c. *propter arcam Domini.* Hoc autem loco addunt *Dixitque David: Ibo, et reducam arcam (Dei) cum benedictione in domum meam* (vel *in domo mea*) Sixtus, codd. B, D 2. m., F, G, N*, R, S, U, V,

Cas. plures, baver., sangermanensis num. 7., et num. 9. prima manu, et margo corbeiens. num. 3. (apud Sabatierium), veteres editiones fere omnes; item Petrus Dam. l. c., excepto nomine *David;* accedunt quinque graeci codices, de quibus infra. At merito sixtini et gregoriani, consentientibus plerisque melioris notae codicibus istud additamentum expunxerunt; unde Toletus notat: « Non legi- » tur in hebraeo, graeco, Compl., Reg., ma- » nuscriptis decem; et utraque Congregatio » expunxit. Habetur tamen in Ordin. » Alfonsus Tostatus asserit vel id ex glossa interlineari in textum fuisse illatum, vel ab ipso interprete, declarationis gratia, suppletum. Accurate, ut solet, de hac quaestione agit in *notationibus* Lucas Brugensis: « Sententiam » istam, inquit, multi latinorum codicum » praetermittunt; nostri quatuor, Hentenii » duo, parisiensium quatuor, epanorthotae » antiquiores et satis antiqui, ut loquitur. » Margo glossae ordinariae obelo confodit. » Margo codicis Bessarionis non addendam » monet. In hebraicis et chaldaeis libris non » legitur: in graecis a me non reperitur; sed » epanorthotes graecum dicit habere *Et dixit* » *David: Convertam benedictionem in domum* » *meam.* Verum est procul dubio additum et » quod latine legitur, et quod graece epanor- » thotae lectum est, eo quod huiusmodi quid » a Davide, audito illo nuncio, dictum, vero » non sit absimile; cogitatum autem certum. » Epanorthotes, quem laudat Brugensis, est noster cod. N, in quo legitur: « Secundum » hebraeum, et antiquiores, et satis antiquos » non legitur quod sic solet interponi *Dixit-* » *que David: Ibo, et reducam arcam Dei cum* » *benedictione Domini in domo mea;* neque id » est de textu: pro quo graecus habet *Et di-* » *xit David: Convertam benedictionem in do-* » *mum meam.* » In primis animadverte epanorthoten solitum esse distinguere *graecum* inter et *LXX.;* nam *graecae* versionis nomine intelligit italam ex graeco derivatam. Quod autem ipse de veteri latina versione testatur, plane consentit cum margine codicis gothic. leg. cuius lectionem ad capituli calcem damus. Praeterea quatuor codices holmesiani eamdem sententiam ad litteram interponunt *Καὶ εἶπε Δαυὶδ· Ἐπιστρέψω τὴν εὐλογίαν εἰς τὸν οἶκον μου*, eisque accedit cod. 19., nisi quod post *Ἐπιστρέψω* insuper addit *τὴν κιβωτὸν τοῦ Θεοῦ καὶ*. Denique in reiciendo huiusmodi additamento consentiunt codd. O et V qui notant: « Se- » cundum hebraeum et antiquos non est de » textu. »

Ibid. *de domo Obededom* — Codd. F, V, Cas. 1. addunt *Gethaei,* ex superiori versic.

12. 13. *et erant cum David septem chori, et victima vituli. Cumque transcendissent qui portabant arcam Domini sex passus, immolabat bovem et arietem* — Heic geminam unius eiusdemque periodi habemus interpretationem, quarum prior ex graeco, altera ex hebraeo manavit; illa ad veterem italam, ista ad Hieronymum pertinet. Nam pro laudatis Vulgati verbis in graeco legimus tantum *καὶ ἦσαν μετ' αὐτοῦ αἴροντες τὴν κιβωτὸν ἑπτὰ χοροὶ, καὶ θύμα μόσχος* (codd. *μόσχου*), *καὶ ἄρνες*. In hebraeo autem ויהי כי צעדו נשׂאי ארון־יהוה ששׁה צעדים ויזבח שׁור ומריא Hinc a Vulgati codicibus excludunt verba *et erant cum David septem chori, et victima vituli* sixtini, prima manu gregoriani, codd. A, C, D 1. m., E, H, I, K, L 10., M, N, N*, O, Q, T, U, Cas. 1., goth. legion., mediol., veron., Bibl. Complut., Reg., Basil. 1500., Norimb. 1529., Lugd. 1535., Isidorus Clarius; cod. M notat: « Hebraeus et antiqui » et etiam glossa non habent. » Epanorthotes in cod. N animadvertit: « Quod sequitur in » quibusdam libris *et erant cum David* etc. » non est de textu; et de graeco sumptum » est, seu de LXX. » Item in cod. V adnotatur: « Non est de textu secundum hebraeum » et antiquos. » Accedit Nicolaus de Lira, qui apertis verbis scribit: « Iste versus non est » in hebraeo nec in libris correctis; et ideo » non expono, quia appositus est ab homi- » nibus imperitis. » Sirletus quoque in cod. vatic. 7093. testatur in vetustissimis libris

non legi. Denique Lucam Brugensem audiamus: « Id quod in multis exemplaribus legi» tur *et erant cum David* etc. a multis itidem » tollitur; duobus Hentenii, nostris quinque, » quinque parisiensium, quibus Complutense » comprehenditur; cod. K indicat a quibus» dam omitti; Liranus dicit in correctis li» bris non exstare; margo glossae ordinariae » notat in antiquis codd. non reperiri; To» status scribit communiter in Bibliis non ha» beri. . . Itaque etiam hoc loco graeca inter» pretatio nostrae quasi mutilae, ab indoctis » adiecta est. » Conf. Bukentopius p. 173. Ex quibus omnibus aperte constat verba illa ad hieronymianam versionem non pertinere; proindeque parum scite Clericum affirmare non ausum fuisse Hieronymum illa ex antiqua versione resecare, atque e nova excludere. Attamen Toletus strictim perscribit: « Haec non habentur in hebraeo, Complut., » Reg. et aliquot manuscriptis; sunt tamen » apud LXX. et in plurimis impressis. Prior » Congregatio expunxit; posterior retinuit. » Houbigantius aliis perperam suadere nititur ex hebraico textu ista excidisse. In cod. graeco 106. Holmesii librarius ad marginem adscripsit verba Vulgati quae vers. 13. continentur, quasi graecis supplenda essent. Quis vero credat integram sententiam a Vulgato servatam, si ab antiquissimis temporibus ex hebraeo prior pars excidisset, altera vero ex graeco; praesertim quum ad hebraici textus verba omnium veterum interpretationes, ne graeco quidem secluso, facile revocari possint?

Minutiores aliae lectionum varietates in laudata pericope occurrentes iam sunt proferendae: pro *vituli*, cod. D 2. m. *vitulos et arietes;* cod. sangerm. n. 9. *vitulus;* cf. graecus: pro *transcendissent,* cod. 1. apud Lucam Brugens. *transissent:* post *arcam* codd. Cas. 2. addunt *foederis,* ut cod. 176. Kennicotti: margo cod. goth. legion. notat graecum pro *sex passus*, legere *septem chori;* ex quo confirmantur ea quae supra praescripsimus: pro *immolabat,* codd. C, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, Cas. omnes, Vallarsius, antiquiores editiones, Concil. Aquisgran. ed. Hard. IV, 1431., Hugo, aliique plures apud Lucam Brugensem *immolabant;* at cum Vulgato faciunt hebraeus, Aquila, Symmachus, chaldaeus, syrus et arabs; et vero זבח non dicitur de sacerdotibus victimas mactantibus, sed de eo, nempe Davide, qui suis sumtibus victimas suppeditabat: pro *bovem et arietem,* Sixtus, codd. B, F, G, V, veteres pleraeque editiones *bovem et ovem et arietem;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus quamplures codices suffragantur; unde Toletus notat: « Non legi» tur *et ovem* in hebraeo, Compl., Reg., ma» nuscriptis; et utraque Congregatio expun» xit. Hoc verum est, quod vocabulum he» braicum מריא significat *arietem* vel *ovem* » *pinguem* vel *crassam;* non porro legendum » est utrumque, sed unum eorum tantum. » Quidam vertunt *bubalum* (ut Bochartus), » sed tamen verior est significatio superius » dicta, legendumque *arietem* tantum. » Toleti sententia Gesenio probatur in *Thes. p. 816.;* iuvat autem pauca ex notationibus Lucae Brugensis subnectere: « Quod quidam addunt » *et ovem,* cum Rabano, Angelomo atque Eu» cherio, plurimi codices auferunt; duo Hen» tenii, quatuor parisiensium, unus et viginti » nostri, antiqui epanorthotae. Septuaginta » (cf. supra) *agnum* reddiderunt. Et fortasse » verius nihil quam *aries* hoc loco intelliga» tur. Nam in I Paralip. XV, 26. diserte ha» betur *Cumque adiuvisset Deus Levitas, qui* » *portabant arcam foederis Domini, immola-* » *bantur septem tauri, et septem arietes.* Quo » ex loco etiam id colligere licet, quod qui» dam annotant, hic in libris Regum, ubi di» citur *bovem et arietem,* singularem nume» rum pro plurali accipiendum. » Cf. Bukentopius pag. 405.

14. *et David* — Tacent nexum Bibl. Ven. 1492. 1494. 1497. 1498., Brix. 1496., all.; e contrario addunt *percutiebat in organis, et* codd. F, V 1. m., Cas. 14., quatuor apud Lucam Brugensem, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541.; addunt *percutiebat in*

organis armigatis, et Sixtus, codd. D 2. m., G, N*, R, S, V 2. m., baver., veteres editiones fere universae, Hugo, Petrus Com., Concil. Aquisgr. l. c.; Sabatierius profert codicem sangerman. num. 7. legentem *percutiebat in organis et armigatis;* et notat: « Haec similiter habet manuscriptus corbeiens. num. 3. » secunda manu, cum altero sangerm. n. 9.; » in illo tamen expungitur vox *armigatis,* in » hoc tollitur *et;* tota vero desunt tam in Vulgato, quam in hebraeo. In graeco sic *Καὶ* » *Δαυὶδ ἀνεκρούετο ἐν ὀργάνοις ἡρμοσμένοις ἐνώπιον Κυρίου.* » Ad haec porro respicit Ambrosius in *Psal. CXVIII. serm. 7. num. 27.* dicens: « Saltavit David ante arcam » Domini; et vidit eum Michol filia Saul saltantem et percutientem *in organis harmonizatis in conspectu Domini.* » Tacent autem istud additamentum sixtini, gregoriani atque complures optimique latini codices; it. Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugd. 1535., Isidorus Clarius, margo Ordin.; hinc Toletus notat: « Hebraeus, Compl., Reg., manuscripti novem (lovan.) et utraque Congregatio » non legunt; apud LXX. vero legitur *pulsabat in organis concinnis,* et non habentur » illa *saltabat totis viribus.* Liranus interpretatur *armigatis* id est proprio dorso portatis. » Correctoria nostra M, N, O diserte testantur nec hebraeum, nec antiquos latinos verba illa interposita habere. Recte itaque concludit Lucas Brugensis: « Sumtum est » istud ex graeca translatione, et adiectum » nostrae cum minime desit. Nam quod graeci transtulerunt *Καὶ Δαυὶδ ἀνεκρούετο* » *ἐν ὀργάνοις ἡρμοσμένοις ἐνώπιον Κυρίου*, id latinus reddidit *Et David saltabat* » *totis viribus ante Dominum;* . . . sed commiscendae non fuerunt diversae interpretationes. » Pergit porro Brugensis numerando codices qui hoc loco puram servant hieronymianam versionem, quibus antiquiores nostri omnes adiungendi sunt. Quis igitur non mirabitur Gaspardum Sanctium, praesertim post editam clementinam correctionem, in hac sententia enarranda in suis Bibliorum commentariis immorari? Praeter alia vero multa quae verba illa seriori aetate atque aliena manu interiecta fuisse demonstrant, adnotamus vocem *armigatus* neque legitimam esse, neque ad Hieronymum pertinere; ac proinde perperam ex hoc loco in lipsiensi editione Lexici Forcellini additam fuisse cum interpretatione *ad humeros alligatus;* Petrus Com., Glossa, Hugo, Dionysius carthus., aliique minime optimi auctores in hac definienda quaestione, notant: « *armigatis,* id est, ad » armum ligatis; vel secundum quosdam genus est organi quod fit in aqua. » Cavedonius in *saggio di latinità biblica,* ex Sabatierio protulit *harmonisatus*, pro graeco *ἡρμοσμένος*, quam lectionem Harduinus ad Concil. Aquisgr. l. c. probabilem esse coniectatur. Maurini vero editores ad Ambros. l. c. notant alios corrupte legere *armazatis,* alios *armizatis* (ita habet margo cod. gothic. leg. ad v. 5.). Papias scribit: « *ormizatis,* id est » ferro alligatis. » Apud Cangium laudatur glossarum Bibl. mss. in quo legitur: « *armi-* » *gatis,* adunatis, ab eo quod est *ἁρμίγω*, » id est *aduno.* » Ex his testibus apparet illius vocis notionem aeque ac lectionem neque certam neque latinam esse.

Ibid. *ante Dominum* — Cod. Cas. 1. *ante arcam.* Pro *erat accinctus,* codd. D, E, F, G, H, O, U, V, Concil. Asquisgr. l. c. *accinctus erat.* Pro *lineo,* nonnulli codices *lineum.* De ephod Davidis cf. ad I Reg. XXX, 7.

15. *domus Israel* — Concil. Aquisgr. l. c. *populus Israel;* codd. B, N*, O, Cas. 2., Dionysius carthus. legunt tantum *Israel;* item syrus, arabs, tres codd. hebraici apud De-Rossi, quatuor graeci cum edit. Compl. apud Holmesium, et I Paral. XV, 28. Pro *ducebant,* codd. F, G, N*, R, S, Dionysius carthus. et Paral. l. c. *deducebant;* cod. E *ducebat.* Cod. H et margo Ordin. notant hebraeum non legere *testamenti;* at legunt duo codices hebraici apud De-Rossi. Pro *et in clangore,* cod. G *et cum clangore;* Concil. Aquisgran. l. c. *et clangore.*

16. *intrasset* — Cod. G *introisset;* cod. U

transisset. Ante *civitatem* tacent *in* codd. A, B, goth. legion. Post *vidit regem* codd. R, S, Cas. 1. tacent *David;* item cod. 129. Kennicotti. Pro *saltantem*, codd. R, S *salientem;* cod. B *psallentem;* graecus ἀνακρουόμενον; at, auctore Schleusnero, ἀνακρούεσθαι respondet hoc loco latinae locutioni *pulsare terram,* id est *saltare;* quod bene respondet hebraeo מכרכר, seu, uti est in loco parallelo I Paral. XV, 29., מרקד.

17. *arcam Domini* — Codd. D, F, O, U, gothic. leg. *arcam Dei;* item I Paral. XVI, 1. et cod. 191. Kennicotti. Pro *imposuerunt,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., Bibl. Paris. 1573., Concil. Aquisgr. l. c. *posuerunt;* hebraeus ויצגו. Mox pro *in medio,* cod. A *et in medio.* Tacent *ei* post *tetenderat* cod. F, Concil. Aquisgr. l. c. et slav. ostrog. Pro *et pacifica coram Domino,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, N, O, T, U, antiquiores editiones, Concil. Aquisgran. l. c. *coram Domino et pacifica;* favent hebraeus et veteres, excepto arabe. Recte autem animadvertit Malvenda Davidem obtulisse holocausta, id est curavisse a sacerdotibus offerri suo nomine, nimirum extra ordinem, ob sacrae pompae laetitiam. David enim sacra quidem fieri iussit, at non ipse confecit; quae nempe per alios quis facit, haec eidem ut auctori passim attribuuntur; sic Num. XXVIII. et XXIX. populus generatim sacrificiorum auctor habetur, licet victimas offerret quidem, at non mactaret.

18. *Cumque complesset offerens holocausta et pacifica* — Haec deerant in cod. A; pro *holocausta,* sixtini, codd. C, D, G, H, L 3., O, Q, U 2. m., goth. leg., mediol., priores editiones Rob. Steph., all., Concil. Aquisgr. l. c. *holocaustum;* cod. N notat hebraeum et antiquos numerum pluralem habere; at hebr. העולה. Pro *populo,* codd. D, E, G, I, U *populum.* Heic rursum cum Ghiringhello *(de lib. poët. antiqui foed. p. 273.)* adnotamus populo Davidem, uti et postea Salomon III Reg. VIII, 14., benedixisse, non equidem pontificia formula, quae habetur Num. VI, 23-26., sed eodem iure ac modo quo filiis Patriarchae, hebraeis omnibus Moses et Iosuas bona secundaque sunt adprecati.

19. *universae multitudini*—Codd. A, E, H, I, K, T, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566. 1573. *multitudini universae.* Pro *collyridam,* priores editt. Rob. Steph., all. *collicidam;* cf. ad Lev. VII, 12.; cod. H notat hebraeum legere *laganum;* graecus habet λάγανον pro *similam.* Mox pro *bubulae,* Sixtus, codd. P, R, S, veteres fere omnes editiones *bubalae;* recte emendarunt sixtini, gregoriani et Toletus; at emendare debuissent etiam ad I Paralip. XVI, 3. ubi adhuc legimus *bubalae;* cod. M notat: « Hebraeus dicit *sextam partem bovis assatam,* vel *frustum bovis assatum.* Omnes antiqui habent *bubulae;* quidam legunt *bubalae,* id est bubalinae a bubalo. » Accedunt codd. N, O, ubi adnotatur: « Lege *bubulae* a bove; non *bubalae* a bubalo. » Cf. Lucas Brugensis, Bukentopius p. 173., Gesenius in *Thes. pag. 1470.*

20. *Reversusque* — Codd. B, D, F, gothic. leg., Thomas. I, 82. *Reversus.* Pro *est David,* codd. A, C, E, K, goth. legion., mediol. *est et David;* et pro *domui,* codd. Cas. 11. *et domui;* Cas. 1. *etiam domui.* Rabanus pro *egressa,* legit *ingressa;* Thomas. I, 97. *egressa est;* et pro *in occursum David,* codd. Cas. 2. *in occursum eius;* item arabs, tres codd. holmesiani et Talmud hierosolym. Pro *ait,* cod. D 2. m. *benedixit et ait;* accedit graecus; cod. F *et dixit ei;* item arabs et cod. 6. De-Rossi. Ante *nudetur* tacent *si* codd. Cas. 2., Eucherius, Nicolaus PP. II. edit. Hard. VI, 1057. ubi pro *ancillas,* legitur *oculos.*

21. *Ante Dominum*—Sixtus, codd. A 2. m., B, C, D, F, G, I, N*, O, R, S, U, V, baver., sangerman. n. 7. et 9., corbeiens. n. 1. et 3., fere omnes veteres editiones, Gregorius M. I, 889. IV, 153., Petrus Com. *Vivit Dominus quia ludam ante Dominum;* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535., Isidorus Clarius et Rabanus *Ludam ante Dominum.* Hodierna lectio

debetur sixtinis et gregorianis, quibus suffragantur codd. A 1. m., E, H, K, L 7., Q, all.; Toletus notat: « Non legunt *Vivit Dominus* » *quia ludam* hebraeus, Compl., Reg., manu- » scripti septem (lovan.) et utraque Congre- » gatio. Apud LXX. solum habetur *Coram Do-* » *mino saltabo*. Sensus in idem tendit; nam » inferius dicitur *et ludam et vilior fiam.* » Cf. Sanctius. Verum apud LXX. pro *Ante Dominum*, legitur Ἐνώπιον Κυρίου ὀρχήσομαι· εὐλογητὸς Κύριος. Ex his castigandus est Bukentopius, qui pag. 405. scribit graecum legere tantum *Ludam*. Cod. N notat: « Quod a quibusdam interponitur, non habet » hic locum secundum hebraeum et anti- » quos; nec etiam graecus habet. » Ad veteris italae recensionem pertinent ea quae libere profert Augustinus in *nova patrum biblioth.* I, 267. et 270. « Quam iocundus fuit » hesterna die dominus meus rex, saltans » ante arcam, et nudabatur coram servis et » ancillis suis. Plane, inquit David, et lu- » dam, et vilior fiam, et nudabor coram arca » Domini Dei mei, qui abstulit omnem glo- » riam domus patris tui, et dedit illam mihi. » Isidorus VI, 340. *Vilis incedam et vilior apparebo ante Deum, qui elegit me.* Cf. Leander LXXII, 888.

Ibid. *super populum* — Bibl. Ordin., Lugd. 1522., Hugo *super omnem populum;* item armenus. Pro *in Israel*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, U, V, goth. leg. *Israel;* conf. Sabatierius.

22. *et ludam* — Cod. E tacet nexum; Bibl. vaticana 1593. mendose habent *et Iudam;* cf. Lucas Brugensis, Bukentopius pag. 500. et *Prolegom.* ad nostrum tom. I. p. LXXI.; idem error et ante et post clementinam editionem irrepsit in Bibl. Lugdun. 1535. 1551. 1556., Antuerp. 1599. 1608. Rom. 1618. 1768., all. Conf. Sabatierius in h. l.; Bibl. Lugd. 1550. 1567., Ven. 1558. et Isidorus Clarius addunt *coram Domino;* item hebraeus et cum graeco Ambrosius; Petrus Dam. CXLV, 270. legit *Vivit Dominus, quia ludam;* conf. vers. sup. Cod. B pro *in oculis meis*, legit *in oculis tuis;* graecus quoque ἐν ὀφθαλμοῖς σου, quod probant Michäelis in *Bibl. Or. XIII, 223.*, Dathius et Maurerus in h. l.; Davides enim non ipse sibi, sed uxori suae humilis videbatur.

23. *in diem* — Codd. B, C, D, E, G, H, I, K, S, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Pseudo-Hieronymus, Nicolaus PP. l. c. *ad diem;* cod. T *in die.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. VI, 1. *septuaginta millia* (ita graecus pro *triginta millia*)... 3. *in amaxam novam* (lege *hamaxam*, et nota verbum; graecus ἐφ' ἅμαξαν καινήν)... *ducebant currum*... 5. *in organis armizatis* (conf. ad v. 14.)... 12. *Et dixit David: Revocabo benedictionem in domum meam*.... 13. *septem chori* (nimirum ita graecus, pro eo quod Vulgatus habet *sex passus;* cf. ad v. 12. 13.).... 14. *indutus erat veste regali optima* (graecus στολὴν ἔξαλλον)... 16. *et impulsantem* (nota verbum; pro *pulsantem*): *et vituperavit eum* [alias: *et fecit eum nullius momenti*] *in corde suo*... 20. *unus de saltatoribus*... 22. *et ego ero nugax* (item habet Ambrosius) *ante oculos tuos.*

Cap. VII, 1. *cum sedisset rex* — Addunt *David* codd. C, D, Cas. 14., Thomas. I, 97. 112.; item arabs et pauci graeci codices. Pro *inimicis suis*, cod. T *inimicis eius.*

2. *ego habitem* — Tacet *ego* cod. Cas. 1. Mox pro *Dei*, cod. T legit *Domini.*

3. *vade fac* — Codd. G, R, S, V, Cas. 2., Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513. 1522. 1526., Gregorius M. I, 1181., Pseudo-Hieronymus, Godefridus CLXXIV, 469., Rupertus, Dionysius carthus. *vade et fac;* item graecus et cod. 701. De-Rossi; idem Gregorius M. III, 569. hunc locum sic profert: *Omnia quae sunt in corde tuo fac; Dominus enim tecum est in omnibus.* Ad haec apposite animadvertit Ephraemus I, 403. « Homo scilicet, quod hu- » mana primum ratio dictabat, exposuit; idem » propheta, divino afflatus spiritu, quod an- » tea laudaverat, damnavit. » Conf. Gregorius

Magnus l. c. et Thomas *summa theol.* 2. 2. qu. 171. a. 5.

4. *illa nocte*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Gregorius M. l. c., Rabanus, Godefridus l. c. *nocte illa;* item I Paral. XVII, 3., hebraeus et graecus.

5. *dicit Dominus*—Gregorius Magnus l. c. addit *Deus*.

6. *die illa* — Tacent *illa* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, O, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., veron., Gregorius M. l. c., Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Godefridus l. c.; item hebraeus et veteres. Mox tacent *filios* antiquiores editiones et I Paralipomen. XVII, 5.; cod. K, Pseudo-Hieronymus et Paral. l. c. *ad diem*, pro *in diem*. Pro *ambulabam*, codd. A, Cas. 14., mediolan. *ambulans ambulabam;* hebraeus et graecus *fui ambulans;* codd. B, F, G, I, V, Cas. 5. *ambulavi*. Tacent *et* ante *in tentorio* codd. Cas. 3., armenus, duo codices holmesiani cum edit. Complut.

7. *ad unam de tribubus*—Rabanus et Angelomus *alicui iudici de tribubus;* Hugo notat: « Alia translatio habet *alicui viro de tri-* » *bubus*. » In I Paral. XVII, 6. legitur *saltem uni Iudicum;* atque inde Cappellus in *crit. sacra I, 6.*, Michäelis in *biblioth. or. XIII, 224.*, Houbigantius, De Vence et Gesenius in *Thes. p. 1353.* censent legendum שפטי pro שבטי; at obstant omnes hebraici codices et veteres interpretes: fortasse verba sacri textus intelligenda sunt de illis tribubus, quae ante Davidis aetatem quodammodo summam imperii tenuerant, uti Ephraim, Dan, Beniamin. Mendose Bibl. Lugd. 1550. 1567., Ven. 1558. *ad unam de tribus*. Tacent *meum* post *populum* cod. Cas. 1., Angelomus et graecus codex alexandrinus. Pro *aedificastis*, codd. B, C, E, F, G, I, R, S, U, V, Cas. 10., antiquiores editiones, Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus *aedificasti*.

8. *dices* — Codd. A, T *dicis*. Pro *tuli te*, cod. S, Thomas. V, 416., Bibl. Ordin., Hugo *te tuli*. Pro *greges*, codd. C, H, U 1. m., Cas. 1., Pseudo-Hieronymus et I Paral. XVII, 7. *gregem;* hebr. הצאן.

9. *et fui*—Bibl. Paris. 1566. *et nunc fui;* accedit slavon. ostrog. Pro *ubicumque*, codd. B, I *in quibus;* favet graecus; item Ambrosius et Augustinus apud Sabatierium; et pro *universos*, cod. I, Brev. goth. p. 11., Miss. Moz. p. 530. 953. *omnes;* item Ambros., Augustinus et I Paral. XVII, 8. Codd. S, Cas. 1. *in terris*, pro *in terra*.

10. *habitabit sub eo*—Codd. E, G, I, L, R, S, Cas. 8., antiquiores editiones, Hugo *habitabo cum eo;* accedunt nonnulli codices graeci; Bibl. Paris. 1566. et I Paral. XVII, 9. *habitabit in eo;* Augustinus *inhabitabit seorsum;* sed alexandrinus κατασκηνώσει καθ' ἑαυτόν; Symmachus vero ἀναπαύσεται ἐπὶ τοῦ τόπου αὐτοῦ.

11. *praedicitque*—Codd. B, E, I, K, N, O, V, Cas. omnes, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., Hugo *praedicetque;* Augustinus cum graeco *et nunciabit;* Bibl. Paris. 1541. 1566. *praedixitque;* codd. D, U *praecidetque;* Bibl. Bas. 1544. *praecepitque*. Pro *domum faciat tibi Dominus*, cod. K *domum tibi faciat Deus;* Bibl. Mog. 1462. *faciat tibi Dominus domum;* pro *faciat*, codd. B, R, S, Cas. 1., Bibl. Ven. 1479. *faciet;* Symmachus ποιήσει, hebraeus יעשה; tacent *Dominus* codd. B, C 2. m., F, G, I, V, Cas. 2.; item arabs et graecus, ex quo Augustinus *domum aedificabis ipsi* (Domino); sed cf. Holmesius. David decreverat aedificare domum arcae foederis; Deus autem ei nuncium mittit, se ipsi domum facturum: lusus est in voce בית *domus*, quae tum aedificium, tum familiam significat, prout in sequentibus declaratur. Graecorum autem lectio sensum pervertit.

12. *Cumque completi*—Claudius taur. semel *Cum impleti*, iterum *Et erit cum completi;* conf. Sabatierius. Pro *de utero tuo*, cod. E *de lumbis tuis;* item syrus et arabs; Brev. goth. l. c. *ex utero tuo;* graecus τῆς κοιλίας σου; Symmachus τῶν ἐγκάτων σου.

13. *aedificabit* — Cod. F addit *mihi;* item graecus (de quo tamen conf. Holmesius),

cod. 225. Kennicotti et I Paral. XVII, 12.; conf. Sabatier.

14. *ero ei*—Codd. E, G, V, Eucherius, Rupertus, all. cum Augustino *ero illi*. Pro *in virga*, Bibl. Ven. 1480. 1511. 1519., Argent. 1497., Norimb. 1501. *in virgam*.

15. *a facie mea*—Legunt *a facie tua* sixtini, codd. A, B, C 1. m., E, I, K, L 5., M, N*, O, Q, T, V, Cas. 7., gothic. leg., veron., mediol., Bibl. Ordin., Complut., Reg., priores editt. Rob. Steph., Norimb. 1529., Basil. 1530., Lugd. 1531. 1533. 1535. 1542., Ven. 1533. 1538. 1544., Paris. 1534., Ant. 1537., et Isidorus Clarius. Epanorthotes in cod. N scribit: « Hebraeus, inquiunt, habet *tua;* habet quidem modernus. Sed ponamus quod et antiquus. Require Exod. XXIX. (v. 26.) et Ios. XXII. (v. 17.) et XXIV. (v. 27.) Quandoque prima pro secunda persona interpres utitur, ubi congruit. Quod enim hic dicitur *mea* multo est gravius, quam si dicatur *tua*. » Vulgati lectionem sequuntur graecus, syrus, arabs et cod. 474. Kennicotti. At recte notat Lucas Brugensis: « Multi latini libri loco pronominis primae personae *mea*, scribunt pronomen secundae personae *tua*, hebraeo consentanee. » Huic vero accedit chaldaeus et graeca editio Compl., cui tamen obstant omnes graeci codices. Maurerus ex hebraeo interpretatur *quem removi e conspectu tuo*, removi a regno, ut tibi locum faceret; conf. I Paral. XVII, 13., Iahnius *append. hermen. fasc. 2. p. 166*.

16. *in aeternum* — Codd. E, I, T, Godefridus l. c. *in sempiternum*. Pro *ante faciem tuam*, codd. A 2. m., B, C, D, E, F, G, I, R, S, U, V, Cas. omnes, goth. legion., Thomas. V, 416., antiquiores editiones, Rupertus, Petrus Dam. CXLIV, 779., Godefridus l. c. *ante faciem meam;* item graecus, syrus paucique hebraici codd. apud De-Rossi; idque praeferunt Michaëlis l. c., Houbigantius, Ioh. Clericus, Schulzius, Maurerus; conf. infra v. 26. et 29. et Sabatier. Pro *firmus*, cod. K, Brev. goth. l. c. et I Paral. XVII, 14. *firmissimus*.

17. *et iuxta universam* — Cod. Cas. 1. *et universam*. Mox cod. B *David*, pro *ad David*.

18. *Domine Deus* — Codd. G, I, N, P, Cas. 2., Bibl. Ordin., Hugo, Godefridus l. c. addunt *meus;* item arabs et Ambrosius apud Sabatierium; graecus heic et in seqq. legit Κύριέ μου Κύριε. Non male cod. B pro *et quae*, legit *aut quae;* cf. I Reg. XVIII, 18.

19. *in conspectu tuo* — Cod. Cas. 1. addit *hodie;* cod. H notat hebraeum legere *in oculis tuis*. Pro *Domine Deus, nisi*, codd. B, D 2. m., G, V, Cas. plures *Domine Deus, quia dilexisti me, nisi;* cod. F et margo corbeiens. num. 3., Petrus Dam. et Godefridus ll. cc. *Domine Deus meus, qui dilexisti me, nisi;* verba *quia dilexisti me* ex graeco petita videntur, at loco turbata; nam in superiori versiculo, ubi Vulgatus legit *quia adduxisti me*, graecus habet ὅτι ἠγάπησάς με; codd. D 1. m., I, N, P, R, S, Cas. 3., Bibl. Ordin., Hugo, Rupertus et arabs *Domine Deus meus, nisi;* cod. O expungit *meus;* at epanorthotes in cod. N notat: « Hic et supra (v. 18.) habetur in codicibus approbatis hoc pronomen *meus;* nec potest accipi de hebraeo, nisi in hoc nomine *Adonai* (אדני), quod tantum importat, quantum damnantes *meus* vel *mei* quoad superficiem litterae; quoad internum vero sensum, quantum ad hoc derivativae personae et numeri damnantur. Graecus proinde habet *Kyriemou* (Κύριέ μου), id est *Domine mi;* sed et ipsi LXX. habent *meus*. »

Ibid. *lex Adam*—Codd. R, S, Cas. 2., Bibl. Rom. 1471., Paris. 1541. *lex ab Adam;* cod. O notat expungendum *ab;* cod. M ex Glossa: « *Lex Adam*, hominis scilicet, ut tibi serviatur, et tu ei benefacias; vel ut sit sollicitus de posteritate sua. » Cod. H notat hebraeum legere *lex hominis*, et ita habet Hieronymus ex graeco apud Sabatierium; cf. Bukentopius p. 36., De-Rossi *de praecip. caus. p. 102.* et Pseudo-Hieronymus. Alii interpretantur *consuetudo hominis;* hoc est, ita familiariter mecum agis, ut homines cum hominibus solent. Ita Grotius, Malvenda, Calmetus, Maurerus, Gesenius in *Thes. p. 628*. aliique.

20. *Domine Deus*—Cod. H notat hebraeum legere *Domine Domine;* ad haec autem conferenda sunt quae a Martianaeo disputantur.

21. *servo tuo* — Bibl. Ven. 1480. *in servo tuo;* Bibl. Lugdun. 1569. tacent *tuo;* animadverte verba sacri textus להודיע את־עבדך, egregie a Hieronymo reddita fuisse *ut notum faceres servo tuo;* errant enim qui cum cod. alexandrino interpretantur γνωρίσαι τὸν δοῦλόν σου; conf. III Reg. I, 27. Hoc loco iuvat castigare singularem corruptionem quae reperitur in editione operum s. Hieronymi III, 774. ubi verba quae ex Vulgato proferuntur, vitio librariorum confusa exhibentur; itaque legendum est: « Lex hominis » est, Domine Deus, ut tibi in simplicitate » cordis et puritate serviat, et tu facies ei » iuxta misericordiam tuam, sicut mihi di» gnatus es facere servo tuo. — *Propter ver» bum tuum, et secundum cor tuum* etc. »

22. *neque est Deus*—Codd. B, E, Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus *neque enim est Deus;* Rupertus *neque est alius;* I Paral. XVII, 20. *et non est alius Deus.*

23. *Quae est autem*— Cod. F *Nec est autem;* codd. G, T *Quae est enim;* cod. I tacet *autem.* Cod. H notat hebraeum post *gens* addere *una.* Pro *ivit Deus,* codd. B, Cas. 3. *ivit Dominus;* cod. S *ivit Dominus Deus;* codd. Cas. 14. *iuravit Deus.* Mox tacent *eam* Bibl. Ordin. et I Paral. XVII, 21.; nec obstant hebraeus et graecus. Cod. Cas. 1. post *faceretque* addit *in.* Post *redemisti* Pseudo-Hieronymus tacet *tibi,* ut cod. 247. holmesianus.

Ibid. *gentem, et deum eius* — Haec multorum codicum lectio est, quam servandam censuerunt romani correctores; hanc proferunt Pseudo-Hieronymus et Rabanus, eamdemque exponit Hugo a s. Victore CLXXV, 101. inquiens: « Subauditur: Ubi inveniemus » talem *gentem, et* talem *Deum eius,* qualis po» pulus tuus Israel, et qualis tu Deus eius? » Aliorum alias plures huius loci interpretationes memorat Lucas Brugensis. Nos in primis varias codicum lectiones proferre studebimus; miris enim modis Vulgati lectio a librariis vexata fuit. Legunt igitur 1°. cod. T *gentem, et dominum eius;* 2°. cod. atrebatensis apud Brugensem *percutiens gentem, et domum eius;* 3°. Bibl. Basil. 1530. *gentem, et domum eius;* 4°. codd. B, goth. leg. *gentem cuius es Deus;* concinit syrus ܥܡܐ ܕܐܢܬ ܐܠܗܗ, quem sequitur arabs الشعب الذى انت الاهه; 5°. codd. D, F 1. m., L 5., M, N*, P, R, U, Cas. 6., Bibl. Ordin., Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1536., Glossa ordin., Dionysius carthus., Alfonsus Tostatus aliique apud Lucam Brugensem *gente, et deo eius;* 6°. codd. Cas. 11. *gente, et diis eius;* 7°. alias cod. P *gentibus, et diis earum* (vel *eorum*); hanc lectionem hebraeo adscribunt codd. H, M, Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Hugo, aliique; 8°. codd. L 2. (seu Q), priores editt. Rob. Stephani, Lugdun. 1531. 1533. 1542., Ven. 1533. 1538. 1544., Ant. 1537., Paris. 1534. 1541. in 16°. *gentibus, et diis eius;* 9°. cod. E praetermittit verba quae in controversia sunt; 10°. Isidorus Clarius proprio marte posuit *gentibus, et iudicibus eius;* 11°. epanorthotes in duobus exemplaribus nostri cod. N scribit: « *gentem, et deo eius;* » editio vulgata, quam Hieronymus recitat, » habebat *gentem, et deum eius;* littera de he» braeo, ut dicit Hieronymus, est *gentibus, et » diis earum;* LXX. *diis, et tabernaculis* (immo, prout recte habet margo cod. goth. leg., graecus legit *gentes, et tabernacula,* ἔθνη, καὶ σκηνώματα, nimirum legebat ואהליו, pro ואלהיו). Patet igitur, quod modo littera » Hieronymi est *gente, et deo eius* secundum » translationem Hieronymi, quam habemus. » Unde ex utraque parte falsum est quod di» cit notula, quod littera Hieronymi est *gen» tem, et deum eius;* vulgatae enim translatio» nis erat de qua disputabat. » Notula quam impetit laudatus epanorthotes, legitur in nostro cod. M hisce verbis concepta: « *gente, » et deo eius;* hebraeus *gentibus, et diis eo» rum;* Hieronymus et antiqui *gentem, et » deum eius.* » Cod. Hunnaei notatus I apud Lucam Brugensem habet in textu communem lectionem, sed in margine notat: « vel *gente,*

» *et deo eius;* vel *gentibus, et diis eorum.* » Post tantam lectionum varietatem iam quaeret lector utrum ex sacro textu aliquid certi vel saltem probabilis definiri possit. Hebraeus, cui adiungitur chaldaeus, legit גוים ואלהיו; prior vox reddi potest *gentes* vel *gentibus;* at legunt גוי duo codices hebraici apud De-Rossi in *Supplem. ad varr. lectt.*, syrus, arabs, talmud hierosolym. et quos supra diximus Vulgati codices. Ex altera autem voce asserimus eam saniorem esse lectionem, quae pronomen exhibet singularis numeri. De reliquo nobis ea probatur interpretatio, quae haec verba cum antecedentibus ita connectit: quem tibi redemisti ex Aegypto, eius *gentibus eiusque diis;* cf. Alfonsus Tostatus, Mariana et De-Rossi l. c.; hunc sensum indicat codex Hunnaei notatus Q apud Lucam Brugensem; habet enim *quem redemisti tibi ex aegyptia gente, et deo eius;* eumdem sensum exponit Pseudo-Hieronymus.

24. *Firmasti enim*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., Dionysius carthus. *Et firmasti;* cod. S *Et confirmasti;* cod. Cas. 1. *Confirmasti enim.* Post *populum* codd. G, Cas. 1. tacent *tuum.* Mox post *Domine* tacent *Deus* codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg.; item hebraeus et veteres, excepto arabe, et I Paral. XVII, 22.

25. *Nunc ergo Domine Deus* — Rursum cod. H notat hebraeum non legere *Deus;* sed vide sis quae ad h. l. adnotavit Martianaeus.

26. *ut magnificetur*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, veron., mediolan., priores editt. Rob. Steph., all., I Paral. XVII, 24. *et magnificetur;* favent hebraeus et veteres, excepto graeco, de quo tamen conf. Holmesius. Pro *Dominus exercituum, Deus,* antiquiores editiones *Dominus Deus exercituum, Deus;* cod. E *Domine exercituum, tu es Deus;* codd. D, U, V *Domine Deus exercituum, Deus.* Monet cod. N a nonnullis ea quae praecedunt perperam coniuncta fuisse cum laudatis verbis; legebant enim *atque dicatur Dominus* etc. In graeco recepto haec et quae sequuntur ad finem versus desiderantur. Mox tacent *super* codd. G, K et Paral. l. c.; item syrus, arabs et cod. 154. Kennicotti. Cod. H notat hebraeum pro *coram Domino*, legere *coram te;* ipsum enim Dominum alloquitur David.

27. *aurem*—Codd. D, F, G, Cas. 5., Bibl. Complut., Reg., Ordin., Ven. 1476., all. et I Paralip. XVII, 25. *auriculam;* graecus τὸ ὠτίον. Loco *propterea,* Pseudo-Hieronymus et Rabanus *propter hoc;* graecus διὰ τοῦτο. Pro *cor suum ut oraret,* cod. T *in cor suum ut adoraret;* cod. Cas. 1. et Paral. l. c. addunt *coram;* item chaldaeus, syrus et cod. 93. Kennicotti; codd. B et veron. tacent *te;* cod. B legit *orationem hanc,* pro *oratione hac.*

28. *Deus, tu es Deus*—Codd. G, S, Cas. 4. *Deus, tu es verus Deus;* codd. M, N*, O expungunt *verus;* cod. P addit *meus;* cod. N notat: « Quod dicitur primo *Deus,* invocatio » est tetragrammaton (יהוה); quod dicitur » in praedicato *Deus* idem est quod *Heloim* » (האלהים). »

29. *Incipe ergo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Hugo *Incipe igitur.* Pro *benedic domui servi tui,* cod. U *servi tui benedic domum;* codd. quoque D, G, R, S, Cas. 5. legunt *domum;* item Ambrosius et Augustinus apud Sabatierium. Post verba *locutus es* codd. C, F, R, S, V, Cas. 7., Bibl. Ord., Ven. 1480. 1482. 1483. 1511., Lugd. 1513. 1522., all. addunt *haec;* mox aliae veteres pleraeque editiones etiam hentenianae tacent *et,* quae particula a Sixto merito adiecta fuit; nec enim deest in codicibus.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. VII, 1. *et Dominus tutavit eum* (graec. Compl. κατέπαυσεν αὐτόν). . . . 6. *et eram in hospitio.* . . . 8. *Accepi te de casa pastorali ex uno grege* (graecus ἐκ τῆς μάνδρας τῶν προβάτων: codd. nonnulli addunt ἐξ ἑνὸς τῶν ποιμνίων, Ambrosius it. *ex uno grege*). . . . 10. *et inhabitabit apud se.* . . 15. *a quibus amovi faciem meam* (Augustinus *a quibus amovi a facie mea*). . . . 19. *Et minorantur*

minima haec (cf. Sabatierius). . . . 22. *quoniam non est qualis tu*. . . . 23. *gentes et tabernacula*. . . . 25. *Et nunc Domine Deus* . . . *pro puero tuo*. . . . 27. *invenit servus tuus cor suum in Deum* (pauci codd. addunt ἐν Θεῷ) *ut oraret*. . . 28. *Et nunc Domine meus* (concinit Ambrosius).

Cap. VIII, 1. *Frenum tributi* — Calmetus temere autumat Hieronymum ex versione Aquilae posuisse *Frenum cubiti;* Aquila enim pro hebraico את־מתג האמה interpretatus est τὸν χαλινὸν τοῦ πήχεως. Verum Hieronymus, ut solet, Symmachum potius imitatus est, qui habet τοῦ φόρου. Aliorum interpretationes recenset Glassius in *philol. sacra ed. Dathii pag. 783.;* recentiores complures reddunt *frenum metropoleos;* nimirum David metropolim Philisthaeorum sibi subiecit; idque, licet aliis verbis, exprimitur I Paral. XVIII, 1.

2. *mensus est eos* — Codd. D, F *mensus est eum;* cod. alex. αὐτὴν; codd. G, V, Rupertus tacent pronomen. Pro *duos*, codd. I, T *et duos;* et pro *et unum*, cod. I *et alium;* Rupertus *alium*. Cod. H notat hebraeum non legere *unum* primo loco; et pro *sub tributo*, quod Hieronymus post Symmachum posuit, hebraeum legere *ferens munera*.

3. *Adarezer* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, K, N, R, S, U, V, Cas. plures, goth. legion., Thomas. I, 83. 98., antiquiores editiones, Hieronymus III, 61. (at conf. ibid. col. 56.) *Adadezer;* Martianaeus notat: « Hebraeus cum » omnibus manuscriptis latinis antiquioribus » ac melioris notae, habet *Adadezer.* » cod. veron. *Addadeazer;* codd. B, T, mediol. hoc loco *Adezer*, sed in sequentibus *Adadèzer;* quae quidem lectio praestare videtur; at eadem varietas in hebraico textu occurrit; nam hebraicus textus receptus hoc in capite et III Reg. XI, 23. legit הדדעזר; at vero infra X, 16. 19. I Paral. XVIII, 3. seqq. scribitur הדרעזר; utraque autem scribendi ratio in laudatis locis varia est in hebraicis codicibus, ut videre est apud De-Rossi. De *Soba* cf. ad I Reg. XIV, 47. Pro *Euphraten*, Bibl. Antuerp. 1565., Lugd. 1569. *Ephraten*, item graeci codd. apud Holmesium; de varia huius nominis scriptura conf. ad Deut. XI, 24. et Ios. I, 4.

4. *Et captis David*—Cod. F *Et capti sunt;* tacent *David* arabs, armenus, slavon. mosquens. et cod. 247. Holmesii. Pro eo quod sequitur *mille septingentis equitibus*, graecus ex loco parallelo I Paral. XVIII, 4. habet χίλια ἅρματα, καὶ ἑπτὰ χιλιάδας ἱππέων. Alteruter locus in mendo esse videtur; conf. Schulzius et Houbigantius; frustra enim Calmetus, Malvenda aliique utramque lectionem conciliare nituntur.

5. *quoque Syria* — Cod. E *quoque Syriam;* Bibl. Lugd. 1569. *quoque de Syria;* syrus et arabs paucique codd. hebraici legunt אדם, hoc est *Idumaea* (de qua infra v. 14.), pro ארם, *Aramaea* seu *Syria;* at Ephraemus cum chaldaeo recte habet ܐܪܡ ; item graecus Συρία. Mox tacent *David* codd. D, F, Cas. 1.; item cod. 70. Kennic. et cod. 245. Holmesii.

6. *serviens sub tributo* — Rursum cod. H notat hebraeum legere *serva ferens munera;* cf. ad vers. 2.; et pro *servavitque* idem codex otiose notat hebraeum legere *salvavit;* codd. A, B, C, D, F, I, K, T, gothic. legion. *servavit;* codd. Cas. 5. *servavit autem;* cod. E *et servavit*.

7. *arma aurea, quae* — Cod. H *torques aureas, quas;* codd. B, F, G, N* 1. m., P, R, S, U, V, Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Venet. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526. *arma aurea et torques, quae* (edd. *quas*); Bibl. Ord., Lugd. 1522., Basil. 1520., Hugo, Dionysius carthus. *arma aurea et torques aureos, quae* (edd. *quos*); non dubitamus verba *torques aureos* ex alia versione esse; id enim demonstrat margo cod. goth. legion.; profecto quod in hebraeo legitur שלטי variis modis ab antiquis et recentioribus interpretibus redditum est, quos fuse recenset Roedigerus in *Thes. Gesenii pag. 1418.;* Vulgatus alibi vel *arma*, vel *pharetras*, vel *peltas* interpretatur, numquam *torques;* ad hanc vero notionem revocatur alexandrinus qui habet τοὺς χλιδῶνας, (quam vocem etsi male mulcatam reti-

nuit coptus interpres); et in loco parallelo I Paral. XVIII, 7. τοὺς κλοιούς, quod Aquila retinuit; Ephraemus quoque I, 405. diserte exponit ܩܠܒܐ *torques aureos et pharetras aureas*. Quum itaque ex alia veteri latina versione petita sint verba quae supra retulimus, recte correctoria M, N, O, optimique codices stant pro recepta Vulgati lectione. Pro *detulit ea*, cod. H *detulit eas;* nam praemisit *torques*.

Ibid. *in Ierusalem* — Codd. D 2. m., U, V, baver., sangerman. n. 9. prima manu, margo sangerman. n. 7. et 11. addunt *Et haec accepit postea Susacim (Susaeum) rex Aegypti in diebus Roboam filii Salomonis, cum ascendisset (in) Hierusalem de terra Mathebac (Machmas) ex electis civitatibus Adadezer regis*. Hoc additamentum ex veteri itala, seu ex graeco fonte derivatum esse, atque ab imperitis hieronymianae versioni insertum manifeste constat. In graeco enim legitur Καὶ ἔλαβεν αὐτὰ Σουσακὶμ βασιλεὺς Αἰγύπτου, ἐν τῷ ἀναβῆναι αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐν ἡμέραις Ῥοβοὰμ υἱοῦ Σολομῶντος. (Conf. III Reg. XIV, 26. II Paral. XII, 9.) Horum autem nullum vestigium apparet nisi apud Iosephum *antiq. VII. 5.* et in versionibus quae ex alexandrina fluxerunt. Quae in latino additamento sequuntur pertinent ad sequentem versiculum 8. ubi graecus legit Καὶ ἐκ τῆς Μετεβὰκ, καὶ ἐκ τῶν ἐκλεκτῶν πόλεων τοῦ Ἀδρααζάρ. Ad haec autem animadverte graecum interpretem vel, collato I Paralip. XVIII, 8. ubi legitur כון, posuisse ἐκλεκτῶν; vel, si mavis, legisse ומבחרותי, pro ומברתי (verumtamen ab hebraico textu minus recedit Flavius Iosephus qui legit Καὶ ταῖς καλλίσταις τῶν Ἀδραζάρου πόλεων ἐπεστράτευσε, Βεττίᾳ καὶ Μάχωνι.); latinum vero interpretem, praeter quam quod inepte prorsus hanc sententiam cum superiori connectit, pro τῆς legisse γῆς, utramque coniunctionis particulam neglexisse, ac de suo adiecisse *regis*.

8. *Bete* — Codd. E, I, Bibl. Brix. 1496., Lugd. 1522. *Bethel;* cod. M, Bibl. Lugd. 1535. et Magdalius *Betha;* hebr. בטח. Pro *Beroth*, codd. H, M, Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535., Dionysius carthus. et Magdalius consentanee hebraeo *Berothai;* cod. G *Becheroth;* cod. M notat: « *de Betha, et de Berothai:* Hieronymus hic dicit *Betha*, id est *requies;* et *Berothai*, id est *fontes mei;* in I Paralip. XVIII. (v. 8.) dicitur *Thebath*, id est *macellum;* et *Chun*, id est *percussus*. » Istae nominum interpretationes sunt ex Pseudo-Hieronymo III, 805. Utrum vero genuina lectio sit בטח, an potius טבחת (cui favent graecus, syrus et arabs), definiri nequit, cum aliud eiusdem oppidi vestigium non exstet: idem dicendum de כון, quod ponitur in Paralip. pro ברתי, de quo conf. Ezech. XLVII, 16.

Ibid. *multum nimis* — Codd. R, S, margo sangerman. num. 7., Sixtus, veteres editiones fere omnes, Petrus Com. addunt *de quo fecit Salomon omnia vasa aerea in templo: et mare aeneum, et columnas, et altare;* codd. B, D 2. m., F, U, V, sangerman. num. 9. addunt *de quo fecit Salomon omnia vasa aerea in templo;* item cod. G expuncto *omnia;* cod. corbeiens. num. 3. addit tantum *in templo*. Additamenta huiusmodi expunxerunt sixtini et gregoriani, quibus antiquissimi codices suffragantur, item Bibl. Ven. 1480., Complut., Reg., Norimb. 1529., Lugdun. 1535., margo Ordin.; correctoria M, N, O testantur ea non legi in hebraeo et antiquis, sed apud LXX. qui illa sumpserunt ex I Paral. XVIII, 8. ubi nos legimus *de quo fecit Salomon mare aeneum, et columnas, et vasa aenea;* cod. V notat: « Non est de textu, sed sumptum est de Iosepho. » Nicolaus de Lira apertis verbis docet: « Appositum fuit a quodam glossatore, quod aes illud fuit expensum in operibus templi; et postea vitio scriptorum haec glossa inserta est textui. » Conf. Dionysius carthus. et Alfonsus Tostatus. Toletus vero scribit: « Non legunt id hebraeus, graecus, Compl., Reg., manuscripti decem (lovan.) et utraque Congregatio. Videtur autem hic versus translatus esse ex I Paral. XVIII. Multa impressa legunt eum hoc loco. » To-

letus negat hunc versum legi in graeco, quia inspexit graecam editionem Compl., quae illum contra fidem graecorum omnium codicum praetermittit. Fortasse nec ab auctore scholii relati ex cod. V legebatur in graeco; nam additamentum ex Iosepho petitum asserit. Ceterum alexandrini interpretis verba a latinis nonnihil differunt. Nam ille legit *ἐν αὐτῷ ἐποίησε Σαλομὼν τὴν θάλασσαν τὴν χαλκῆν, καὶ τοὺς στύλους, καὶ τοὺς λουτῆρας, καὶ πάντα τὰ σκεύη*; nonnulli codices addunt *χαλκᾶ*. Latinus vero tum addit de suo *in templo* et *altare* tum praetermittit *λουτῆρας*. Flavius Iosephus (*antiq. VII*, 5.) e contrario memorat tantum *illud vas quod mare appellatum erat, et pulcherrimos luteres*. Conf. Brugensis, et Bukentopius pag. 174.

9. *Thou* — Codd. M, P, Bibl. Norimb. 1529., Basil. 1530., Lugd. 1535., Dionysius carthus. *Thoi;* hanc lectionem hebraeo tribuit cod. H; cod. M ex Pseudo-Hieronymo III, 805. notat: « Hic dicitur *Thoi* (תעי), id » est *error meus;* in I Paral. XVIII. (v. 9.) » *Thou* (תעו), id est *error eorum.* » Idem animadvertit quoad hebraeum codex O, qui tamen testatur veteres latinos utrobique legere *Thou*, idque diserte propugnat epanorthotes in cod. N scribens: « Generaliter tene » de isto *Thou*, quod sicut per septingentos » annos fuit in libris apostolicarum sedium, » per *u* finalem debet scribi apud latinos. » Hieronymus autem dicit quod *Thoi* scri» bitur apud iudaeos; et sicut aliae litterae » remanserunt intactae, ita debet esse ista. » Require supra I Reg. XXV. (v. 2.) et XXX. » (v. 13. 21.) et II Reg. I. (v. 19.) V. (v. 24.) » Numquid in nomine *Ezechiel* quia hebraeus » non habet *ioth* penultimam vocalem, sed » dicit *Iezechel* (יחזקאל), auferemus eam; » aut *a* de medio *Ioatham*, quia hebraeus » non habet nisi *Iotham* (יותם); aut in no» mine *Isachar* apponemus *s* in syllaba secun» da, quia hebraeus habet *Isaschar* (יששכר; » cf. Gesenii Thes. p. 1331.)? Frivola sunt » haec. » Pro *Emath*, alii melius *Hemath*, ut in loco parallelo I Paral. XVIII, 9.; est enim hebr. חמת; cf. ad Ios. XIII, 5. Mox cod. H mendose, ut videtur, tacet *omne*.

10. *Ioram* — Bibl. Basil. 1530. *Iehoram;* Gesenius in *Thes. pag. 582.* vult יורם idem esse ac יהורם; minus recte nonnulli cum Complut. *Ioran;* I Paral. XVIII, 10. *Adoram.* Pro *congratulans, et gratias ageret: eo quod expugnasset*, cod. H notat hebraeum legere *et benediceret eum, eo quod pugnasset;* pro *ageret*, cod. E *agens*.

Ibid. *Hostis quippe erat Thou Adarezer* — Desunt ista in cod. G et sex codd. holmesianis. Cod. N notat: « Notula illa quae dicit » quod hebraeus non habet versum hunc *Ho-* » *stis quippe erat Thou Adadezer*, falsa est; » sed latinus posuit *Hostis* pro *Vir praelio-* » *rum*, quia istud in hebraeo obscurius dice» batur. » Pro *vasa aurea, et vasa argentea*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, mediol., baver., Dionysius carthus. *vasa argentea, et vasa aurea;* Toletus ipse notat: « In hebraeo, graeco et quibusdam co» dicibus ponitur prius *argentea*, et postea » *aurea.* » Bibl. Ord. *vasa aurea, et argentea;* cf. Holmesius. Mox cod. F tacet *et vasa aerea*.

11. *et ipsa* — Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. *et ipse*. Pro *de universis*, cod. baver. *cum universis*.

12. *et filiis Ammon, et Philisthiim*—Codd. E, I *et Philisthiim, et filiis Ammon*. Pro *manubiis*, mendose codd. G, S, U, V, Cas. 14., Bibl. Ordin. *manibus*. Pro *Rohob*, cod. veron. *Roboth;* conf. ad Ios. XIX, 28.

13. *Fecit quoque sibi David nomen* — Pseudo-Hieronymus *Fecitque David sibi nomen;* cod. M notat: « Quod dicitur *fecit sibi no-* » *men*, Hieronymus habet *arcum triumpha-* » *lem*, quem erexit in Syria Damasci, et in » Syria Soba, quando eas devicit. » Cf. Pseudo-Hieronym. III, 774. Nam hebraica verba ויעשׂ דוד שׁם commode reddi possunt *et fecit*, seu statuit, *David monumentum*, hoc est signum victoriae obtentae. Conf. Gesenii *Thes. pag. 1434*. Pro *in Valle Salinarum*, Sixtus, aliique *in Valle salinarum;* emendavit Rocca;

at lectio sixtina adhuc servatur II Paralip. XXV, 11.; contra vero Psal. LIX, 2. Vulgatus *in valle Salinarum*. De hac Hieronymi interpretatione infra sermo redibit.

Ibid. *decem et octo millibus* — Legunt *duodecim millibus* codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, L 9., T, U, V 1. m., Cas. 4., gothic. leg., veron., baver., Thomas. I, 70. 95. ubi Vezzosius alios tres codices pro hac lectione profert; hisce consentiunt codices Martianaei, Claudius taurin., Petrus Dam. CXLV, 833., Petrus Com.; cod. O notat antiquos libros legere *XII. millia;* cod. N vult legi *XVIII.* non *XII. millia;* cod. M ex Pseudo-Hieronymo III, 774. hanc profert notationem: « Si quem » movet quod quidam (at Pseudo-Hieronym. » dicit *plerique*) latini codices non *decem et* » *octo* millia in valle Salinarum, sed *duode*- » *cim* millia habent, noverit hoc inductum ex » vitio scriptorum. Veraciter enim David in » eadem valle Salinarum *decem et octo* millia » caecidit; Ioab vero *duodecim* millia, sicut » scriptum est in Psalmo LVIII. » Ex eodem fonte hanc notationem proferunt Rabanus CIX, 95. 370., Angelomus, Petrus Com., Hugo, aliique; sed pro *Psal. LVIII.*, legendum est *Psal. LIX.* (secundum hebr. LX.) vers. 2. Quum igitur veram et germanam lectionem eam esse quam hodiernus Vulgatus praefert, demonstrent hebraeus, veteres omnes interpretes, quibus vetus itala consentit, Rabanus, Angelomus et locus parallelus I Paral. XVIII, 12.; quaeritur undenam orta sit lectio *duodecim,* quae in antiquissimis hieronymianae versionis codicibus habetur? Erroris occasionem recte subindicat laudatus Pseudo-Hieronymus, quem latini scriptores, praesertim post seculum XII. passim sequuti sunt; suasum enim illis fuit ex titulo Psalmi LIX. in hunc locum numerum *duodecim* illatum fuisse. Utrum autem titulus dicti Psalmi sit mendosus, vel ad aliud praelium sit referendus, aut potius ex varia verbi הכה acceptione uterque numerus sit repetendus, alibi expendendum erit. Minus enim ea nobis arrident quae ad hanc solvendam quaestionem in notationibus Lucae Brugensis proponuntur. Bibl. Compl. et Reg. legunt *decem octo millibus;* cod. S *viginti duobus millibus;* apud Eucherium *centum viginti millia.*

Praeterea addunt *et in Gebelem ad viginti tria millia* Sixtus, codd. D 2. m., F 2. m., G, R, S, V, sangerman. num. 9. et corbeiens. num. 3. uterque 2. m., veteres pleraeque editiones, Petrus Com., Hugo, Alfonsus Tostatus; item, sed expuncto *tria* codd. B et baver. Exploratissimum est non esse a Hieronymo istud additamentum quod longe plures optimaeque notae codices ignorant, quodque merito expunxerunt sixtini et gregoriani; unde Toletus scribit: « Hebraeus, graecus, Compl., » Reg., manuscripti sex (lovan.) et utraque » Congregatio non legunt *Et in Gebelem ad* » *viginti tria millia.* » Correctoria M, N, O testantur id in antiquis libris non haberi. Ex graeca eaque vitiosa interpretatione, vitiosius in latinos codices, sed fere tantum post seculum XI. illa verba translata sunt. Certe quod hebraeus legit בגיא מלח, atque a Hieronymo redditum est *in Valle Salinarum,* alexandrinus expressit per ἐν Γημελά (unde quidam Γεμελέχ, plures vero cum ipso vaticano cod. Γεβελέμ, et latinus *Gebelem*). Nam Eusebius apud Hieronymum III, 226. haec habet: « *Gemela,* regio Idumaeorum, pro » qua Aquila et Symmachus interpretantur » *Vallem salis* (φάραγγα ἁλῶν). » Et auctor *Breviarii in Psalt.* inter opp. Hieronymi *append. t. VII. col. 153.* aperte scribit: « In » Regnorum libris pro *Valle Salinarum,* LXX. » interpretes ipsa hebraea verba posuerunt » *Gemelah.* » Cf. Beda IV, 793. At vero pro eisdem hebraicis verbis in loco parallelo I Paral. XVIII, 12. idem graecus interpres cum Hieronymo scribit ἐν κοιλάδι τῶν ἁλῶν; et in titulo Psal. LIX. eodem sensu ἐν τῇ φάραγγι τῶν ἁλῶν. Haec quidem vitiosam originem nominis *Gebelem* abunde demonstrant. Quoad *viginti tria millia,* dubium non est id ex corruptione numeri de quo supra disputavimus ortum esse, etsi huius vitii exemplum in graecis nostris codicibus non sup-

petat. « Sane, inquit Lucas Brugensis, nec » Paralipomenon liber, nec historiographus » Iosephus, praelii in Gebelem initi, quo ad» versariorum Davidis viginti tria milia cae» sa sint, meminerunt; cum tamen, ille de» cimo octavo capite prioris voluminis; hic » quinto capite libri septimi *antiquitatum iu» daic.* eorum, quae isto capite secundi Re» gum commemorantur, nihil praetereant.»

14. *in Idumaea*—Bibl. Rom. 1471. *Idumaea;* I Paral. XVIII, 13. *in Edom,* quod idem est; alii mendose ארם, de quo cf. ad v. 5. Mox cod. H, ut supra ad v. 6., rursum notat hebraeum legere *salvavit.*

15. *omnem* — Cod. Cas. 1. et Paral. l. c. *universum.* Cod. K mox tacet *suo.*

16. *Ahilud* — Nonnulli codd. et antiquiores editiones *Achilud;* cod. B *Ahiud.*

17. *Achitob* — Alii codices *Ahitob.* Pro *Achimelech,* cod. H *Ahimelech,* uti habet Vulgatus I Paral. XVIII, 16. XXIV, 3. 6. 31.; Aquila Ἀειμέλεχ; Sixtus *Achimelec;* codd. B, E, F, G, I, M, T, U, V, veron. *Abimelech;* fallitur autem Iahnius dum in suis Bibliis hebr. pro hac lectione laudat syrum et arabem; item Gesenius in *Thes. p. 10.* dum eamdem lectionem non modo quibusdam hebraicis codd. sed et syro et chaldaeo tribuit; pro ea tamen faciunt georg., slav. ostrog., pauci codd. graeci, cod. 20. derossianus, immo et hebraicus textus I Paral. XVIII, 16., ubi tamen quindecim codices hebraici et veteres omnes interpretes cum Vulgato consentiunt. Cod. M notat: « *Abime» lech filius, Abiathar;* ita punctandum est, » quia Abiathar est nominativi casus, Abime» lech genitivi, qui supra dicitur *Achimelech.*» Hanc sententiam ex syro et arabe confirmare conantur Schulzius et Korbius in Wineri *theol. Iournal. IV, p. 295.;* cf Theodoretus, Montfauconius et Flaminius Nobilius; at vero Achimelechus alius fuit pater Abiathari (cf. I Reg. XXII, 20. XXIII, 6. XXX, 7.), alius eiusdem filius, de quo h. l. et I Paral. XXIV, 6.; idque admittit quoque Gesenius in *Thes. p. 10. et 65.,* etsi *ibid. p. 663.* id negare videatur.

Ibid. *erant sacerdotes* — Tacent *erant* sixtini, codd. A, D, E, I, M, O, R 1. m., T, U, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., baver., Theutmirus, Hugo et I Paral. XVIII, 16.; nonnulli codd. legunt *sacerdotis,* de quo cf. Vallarsius. Pro *Saraias,* Bibl. Ven. 1479. 1480., Basil. 1544., Lugd. 1551., all. *Sarias;* cod. M ex pseudo-Hieronymo notat: « Quod hic di» citur *Saraias* vel *Saray,* in Paral. (loc. cit.) » dicitur *Susa.*» Infra XX, 25. dicitur *Siva;* III Reg. IV, 3. *Sisa;* sed certum videtur has omnes esse corruptiones nominis *Saraias.*

18. *Banaias autem filius Ioiadae super Cerethi et Phelethi* — Cod. H notat hebraeum legere *Et Banaias filius Ioiadae et Cherethi et Phelethi;* pro *Ioiadae,* sixtini et codices non pauci *Ioiada;* item Vulgatus II Esdr. XIII, 28.; pro *super,* cum hebraeo et graeco legunt *et* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535.; at Clericus, Houbigantius, Maurerus aliique complures ex locis parallelis infra XX, 23. I Paral. XVIII, 17., ex chaldaeo, syro, arabe et Vulgato (quibus accedit cod. 679. derossianus) censent reponendum על הכרתי, pro והכרתי; cf. Gesenii *Thes. p. 663.;* quamquam Buxtorfius in *anticrit. p. 419.* docet ex contextu sensum utriusque locutionis eumdem esse; et Glassius in *philol. sacr. ed. Dath. p. 602.* demonstrat ו quandoque pro עם poni. Demum animadverte vaticanas editt. ann. 1590. 1592. hoc loco praeferre *cerethi et phelethi,* editt. autem ann. 1593. 1598. *cerethi et pheleti.* Quum tamen omnes laudatae editiones duo ista nomina alias perpetuo cum priori littera maiuscula efferant et cum adspirationis nota, quod et sixtini aliique plures hoc loco fecerunt, hanc nos scribendi rationem cum romanis editionibus ann. 1671. 1765. 1784. heic quoque sequendam existimamus. Quod vero nonnulli codices scribunt *Cherethi,* a plerisque abiicitur.

Ibid. *filii autem David sacerdotes erant* — Hieronymus IV, 735. exponens illud Isaiae LXI, 6. *Vos autem sacerdotes Domini vocabimini,* dicit prophetam ibi significare *principes* ecclesiarum « quales erant filii David, de qui» bus Scriptura dicit: *filii autem David erant*

» *sacerdotes Dei.*» Hieronymus hisce verbis, etsi subobscure, innuit, ni fallimur, quid hoc loco nomen *sacerdotes* significet; nam Haymo halberstat. CXVI, 1044. ex laudato Hieronymi comm. infert: «Appellantur *sacerdotes* Domini » qui *maioris dignitatis* erant, sicut de filiis » David dicitur, quod *erant sacerdotes in do-* » *mo Domini.*» Sed operae pretium est de hac re paullo accuratius disceptare. Quum enim universa Scriptura manifeste demonstret nullos post Moysem apud hebraeos fuisse sacerdotes nisi ex tribu Levi; quumque David ad tribum Iudae pertineret, *de qua,* ut ait Paullus, *nullus altari praesto fuit* (Hebr. VII, 13.), quaeritur quanam ratione filii David *sacerdotes* dicantur. Winerus, De Wettius, Gesenius aliique non pauci ex recentioribus contendunt hebraicam vocem כהן propriam *sacerdotis* significationem perpetuo retinere; atque hoc loco accipiendam esse de *domesticis sacerdotibus,* qui sacra privata administrabant, et *patris comites* in aula degebant, quemadmodum, ait Gesenius in *Thes. p. 663.*, sacerdotum magorumque filii apud aegyptios et persas; idque tum ex locis parallelis, tum ex intima apud veteres hebraeos necessitudine inter munus regium et sacerdotale manifestum esse affirmant. At vero isti oppido falluntur. Ex mosaica enim lege ita apud hebraeos sacerdotalia munera leviticae tribui demandata erant, ut nulli umquam extraneo viro communicarentur; idque manifeste demonstrat Flavius Iosephus in exordio vitae suae, eo ipso loco quem excitat Gesenius ad probandam sacerdotii et imperii affinitatem. Nullus enim hebraeorum rex sacerdotali umquam officio functus est; et si quis impius tale sibi quidpiam assumsit, illico praesentes sustulit poenas, uti II Paral. XXVI, 16-21. demonstratur. Quidquid igitur sit de moribus aegyptiorum aut persarum, ad quos perperam provocat Gesenius perinde ac si leges quibus apud alios populos sacerdotium continebatur, cum mosaicis institutis comparandae essent, certum est hebraeorum statuta unicae tribui Levi immo familiae aaroniticae iura sacerdotalia contulisse (Num. III. 10.); quae quidem statuta nullo non tempore apud hebraeos custodita, quis dubitat maxime aetate Davidis servata fuisse? (cf. Ackermann *Archaeolog. bibl.* §. *225.*, Glaire *Introduct. II, 513.*) Neque Gesenio concedere possumus quod ipse comminiscitur de domesticis sacerdotibus sacra privata apud Davidem obeuntibus. Isti enim vel numquam extiterunt, vel ex levitica tribu assumebantur. Ad rem autem nil facit exemplum regum christianorum qui a Constantio Chloro et Constantino magno episcopos in aulicorum amicorumque regiorum corona habebant; quod exemplum iure Moversius deridet atque contemnit. Quis enim ignorat in nova Lege iura sacerdotalia ad singularem familiam, quemadmodum in Lege mosaica, non pertinere, neque hereditaria successione a patribus in filios propagari? Quis ignorat externi religiosi cultus rationem apud christianos a mosaica liturgia prorsus differre? Praeterea in hac aulicorum Davidis serie superiori versiculo Sadoc et Achimelech qui proprie sacerdotes erant nominati sunt; dein memorantur Saraias et Banaias qui profecto civile tantum ministerium gerebant; demum ponuntur filii Davidis sacerdotes. Ordo ipse quo singuli recensentur satis innuit, quod aliunde certum est, priores dictos fuisse proprie sacerdotes ad quos sacrificiorum cura pertinebat; postremos vero quatenus principes et primarii in omnibus totius aulae regiae agnoscebantur (cf. Estius in h. l.). Quapropter post Kimchium alii plures doctissimi viri, uti Pagninus, Gussetius, Schmidius, Michaëlis, Clericus, Rosenmullerus, Iahnius, Fuerstius, Drach, aliique (cf. Poli *synops. criticor.*) existimant vocem כהנים quandoque, et praesertim hoc loco, significare *principes,* scilicet nobiles, regis administros, non autem proprie *sacerdotes;* ex laudatis vero auctoribus plures non sine magna verisimilitudine, quidquid dicat Gesenius, bonisque testibus, docent hebraicae illius vocis etymon petendum esse ex arabico verbo كهن *res alicuius gerere, ac plena potestate curare;* ex quo כהן

denotaret proprie *ministrum* sive Dei, sive regis *(Khan);* certe كاهن est *administrator alieni negotii* (cf. Freytagii *Lex. arab. IV. 68.*). Synonyma enim sunt כהן et שׁרת; istud autem frequentatur tum ad civilia ministeria honorifica, tum ad sacerdotum officia in sacris administrandis designanda (cf. Gesen. *Thes. p. 1484.*); quemadmodum coptice ϣⲉⲙϣⲉ usurpatur quidem praesertim ad denotandum *ministerium* quod praestatur in cultu divino ac religioso, at dicitur quoque de civili ministerio (cf. Peyron, *lex. copt. p. 295.*). In idem recidit quod docet Fuerstius in *Concord. p. 544.*, qui vult radicem esse כֵּן, unde כון *paravit, ministravit;* cf. Gesen. *Thes. p. 666.* et Prov. XXIV, 27. Verum non disputamus de etymo, neque de primaria illius verbi potestate, neque de frequentiori eius usu; sive enim statuas primariam verbi כהן notionem *ministerium* denotare, quod admodum probabile videtur, sive *honores* et *opes* exprimere (quod ex syriaco duci posse fatetur Gesenius), sive denique *sacerdotis* munus proprie significare; nil vetat quominus admittamus *ministros* ac *principes* quandoque appellatos fuisse hebraice כהנים, sive huius appellationis ratio petenda sit ex etymo, sive ex eo quod sacrorum cura ad principes olim pertinebat (cf. Castelli *Lex. heptagl. c. 1690.*), unde iidem erant sacerdotes qui principes; vel quia ministerium quod principes exhibent regi, sacerdotes Deo persolvunt (cf. Gussetius *lex. hebr. ad h. v.*); et quod pro populo apud regem illi facere tenentur, a sacerdotibus pro populo apud Deum praestatur. Ex his enim notionibus patet quaenam vera sit necessitudinis ratio sacerdotalem inter et regiam dignitatem.

In loco autem quo de agimus, hanc notionem plane confirmant luculentissimi testes, quos iam excitare debemus. Quamvis enim ad nostram confirmandam sententiam alia nonnulla ex hebraico textu praesto sint exempla, uti apud Buxtorfium aliosque lexicographos videre est, ne tamen ab instituto nostro recedere videamur, hunc tantummodo locum expendere contenti sumus. Et 1° quidem omni exceptione maior est testimonium auctoris libri primi Paralipomenon, ubi in loco parallelo XVIII, 17. pro verbis *filii autem David sacerdotes erant,* legimus ובני דויד הראשנים ליד המלך, quod Vulgatus reddit *porro filii David, primi ad manum regis;* et Gesenius non male interpretatur *et filii Davidis proximi erant a latere regis*. Quid vero ad haec Gesenius? Non poterant, inquit, non offendiculo esse auctori Paralipomenon sacerdotes qui Levitae non essent; hinc necessarium duxit filiorum Davidis sacerdotium reticere, atque civile tantum officium exprimere. At vero cuinam id suadebit? Tantane fuit vel temporum distantia, vel religiosarum doctrinarum legumque differentia inter utriusque auctoris aetatem? Profecto ab auctore libri secundi Regum unicum filiorum Davidis officium memoratur dum כהנים appellantur; huius autem officii auctor Paralipomenon, adhibita periphrasi, planissimam tradit expositionem; hanc vero abunde confirmant analogia fidei, series orationis, aliaque loca parallela. Hinc recte Pseudo-Hieronymus III, 805. scribit: «In Regum (secundo) filii Da-» vid *sacerdotes*, in Paralipomenon *primi ad* » *manum regis* scribuntur. Ad unum enim sen-» sum utrumque convenit; quia hic dicit eos » *primos*, et illic *sacerdotes* propter nobilitatem » et prioratum.» 2°. Alexandrinus interpres pro כהנים posuit αὐλάρχαι, quasi *aulae principes* (non *principes tibicinum,* uti perperam interpretatur syrus Bar-Hebr.); neque alexandrinus id sumpsit ex Paralipomenis, quod suspicatur Gesenius; nam ibi interpretatur καὶ υἱοὶ Δαυὶδ οἱ πρῶτοι διάδοχοι τοῦ βασιλέως; dicuntur autem διάδοχοι τοῦ βασιλέως *administri regis*, qui nempe sunt a regia dignitate proximi; cf. I Reg. XIX, 3. I Paral. XXIII, 28. II Paral. XXVIII, 7. et Peyron *papyri graec. par. 1. p. 56*. Alexandrino interpreti adiungimus Flavium Iosephum, qui *lib. VII. c. 5. antiquitatum iudaic.* hunc locum ita exponit οἱ δὲ πρεσβύτεροι παῖδες αὐτοῦ περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν τούτου φυλακὴν ἦσαν. 3°. Chaldaeus interpres habet רברבין *principes*. 4°. Syrus utroque loco

ܪ̈ܘܪܒܢܐ, eodem plane sensu. 5°. Arabs عظما, et in Paral. كبراو, quod idem significat. 6°. Symmachus in codice coislin. σχολάζοντες, ubi additur ex Theodoreto: «regiae domus praefecturam habentes; in Paralipomenis vero dicit *domestici.*» Notat autem Schleusnerus in *Lex. V. T. V, 248.* σχολάζοντες significare *vacantes,* id est operam dantes τῇ αὐλῇ. 7°. Demum praeter alias ex graeco fonte petitas interpretationes, accedit vetus itala, de qua etsi taceat Sabatierius, tamen nos dubitare vetant testes qui sequuntur; hos autem eo libentius excitamus, quod priscorum patrum diligentiam auctoritatemque compertam nobis faciunt. In primis vero audiamus Claudium taurin. CIV. 818., qui diserte nostram quaestionem pertractat: «Sed illa occurrit perplexa valde sententia, quomodo filii David sacerdotes essent. . . Dum de hac ego ipse vehementer in meo dubitarem corde, verti me ad antiquos interpretes, et taliter diversis translationibus scriptum reperi: (v. 15.) *Et erat David faciens iudicium et iustitiam in omni populo suo.* (v. 16.) *Et Ioab filius Saruiae erat super militiam; et Iosaphat filius Alius* (lege *Ahilud*) *erat a commentariis;* (v. 17.) *et Sadoc filius Achitob, et Achimelech filius Abiathar erant sacerdotes; et Asa* ('Ασὰ legit graecus cod. vaticanus, aliique pauci; graecus receptus Σασά; alii cum Vulgato Σαραϊάς) *scriba;* (v. 18.) *et Banaias filius Ioadae consiliarius; et Ochibi et Ophilit* (duo haec nomina manifeste corrupta sunt; sed et graeci codices nonnulli pro ὁ Χελεθὶ καὶ ὁ Φελετί, habent 'Οχελβὶ καὶ 'Οφελτί.), *et filii David principes erant aulae regiae.*» Huic autem interpretationi consentit vetus latina versio, quam mox ex margine codicis gothici legionensis proferemus; consentit quoque testimonium s. Petri Damiani, qui in *opusc. XXXVII. ad dub. 3.* scribit: «Cur filii David sacerdotes fuisse dicuntur, qui nullam cum filiis Aaron consanguinitatem, nisi sicut caeterae tribus habuisse noscuntur? Sed sciendum quia, dum sacerdotes venerabiles ac magistri constituuntur in populo, aliquando nomine *sacerdotum* designantur *principes* vel *doctores.* Sicut alibi reperitur: *Ira Iairites erat sacerdos David* (II Reg. XX, 26.), id est *magister;* ita quoque cum dicitur *fili autem David erant sacerdotes,* sic intelligendum est ac si dicat quia *magistri* erant fratrum suorum, vel certe *principes* inter caeteros, sicut habet antiqua translatio; nam ubi nova dicit editio *filii David erant sacerdotes,* in veteri legitur *filii autem David principes erant aulae regiae.*» Haec autem Damiani argumentandi ratio funditus evertit praecipuum argumentum, quo nititur sententia Gesenii, qui contendit vere domesticum Davidis sacerdotem fuisse Iram de quo II Reg. XX, 26., idque confirmari asserit ex III Reg. IV, 5. ubi Salomonis aulici recensentur, quos inter memoratur *Zabud filius Nathan sacerdos amicus regis.* Haud enim verisimile est Iram et Zabud proprie dictos sacerdotes fuisse. Dicitur quidem de priori quod *et etiam* ipse fuit כהן Davidis; sed ipsemet Gesenius *p. 294. Thes.* nos docet וגם nil aliud significare nisi copulam cum emphasi prolatam. Praeterea priori loco targum pro כהן posuit רב; altero loco רבא; de his autem chaldaicis vocibus audiamus Buxtorfium *Lex. chald. c. 2174:* «רב, et emphatice רבא, *princeps, praefectus, dux, dominus, magister, doctor, praeceptor.* . . Sic saepius redditur hebraicum כֹּהֵן, quando primarium officium politicum aut principem regis ministrum denotat. Neque enim Hira umquam vero sacerdotio functus est. Talis et Zabud fuit.» (cf. eiusdem Buxtorfii *Lex. hebr. ad v.* כהן et Samuelis Bocharti *Chanaan, L. 2. c. 17.*) Concludamus igitur verbis ab ipso Gesenio mutuatis, quibus nostra pauca intra parenthesim clausa, declarationis gratia, interponimus: «Itaque efficitur ex duobus his locis, in aula Davidis et Salomonis complures fuisse sacerdotes (nimirum כהנים), qui partim sacris administrandis praeessent (et isti verum ac proprie dictum sacerdotium obtinebant, veluti Sadoc et Abiathar); partim interioris admissionis apud regem essent (isti

vero dicebantur כהנים non ex eo quod sacris addicti essent, sed ob civilem dignitatem qua ornabantur), quorumque utpote virorum piorum et sapientium consilio et auctoritate reges uti solebant (vel saltem quorum, utpote nobilium ac principum, ope ministerioque reges iuvabantur).» Huic autem sententiae, praeter veteres illos quos laudavimus interpretes, nobiscum subscribunt Walafridus Strabo in Glossa Ordin., Petrus Com., Hugo de s. Charo, Nicolaus de Lira, Dionysius carthus., Alfonsus Tostatus, ac recentiores fere universi; quorum omnium suffragium, iis praesertim suffultum rationibus quas innuimus, nemo parvi habendum iure existimabit. Veteris enim synagogae atque christianae ecclesiae traditionem analogiae fidei consentaneam de illius locutionis vi et usu abunde testatur.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. VIII, 1. *et documentavit* (sic; graec. ἐτροπώσατο; numquid *demutavit?*) *eos et accepit David dilectionem* (fortasse *ditionem*; graecus τὴν ἀφωρισμένην) *de manu Allophylorum*. . . 2. *Et mensus est eos in funiculo* (ἐν σχοινίῳ, cf. Holmesius) *perimens eos in terra. Et facti sunt duo funiculi ut interficeret, et multitudinem funiculi tertii vivificare* (edit. Compl. paucique codd. καὶ τὸ πλήρωμα τοῦ τρίτου σχοινίσματος ἐζώγρησεν). . . 4. *et intercepit David mille vehicula eius, et septem mille equites*. . . 6. *ferentes ei xenia*. . . 7. *et torques aureas* [all. *lanceas*]. . . 9. *omnem virtutem Adraazar*. . . 13. *decem et octo millia*. . . 14. *et omnis Idumaea; posuit titulum ab scriptionibus in terminum* (ed. Compl. paucique codd. ἔθηκεν ἐνστηλωμένους, alii melius ἐστηλωμένους). . . 16. *et Iosaphat filius Achilud erat super memoriam*. . . 18. *Baneas filius Ioram consiliarius: et Phelti et Cereti et filii David in principes erant domus regis* (graec. Compl. καὶ ὁ φελτὶ, καὶ ὁ χερεθὶ, καὶ οἱ υἱοὶ Δαυὶδ αὐλάρχαι ἦσαν).

Cap. IX, 1. *ut faciam* — Codd. F, H, K, Thomas, I, 83: *et faciam*. Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. et nonnulli codices hunc versiculum superiori capitulo adnectunt; at profecto minus apte.

2. *Erat autem* — Multae ex antiquioribus editionibus addunt *David;* at perperam. Pro *vocasset*, cod. F *advocasset;* et pro *rex ad se*, codd. D, F, V *ad se rex*. Mox cod. H notat hebraeum non legere *Ego sum*.

3. *Et ait rex* — Cod. K *Et ait David;* cod. 245. Holmesii utrumque connectit Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς Δαυίδ. Pro *Numquid*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., Hugo *Num*. Pro *Dei*, codd. U, Cas. 14. *Domini*; et pro *Ionathae*, codd. D, E, F, G, H, K, P, N, S, priores editt. Rob. Steph., all. *Ionathan;* cf. supra ad I, 4.

4. *est Machir filii Ammiel* — Cod. K *Achis filia Michol*. Pro *in Lodabar*, codd. F, H, R, Angelomus *in Lodobar;* codd. S, U, Isidorus Clarius *de Lodabar;* cf. De Rossi *Varr. Lectt.*

5. *Misit ergo rex David* etc. — Hic versus desideratur in Bibl. Mog. 1462. et Rob. Steph. 1545.; item in duobus codd. holmesianis.

6. *Miphiboseth* — Cod. goth. leg., Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535., all. *Mephiboseth;* in I Paral. VIII, 34. IX, 40. vocatur *Meribbaal*, quod, teste Gesenio, idem significat, cf. infra XI, 21.; Sixtus priori loco habet *Miphiboset*.

7. *in te* — Cod. U tacet; codd. R, V *tecum*, quod hebraeo et graeco magis accedit. Mox cod. B tacet *tu;* cf Holmesius.

8. *adorans eum* — Bibl. Ven. 1479. tacent *eum;* favent hebraeus et graecus, sed multi codd. holmesiani supplent αὐτῷ; cod. F addit *et*. Cod. H rursum notat hebraeum non legere *ego sum*. Pro *quoniam*, cod. mediol. *quia*.

10. *filio domini tui cibos ut alatur* — Cod. T *cibos ut alatur filio domini tui;* cod. H notat hebraeum legere *panem*, pro *cibos;* cod. Cas. 1. pro *ut*, habet *quibus*.

11. *ad regem* — Tacet cod. B; et pro *faciet*, idem cod. *faciat*. Post *comedet* cod. corbeiens. num. 3. apud Sabatierium addit *semper panem*, quod ad superiorem versiculum pertinet. Pro *mensam meam*, Sixtus, codd. A, B, C

2. m., D, E, F, G, H, I, K, L 10., M, N, N*, O, R, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., baver., alii apud Martianaeum, Bibl. Ordin., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1522. 1535., Norimb. 1529., all., Pseudo-Hieronymus *mensam tuam;* gregoriani mutarunt, unde Toletus notat: «Lege *meam;* sic hebr., Compl., Reg., » Lov. et Congregatio. In Ordin. et aliquot » manuscriptis (immo fere universis) habe» tur *tuam*. Sensus idem est; si legas *tuam* » sunt verba Sibae; si legas *meam* Davidis; » et sic exponunt hebraei et haec est com» munis lectio.» Nimirum in libris editis communior est haec lectio. Cod. H notat hebraeum legere *meam*. Scholiastes in cod. M ex Pseudo-Hieronymo adnotat: «Hieronymus: Notandum » quod hebraeus habet *mensam meam;* et est » hic defectus et necessaria subauditio, quia » quando dixit Siba sic: *Sicut iussisti domine* » *mi rex servo tuo, sic faciet servus tuus,* sub» audiendum est David dixisse quod sequitur: » *Et Miphiboseth comedet super mensam meam.* » Sed in textu remansit *super mensam tuam,* » quia etiam interpretatio B. Hieronymi sic » erat. Unde patet quod in multis libris, ma» xime historialibus, non utimur translatione » Hieronymi, quamvis eius *prologi* nostris li» bris apponantur.» At scholiastes in hac postrema conclusione vehementer errat. Certissime enim constat nos maxime in hisce libris historicis versionem Hieronymi habere. Praeterea non intelligimus cur id scholiastes ex ratione superius adducta negare possit; dicit enim (quod verissimum est) in latinis codicibus remansisse *tuam,* quia sic ferebat Hieronymi interpretatio. Ceterum abunde constat, quod saepe monuimus, auctores scholiorum in nostris correctoriis, aliosque plures post decimum seculum, perperam existimasse Hieronymum auctorem esse operis, quod sub eius nomine circumferebatur, *Quaestionum hebraicarum in libros Reg.* Nostra autem aetate nemo dubitat istud opus saltem tercentum annis post Hieronymi obitum conscriptum fuisse. Si quando igitur auctor laudati operis cum auctore Vulgatae versionis non consentit, concludi nequit hanc versionem non esse hieronymianam. In cod. N epanorthotes scribit: «*mensam tuam;* dicit Hieronymus quod he» braeus habet *meam;* et quod post illud Si» bae quod finivit *servo tuo,* supplendum sit » *Dixitque David,* ut inde sequatur *Et Miphi*» *boseth comedet super mensam meam.* Patet » igitur quoniam interpres propter obscuri» tatem fugiendam posuit ibi *tuam* ut conti» nuatis responsionibus secundum convenien» tiam Siba verba regis recitando diceret *tuam.* » LXX. de hac difficultate se expedientes po» suerunt *super mensam regis,* quod in graeco » et in latina patet interpretatione de LXX.» Cf. Mariana et Bukentopius p. 174.; cod. P legit *mensam regis;* cod. 182. Kennicotti שלחנו, nempe regis; cui favent graecus, syrus et arabs; cf. De-Rossi in *Suppl. ad varr. lectt.* et Houbigantius; idque probat Maurerus eo quod non regis verba, sed scriptoris sint ista; item Dathius et Schulzius.

12. *Sibae* — Sixtini et codices fere omnes *Siba.* Pro *serviebat*, cod. B *serviebant*; cod. Cas. 1. *deserviebat.*

13. *quia de mensa* — Cod. B *qui de mensa;* Bibl. Ordin. addunt *David.* Mox cod. E 1. m. tacet *iugiter;* item duo codd. Kennicotti.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. IX, 3. *pedibus insignitis* (nota verbum; graece πεπληγὼς τοὺς πόδας) . . . 6. *Memphibaal (cf. ad IV. 4.).*

Cap. X, 1. *moreretur* — Addunt *Naas* codd. R, S, Cas. 2., Petrus Com. et I Paral. XIX, 1.; item cod. 52. Holmesii; at in correctorio O expungitur. Rabanus mox tacet *filiorum.* Pro *regnavit,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, I, K, N, O, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., veron., Thomas. I, 83. 98., Bibl. Ordin., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., Hugo, Eucherius, Claudius taurin., Rabanus, Angelomus, Petrus Com., Paralip. l. c. *regnaret.*

Ibid. *Hanon* — Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535., Dionysius carthus., all. *Hanun;* consentit hebraeus חנון, et Vulgatus ad Neh.

III, 13. 30.; attamen cod. H notat hebraeum legere *Hanon;* alii corrupte habent *Annon* vel *Amnon* vel *Ammon;* punice servatur *Hannonis* nomen; cf. Gruter. p. 470., Athenaeus l. 3. p. 83., Plinius H. N. VIII, 21., *Bullettino dell' Istituto di corrisp. archeol. an. 1861. p. 248.* et Gesenius *monn. phoen. p. 407.*

2. *Misit ergo* — Cod. U addit *rex.* Post *patris* cod. Cas. 1. et Dionysius carthus. addunt *sui;* cod. V addit *eius;* favent hebraeus et veteres. Pro *interitu,* codd. C 1. m., E, F, K, Bibl. Ord., Norimb. 1529., Hugo *interitum.*

3. *miserit David* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, T, U, V, Eucherius *David miserit;* codd. Cas. 2. *misit David.* Pro *ut investigaret,* codd. L, V, Cas. 1., antiquiores editiones *ut te investigaret.*

4. *praescidit* — Codd. A, C, D, E, F, G, I, K, O, R, S, T, V, Cas. plures, Bibl. Rom. 1471., Ven. 1476. 1479. 1480., all., Eucherius, Rabanus, Hugo a s. Vict. CLXXV, 702., Petrus Com. *praecidit;* haec lectio confirmatur in loco parallelo I Paral. XIX, 4.

5. *nunciatum esset* — Codd. E, I, Eucherius, Claudius taurin. *nunciatum fuisset.* Mox cod. H notat hebraeum non legere *turpiter.* Post verba *eis David* codd. B, F 2. m., G, I, V, Rabanus addunt *dicens;* cod. H notat hebraeum legere *rex,* pro *David.* Ante *Iericho* tacent particulam *in* codd. A, C, I, T, V, Rabanus. Pro *crescat barba vestra,* codd. B, F, T, V, Hugo a s. Vict. l.c. *crescant barbae vestrae;* accedunt graecus, syrus et arabs. Pro *revertimini,* codd. G, I, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526. *revertemini;* graecus ἐπιστραφήσεσθε.

6. *iniuriam fecissent* — Cod. H notat hebraeum legere *foedassent;* נבאשׁו significat *foetidi,* nimirum *invisi* aut *odiosi facti sunt;* cf. ad I Reg. XXVII, 12.; de graeca versione vide Schleusneri *lex. V. T. III, 210. 437.* Mox cod. H notat hebraeum legere *domus Rohob,* pro *Rohob.* Pro *duodecim,* cod. L, antiquiores editiones, Hugo *decem,* quod vitiosum esse recte asserit Lucas Brugensis.

8. *sunt ergo* — Cod. B *sunt autem.* Mox cod. H notat hebraeum non legere *ante ipsum.* Pro *introitum,* codd. E, G, H, K, R, T, V *in introitu.* Cod. B tacet *et Rohob;* item cod. 70. Kennicotti et cod. XI. Holmesii.

9. *Videns igitur* — Antiquiores editiones *Videns ergo.* Pro *esset,* cod. Cas. 1. *erat.* Post *ex adverso* tacent *et* Bibl. Lugd. 1522., Basil. 1530. Pro *elegit,* cod. T *et elegit;* codd. G, L, R, S, antiquiores omnes editiones *elegit sibi.*

10. *Abisai* — Bibl. Mog. 1462. et Hieronymus III, 55. *Abisa;* cod. M notat: «*Abisa,* ita » habet hebraeus; Hieronymus dicit hic no» tandum quod solummodo in hoc loco in » hebraeo legitur *Abisa,* sublata *i* in fine; in » caeteris vero locis *Abisai;* et diversa est in» terpretatio. Ideo autem unam litteram in » nomine perdidit, quia necis Abner conscius » fuit. (Hactenus ex Pseudo-Hieronymo III, 775. cf. col. 791.; dein pergit scholiastes) » Hebraeus tamen modo dicit quod hoc no» men non mutatur hic in fine, et dicit *Ab» sai,* sublata *i* de medio (item notant codd. » H, O). Sed hoc nomen non invenitur in » interpretationibus.» Cod. N* adnotat eodem modo: «*Abisa;* ultimum *i* cancellatum est hic; » tamen infra eodem capitulo non est cancel» latum.» Epanorthotes in cod. N communem lectionem diserte propugnat scribens: «*Abi» sai;* dicit Hieronymus, quod nomen *Abisai,* » hic amittit *ioth* litteram, quod fuerat intel» ligendum apud hebraeos, sicut et ipse di» cit, in quo interpres graecus eos sequitur » (Ἀβεσσά), non apud latinos. Sed et apud » quosdam tantum hebraeos, non apud om» nes. Hebraei enim quos vidi, habent *ioth* » in fine, et antiqui nostri etiam et novi usque » ad istam mutationem habent *i* in fine no» minis. Hispanicum etiam exemplar vidi quo » auferebatur *ioth* de medio, non de fine, sic » dicens *Absai.* Tu autem observa canonem » latinorum. Miror autem quare mutasti no» men barbarum apud nos, propter traditio» nem hebraeorum de litteris suis, et litteras » sententiosas non mutasti Gen. XLIX. (v. 6.) » *murum;* I Reg. XIV. (v. 35.) *primum;* XXV. » (v. 2.) *in solitudine;* XXX. (v. 21.) *lassi,* non » posuisti *iussi;* et statim XI. (v. 1.) *quo solent.*»

In nostris Bibliis hebraicis scribitur אבישי, excepto hoc loco et I Paral. II, 16. ubi est אבשי; sed et hisce duobus locis non pauci codices priorem lectionem retinent.

Ibid *adversus filios* — Cod. H, Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483. *contra filios;* alii plures *adversum filios*.

11. *Et ait Ioab* — Cod. V addit *Abisai fratri suo;* accedunt syrus, arabs, aliique apud Holmesium; cod. H notat hebraeum non legere *Ioab*. Post *praevaluerint* secundo loco, Bibl. Ven. 1479. tacent *adversum*.

12. *et civitate* — Codd. R, S, Cas. 1., Dionysius carthus. *et pro civitate;* cod. O expungit *pro;* cod. H et margo Ordin. ex hebraeo *et civitatibus;* I Paral. XIX, 13. *et pro urbibus*. Mox pro *Dei,* cod. B *Domini;* et pro *faciet,* codd. E, V, Bibl. Ven. 1479., Hugo *faciat;* item Vulgatus in polyglottis londinensibus. Cod. H notat hebraeum legere *in oculis suis,* pro *in conspectu suo*.

13. *populus* — Codd. F, G, R, S, Cas. 3., Bibl. Ord., Lugd. 1522., Basil. 1530., Hugo, Dionysius carthus. addunt *eius,* etsi sequatur *qui erat cum eo;* favet graecus. Nonnulli codd. et Bibl. Ven. 1480. pro *Syros,* legunt *Syrios;* item v. 16.

14. *quia fugissent* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures *quod fugissent;* item I Paral. XIX, 15. Pro *civitatem*, Bibl. Ord. et Hugo *in civitatem*. Cod. A pro *est Ioab,* legit *est et Ioab*. Pro *Ierusalem,* codd. B, E, F, I, R, V, Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugd. 1535. *in Ierusalem*.

15. *Videntes igitur Syri quoniam corruissent* — Sixtus, codd. D, F uterque 2. m., Glossa interlinearis, veteres pleraeque editiones legunt *Videntes igitur filii Ammon quoniam Syrus expavit, et quoniam corruisset* (plures edd. *corruissent*); item cod. T 2. m., excepto *expavisset,* pro *expavit;* item cod. G praeter *Syri corruissent,* pro *corruisset;* item cod. V excepto *Syri,* pro *filii;* item cod. corbeiens. num. 3. secunda manu, praeter *quia,* loco *quoniam;* pauci graeci codd. legunt Καὶ εἶδον οἱ υἱοὶ Ἀμμὼν ὅτι ὁ Σύρος ἔπταισεν. Hodierna lectio debetur sixtinis (qui tamen pro *quoniam*, scripserant *quod*) et gregorianis, quibus fere omnes codices consentiunt; unde Toletus: «Expunge *filii Ammon quoniam Syrus expavit, et,* horumque loco repone *Syri;* sic hebraeus, graecus, Compl., Reg., manuscripti et utraque Congregatio.» Accedunt Bibl. Ven. 1480. 1483., Norimb. 1529., Lugd. 1531. 1535., priores editt. Rob. Steph., all., cf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 174. qui tamen perperam Sixto attribuit *corruissent*.

16. *Adarezer* — Praeter illos qui legunt *Adadezer,* de qua lectione cf. supra ad VIII, 3., codd. V, Cas. 2., Bibl. Rom. 1471., Ven. 1476. 1479. 1482., 1511., Compl., Paris. 1541., all. habent *ad Adadezer*. Pro *adduxit,* cod. G, Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. *eduxit;* et pro *eorum exercitum,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, all., Bibl. Ordin., Hugo *exercitum eorum;* cod. H notat hebraeum legere *et venerunt in Helam;* de qua lect. vide vers. seq. Pro *Sobach,* cod. D, Bibl. Paris. 1566. et cod. alexandr. *Sabach;* Bibl. Ven. 1501. *Saboch;* I Paral. XIX, 16. 18. *Sophach,* quod idem significat, teste Gesenio in *Thes. p. 1353. et 1465*.

17. *in Helam* — Codd. A, B, C, E, F, I, K, V, Bibl. Ven. 1480. 1483. 1484., Bas. 1530., Hugo *in Helema;* codd. R, S, U, Cas. plures, veron., alii apud Martianaeum *in Helama;* huius nominis alibi nulla occurrit mentio; hebraeus scribit הלאמה, sed Keri חלמה, pro quo I Paral. XIX, 17. habetur אלהם *ad eos;* nec aliter fortasse legebat Vulgatus (cui accedunt Aquila et Symmachus) in superiori versiculo, ubi pro חילם, quod eiusdem ignoti loci nomen censetur, posuit *eorum exercitum;* cf. Flaminius Nobilius. Mox pro *contra eum,* antiquiores omnes editiones *contra Israel*.

18. *septingentos currus, et quadraginta millia equitum* — In loco parallelo I Paral. XIX, 18. legimus *septem millia curruum, et quadraginta millia peditum*. Alii aliter ista conciliare conantur; at aliquod scriptorum vitium

subesse videtur, priscis temporibus inolitum. Fortasse in Paral. pro *curruum* intelliguntur milites in curribus insidentes, uti praescripsimus ad 1 Reg. XIII, 5.; at lectio *peditum*, quae habetur in Paral. melior videtur quam *equitum*, quod heic legitur. Ex coniectura syrus posuit *septingentos currus, quatuor millia equitum, et populum multum;* at in Paral. sibi non constat. Post *militiae* cod. Cas. 1. addit *Adarezer*, ut v. 16.; favet arabs. Pro *qui statim*, Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501. 1529., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., Compl., Reg., all. *et statim*.

19. *Videntes autem* — Cod. B tacet *autem;* mox codd. Cas. 2. omittunt *reges;* item syrus, arabs, cod. 44. Holmesii et Basilius M. I, 189. Pro *se victos esse*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, M, O, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol. *victos se;* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. *se victos;* Bibl. Ordin., Hugo *victos se esse*.

Ibid. *expaverunt et fugerunt quinquaginta et octo millia coram Israel. Et* — Quonam auctore haec verba in nostris libris legantur, vel quonam ex fonte derivata sint incompertum habemus; equidem nec in sacro textu, nec in antiquis interpretibus aliquid reperimus ex quo ista manare potuerint. Hieronymo autem illa abiudicamus; tacent enim haec verba sixtini, codd. A, C, D 1. m., E, H, I, K, L 6., Q, R, S, T 1. m., U, V 2. m., Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., Bibl. Complut., Reg., priores editt. Rob. Steph., all.; item Alfonsus Tostatus, Isidorus Clarius, margo Ordin. et locus parallelus I Paral. XIX, 19.; gregoriani prima manu et Angelus Rocca eadem expunxerant; cod. M testatur illa in antiquis libris non legi; Lucas Brugensis hunc Vulgati locum recenset inter illos, qui correctionem adhuc desiderare videntur; nam, inquit, « haec omittuntur a multis libris, con» sentanee hebraeo et graeco. » Cf. Calmetus in h. l., De Rossi *de praec. causs. p. 99.*, Bukentopius p. 174.; Toletus autem scribit: « Haec non habentur in hebraeo, graeco, » Compl., Reg. et manuscriptis sex (lovan.). » Habentur tamen in Ordin. et plurimis im» pressis et manuscriptis. Prior Congregatio » abstulit; posterior restituit. » Quod Toletus de Bibliis manuscriptis affirmat, de recentioribus codicibus accipiendum est; nam si ad antiquiores meliorisque notae codices referretur, minus vere dictum esset. Cod. G tacet *quinquaginta et;* cod. corbeiens. num. 3. habet additamentum a secunda manu, sed loco *expaverunt*, legit *expugnaverunt*.

Ibid. *Et fecerunt* — Codd. F, K, M, V *Feceruntque;* de reliquis testibus qui tacent *Et* in superiori notatione verba fecimus. Pro *Syri auxilium*, Bibl. Ordin. *auxilium Syri*. Mox pro *praebere*, cod. T *praestare;* et tacent *ultra* Sixtus, codices et editiones veteres fere omnes; illud enim adverbium a gregorianis adiectum fuit, unde Toletus notat: « Adde *ultra;* sic he» braeus, graecus, Ordin., manuscripti et Con» gregatio. » Ex nostris codicibus illud legunt H, L (seu Q), V, et editiones quae ex prioribus Rob. Steph. manarunt.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. X, 3. *scrutinet* (graecus ἐρευνήσωσι. Nota verbum *scrutino*, quod occurrit in veteri itala apud Augustinum in speculo, ed. Maii, c. 52. et 121. item IV Esdr. XVI, 63. 65.)... 4. *usque ad inguen* (τῶν ἰσχίων)... 12. *Invalesce et viriliter age* (item pauci codd. Ἀνδρίζου καὶ κραταίου)... 16. *adduxit Syrum qui erat trans flumen* (ed. Compl. paucique codd. τὸν Σύρον τὸν ἐν τῷ πέραν τοῦ ποταμοῦ) *Chalamac; et convenerunt in Helom*.

Cap. XI, 1. *Factum est autem* — Codd. B, E, K, Q, mediol., Pseudo-Hieronymus, Rabanus *Factum est ergo;* cod. B addit *ut;* codd. H, M, Rabanus, Angelomus, Magdalius cum Pseudo-Hieronymo notant hebraeum legere *Eo tempore, quo reges* (illi nempe, de quibus in superiori capite) *ad bella processerant, misit David Ioab* etc.; item epanorthotes in cod. N, qui praeterea subdit: « LXX. etiam *quo re» ges ad bella exierunt;* graecus tamen non » plus exprimit *In tempore exitus regum, mi» sit David* etc. » cf. infra margo cod. goth.

leg. Cod. K *vertente se anno, et eo.* Post *servos suos* codd. F, V addunt *qui erant*, quod in cod. O expungi iubetur. Pro *Rabba*, codd. C, D, F, G, I, N, R, V, Cas. 7. *Rabbath;* rursum ex Pseudo-Hieronymo III, 776. cod. M, Rabanus et Angelomus habent: «Notandum quod » in hebraeo, quando cum adiectione nomi- » num ponitur, *Rabbath* scribitur, sicut est » *Rabbath filiorum Ammon.* Quando vero sine » adiectione nominum, non *Rabbath*, sed » *Rabba* scribitur.» Cod. O eadem recitat, et addit: «Id aliquando non observatur in anti- » quis, et forte vitio scriptorum, qui scribunt » *Rabbath* quando non additur *filiorum Am-* » *mon.*» Denique epanorthotes in cod. N animadvertit: « Antiqui legunt *Rabbath;* sed pro- » pter quamdam regulam orthographiae he- » braeorum, contra communem litteram lati- » norum, quidam a *Rabbath* praeciderunt *th.* » Require supra X. (v. 10.) et infra XII. » (v. 26.)» Cf. ad Deut. III, 11. Mox cod. H notat hebraeum pro *remansit*, legere *habitabat.*

2. *Dum haec agerentur, accidit ut surgeret David de strato suo post meridiem, et deambularet* — Cod. H notat hebraeum legere *Et factum est in tempore vespertino ut surgeret David de stratu suo, et deambulabat;* post *accidit* codd. L, R, S, V, antiquiores editiones, Angelomus, Hugo, Brev. goth. p. 310. addunt *quadam die;* at in codd. M, O expungi iubetur; mox legunt *de stratu* (item infra v. 13.) Sixtus, plerique codices et veteres editiones; ad fidem antiquiorum exemplarium mutarunt sixtini, gregoriani et Toletus; idque probat Lucas Brugensis, qui tamen minus recte subdit *stratu* latinum non esse; pro *deambularet*, codd. B, F, Brev. goth. p. 311. *ambularet;* cod. U *deambulabat.* Pro *viditque*, codd. D, F *vidensque.* Mox. cod. H notat hebraeum non legere *ex adverso*, sed tantum *desuper solario;* nimirum David desuper solario stans vidit mulierem se lavantem. Pro *mulier pulchra valde*, cod. H *pulchra mulier valde;* Bibl. Ordin. tacent *mulier.*

3. *rex, et requisivit* — Cod. H notat hebraeum pro *rex*, legere *David;* pro *requisivit*, Bibl. Ven. 1482. *quaesivit;* graecus ἐζήτησε; at Symmachus περιειργάσατο. Pro *quae esset*, cod. E *cuius esset.* Pro *Nunciatumque*, Brev. goth. l. c. *Nunciatum.* Cod. H ex hebraeo hunc locum sic interpretatur *Et dixit: Nonne ista est Bethsabee filia Heliam, uxor Uriae Hetthaei?* item Pseudo-Hieronymus, apud quem post *dixit*, mendose additur *David;* cod. Cas. 1. tacet *ipsa;* pro *Bethsabee*, codd. G, R, S, V, Bibl. Rom. 1471., Ven. 1476. 1479. 1480., Compl., Reg., all., Gregorius M. I, 94. IV, 154., Verecundus in *spicil. solesm. IV, 28.*, Rabanus, aliique cum graeco *Bersabee;* margo codicis V notat: «Hebraeus *Bethsabee*, quod » melius sonat.» Rupertus legit *Bersabee*, quod significat, inquit, *puteus septimus;* at subdit: «Verius tamen *Bethsabee* legitur, quod *fi-* » *lia iuramenti* interpretatur, ita tamen ut » prima correpta sit syllaba; alioquin ubi pro- » ducitur, semper *domus* interpretatur.» Cf. Hieronymus III, 57.; Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. *Batsaba;* cod. P in Bibl. Ven. 1511. 1519. communem lect. habet; at vero in Bibl. Lugd. 1513. 1522. legit *Bersabee.* Cod. N notat: «Quidam audientes quosdam » novos male nominare hanc mulierem per *r* » litteram quam iniiciebant, ut dicerent *Ber-* » *sabee*, putantes hebraeum sonum *d* litterae » facere, in medio *d* litteram interposuerunt, » per unam corruptionem aliam expiantes; » est autem in fine primae syllabae non *r* vel » *d*, sed *th*, quae sonat in hebraeo *Bathsabee*, » id est *filia satietatis* vel *iuramenti* (cf. Hie- » ronymus III, 57. 61. 792.); in latino autem » in *eth* sonat sic *Bethsabee.*» consentit cod. O qui cum Magdalio notat: «Numquam dici- » tur *Bersabee* mater Salomonis.» Pro *Eliam*, codd. K, Cas. 4., Bibl. Rom. 1471., Paris. 1541. *Helchiae;* I Paral. III, 5. dicitur *Ammiel;* idem enim significat אליעם et עמיאל; cod. M ex Pseudo-Hieronymo notat hunc filium fuisse Achitophel, idque perperam colligebant ex XXIII, 34. ubi de alio *Eliam* sermo est. Pro *Hethaei*, codd. B, F, G, all. *Chethaei;* cod. M notat: «*Hethaei* et *Chethaei* est sicut *Ho-* » *reb* et *Choreb.*» item Hugo; cf. ad Gen. X, 15.

4. *Missis itaque David nunciis* — Codd. E, R, T, Angelomus, Brev. goth. l. c. *Misit itaque David nuncios, et;* codd. C, F *Missis itaque nunciis David.* Pro *statimque sanctificata est,* cod. H notat hebraeum legere *et ipsa sanctificabat se;* nimirum lotionibus sacris et lustrationibus illa se purgavit; codd. K, U, Cas. 14. addunt *mulier.*

5. *reversa est in domum* — Tacent particulam *in* codd. D, F, G, H, I, O, R, S, T, U, goth. leg., Bibl. Rom. 1471., Ven. 1476., 1479. 1480., Compl., Reg., all., Hugo, Rabanus, Brev. goth. l. c.

6. *Misit autem David* — Codd. D 2. m, F, V addunt *statim.* Rursum pro *Hethaeum,* codices nonnulli *Chethaeum* vel *Cethaeum;* item in seqq.; cf. ad v. 3.

7. *Et venit Urias ad David* — Haec desiderantur in codd. B, D, F (secunda manus eadem in his tribus codicibus supplevit), T, Cas. 2.; nec legit Dionysius carthus. et cod. 71. Holmesii; cod. O illa expungit.

8. *dixit David* — Cod. U tacet *David.* Pro *Et egressus,* sixtini, codd. A, B, C 2. m., D, E, F, G, I, R, T, U, Cas. plures *Egressus;* item slav. ostr.; codd. K, S, V *Egressusque.* Pro *secutusque est eum cibus regius,* cod. H notat hebraeum legere *sequutumque est eum munusculum regium;* cf. margo Ordin.; at משאת (cf. infra XIX, 42.) est cibi portio vel convivae oblata vel in eius domum missa; pro *regius,* Brev. goth. l. c. *regis.*

9. *descendit ad* — Codd. B, F, V, Dionysius carthus. *descendit in,* ut vers. sequenti.

10. *Urias in domum* — Codd. A, C, D, E, G, I, K, R, S, T, U, Bibl. Ordin., Hugo, Dionysius carthus. *Urias ad domum.* Ad verba *non de via* addunt *longinqua* codd. B, D 2. m., F, G, V, Cas. 6., Bibl. Paris. 1541. 1566. 1573. Pro *in domum tuam,* codd. A, C, D, E, G, I, K, O, S, U, V, Hugo, Brev. goth. l. c. *ad domum tuam.*

11. *Arca Dei* — Tacent *Dei* sixtini, codd. A, C 2. m., D 1. m., E, F, H, I, K, L, 6., Q, T, Cas. 2., mediol., priores editt. Rob. Steph., all., item hebraeus et graecus, sed cf. Holmesius; perperam vero additur *Domini* in latina versione chaldaei in polyglottis londinensibus, quod tamen habet chaldaeus in aliis editionibus; syrus et arabs *Arca foederis Domini.* Cod. H notat hebraeum pro *papilionibus,* legere *tabernaculis;* at rectissime se habet Hieronymi interpretatio. Pro *ingrediar domum,* codd. F, I, S *ingrediar in domum.* Mox. Bibl. Ven. 1479. mendose *sorore* pro *uxore.*

Ibid. *per salutem tuam, et per salutem animae tuae non faciam rem hanc* — Cod. H notat hebraeum legere *Vivas tu, et vivat anima tua, non faciam hanc rem;* post verba *animae tuae* codd. A, B, D, F, G, I, K, O, R, T, V, Cas. plures, mediol., veron., Brev. goth. l. c. addunt *quod;* cod. goth. leg. *quia;* cod. Cas. 1. *quoniam.*

12. *hic etiam* — Brev. goth. l. c. *etiam hic;* mox cod. H notat hebraeum pro *dimittam,* legere *mittam.* Post *Mansit* codd. H, L (seu Q), priores editt. Rob. Steph., all., Brev. goth. l. c. addunt *autem;* codd. F, Cas. 2. addunt *itaque;* cod. Cas. 1. *igitur;* hebraeus et veteres nexum habent. Post *Ierusalem* tacent *in* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, S, U, V, Cas. plures, goth. leg., Brev. goth. l. c.

13. *dormivit* — Codd. B, F, V, Cas. 1. addunt *similiter;* et post *domini sui,* codd. F, V addunt *David.* Pro *et in domum,* Bibl. Ord. *et domum.*

14. *epistolam* — Inepte cod. H notat hebraeum legere *librum;* item vers. sequenti. Pro *ad Ioab,* Bibl. Rom. 1471., Paris. 1541. *Ioab;* cod. veron. 2. m. addit *manu sua, obsignavit annulo suo.*

15. *ex adverso belli* — Cod. B *ex adverso praelii.* Pro *est praelium,* codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, V, Brev. goth. l. c. *praelium est.*

16. *ubi sciebat* — Sixtini codd. A, B, C, E, F, H, I, T, U, V, Cas. plures, Brev. goth. l. c. *in quo sciebat.*

17. *Egressique* — Cod. F addit *sunt;* Bibl. Ven. 1480. mendose *Ingressique;* mox cod. K tacet *servorum.* Ante *mortuus* Bibl. Paris. 1541. 1566. tacent *et.*

18. *itaque* — Codd. E, I *ergo;* mox cod. K tacet *David.*

21. *Ierobaal* — Sixtini, prima manu gregoriani, codd. A, C, D, H, K, L, 5., N, O, Q, T, U, Cas. 15., mediol., veron., Bibl. Ordin., Basil. 1530., priores editt. Rob. Steph., all. *Ierobeseth* (ex his pauci *Ieroboseth* vel *Hieroboseth*); sic habent, notat cod. N, hebraeus et antiqui; cod. V item adnotat: «Hebraeus et » antiqui habent *Ieroboseth.*» Codd. E, I, R, V, Bibl. Mog. 1462., Ven. 1476. 1480. 1484., Compl., Reg., all. *Hieroboal* vel *Ieroboal;* cf. ad Iudic. VI, 32. Toletus vero animadvertit: «Hebraeus, manuscripti 5. (lovan.) et prior » Congregatio *Ierobeseth;* at LXX. et impressi » omnes (sic) et plures manuscripti ut in » textu recepto.» Conf. Lucas Brugensis; Gesenius in *Thes. p. 86. et 1286.* docet duo haec nomina ירבשת nempe et ירבעל unius eiusdemque nominis proprii varias esse formas. Pro *fragmen,* codd. D, G, N, O, P, S, Hugo *fragmentum;* cf. ad Iudic. IX, 53.

22. *et venit* — Tacet cod. F; item duo codd. Kennicotti, et non pauci graeci. Pro *narravit,* cod. U *nunciavit.* Pro *ei praeceperat* cod. K et Brev. goth. l. c. *praeceperat ei;* tacent pronomen codd. F, Cas. 3.; item margo cod. goth. leg. et graecus Complut.

23. *ad nos in agrum* — Codd. D, F, V, goth. leg., veron. *adversum nos in agrum;* Brev. goth. l. c. *ad nos in agro.* Pro *eos sumus,* codd. R, V, Bibl. Ordin. *sumus eos.*

25. *varius enim eventus est belli* — Cod. H notat ista in hebraeo non legi; pro *belli,* sixtini, prima manu gregoriani, codd. B, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, mediol., Brev. goth. l. c., Hugo *praelii.* Pro *nunc hunc, et nunc illum,* cod. E *et nunc illum, nunc istum;* Sixtus, veteres codices et editiones praemittunt *et;* cod. H notat hebraeum praemittere *quoniam;* e contrario post *hunc* tacent *et* sixtini, codd. C, D, F, H, I, O, S, T, U, V, Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535.; Toletus autem, quem sequitur Angelus Rocca, expunxit *et* priori loco in editione Sixti, et adnotavit illud non legi in manuscriptis, atque ab utraque Congregatione abrasum fuisse. At, ni fallimur, hallucinatus est Toletus; ad alterum enim *et* referre debuisset id quod de priori scripsit. Nam codices et sixtini non priori, sed secundo loco nexum tacent. Pro *consumit,* Brev. goth. l. c. *consumsit;* cod. veron. *consumet;* favent hebraeus et graecus. Mox cod. H notat hebraeum pro *bellatores tuos,* legere *bellum tuum;* et pro *eos,* legere *illud.*

26. *planxit* — Cod. H ex hebr. *lamentata est.*

27. *Transacto autem* — Sixtus, codices plerique et veteres editiones *Transactoque;* mutarunt sixtini et gregoriani ad fidem cod. A; Toletus scribit: «Lege *Transacto autem;* sic » manuscripti et utraque Congregatio.» Brev. goth. l. c. *Transacto igitur.* Ante *domum* tacent *in* codd. C 1. m., mediol., Bibl. Ven. 1479.; mox Brev. goth. l. c. omittit *suam.* Post *peperitque* tacent *ei* codd. G, T, priores editt. Rob. Steph. et cod. 96. Kennicotti. Pro *fecerat,* codd. Cas. 14. *fecit;* item vetus Irenaei interpres apud Sabatierium. Cod. H notat hebraeum pro *coram Domino,* legere *in oculis Domini.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XI, 1. *in tempore in quo exierunt reges* [Alias additur: *ad pugnam*]. . . 2. *in eodem tempore* (cf. Holmes.) *ad vesperum, et surrexit David de cubiculo suo, et ambulavit super tectum domus suae regiae.* . . . 4. *Dormivit cum ea, et haec erat dimissa* [Alias *et haec erat abluta*] *excelso loco* (graecus ἁγιαζομένη ἀπὸ ἀναθαρσίας; codd. ἢ λελουμένη ἐξ ἄφεδρου; noster legisse videtur λελυμένη; at *excelso loco* undenam exsculpsit?). . . 8. *et exierunt post illum statores* [Alias: *statores regis, qui adstabant illi*] (codd. τῶν παρεστηκότων τῷ βασιλεῖ). . . 11. *Iuro per vitam meam, et per vitam animae meae* (codd. μὰ τὴν ζωήν σου, καὶ μὰ τὴν ζωὴν τῆς ψυχῆς σου; nemo legit μου) *si fecero rem istam.* . . . 14. *scripsit librum.* . . 15. *Trade Huriam in pugnam vehementem, et avertimini ab eo, ut percutiatur et moriatur.* . . . 17. *et*

occiderunt de populo servorum David... 20. et erit si ascenderit ira regis. . . . non sciebatis quia male accipiebamini (πληγήσεσθε, Complut.) *de muro?. . . . 22. et renunciavit ad David omnia verba pugnae, quae mandavit Ioab. Et iratus factus est in iracundia David ad Ioab, et dixit ad nuntium: Ut quid accessistis ad civitatem ut pugnaretis? non sciebatis quia malum accipiebatis de muro? Quis percussit Abimelech filium Ieroboam?* (graecus Ἱεροβάαλ) *nonne mulier percussit super illum fragmentum molae de muro, et mortuus est in Thamasi? Ut quid accessistis ad murum? 23. Et dixit nuntius ad David: Quoniam invaluerunt super nos viri, exierunt super nos in campum, et indignavimus* (numquid *incitavimus?* graecus ἐγενήθημεν) *illos usque ad ianuam portae. 24. Et mittebantur graviter sagittae super servos tuos de muro; et mortui sunt de servis regis quasi viri XVIII.* (item quinque codd. holmesiani addunt ὡσεὶ ἄνδρες δέκα καὶ ὀκτώ); *et servus tuus Huria Ethaeus mortuus est. 25. Et dixit David ad nuntium: Haec dices ad Ioab: Non sit malignum coram te de hoc verbo; quoniam aliquando quidem sic, aliquando autem sic manducabit adversarios gladius tuus* (graecus legit tantum φάγεται ἡ μάχαιρα). *Confirma bellum tuum ad civitatem, demoli eam et obtine* (legerit κράτησον?) *eam.*

Cap. XII, 1. *Nathan* — Cod. Cas. 1. addit *prophetam;* item graecus, syrus, arabs et pauci codd. hebraici apud De-Rossi. Post verba *dixit ei* codd. B, F, G, I, L, R, S, U, V, Cas. 8., baver., corbeiens. n. 3. secunda manu, antiquiores editiones addunt *Responde mihi iudicium;* codd. M, N, O notant id non haberi in hebraeo, antiquis et Glossa; pauci graeci codices cum edit. Compl. legunt ἀνάγγειλον (vel ἀπάγγειλον) δή μοι τὴν κρίσιν ταύτην; accedunt slavon. et georg.; cf. Lucas Brugensis. Ad vocem *dives* cod. N notat: «LXX. ubique pro *divite, honestum* ponunt, » quasi *onustum.*»

3. *ovem unam* — Codd. C, F, V *unam ovem;* codd. R, S, Cas. 2., Petrus Com. *oviculam unam;* item Augustinus apud Sabatierium. Pro *et quae creverat,* cod. B et Brev. goth. p. 312. *et creverat;* cod. T tacet *et;* mox cod. K omittit *apud eum.*

Ibid. *cum filiis eius simul, de pane* — Antiquiores editiones *cum filiis eius: simul de pane;* codd. G, V tacent *simul;* cod. H notat hebraeum pro *pane,* legere *buccella.* Post *de calice* codd. G, K tacent *eius;* alii non pauci pro *eratque illi,* legunt *eratque ei;* et pro *filia,* cod. veron. *filius.*

4. *peregrinus quidam* — Codd. E, I *quidam peregrinus;* cod. B tacet *quidam,* nec obstant hebraeus et veteres. Post *de ovibus* cod. U addit *suis;* consentiunt hebraeus et veteres. Pro *viri pauperis,* sixtini, codd. A, S *pauperis viri.* Cod. H notat hebraeum legere *viro,* pro *homini;* Bibl. Ordin., Lugd. 1522., Norimber. 1529., Basil. 1530., priores editt. Rob. Steph., all. addunt *illi.*

5. *Iratus* — Cod. goth. leg. et Petrus Com. *Indignatus.* Pro *fecit hoc,* Bibl. Ord. et Petrus Com. *hoc fecit.*

6. *reddet* — Codd. B, C, Cas. 1. *reddat.* Pro *fecerit,* codd. B, F *fecerat;* cod. Cas. 1. *fecit;* cf. Sabatierius. Pro *pepercerit,* codd. F, G, Cas. 1., Brev. goth. l. c. *pepercit;* item Ambrosius.

7. *Tu es ille vir* — Codd. B, D 2. m., F, G, K, L, R, S, U, V, Cas. plures, corbeiens. n. 3. in marg., item sangerm. n. 9., antiquiores editiones, Hugo addunt *qui fecisti hanc rem;* Ambrosius cum graeco, quem sequitur arabs, *qui fecisti hoc;* at correctoria M, N, O additamentum expungunt. Post *in regem* Bibl. Basil. 1530. tacent *super;* et ante *erui* Brev. goth. l. c. omittit *ego.* Pro *de manu,* Bibl. Ven. 1476. 1480. 1482. 1484., Brix. 1496., Argent. 1497., Norimber. 1501., all., margo Ord. *de domo.*

8. *multo maiora* — Cod. H notat hebraeum legere *duplicia;* Bibl. Ord. tacent *multo.*

9. *Quare ergo* — Cod. T tacet *ergo;* item hebraeus. Mox in Bibl. Norimb. 1501. deest *Domini.* Pro *malum,* codd. R, S, Cas. *mala.* Cod. H notat hebraeum pro *in conspectu meo,* le-

gere *in oculis meis,* de qua lectione cf. De-Rossi. Pro *in uxorem tibi,* codd. A, B, C, D, E, F, I, K, N, O, U, goth. leg., Cas. plures, mediol., veron., Salvianus apud Gallandi X, 12. *uxorem;* codd. G, H, V, Bibl. Ord., Hugo *tibi uxorem;* Brev. goth. l. c. *in uxorem;* cod. T *in coniugem.*

10. *recedet*—Bibl. Ven. 1484. 1492. 1494. 1498., Brix. 1496., all. *recedat.*

11. *Itaque* — Cod. H notat hebraeum id non legere. Post *Dominus* cod. Cas. 1. addit *Deus;* item chaldaeus in polyglottis Antuerp. Mox Brev. goth. l. c. tacet *ego;* et pro *Solis huius,* legit *plebis huius,* consentiente codice 121. Holmesii.

12. *abscondite* — Gregorius M. I, 1127. *in abscondito;* cf. Sabatierius et *Spicil. solesm. II, 60.* Pro *ego autem,* sixtini, codd. A, B, D, E, F, G, H, I, K, Q, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Salvianus l. c., Rupertus, Brev. goth. l. c. *ego vero.* Pro *faciam,* Bibl. Lugd. 1522., Basil. 1530. *facio.* Mox post *Israel* Brev. goth. l. c. tacet *et;* post *Solis* codd. L, R, S 2. m., Cas. 2., antiquiores editiones, Hugo addunt *huius;* item Ambrosius cum graeco; ex superiori autem versiculo petitum videtur.

14. *blasphemare fecisti* — Cod. H perperam notat hebraeum legere *blasphemando blasphemasti;* item Pseudo-Hieronymus et Magdalius; nam Vulgatum recte expressisse vim hebraicae locutionis demonstrat Gesenius in *Thes. p. 837.* Pro *inimicos Domini,* codd. C, F, G, I, L, R, S, V, Cas. 9., antiquiores editiones, Hugo, Angelomus, Petrus Com. *inimicos nomen Domini.* Pro *filius,* cod. H. notat hebraeum legere *etiam et filius;* nempe habet גם הבן.

15. *in domum* — Sixtini, codd. A, B, C, D, goth. leg. *domum;* cf. ad XI, 5. 13. 27. Pro *Percussit quoque,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., antiquiores editiones, Hugo, Brev. goth. l. c. *Percussitque.* Pro *pepererat,* codd. G, R, S, Cas. 2., antiquiores editiones *peperit.*

16. *David Dominum*—Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugd. 1535., all. *David Deum;* accedunt hebraeus et graecus; cod. G tacet *David;* item cod. 84. Kennicotti. Pro *ieiunavit . . . iacuit,* Brev. goth. l. c. *ieiunabat . . . iacebat;* et pro *ieiunio,* cod. veron. *ieiunium;* cod. K tacet.

17. *nec comedit* — Codd. A, E, F, H, I, T, U, Brev. goth. l. c. *neque comedit.* Cod. H notat hebraeum legere *panem,* pro *cibum.*

18. *die septima ut*—Cod. T et Brev. goth. l. c. *ut die septima.* Cod. H notat hebraeum pro *infans,* legere *parvulum.* Post *nunciare* cod. S et Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498. tacent *ei.* Pro *cum parvulus,* cod. H *dum parvulus.* Ante *dixerimus* cod. veron. tacet *si.* Post *Mortuus est* cod. F tacet *puer;* pro quo rursum cod. H notat hebraeum legere *parvulus;* item in sequentibus.

19. *David vidisset* — Sixtini, Sixtus, veteres fere omnes editiones *David audisset;* codd. C, D, E, F, G, I, R, S, V, veron. *audisset David;* codd. A, H, K, T, U, Brev. goth. l. c. *vidisset David;* pro hodierna lectione stant gregoriani et Toletus; cf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 406.; et fortasse vel ipsi sixtini scribere voluerunt *vidisset,* quod optimi codices habent; neque enim intelligi potest cur illi, expuncta in textu voce *audisset,* eamdem vocem in margine apposuerint, nisi dixeris id factum vitio amanuensis, qui unam pro altera voce descripserit. Pro *servos suos mussitantes,* cod. G et Bibl. Ven. 1479. *servos mussitantes;* veteres complures libri scribunt *musitantes,* de quo cf. ad Exod. XVI, 7. Pro *Num,* codd. D, G, R, S, gothic. leg., Cas. 7., Brev. gothic. l. c., Hugo *Numquid;* quae quidem duo adverbia saepius a librariis permutantur. Mox cod. Cas. 1. tacet *Qui.*

20. *Surrexit ergo* — Sixtini, codd. A, D, E, F, G, K, T, U, V, Hugo, Brev. goth. l. c. *Surrexit igitur.* Dein Brev. gothic. l. c. tacet *de terra.* Post *unctusque est* cod. U addit *unguento.* Pro *vestem,* codd. H, L (seu Q), Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *vestes;* cod. Cas. 1. addit *suam;* hebraeus et veteres *vestes suas.* Bibl. Ordin. post *venit* tacent *in;*

mox Bibl. Ven. 1479. omittunt *suam*. Pro *panem*, cod. E *panes*.

21. *Dixerunt autem ei* — Cod. F *Dixeruntque ei;* cod. A tacet pronomen; item graecus Compl. et cod. 108. Holmesii. Pro *quem fecisti? propter infantem*, cod. F, Bibl. Ordin., Hugo *quem fecisti propter infantem?* item graecus; cf. Flaminius Nobilius et Holmesius; pro *fecisti*, cod. K *facis;* pro *infantem*, cod. R *infantulum*. Bibl. Ord. pro *cum adhuc*, legunt *dum enim adhuc*. Pro *ieiunasti*, codd. F, G, V *ieiunabas;* non male, sequitur enim in eadem periodo *et flebas*.

22. *dum adhuc* — Codd. E, I, S, Cas. 7., Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1535., all., Hugo, Brev. goth. l. c. *cum adhuc*. Pro *Quis scit*, cod. R, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566. 1573. *Quis enim scit*. Cod. H notat hebraeum pro *donet eum mihi Dominus, et vivat infans?* legere *misereatur mei Dominus, et vivet parvulus?* quoad verbum *vivet* consentiunt codd. A, B, C, E, K, O, T, U, Cas. plures, veron., priores editt. Rob. Steph., all.

23. *ieiunem* — Sixtus, veteres codices et editiones fere omnes *ieiuno;* mutarunt sixtini, gregoriani et Toletus; ratio non suppetit. Martianaeus hodiernam lectionem dedit, sed utrum illam ex codicibus hauserit, dubitamus; eadem tamen habetur in Brev. goth. l. c. et in Bibl. in 16°. Ven. 1533., Paris. 1534. 1541., Lugd. 1542. Pro *revocare eum*, codd. H, R *eum revocare*.

24. *ingressusque ad eam* — Codd. B, U *ingressusque est ad eam, et;* item hebraeus et graecus. Dein pro *eum*, Brev. goth. p. 313. *illum*.

25. *Misitque*—Addunt *eum* codd. F, G, L, R, S, V, antiquiores editiones, Angelomus, Petrus Com., Hugo; haec lectio memoratur quoque a Dionysio carthus.; at additamentum expungitur in codd. M, O, ubi adnotatur: « Hebraeus et antiqui et Glossa non habent » *eum*, licet quaedam postillae violenter exponant. Non enim misit Dominus Salomonem, sed verbum suum in manu Nathan ut » eum prophetice vocaret *Amabilis Domino*. » Melius arabs, omisso *in manu*, وارسل اليه.

Ibid. *Amabilis Domino, eo quod diligeret eum Dominus*—Cod. H notat hebraeum legere *Dilectum Domini propter Dominum;* cod. M notat: « Hebraeum *Idida* (ידידיה), id est *Dilectus Domini*, et subdit *propter Dominum*, » quia propter gratuitam misericordiam suam » dilexit eum Deus, cum ipse, utpote *mazer* » (cf. ad Deut. XXIII, 2.), dilectione et misericordia Dei esset indignus. » Item Pseudo-Hieronymus III, 776., Rabanus, Angelomus, Petrus Com. et Glossa interlinearis.

26. 27. 29. *Rabbath*—Plures ex antiquioribus editionibus, praesertim altero et tertio loco, legunt *Rabba;* cod. M notat: « Dicit » Glossa: Quando est cum adiectione, scribitur *Rabbath;* quando sine adiectione *Rabba;* sic I Paral. XX. (v. 1.) *obsedit Rabba*. » Conf. quae dicta sunt ad XI, 1. Hoc tamen loco epanorthotes in cod. N rursum et diserte notat: « Secundo et tertio loco quidam delent » *th* de fine nominis, quia Hieronymus sic » ait: *Notandum quod in hebraeo*, et tu nota » quod non dicit in latino, nisi plures alios » sonos dant litteris interpretes; *quando*, in» quit, *cum adiectione nominum ponitur*, Rab» bath *scribitur; quando vero sine adiectione* » *nominum* Rabba *dicitur* (nostri codicis lectio praeferenda est illi, quam habet Vallarsius III, 776.). Sed vide miserabilem erro» rem quorumdam, qui propter illam ratio» nem hebraeorum, non solum secundo, sed » etiam tertio deleverunt *th*, et posuerunt » *Rabba*, quod nec ipse hebraeus habet, sed » habet *Rabbatha* (רַבָּתָה) quia terminum mo» tus signat, ut accusativus casus hebraeus. » Si illi volunt hebraei esse, ponant ibi *Rabbatha* (ita habet cod. P); quod si malunt » esse latini, dimittant *Rabbath* quod habu» erunt supra. Sed et paene ubique destruxe» runt nomen *Ammon*, in quo, virtute puncti » quod habet in ventre *mem* littera hebraea » (עמון), *m* littera apud nos geminatur; et » eadem ratione *b* in nomine *Rabbath*, cum » ipsi scribant *Amon Rabba*. »

30. *diadema regis eorum* — Cod. U, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541., Magdalius *diadema Melchom;* cod. H, Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus, Petrus Com. notant *Melchom* significare *regis eorum;* graecus habet στέφανον Μολχόμ vel Μελχόμ; Vulgatus in loco parallelo I Paral. XX, 2. *coronam Melchom.* Pro *pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas,* codd. Cas. non pauci legunt *pondo auri talentum habens, gemmasque pretiosissimas.* Mox Bibl. Ven. 1511. 1519. tacent *super.* Ceterum corona de qua heic sermo est, ad ornatum ac pompam, uti videtur, conflata, rege in solio assidente, eius capiti desuper suspensa imminebat, non imponebatur

31. *populum quoque* — Codd. K, T, Rabanus *populumque;* cod. B *populum autem.* Mox cod. E tacet *eius.* Pro *adducens,* codd. F 2. m., G *abducens;* hebraeus et veteres *eduxit.* Pro *serravit,* codd. T, mediol. *servavit.* Codices et editiones plures *transduxit,* pro *traduxit.* Ad verba *in typo laterum,* cod. M ex Pseudo-Hieronymo notat: « Id est, sicut » lateres dividi et secari solent, qui ex pa» leis et luto fiunt. » Pro *sic,* codd. T, V *sicque;* consentiunt hebraeus et veteres. Pro *omnis exercitus,* cod. K *totus exercitus;* codd. C, V et Dionysius carthus. addunt *eius;* cf. I Paral. XX, 3. Ante *Ierusalem* tacent *in* codd. A, B, F, K, mediol. Durissima supplicia quae hoc in versiculo memorantur iussu Davidis hostibus inflicta, ferocissimi animi indicium praebere videntur; at cl. Ghiringhello *(de libris histor. antiqui foed. p. 286.)* animadvertit Davidem de Ammonitis non sumsisse acerbiores poenas, quam ipsi de hostibus caperent (conf. I Reg. XI, 2. Amos I, 13.); longo enim experimento compererat, ferociores et barbaros nonnisi talione opposito coërceri. Schulzius vero *(in biblioth. Hagana cl. 1. p. 179.),* collato syro et arabe, hunc locum sic interpretatur: *Populum, qui erat in urbe illa, iussit educi, et funibus catenisque ferreis vinciri, carceribusque ferreis includi, eosque traduci per omne regnum Iudae, et sic fecit omnibus civitatibus Ammonitarum.* Conf. Malvenda, Bullet *Réponses critiques tom. 1. p. 222.* et Sebast. Schmidius.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XII, 3. *nisi agnam unam parvulam, quam adquisierat, et nutriverat eam. . .* 5. *Vivit Dominus, quoniam dignus est morte. . . .* 8. *et si pauca sunt, adiiciam tibi sicut haec dedi tibi* (haec duo postrema verba alibi non leguntur). 9. *Et quare pro nihilo duxisti Deum, ut faceres nequiter in conspectu eius* (item Ambrosius; conf. Holmesius)? . . . . 14. *Quoniam per iracundiam concitasti contrarios Domini in hoc verbo. . .* 16. *et dormivit in cilicio* (codd. ἐν σάκκῳ). . . . 18. *Et nunc quomodo dicemus ad eum, quoniam mortuus est puer, ne faciat sibi mala? . . .* 21. *et vigilasti. . .* 24. *Et rogavit David Bersabee. . .* 25. *et vocavit nomen eius Iedidia, quod est interpretatum in verbo Domini. . .* 31. *Et serraverunt illos in serra, et in tribolis ferreis circumduxit illos.*

Cap. XIII, 1. *filii David sororem speciosissimam* — Codd. B, V, et alii tres apud Martianaeum, nimirum regius 3563., corbeiens. n. 11. et sangerm. n. 5. *filio David esset soror speciosissima;* his favent hebraeus et veteres; ad eamdem lectionem accedunt codd. E, F, G, T, sangerm. n. 3. qui habent *filius David haberet sororem speciosissimam;* et codd. D, K qui legunt *filius David sororem speciosissimam.* Pro *adamaret,* codd. B, E *adamaretque;* codd. F, V, gothic. legion. et quatuor codices Martianaei *adamaretque eam;* favent hebraeus et veteres; cod. G *quam adamaret.* Mox pro *Amnon,* antiquiores editiones et non pauci codices *Ammon;* at recte codd. M, N notant ad fidem veterum semper scribendum *Amnon;* cf. ad III, 2.

2. *deperiret eam*—Sixtus, codd. D, I, R, V, duo colbertin., unus sangerman., margo G, veteres editiones *deperiret in eam;* codd. S, gothic. legion., Petrus Com. *deperiret in ea;* codd. E, H, U, Cas. 1., Rabanus *deperiret propter eam;* cod. unus apud Martianaeum *depe-*

riret pro ea; codd. F, G, sangerm. n. 3. et 7. *diligeret eam;* alii tres codices a Martianaeo laudati *diligeret;* hodiernam lectionem debemus sixtinis et gregorianis, quibus accedunt optimi codd. A, B, C, K, all., unde Toletus: « Manuscripti et Congregatio *deperiret eam.* » Bukentopio pag. 406. id magis latinum esse videtur. Dein tacent *valde* codd. H, L 2. (seu Q); at Lucas Brugensis animadvertit: « Ut non est praeponenda praepositio *in* pro» nomini *eam,* ita non est omittendum ad» verbium *valde.* »

Ibid. *propter amorem eius aegrotaret*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, aliique apud Martianaeum, Bibl. Ord., Hugo *aegrotaret propter amorem eius.* Post verbum *difficile* cod. veron. tacet *ei.* Pro *ut quippiam inhoneste,* cod. T *ut quippiam et honeste;* Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498. tacent *ut,* et mox pro *ageret,* legunt *agere.* Animadvertat lector miram dexteritatem qua hoc loco Hieronymus hebraici textus sensum fideliter eleganterque expressit.

3. *Erat autem* — Cod. B *Erat enim.* Pro *Amnon,* codd. A, H, K, U *Amnonis;* margo Ordin. *ipsi Amnon;* hebraeus לאמנון. Pro *Ionadab,* cod. U *Aminadab;* item verss. 5. 32. 35.; Petrus Com. adnotat hunc apud Iosephum *(Antiq. VII, 8.)* vocari *Ionathan;* idque pauci graeci codices adhuc exhibent. Pro *Semmaa,* codd. A, B, C, all. *Sammaa;* alii *Samma* vel *Semma;* item infra vers. 32.; de varia huius nominis scribendi ratione cf. ad Gen. XXXVI, 16. I Reg. XVII, 13. et Gesenii *Thes. p. 1437.*

4. *indicas*—Codd. G 1. m., S, Cas. 3. *indicasti.* Post *Dixitque* codd. D, I, N, V, priores editt. Rob. Steph., all. tacent *ei.* Mox pro *fratris mei Absalom,* sixtini, codd. A, E, F, G, H, I, K, T, U *Absalom fratris mei;* idem ordo in hebraeo et graeco.

5. *lectum* — Codd. A, D, H, N, P, T, U, Bibl. Ordin., Basil. 1530., Lugdun. 1535., Hugo, all. *lectulum.* Pro *languorem simula,* cod. B *aegritudinem simula;* cod. F *languere te simula;* cod. gothic. leg. *languere simula.* Pro *dic ei,* codd. I, K *dices.* Bibl. Ordin. *obsecro,* ut vers. seq. pro *oro.* Mox pro *ut det,* codd. B, T, V *et det;* favent hebreus et graecus; Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498. tacent *ut.* Cod. H notat hebraeum pro *cibum,* legere *panem.* Pro *ut comedam,* Bibl. Ordin., Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513. 1522., Norimb. 1529., all. *et comedam;* item hebraeus et graecus.

6. *Accubuit itaque*—Codd. N, V tacent *itaque.* Cod. 1. Cas. pro *obsecro,* legit *oro,* ut supra. Pro *ut faciat,* sixtini, cod. A, Dionysius carthus. *et faciat;* cod. F legit rursum ut in superiori versiculo *ut det mihi cibum, et faciat.* Cod. Cas. 1. tacet *duas;* item pauci graeci codices holmesiani. Ad vocem *sorbitiunculas* cod. M notat: « *Sorbitiunculas* vocat » *chaudellos,* qui de farina vel de amygdalis » fiunt, a sorbendo, id est hauriendo, ut vul» go dicitur. » De gallica voce *chaudel* aut *chaudelet* conf. Du Cangii *glossar. ed. Paris. 1840–50. tom. VI. pag. 300. et tom. VII. pag. 92.* In sacro textu legitur לבבות, quod est *placentae* in sartagine coctae genus. Pro *et cibum,* sixtini, cod. A *ut cibum;* codd. G, L, N* 1. m., R, S, Cas. 5., antiquiores editiones, Hugo addunt *paratum.*

7. *Amnon fratris tui* — Cod. F *fratris tui Amnon;* graecus tacet nomen *Amnon.*

8. *Venitque* — Cod. mediol. *Venit itaque;* cod. Cas. 1. *Venit ergo;* cod. U *Venit.* Cod. H notat hebraeum pro *farinam,* legere *conspersam farinam;* nimirum legit את־הבצק, quod denotat *massam farinaceam* ex qua placentae parabantur, aqua mixtam et subactam, sed nondum fermentatam; unde graecus σταῖς vel στέαρ.

9. *Eiicite universos*—Codd. F 1. m., S, V, Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., all. *Eiice universos;* consentiunt pauci graeci codices; cod. H addit *foras,* quod petitum videtur ex vers. 17. et 18. Mox laudati testes pro *Cumque eiecissent,* legunt *Cumque eiecisset;* cod. E *Qui cum eiecissent;* Isidorus Clarius proprio marte, uti alia plura, legit *Cumque exissent;*

cod. F omittit verba *Cumque eiecissent omnes, dixit Amnon ad Thamar*.

10. *in conclave*—In hoc versiculo bis occurrit istud nomen; utroque loco Sixtus, veteres editiones et plerique codices legunt *in conclavi*; emendarunt sixtini, gregoriani et Toletus, quibus praeter rationem grammaticam, optimi codices suffragantur; cf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 406.

11. *obtulisset ei*—Cod. veron. tacet *ei*.

12. *noli opprimere*—Cod. C omittit *noli*. Mox Bibl. Ordin. tacent *hoc*. Pro *noli facere*, codd. B, F, V, Cas. 1. rursum habent *noli, frater mi, noli facere*.

13. *Ego enim*—Codd. A, C 1.m., D, E, I, K, O, T *Et ego enim;* cod. N adnotat: « Hebraeus et antiqui praeponunt *et*. » Nempe hebraeus pro *Ego enim*, legit ואני. Pro *ferre non potero*, cod. C *non potero ferre*.

14. *Noluit autem*—Addunt *Amnon* cod. L et antiquiores editiones; item graecus. Ex Gregorio M. III, 284. Sabatierius derivare potuisset veteris italae fragmentum, in quo ex graeco habetur *invaluit super eam, et humiliavit eam*, pro eo quod Vulgatus legit *praevalens viribus oppressit eam*. Mox pro *cum ea*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, aliique, Biblia Ordin. *cum illa*.

15. *eam habuit*—Cod. I, Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1531. 1535. *habuit eam*. Pro *Amnon odio magno*, sixtini, codd. A, C, E, F, G, H, I, K, aliique *Amnon magno odio;* antiquiores editiones tacent, ut et arabs, *Amnon;* at in codicibus legitur. Pro *maius*, codd. C, D *magis;* item in seq. vers. Mox pro *et vade*, codd. F, V *nunc, et vade;* tacent nexum sixtini, codd. A, H, T, U, Cas. 13.; item hebraeus et veteres, excepto graeco, de quo tamen cf. Holmesius.

16. *respondit ei*—Antiquiores editiones tacent pronomen; mox vero post *expellens* cod. H omittit *me;* sed utraque omissio mendosa.

17. *hanc a me*—Cod. U *a me hanc;* codd. D, G, N tacent *a me*. Loco *post eam*, cod. T legit *post te*.

18. *minister illius*—Codd. G, K *minister eius*. Pro *clausitque fores*, codd. R, Cas. 1. *clausitque ostium;* cod. O *et clausit fores*.

19. *scissa*—Cod. Cas. 1. *et scissa;* consentiunt hebraeus et veteres.

20. *Dixit autem ei*—Tacent pronomen cod. B, Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535.; legunt *Dixitque ei* codd. G, I. Pro *Numquid*, codd. B, C, D, E, F, H, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, goth. leg. *Num*. Cod. H notat: « Hic » hebraeus habet *Aminon* (האמינון), quod » interpretatur *exsp*. . . . (quid scribere vo» luerit non constat) in aliis autem locis *Am*» *non*, quod interpretatur *fidelissimus*. » Cf. De-Rossi in *Suppl. ad Varr. Lectt.* Mox codd. Cas. 2. tacent *soror*. Pro *neque affligas cor tuum pro hac re*, cod. H notat hebraeum legere *non ponas hanc rem in corde tuo;* margo Ordin. *non ponas cor tuum ad hoc;* sixtini, codd. A, C, D, E, G, I, K, T *pro re hac;* cod. F *propter hanc rem*.

21. *Cum autem audisset*—Cod. H *Cum audisset autem*. Pro *rex David*, cod. F *David rex*. Cod. H notat hebraeum pro *contristatus*, legere *iratus*. Verba quae sequuntur *et noluit contristare spiritum Amnon filii sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei* non legunt sixtini, codd. A, H, K, L 3., Q, T, veron., mediol., goth. leg., margo Ordin., Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugdun. 1535., Isidorus Clarius; hinc Lucas Brugensis scribit: « Versiculum hunc qui in » graecis plerisque legitur, quidam latini au» ferunt consentanee hebraeo. » Minus recte Bukentopius p. 174. affirmat haec abesse a plerisque graecis; item Toletus qui scribit: « Haec non habentur in hebraeo, graeco, » Compl. et Reg.; tamen habentur in Ordin. » et multis impressis et manuscriptis. Prior » Congregatio expunxit; posterior retinuit. » Nam verba illa desunt quidem in graeca ed. Compl. aliisque ex eadem derivatis; at nullum profert Holmesius graecum codicem in quo non legantur. Immo nos autumamus ob hanc potissimum rationem a postrema Congregatione retenta fuisse, quia nimirum in graeca versione servabantur, ex qua in ita-

iam derivata fuerant. Contra vero reliqui veteres interpretes cum hebraeo verba illa ignorant; proindeque merito Sabatierius ista ad veterem italam retulit; in antiquioribus enim hieronymianae versionis codicibus non habentur; in aliis vero quibusdam aut expuncta, aut in marginibus tantum adscripta iacent. Cum graeco autem fonte illa consentiunt, exceptis duobus in quibus nonnihil differunt; nempe οὐκ ἐλύπησε pro *noluit contristare*, et αὐτοῦ ἦν pro *erat ei*. Gregoriani primo adnotaverant « haec videntur delenda; » at dein aliter censuerunt. Epanorthotes in cod. N animadvertit: « Contra eos » qui nimis adhaerent hebraeo, notandum » quod cum communiter et antiqui et novi et » etiam LXX. sive graeci habeant hunc totum versum, vel hos versus, hebraei tamen » quos viderim non habent, et est quasi anthipophora (ἀνθυπόφορα; conf. Du Cangius), qua respondetur obiectioni, quae » posset fieri: Si scivit pater, et valde doluit, quare ergo non vindicavit? Quod » utrum aliqui hebraei (codices) habeant, » aut saltem antiquitus habuerint; an interpres propter praedictam causam, seu propter aliam apposuerit, sicut alium versum » supra primo (I, 26.); an vel de Iosepho » *(Antiq. VII, 8.)*, an alio interpres iam vulgatum sic inventum dimiserit, nescio; textum tamen semper reputo. » Houbigantius temere asserit ista ex hebraeo textu excidisse; quod profecto nullo idoneo argumento demonstrari potest. Cf. Calmetus. Latini codices plerique qui controversa verba legunt, pro *contristare*, praeferunt *contristari*; et nomen *Amnon* reticent.

22. *nec malum, nec bonum* — Codd. E, F, G, H, I, Alfonsus Tostatus *nec bonum, nec malum;* item syrus, arabs, georg., slavon.; Bibl. Compl. et Reg. omittunt particulam *nec* priori loco. Pro *sororem suam*, codd. E, I, T, veron. *sororem eius*.

23. *Baalhasor* — Antiquiore seditiones *Balasor;* item Hieronymus III, 57. sed cf. ibidem col. 179. Pro *vocavit*, cod. F *convocavit*.

Ab hoc versu ad finem capituli codex mediol. mutilus est.

24. *tondentur* — Cod. F *tonduntur;* hebraeus et veteres praesens tempus exprimunt. Pro *veniat*, cod. goth. leg. *ut veniat*.

25. *ad Absalom* — Cod. B tacet *ad;* mox omittunt *omnes* cod. V et Miss. Moz. p. 378.

26. *Et ait Absalom* — Codd. G 2. m., L, antiquiores editiones addunt *ad David;* graecus et syrus *ad eum;* at cf. Holmesius. Bibl. Ven. 1479. *nobiscum, obsecro*, pro *obsecro, nobiscum*. Cod. H notat hebraeum pro *Non est necesse ut vadat tecum*, legere *Cur ibit tecum?* pro *vadat*, codd. C, K *veniat;* cod. V *eat*.

27. *Coegit itaque* — Codd. B, Q, Miss. Moz. l. c. *Coegit autem*. Pro *Absalom eum*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, all., Bibl. Ordin., Hugo *eum Absalom;* Miss. Moz. l. c. tacet *eum*. Cod. H notat hebraeum legere *misit*, pro *dimisit*.

Ibid. *Feceratque Absalom convivium quasi convivium regis* — Tacent sixtini, codd. A, B 1. m., C, D, E, H, K, L 11., N, O, Q, V 2. m., Cas. 1., veron., Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugdun. 1531. 1535., priores editt. Rob. Stephani, all., margo Ord., Miss. Moz. l. c., Alfonsus Tostatus; Sirletus (in cod. vat. 7093.) testatur verba illa in vetustissimis libris non haberi; epanorthotes in cod. N notat: « Quod interponitur in novis de LXX., » ut patet in graeco, nec hebraeus, nec antiqui habent. » Eadem nota legitur in margine codicis V; hinc Lucas Brugensis scribit: « Multa latina manuscripta confodiunt versum hunc, sicut hebraea, quamquam graeca exemplaria, praeter Regium, addant. » Sunt tamen tres codices holmesiani, qui cum graeca edit. Compl. istud additamentum non habent, quod neque ullus ex reliquis antiquis interpretibus agnoscit. Hinc recte Sabatierius ad veterem italam illud refert, ac notat vel expunctum, vel in marginibus tantum legi in nonnullis codicibus. Gregoriani dubitaverant utrum esset retinendum; at vero Toletus dicit: « Haec non sunt in hebraeo, » graeco (vide supra), Compl., Reg.; tamen

» sunt in Ord. et plurimis impressis et mul» tis manuscriptis. Prior Congregatio dele» vit; posterior restituit. » Immo ideo restituenda censuit postrema Congregatio quia in graeca versione non desunt. Attamen laudati testes aperte demonstrant ista neque ad hieronymianam versionem pertinere, neque in sacro textu olim perlecta fuisse facile probari posse. Cf. Mariana. Ceterum pro *Feceratque*, Bibl. Lugd. 1522. 1542., Ven. 1533., Paris. 1534. 1541., all. *Fecerat itaque*.

28. *Amnon vino* — Mendose Bibl. Rom. 1593., Antuerp. 1599. tacent *vino;* conf. Bukentopius p. 478. Pro *praecipio*, codd. A, U, Cas. 11., veron. *praecepi*. Pro *et estote viri fortes*, cod. H notat hebraeum legere *et estote viri fortitudinis ;* at legitur והיו לבני-חיל; cod. E addit *ne timeatis*.

29. *praeceperat eis* — Codd. D, R, S, Bibl. Ordin., Hugo *praeceperat illis;* cod. H notat hebraeum non legere pronomen. Post *Surgentesque* tacent *omnes* cod. B, Miss. Moz. l. c. et duo codices holmesiani. Pro *singuli mulas*, codd. Cas. 2. *singuli super mulas;* cod. H notat hebraeum legere *mulos*.

30. *in itinere* — Codd. G, goth. leg. tacent *in*. Pro *pervenit*, cod. A et Alfonsus Tostatus *praevenit;* at cod. N notat: « Hebraeus et an» tiqui non habent *praevenit*, sed *pervenit*. »

31. *Surrexit itaque rex* — Cod. L et antiquiores editiones addunt *David;* item georg. et slavon. Pro *scidit* et *sciderunt*, Miss. Moz. l. c. *excidit* et *exciderunt*. Pro *servi illius*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, S, U, Cas. plures, Hugo, Miss. Moz. l. c., all. *servi ipsius;* codd. K, R, T, V, Bibl. Ordin. *servi eius*.

32. *Ne aestimet* — Cod. goth. leg. *Ne stimet*. Mox post *dominus meus* tacent *rex* sixtini, codd. A, K, U, Cas. 11., et veron.; item hebraeus et chaldaeus; sed conf. De-Rossi *Varr. Lectt.* Pro *pueri filii regis*, cod. I et antiquiores editiones *pueri regis*, ut seq. versiculo. Pro *occisi sint*, codd. E, I, S, Miss. Moz. l. c. *occisi sunt*.

Ibid. *in ore Absalom* — Codd. C, E, F, G, I, N, R, S, V, Cas. 6., baver., antiquiores editiones, Hugo, Miss. Moz. l. c. *in odio Absalom;* de hac lectione epanorthotes in cod. N scribit: « Pro *odio*, quidam male posuerunt » *ore*, quasi ad hebraeum corrigentes. Si » quae hebraeus non habet omnia expresse, » damnamus, vix erunt tres lineae quin ali» qua deleamus, quae interpres ad eviden» tiam apposuit, subtraxit, mutavit. Sic Pa» rabol. XIIII. (v. 22.) *Errant qui operantur* » *malum*, deleamus, et dicamus *qui arant* » *malum;* et ibid. XVII. (v. 19.). *Qui exaltat* » *os suum*, numquid ponemus ibi *Qui exal*» *tat ostium suum* sicut hebraeus habet? et » hic infra XV. (v. 6.) *solicitabat corda*, au» feremus *solicitabat*, et ponemus ibi *fura*» *batur?* Absit. Etiam ubi heic habemus *in* » *odio*, LXX. in graeco et in latino habent *in* » *ira*. » Ex hisce postremis verbis colligimus scholiastem in graecis codicibus legisse ἐν ὀργῇ, quod paucissima exemplaria cum ed. Compl. servant, quodque codex regius apud Montfauconium tribuit Aquilae et Symmacho, pro ἐπὶ στόματος; itemque colligimus, quod hactenus incompertum erat, veteris italae codices habuisse *in ira*. Cod. O notat hebraeum et antiquos legere *in ore*, at subdit plures prae se ferre *in odio;* scholiastes vero in cod. M hodiernam lectionem tuetur, eamque cum varia lectione quodammodo componit inquiens: « Habent *in ore* hebraeus et » antiqui, quia semper de ipso male loque» batur, unde palam erat quod eum odiebat. » At vero consilium suum Absalom callida dissimulatione celabat, ne, si eiusdem suspicionem ingereret, exitu frustraretur; quapropter chaldaeus, syrus et arabs pro על-פי posuerunt *in corde* vel *in animo;* sensus enim est: In corde (aut mente) Absalomi erat propositum fratrem occidendi, ex quo oppresserat Thamar.

33. *Omnes filii* — Cod. U *Omnes pueri filii*, uti legitur in superiori versic.

34. *elevavit* — Codd. D, F, G, H, K, R, U, V, Cas. plures, goth. leg., Bibl. Lugd. 1522., Alfonsus Tostatus, Miss. Moz. l. c. *levavit;* quod alibi crebro in nostris Bibliis usurpa-

tur. Post *oculos* tacent *suos* codd. S, Cas. 1.; perperam omittitur in latina versione syri in polyglottis. Pro *per iter devium,* codd. K, T, U *pariter de via;* hebraeus legit מדרך אחריו, quorum alterum pro nomine proprio habuerunt alexandrini, qui interpretati sunt ἐκ τῆς ὁδοῦ τῆς Ὠρωνῆν; syrus vero, quem sequitur arabs, posuit tantum ܚܘܪܘܢܐ.

36. *cessasset* — Cod. S, Bibl. Paris. 1566. *cessarent.* Post *apparuerunt* tacent *et* codd. B, K, Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498., Miss. Moz. l. c. Pro *vocem suam,* codd. B, G, Alfonsus Tostatus, Miss. Moz. l. c. *voces suas.*

37. *Tholomai* — Codd. A, E, I, R, V, Bibl. Lugdun. 1522. 1531., Paris. 1541. 1566. 1573., all., Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Dionysius carth. *Tholmai;* et ita habet Vulgatus Num. XIII, 23. Ios. XV, 14. Iudic. I, 10. II Reg. III, 3. I Par. III, 2.; cod. H notat hebraeum legere *Thalmai;* hanc vero lectionem praeferunt Biblia Norimb. 1529., Lugd. 1535.; Bibl. Ven. 1482. *Tholomei.* Pro *filium Ammiud,* codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, M, R, S, T, U, V, Cas. plures, veron., Thomas. I, 112., antiquiores editiones, Miss. Moz. l. c. *filium Ammiur* (vel *Amiur*); eadem lectionis varietas in sacro textu extat; nam *Kerì* est עמיהוד, sed *Chethib* habet עמיחור, quod etsi mendum hodierni textus esse censuerit De-Rossi in *Varr. Lectt.*, tamen in phoenicia inscriptione idem nomen legere sibi visus est Gesenius in *Monn. phoen. p. 153.*; Bibl. Paris. 1566. tacent *filium;* cod. M ex Pseudo-Hieronymo III, 776. haec habet: « *Tholmai* pater fuit Maacha, quam coepit » David in praelio, et caesarie et unguibus » praecisis secundum legem, duxit in uxo» rem, et generavit ex ea Thamar et Ab» salom. »

Ibid. *filium suum* — Addunt *Amnon* codd. C, L, R, Cas. 7., antiquiores editiones, Hugo; Toletus autem notat: « In Complut. et Reg. » additur *Amnon,* sed non est in hebraeo, » graeco et multis latinis impressis. » Mox pro *cunctis diebus,* Sixtus, codd. B, F, G, I, R, S, V, baver., veteres editiones, Miss. Moz. l. c. *multis diebus;* huic vero lectioni favent quatuor codices Kennicotti qui habent ימים רבים, item syrus, et arabs, quibus De-Rossi addit suum cod. latinum 650., nos addimus chaldaeum ex ed. antuerpiensi; Alfonsus Tostatus scribit: « In hebraeo habetur *cunctis* » *diebus;* littera autem nostra dixit *multis* » *diebus,* eo quod iste planctus non duravit » semper. » At vero emendarunt sixtini et gregoriani, quibus optimi ac complures latini codices suffragantur; unde Toletus: « Lege » *cunctis,* sic hebraeus, graecus, manuscri» pti et Congregatio. » Ratio autem quam pro altera lectione affert Abulensis tantum abest ut eidem suffragetur, quin potius, si recte expendatur, demonstrat hanc ex criticorum temeritate ortam esse.

39. *Cessavitque* — Cod. T, Pseudo-Hieronymus, Rabanus *Cessavit itaque;* Bibl. Lugd. 1550. 1567.; Ven. 1558. *Cessavit.* Pro *rex David,* sixtini, codices nostri paene universi, Bibl. Ord., Hugo, Pseudo-Hieronymus, Rabanus *David rex.* Rabanus et Angelomus notant: « In hebraeo, ut iidem hebraei ferunt, » legitur *Cessavit itaque rex exire post Ab*» *salon.* » Haec descripta sunt ex Pseudo-Hieronymo l. c. ubi Vallarsius animadvertit nomen *David* in hebraeo non desiderari; at vero multis in graecis codicibus deest. Cod. H notat hebraeum pro *persequi,* legere *exire post;* at sensum apte expressit Hieronymus. Pro *Amnon interitu,* codd. B, U, Miss. Moz. l. c. *Amnonis interitu;* cod. K *interitum Amnon.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XIII, 2. *Et tribulabatur Amon ab amore eius, et infirmabatur . . . et difficile erat in oculis Ammon* (sic), *et non poterat* (Compl. et pauci codd. καὶ ἠδυνάτει) *facere ei aliquid. . . . 4. Dum mane est; cur non indicas mihi? . . . 5. Contine te in lecto tuo, et affectare quod male langueas* [alias; *et finge quod male langueas*] *. . . et faciat coram me coenam mihi collyridam* (nota vocem; nam apud Forcellini habetur *collyris,* et *collyra,* sed non *collyrida,* de quo cf. ad Lev. VII, 12. et no-

vissima edit. Glossarii Du Cangii.); *ut videam et manducem*. . . 6. *et affectabatur se male habere*. . . 8. *Et accepit Thamar farinam, et consparit et collyrizavit* (nota verbum) *coram eo, et coxit collyridas; 9. et accepit sartaginem, in qua erant collyridae, et exinanivit coram eo*. . . 11. *Qui cum manducaret, tenuit illam*. . . 12. *Noli facere spurcitiam* (ergo legebat τὴν ἀκαθαρσίαν, quod pauci codd. servant) *istam*. . . 13. *quasi unus ex impudicis*. . . 15. *Surge, et redi*. 16. *Et illa dixit ei: Noli, frater, expellere me; quoniam maior erit haec malitia novissima, quam prior, quam fecisti mecum, ut dimittas me*. . . 18. *et erat super illam vestis saragolota*. . . 19. *saragalaon* [alias *saragoloton*] (nota vocem variis modis corruptam ex alexandrini versione ἀστραγαλωτός, pro hebr. פסים, de quo cf. ad Gen. XXXVII, 3.). . . 20. *Numquid Ammon frater tuus fuit tecum?* . . . *Et sedit Thamar vidua*. . . 21. *Et iratus factus est valde, et non contristavit spiritum Ammon filii sui; quoniam amabat eum, quoniam primogenitus erat ei*. . . 28. *Videte quum factum fuerit iucundum cor Ammon in vino*. . . 29. *et ascenderunt unusquisque in mulas* (cod. videtur legere *murcellas*) *suas*. . . 37. *ad regem Gessur Callam* (cf. Holmes.). . . 39. *Et proposuit rex ut exiret ad Absalom, quoniam rogatus est pro Abnon* (sic), *qui occisus est*.

Cap. XIV, 1. *ad Absalom*—Codd. F 2. m., baver., Bibl. Lugd. 1550. 1567., Ven. 1558., all. *ab Absalom*; hebraica particula על reddi potest *erga* et *contra*; priorem interpretationem heic sequuntur, praeter veteres, Michaëlis, Dathius, Maurerus, Gesenius; alteram vero Schulzius et Hitzigius.

2. *iam plurimo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, all., Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all., Hugo, Angelomus, Miss. Moz. l. c. *plurimo iam*. Ad *mortuum*, cod. Cas. 1. addit *tuum*.

3. *loquéris*—Cod. B *loquaris*. Pro *huiuscemodi*, cod. A *huiusmodi*. Mox pro *Posuit autem*, codd. H, V *Posuit ergo*; et pro *Ioab verba*, cod. B et Miss. Moz. l. c. *Ioab sermones*; Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535. *verba Ioab*.

4. *Thecuitis* — Codd. A, F, G, I, K, R, S, T, V, antiquiores editiones, Hugo, Miss. Moz. l. c. *Thecuites*, item infra ad vers. 9.; et ita habet Vulgatus I Paral. XI, 28. XXVII, 9., sed pro masculino genere; apud Neh. III, 5. 27. legit *Thecueni*; conf. dicta ad I Reg. XXVII, 3. de nomine *Iezrahelitis*. Cod. H notat hebraeum pro *cecidit coram eo super terram*, legere *cecidit super faciem suam in terram*; item margo Ordin. Pro *Serva*, codd. C, F, T, Cas. 7., Bibl. Complut., Reg., Norimb. 1529., all. *Salva*.

5. *ad eam rex* — Cod. G et Miss. Moz. pag. 379. tacent *rex*. Post *respondit* Pseudo-Hieronymus addit *ei*; item syrus et arabs. Mox codd. K, T legunt *Heu, heu*; et pro *enim*, codd. F, V, Angelomus *autem*.

7. *dicit* — Bibl. Ven. 1484. 1492. 1497., Brix. 1496., Rob. Steph. 1545., all. *dixit*. Pro *ut occidamus eum*, codd. F, H, N, aliique apud O *et occidamus eum*; cod. N notat: « Hebraeus et antiqui habent *et*; » pro *eum*, sixtini, codd. A, C, E, F, G, T, U, Miss. Moz. l. c. *illum*. Mox pro *relicta*, codd. I, T *derelicta*. Cod. H notat hebraeum pro *super terram*, legere *super faciem terrae*; sed vox *facies* saepe redundat, inquit Mariana.

8. *iubebo* — Codd. F, I, P, Petrus Com. *videbo*; utramque lectionem exponit Hugo.

9. *sit iniquitas* — Tacent *sit* sixtini, codd. A, B, C, D, E, H, I, K, M, O, U, Cas. plures, mediol., goth. legion., Pseudo-Hieronymus, Angelomus; codd. G, Cas. 1. addunt *haec*. Pro *in domum*, codd. E, I, antiquiores editiones, Miss. Moz. l. c., Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus *in domo*.

10. *contradixerit*—Cod. H notat hebraeum legere *locutus fuerit*. Pro *addet*, codd. E, G, S *addat*.

11. *ut non multiplicentur*—Codd. G, R, S, Cas. 8., aliique apud O, Hugo *et non multiplicentur*; cod. baver. *ut non ulciscetur*. Pro *interficiant*, complures veteres libri habent *interficient*. Pro *de capillis*, cod. K *capillus*;

cod. Cas. 1. addit *capitis;* favent chaldaeus, syrus, arabs, slav. ostrog. et cod. 614. Kennicotti. Pro *filii tui*, Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535. *filii sui;* item duo codd. holmesiani.

13. *huiuscemodi rem*—Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, I, K, T, U, Hugo, Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus, Miss. Moz. l. c. *istiusmodi rem*. Pro *locutus est rex verbum*, cod. U *locutus es verbum;* frequens est enim in hac oratione personarum enallage; accedunt syrus et arabs. Pro *eiectum*, codd. G, S, Cas. 2., Hugo, Petrus Com. *abiectum;* conf. vers. 14.; codd. E 1. m., U, Cas. 12., Miss. Moz. l. c. *electum*.

14. *morimur* — Cod. T *moriemur;* favent hebraeus et veteres. Pro *aquae*, cod. B, Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., all., Miss. Moz. l. c. *aqua;* item graeci interpretes. Pro *dilabimur*, sixtini et prima manu gregoriani *delabimur;* duo haec verba passim a librariis permutantur; conf. ad I Reg. XIII, 8. 11., cod. T *deluimur*. Pro *revertuntur*, codd. D, E, G, P, R, S, Cas. 3., veron. *revertentur;* favent hebraeus et veteres; Bibl. Lugd. 1535. 1536. *revertunt*. Pro *Deus perire*, sixtini, codd. A, C, E, G, I, K, T, Pseudo-Hieronymus, Angelomus, Petrus Com., Miss. Moz. l. c. *perire Deus*. Pro *retractat*, codd. D, N, alii apud O *retracta;* Hugo rursum utramque lectionem exponit; cod. N notat: « Secundum antiquos » *retracta cogitans;* hebraeus habet *cogitat* » *vel cogita cogitationes*. Sic patet quid est » hic *retractare*, hoc est *saepius cogitare*. » Conf. ad Gen. XXVIII, 14.

15. *ad dominum meum regem* — Sixtini, codd. A, C, D, F, U, V *ad regem dominum meum;* idem est ordo in hebraeo et graeco. Codd. Cas. 13. post *faciat* addunt *dominus meus*.

16. *Et audivit rex* — Codd. D, F, G, L, R 2. m., S, V, Cas. 9., alii apud O, Bibl. Ord., Lugd. 1522., posteriores editt. Rob. Steph., all., Hugo, Dionysius carthus. addunt *verba;* cod. E *verbum;* cf. Holmesius. Cod. H notat hebraeum legere *viri*, pro *omnium;* at frustra; nam איש hoc loco, ut alibi saepe, significat *quemlibet*, seu *omnes*. Pro *volebant de hereditate Dei delere me, et filium meum simul*, sixtini, codd. A, B, E, F, G, I, K, T, U *volebant delere me, et filium meum simul de hereditate Dei;* item Miss. Moz. l. c. omisso *simul;* accedit graecus; sed pro *Dei*, cod. V *mea;* Sixtus, codd. C, D, G, K, R, fere omnes veteres editiones *Domini;* emendarunt clementini; unde Toletus: « Lege *Dei;* sic hebraeus, graecus, Complut., Reg. et manu» scripti. » Cod. H notat hebraeum legere *disperdere*, pro *delere*.

17. *sicut sacrificium*—Sixtini, codd. A, B, C, E, G, H, I, K, T, U, V, Cas. plures, mediol., goth. leg., Miss. Moz. l. c. *quasi sacrificium;* cod. H notat hebraeum legere *in requiem*, seu לְמְנֻחָה *in solatium;* at Vulgatus, graecus, syrus et arabs legebant לְמִנְחָה. Pro *Angelus Dei*, Sixtus, codd. R, S et fere omnes veteres editiones *angelus Domini;* ad fidem codicum emendarunt sixtini et Toletus, qui rursum notat: « Lege *Dei;* sic hebraeus, grae» cus, Compl., Reg. et manuscripti. » Pro *sic est dominus*, cod. C *sic est et dominus;* cod. mediol. *sic et dominus;* animadverte vaticanas editt. ann. 1592. 1593. mendose legere *Dominus*. Cod. H notat hebraeum pro *ut nec benedictione, nec maledictione moveatur: unde*, legere *ut audiat bonum et malum;* item habet graecus et vetus itala ex codice gothic. leg. infra proferenda.

18. *Dixitque ei* — Tacent *ei* sixtini, codd. A, B, C 2. m., D, F, G, H, I, K, N, O, S, U, V, Cas. plures, goth. legion., Bibl. Ordin., Ven. 1492. 1497., Brix. 1496., Hugo, Miss. Moz. l. c.; immo epanorthotes in cod. N notat: « Hebraeus, graecus et antiqui non interpo» nunt quod dicitur *ei*. » Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535. legunt *Dixit ei;* Vulgato consentiunt syrus et arabs. Pro *domine mi rex*, cod. E *mi domine rex*.

19. *Per salutem animae tuae*—Cod. H notat, ni fallimur, hebraeum legere *Per vitam animae tuae;* quae est iuramenti formula; cf. I Reg. I, 26. XVII, 55. Pro *nec ad sinistram*,

nec ad dexteram, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, O, S, T, U, V, mediol., Miss. Moz. l. c., Hugo a s. Vict., Dionysius carthus. *nec ad dextram, nec ad sinistram;* consentiunt hebraeus et veteres interpretes.

20. *servus tuus* — Codd. R, S, antiquiores editiones *servus enim tuus,* ut versiculo superiori; codd. E, I *servus autem tuus;* et post *Ioab* codd. Cas. 2. addunt *ipse*, ut supra. Cod. H notat hebraeum pro *praecepit,* legere *fecit.* Post verba *domine mi* tacent *rex* sixtini, codd. D, H, I, K; quibus suffragantur hebraeus et veteres; at conf. Holmesius. Pro *super terram*, codd. F, V *super faciem terrae.*

21. *feci verbum tuum* — Cod. F *feci secundum verbum tuum;* accedunt graecus, syrus et arabs; sed conf. Holmesius; cod. H notat hebraeum legere *feci verbum hoc.* Pro *vade ergo*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, O, T, U, V, Hugo, Miss. Moz. l. c. *vade igitur.*

22. *super faciem suam in* — Cod. K *in faciem suam super.* Cod. mediol. post *in terram* addit *et.* Post verba *fecisti enim sermonem* antiquiores editiones addunt *domine mi rex;* at glossa interlinearis monet haec in plerisque libris non legi; Rob. Stephanus adnotavit codices tacere verba *domine mi;* hinc in suis Bibliis lovanienses addunt tantum *rex;* at vero id quoque ad codicum fidem expunxerunt sixtini, etsi legatur in hebraeo antiquisque interpretibus; isti enim pro *fecisti*, legunt *fecit rex;* alexandrinus habet ὅτι ἐποίησεν ὁ κύριός μου ὁ βασιλεὺς τὸν λόγον.

24. *Dixit autem rex* — Cod. H tacet *rex;* mendose id reticetur in latina versione syri.

25. *sicut Absalom, vir non erat* — Cod. I *Absalom erat vir;* codd. E, S tacent *vir;* item cod. XI. holmesianus. Cod. H notat hebraeum non legere *et* ante *decorus.* Pro *ad verticem non erat in eo ulla macula*, cod. E *ad verticem capitis non erant in eo ullae maculae;* priores editiones Rob. Steph. all. tacent *ulla;* neque obstant hebraeus et veteres.

26. *Et quando tondebat capillum* — Codd. D, E, F, G, I, M, N, O, Cas. 11., goth. leg., Alfonsus Tostatus *Et quando tondebat capillos;* pro hac lectione codex M testatur antiquiores omnes facere; codd. A, T, Pseudo-Hieronymus *Et quando tondebatur capillus;* codd. N* 1. m., R, S, V, Cas. 6., margo G *Et quanto magis tondebat capillos, tanto magis* (vel *amplius*) *crescebant* (vel *surgebant*); codd. H, M, Pseudo-Hieronymus, Angelomus notant hebraeum legere *Et quando tondebatur caput eius.* Pseudo-Hieronymus (item codd. H, M, glossa interlinearis) notat hebraeum pro *semel autem in anno*, legere *statuto autem tempore;* et subdit: « Non enim *semel in* » *anno*, ut latini codices habent, tondebatur » caput eius: sed *statuto tempore*, id est, de » triginta in triginta diebus. » Angelomus quoque recitat haec Pseudo-Hieronymi verba; at vero suam aperiens sententiam addit: « Sed nos hanc opinionem aliquorum omit» tentes, simpliciter sicut apud nos legitur, » videlicet *quando tondebat caput, semel au*» *tem in anno tondebatur*, legere decrevimus, » quia hanc translationem ex hebraico fonte » haustam credimus. » Epanorthotes in cod. N Angelomo suffragatur scribens: « Traditionem » non probabilem recitat hic Hieronymus di» cens: Non *semel in anno*, ut latini codices » habent, Absalon tondebatur, sed *statuto* » *tempore*, id est, de triginta diebus in tri» ginta dies; quando tondebatur ponderabat » eos ducentis siclis; hebraeus habet *de fine* » *dierum in dies;* et LXX. habent *in initio* » *dierum in dies.* » Cf. ad Iudic. V, 17. Verum hebraici textus verba מקץ ימים לימים recte accipi possunt pro *post singulos annos*, vel, uti habent syrus et arabs, pro *ab anno in annum*, quod cum Vulgato consentit. Apud Iosephum *(Antiq. VII, 8.)* corruptus videtur hic locus; legimus enim adeo densam ei fuisse caesariem, *ut vix intra octo dies detonderetur.* Verum Dionysius carthus. aliter legebat: « Verumtamen, inquit, Iosephus videtur » sentire, quod semel dumtaxat in anno, di» cens: Tanta erat eius caesaries, ut octo die» bus tonderi vix potuisset, quam semel in » anno tonsam ponderabat ducentis siclis. » Pro *gravabat*, cod. D *aggravabat.* Post *capil-*

los capitis, Bibl. Ordin. et Hugo tacent *sui*. Pro *ducentis siclis*, cod. C *ducentos siclos;* vetus itala in nostro cod. gothic. leg., graecus Complut., paucique codices holmesiani et s. Paulinus apud Sabatierium habent *centum siclorum;* fortasse graecus interpres existimavit, quod et alibi fecisse constat, siclum antiquis temporibus dimidio pondere leviorem, ad suae aetatis rationem revocandum esse; at nos de variis Vulgati lectionibus solliciti insignem hanc quaestionem praetermittere cogimur, de qua enarratores nostri fuse disserunt. Pro *publico*, cod. H et margo Ord. ex hebraeo habent *regio;* item Isidorus Clarius.

27. *elegantis formae*—Sixtini, prima manu gregoriani, codd. A, B, F, K, T, U, mediol., veron., Miss. Moz. pag. 380. *eleganti forma;* Toletus notat: « Manuscripti et prior Congre» gatio legunt *eleganti forma.* » Ad haec addunt *Haec fuit in matrimonio Roboam filii* (vel *filio*) *Salomonis, et peperit ei Abiam* codices C, F, U, V, Cas. 2., corbeiens. n. 13., sangerm. n. 9. et margo n. 11., Miss. Moz. l. c.; Hugo id habet pro scholio, forte petito ex II Paral. XI, 20.; istud additamentum habet tantum graecus alexandrinus, ex quo ad veterem italam manavit: conferantur Martiatianaei, Sabatierii et Calmeti adnotationes.

28. *Mansitque*—Codd. T, V *Mansit itaque;* cod. E *Mansit autem*.

29. *Misit itaque* — Cod. Cas. 1. *Misitque*. Pro *et ille noluisset venire ad eum*, Miss. Moz. l. c. *et noluit venire;* cod. K *et ille noluisset ire;* tacent *ad eum* sixtini, codd. A, B, C, D, I, M, O, R, T, U, Cas. plures, goth. legion., mediolan., veron., Hugo; item hebraeus et veteres.

30. *succendite eum* — Codd. F, G, I, R, U, V, Cas. 2., Bibl. Ven. 1494. 1498., Dionysius carthus. *succendite eam;* at non ad messem, sed ad agrum refertur pronomen. Mox cod. B tacet verba *Succenderunt ergo servi Absalom segetem igni;* cod. H notat hebraeum pro *segetem*, legere *agrum;* post *segetem* cod. baver. addit *Ioab;* item plures graeci codices, syrus, arabs et cod. 182. Kennicotti.

Ibid. *Et venientes servi Ioab, scissis vestibus suis, dixerunt: Succenderunt servi Absalom partem agri igni* — Tacent sixtini, codd. A, D 1. m., E, H, K, L 11., M, N, N* 2. m., O, Q, T, U, V 2. m., Cas. 4., mediol., goth. legion., veron., baver., margo Ordin., Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugd. 1535., Isidorus Clarius; Sabatierius notat ista in margine adiecta fuisse in codd. corbeiens. n. 1. et 3.; cod. M testatur: « Haec hebraeus » et moderni et Glossa non habent. » Dionysius carthus. scribit: « Quod in aliquibus li» bris subiungitur *Et venientes* etc., non est » in hebraica veritate. » Gregoriani primo adscripserant *videntur tollenda;* at dein non abstulerunt; hinc Toletus: « Non habentur » haec in hebraeo, graeco, Complut. et Reg. » At vero aliquot graeci codices ea habent; » et similiter Ordin., manuscripti, et plurimi » impressi. Prior Congregatio reiecit, poste» rior retinuit. » Quo loco Toletus loquitur de graeca edit. Compl., cui duo tantum graeci codices holmesiani suffragantur; reliqui enim graeci, et item vetus itala, habent additamentum superius descriptum; unde Houbigantius contendit illud esse genuinum, atque in hebraicis codicibus olim perlectum fuisse. Recte autem Lucas Brugensis ait: « Multa latina manuscripta et hunc versicu» lum iugulabant, sicut hebraea; quamquam » graeca exemplaria omnia, quae vidimus, » praeter Regium, addant. » Cf. Bukentopius p. 175.; eiusdem vero additamenti varietates apud latinos occurrentes subnectimus: pro *vestibus*, codd. C, D 2. m., F, corbeiens. n. 13., Bibl. Ordin., Hugo *vestimentis;* tacent *suis* cod. I et Miss. Moz. l. c.; pro *Succenderunt servi*, cod. B *Succenderunt pueri;* item codex 55. Holmesii; post *partem agri* cod. D 2. m. addit *tui;* consentiunt georg., slavon. et cod. 74. holmesianus; postremo Bibl. Ven. 1479. tacent *igni*.

31. *Surrexitque*—Codd. D, U *Surrexit itaque;* cod. G *Surrexit ergo*. Pro *in domum eius*, cod. B et Miss. Moz. l. c. *in domum suam;* ex hentenianis editt. legunt *in domo eius* Bibl.

Antuerp. 1559. 1563. 1565. 1569., Lugdun. 1569., Ven. 1572. 1579.; hebraeus et veteres tacent pronomen.

32. *respondit* — Cod. A *respondens*. Pro *et mitterem*, codd. Cas. 13. *ut mitterem;* et pro *et diceres*, sixtini, codd. A, B, C, E, F, I, K, R, T, veron.; priores editt. Rob. Steph., all. *ut diceres*. Miss. Moz. l. c. post verba *Quare veni* addit *ad te*. Pro *mihi erat*, codd. F, I, R, S *erat mihi*. Cod. H notat hebraeum pro *obsecro ergo ut videam*, legere *et nunc videam;* et mox hebraeum omittere *meae*. Pro *quod si*, Hugo *quia si*.

33. *Ingressus itaque* — Tacent *itaque* sixtini, codd. A, B, C, D, E, H, I, K, N, O, R, S, T, U, Cas. plures, mediol., goth. leg., Alfonsus Tostatus; cod. N notat: « Licet hebraeus » praemittat *et* coniunctionem, nec antiqui » nec novi id habent. » Cod. G *Ingressusque*. Mox tacent *omnia* sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, I, K, L 9., R, S, T, U, Cas. plures, mediol., gothic. leg., Alfonsus Tostatus; gregoriani dubitarunt; Lucas Brugensis aperte scribit: «Merito omittendum iudicatur *omnia;*» nec enim legitur in hebraeo antiquisque versionibus; cf. Bukentopius p. 175.; e contrario Bibl. Ordin., Lugd. 1522., Hugo, Dionysius carthus. addunt *haec*. Pro *vocatusque est Absalom, et intravit*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, mediol., goth. leg., Alfonsus Tostatus *vocatusque Absalom intravit*. Pro *faciem terrae*, cod. F et margo Ordin. *faciem suam;* cod. N notat: « *terrae* est dativi casus secundum hebraeum, » qui habet *faciem suam ad terram*. » Cod. H notat hebraeum legere *in terram ad faciem regis;* nimirum pro eo quod Vulgatus habet *super faciem terrae coram eo*, hebraeus et veteres legunt *super faciem suam ad terram ad faciem regis*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XIV. 6. *Et pugnaverunt ambo in campo, et non erat qui dissolveret inter illos*. . . . 7. *et extinguetur* (ergo legebat σβεσθήσεται, quod pauci codices cum edit. Compl. habent) *titio*. . . . 10. *Qui loquutus fuerit ad te verbum, adduc eum ad me* (item codd. et Compl. edit. graeca). . . 11. *In mente habeat dominus meus rex Dominum Deum, si multi congruerint propinqui ulciscentes sanguinem in lanceis suis, ut non auferas filium meum* (excepto illud *in lanceis suis*, reliqua habent in graecis codd. aliquod praesidium). . . . 17. *ut audiat bonum et malum*. . . . 20. *quemadmodum circumeam faciem tuam his verbis* (singularis interpretatio!). . . 23. *et abiit in Gedsor*. . . 25. *laudabilis valde*. . . 26. *et erat centum siclorum* (vide quae ad h. l. adnotavimus) *in pondere regali proximi* (postremum verbum non suo loco positum videtur). . . 27. *nomen erat ei Moacha* (codd. Μωοχα), *et haec puella erat bona specie valde; et fuit mulier in matrimonium Roboam filio Salamonis, et peperit ei Abiam*. . . . 30. *Et venerunt servi Ioab ad dominum suum scissis vestimentis suis, et dixerunt ei: Succenderunt servi Absalom partem agri cum hordeo in igne*.

Cap. XV, 1. *currus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, H, I, K, R, S, T, U, Cas. plures, mediol., Thomas. I, 83. 98. *currum;* Alfonsus Tostatus notat hebraeum legere *currum* מרכבה; sed litteram nostram recte legere *currus;* nam מרכבה collective accipitur. Petrus Com. mendose post *currus* legit *et equites quinquaginta qui* etc. Cod. H notat hebraeum legere *ante eum currerent*, pro *praecederent eum*.

2. *iuxta introitum portae* — Sixtus, codd. B, H, F, G, I, R, S, V, veteres editiones, Brev. goth. p. 315. addunt *in via;* id vero expunxerunt sixtini et gregoriani, quibus optimi codices suffragantur; unde Toletus: « In he» braeo legitur *stabat iuxta locum viae por*» *tae;* in graeco *stabat in via portae;* Compl., » Reg., Ordin. legunt ut in textu (Sixti V.); » et ita etiam manuscripti, sed isti expun» gunt *in via*, quam lectionem utraque Con» gregatio probavit. » At hebraici textus verba על־יד דרך השער significant *iuxta viam portae*, atque ita habet graecus in edit. Compl. paucisque codicibus ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς πύλης; paulo aliter Ambrosius nempe *ante por-*

tam in via; recepta autem alexandrini lectio minus apte hebraica verba reddit ἀνὰ χεῖρα τῆς ὁδοῦ τῆς πύλης. Cf. Bukentopius p. 406. Pro *Absalom ad se,* codd. D, O, U, V *ad se Absalom;* cod. N tacet *Absalom;* item Ambrosius et arabs. Mox cod. H notat hebraeum non legere *ego sum.*

3. *boni et iusti*—Codd. G, T *iusti et boni.*

5. *Sed et cum*—Codd. F, G, O, S *Sed cum;* Ambrosius *Et cum.* Cod. H notat hebraeum pro *homo,* legere *vir.* Post *manum suam* codd. D, goth. leg. addunt *Absalom,* quod in cod. O expungitur; legitur tamen in arabe.

6. *Israel venienti*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, mediol., gothic. leg. *Israel qui veniebat.* Pro *audiretur,* cod. F *iudicaretur.*

7. *Post quadraginta*—Sixtus, codd. B, C, D, E, F, G, I, K, L 9., N, O, R 2. m., S, T, U, V, Cas. 11., veron., cod. 650. derossianus latinus, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1522. 1526., glossa interlinearis *Post quatuor;* item Hugo, qui tamen notat alios legere *sex,* alios *quadraginta;* item Petrus Com., qui subdit aliam litteram habere *quadraginta;* accedunt syrus, arabs, Iosephus *(Antiq. VII, 8.)* Ephraemus I, 415., Theodoretus, septem graeci codices holmesiani (de graecis codd. cf. et Brunsius in *addend.* ad *Dissert. gener. Kennic. ed. Brunov. 1783. p. ult.*) et versio armena (edit. Uskani); idque placuit Houbigantio, Cappello, Grotio, Calmeto, Kennicotto, Michaëlis, Schulzio, Dathio, aliisque. Aliorum Vulgati codicum varietates recenset Martianaeus: « Manuscripti tres codices corbeienses vetustissimi et optimae notae legebant olim *Post quadraginta autem annos,* quod emendatores mutarunt in *quatuor* vel in *duos* etiam annos. Regius codex 3563. et maior s. Germani num. 3. ante emendationem *quinque annos,* nunc autem *quatuor* habent. In canone hebraicae veritatis ex *quatuor* vel *quinque* primae manus, *quadraginta* posterior fecit. Colbertinus n. 181. retinet ab initio *quadraginta;* sed aniciensis item colbertinus cum tribus aliis nostris s. Germani a Pratis, *quatuor* habet. » Scholiastes in nostro cod. O adnotat antiquos et modernos legere *quatuor,* etsi hebraice sit *quadraginta;* huic autem repugnat alter scholiastes in cod. M qui scribit: « Glossa et Iosephus dicunt *Post IIII. annos* reconciliationis; sed hebraeus et Hieronymus et Rabanus et antiqui habent *Post XL.,* et dicit Hieronymus quod tot anni fluxerant a nece sacerdotum in Nobe, usque ad persecutionem Absalom, quia David fefellerat Achimelech. » Pseudo-Hieronymus enim, cuius sententia recolitur etiam a Rabano et Angelomo, scripserat: « Cave, lector, plerosque mendosos codices, in quibus scriptum invenitur *Post quatuor,* non *Post quadraginta annos.* In veracioribus vero codicibus et in hebraica veritate non *quatuor,* sed *quadraginta* scribuntur anni. Quadragesimus agebatur annus ex eo tempore quo Saul Nobe civitatem cum sacerdotibus octogintaquinque propter David interemit. » At vero singularis est notatio, quam habet epanorthotes in nostro cod. N, ubi legimus: « Secundum antiquos et Iosephum et Glossam, quae Hieronymum recitat contra dicentem, et secundum LXX. ut apparet tam in graeco, quam in translatione in latinum de graeco, legitur *Post IIII. autem annos;* secundum vero hebraeum, ut dicit Hieronymus *Post XL. annos.* Per litteram LXX. apparet novum esse quod habet hebraeus, ex quo olim translatum est quod dicitur *IIII.* Sive autem per notas numerorum, sive per dictiones in latino minor est similitudo inter *IIII.* et *XL.* » Exinde colligimus epanorthotem in suis graecis codicibus legisse τέσσαρα, eamdemque lectionem in veteri itala expressam fuisse. Ratio autem critica, quam affert ut demonstret hebraicos codices heic loci facilius corrumpi potuisse quam latinos, ex eo petita est, quod magis proclive sit commutare ארבע in ארבעים, quam confundere *quatuor* cum *quadraginta;* quae ratio Vallarsio quoque arrisit, qui tamen illud magis urgebat, quod si anni *qua-*

tuor scribantur, constet satis initium eorum ducendum a reconciliatione patris, hoc est ab admissione Absalomis in Ierusalem, aut, quod duobus annis posterius est, ad videndam patris faciem: si vero *quadraginta*, unde sint numerandi, commode inveniri non possent. At vero perperam idem Vallarsius pro eadem sententia ad Lucam Brugensem provocat. Nam is pro ea qua pollebat in re critica ingenii subtilitate, recte animadvertit receptam lectionem eo probabiliorem esse, quo magis difficilis atque obscura videtur. Ea vero quae in eiusdem notationibus leguntur, nobis praetermittenda non sunt; quae tamen paucis heic complectere conabimur. Manuscripta pleraque, inquit, legunt *quatuor;* quaedam scribunt *quadraginta;* istis hebraei et chaldaei codices suffragantur; consentiunt etiam graeci quos quidem vidi, atque iis latina pleraque Biblia typis excusa conformia sunt. Hanc autem lectionem probant Pseudo-Hieronymus, auctor Glossae Ordin., Liranus, Caietanus et Dionysius Richelius. Card. Bessarion in margine Bibliorum, quae a Iuliano Card. Praeside Concilii Florentini dono acceperat, notavit: «Nil mutes, *XL.* enim es» se debent, non *IV.*» Hebraeis cur mutarent nulla fuit ratio, quia commodius ostenduntur anni *quatuor,* post quos seditionem hanc Absalom excitaverit, quam anni *quadraginta.* Porro ea latinis fuisse potuit mutandi ratio, mutandi, inquam, *quadraginta,* quod quadraginta anni difficillime commonstrentur, ita ut innumerae et parum commodae sententiae sint eorum, qui explicare conati sunt. Cumque videretur ad Absalomis vel fugam, vel reversionem, vel perfectam reconciliationem referendum, quidam *quadraginta* in *sex* mutarunt; sic enim Hugo in exemplaribus quibusdam legi testatur: quidam in *quinque;* ita namque duo ex correctioribus nostris exemplaribus habent: alii in *quatuor,* quos movisse potuit non tantum Absalomis aut reversio, aut reconciliatio, verum etiam quaedam vocum affinitas, et quam maxime, Iosephi historiographi auctoritas. Quas ob causas lectio ista plerosque deinceps codices, et quidem emendatissimos, obtinuisse videri potest. Sed quod Iosephus habet *post reconciliationem patris quatuor annis iam transactis,* forte non ex sacrae Scripturae historia dixit, sed, ut alia multa, aliunde habuit, quodque de quadraginta annis in Bibliis legit, quia explicatu difficilius est, praetermisit. His coniecturis ea lectio quae annos quadraginta numerat fortasse verisimilior reddatur: ac multo magis si cum ea hebraei, chaldaei et graeci codices conspirare advertantur; quamquam, ut diximus, explicatu multo sit difficilior. Nam unde sint numerandi inveniri vix potest. Plures sententias videre apud Caietanum licet.» Conf. Dionysius carthus., Alfonsus Tostatus, Bukentopius pag. 175., Sanctius, Estius et Aug. Tornielli *Annal. ad mundi ann. 3005.* Recte igitur hodiernam lectionem restituerunt gregoriani (perperam enim Sanctius dicit Biblia a Sixto correcta habere *quadraginta*), unde Toletus notat: «Lege *quadra-*» *ginta;* sic hebraeus, graecus, Compl., Reg., » Ordin., Lovan. et plures codices etiam ma» nuscripti. Sed aliqui manuscripti legunt » *quatuor,* quam lectionem citat glossa inter» linearis, et Liranus probat esse falsam. » Congregatio emendavit.» Hanc vero lectionem confirmant omnes interpretes in Hexaplis; nam codex coislinianus seu 243. Holmesii testatur: Ἐν τῷ ἑξαπλῷ, τεσσαράκοντα κεῖται παρὰ πᾶσιν· ἐν δὲ τῷ ἑβραίῳ ἀρβαείμ. Maureri opinio, qui pro *quadraginta annos,* legi vult *quadraginta dies,* vix refutationem meretur; etsi enim praeter duos codices Kennicotti, eidem accedat cod. 247. Holmesii, tamen, reliquis testibus repugnantibus, nullam habet veri similitudinem.

Ibid. *ad regem David* — Tacent *David* sixtini, codd. A, H, K, L 3., Q, T, U, Cas. 13., mediol., veron., Rabanus, Pseudo-Hieronymus; at Toletus notat: «Non legunt *David* » hoc loco et infra v. 9. hebraeus, graecus et » aliquot manuscripti; omnes tamen impressi » habent, et intelligendus est; nam de eo est » sermo; et posterior Congregatio retinuit.»

8. *cum esset* — Codd. F, U, veron. *cum essem;* favent hebraeus et veteres, idque probat Vallarsius. Pro *reduxerit*, cod. veron. *deduxerit;* et pro *Dominus* codd. D, Cas. 1. *Deus;* codd. G et alter Cas. *Dominus Deus*. Cod. H notat hebraeum pro *sacrificabo Domino*, legere *serviam Domino;* sic graecus λατρεύσω τῷ Κυρίῳ; at vero Hieronymus vidit hebraicum עבד (conf. arabs عبد) significare *coluit Deum*, quod dicitur etiam de sacris semel Deo oblatis; cf. Gesenii *Thes. p. 978*. Nonnulli codices apud cod. O et Petrus Com. addunt *in Hebron;* his consentiunt arabs et quatuor codd. holmesiani; at ex sequenti versiculo id petitum videtur.

9. *rex David* — Tacent *David* sixtini, codd. A, C, D, K, N, O, T, U, Cas. plures, mediol., goth. leg., veron.; item hebraeus et veteres; cf. nota Toleti ad vers. 7.

10. *clangorem* — Cod. F *sonitum*. Pro *Regnavit*, Sixtus, codd. D, P, R, S, veteres editiones fere omnes *Regnabit;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus plerique codices consentiunt; unde Toletus: « Lege *Regnavit;* » sic hebraeus, graecus et manuscripti in » praeterito; ac sensus id postulat, et utra» que Congregatio id probavit. In multis ta» men impressis est in futuro. » Item Lucas Brugensis et Bukentopius p. 406.

11. *ierunt* — Cod. F *venerunt*. Pro *simplici*, cod. T mendose *simul duplici*.

12. *Achitophel* — Cod. H, all. *Ahitophel;* idem codex pro *Gilonitem*, habet *Giloniten;* graecus corrupte Θεκωνί. Pro *Cumque immolaret*, sixtini, gregoriani, codd. A, B, H, I, K, L 5. (seu Q), T, U, Cas. 13., gothic. legion., priores editiones Rob. Steph., all. *cum immolaret;* et pro *facta est*, sixtini, codd. A, B, F, H, I, K, L 5. (seu Q), T, U, Cas. 15., mediolan., gothic. legion., priores editiones Rob. Steph., all. *Et facta est;* « alii libri, inquit Lucas Brugensis, iungunt prae» cedentibus τὸ *cum immolaret victimas;* de» inde novam inchoant periodum *Et facta* » *est*. » Idque consentanee hebraeo, graeco et chaldaeo, uti animadvertit Bukentopius pag. 175., accedit vetus itala in nostro cod. gothic. legion.

13. *Venit igitur* — Thomas. I, 98. *Venit ergo*. Cod. veron. *sequebatur;* pro *sequitur*.

14. *servis suis* — Cod. F *ad servos suos*. Post *Surgite* addunt *et* codd. D, F, G, R, V, Cas. 9., Bibl. Ordin., Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugdun. 1535., all., Hugo; item hebraeus, chaldaeus et graecus. Cod. F post *festinate* addit *ergo;* cf. Holmesius. Pro *impellat*, Sixtus, codd. D, P, R, S, alii apud codd. N, O, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., posteriores editt. Rob. Steph. et inde hentenianae, Hugo *impleat;* alii apud cod. P *impingat;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus favent plerique codices, et multae editt., idque probatur Lucae Brugensi et Bukentopio p. 175. Epanorthotes in cod. N scribit: « Antiqui *impleat;* alii *impellat*, quia hebraeus » habet *et impingat super nos malum*, quod » est impleri ruinam in nobis: sed hebrai» cum in parte sequitur graecus, qui habet » *et impellat super nos civitatem*. Utraque lit» tera stare potest. » (Animadverte epanorthoten habuisse prae manibus graecos codices qui pro τὴν κακίαν, legebant τὴν πόλιν; cf. Holmesius). At vero Toletus notat: « Lege *impellat;* sic hebraeus, graecus, Com» plut., Reg., Ordin., manuscripti septem » (lovan.) et utraque Congregatio. Lovanien» ses vero legunt *impleat*. » Gesenius interpretatur verbum הדיח *immittat*, cui quodammodo respondet graecum ἐξώσῃ. Cod. H notat hebraeum pro *ruinam*, legere *malum*.

15. *praeceperit* — Cod. F, Bibl. Ven. 1476. 1480. 1482., Argent. 1497., Compl., Reg., all., Brev. goth. pag. 316. *praecepit* graecus αἱρεῖται; cod. H notat hebraeum legere *elegerit*. Pro *exequemur*, codd. A, B, F, G, K, N, O, T, U, V, Cas. 15., mediol., veron., antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c. *exequimur;* cod. N notat: « In praesenti ponunt an» tiqui iuxta hebraeum, qui habet *ecce servi* » *tui*. »

16. *dereliquit* — Sixtus, codd. D, F, R, S et fere omnes veteres editiones *reliquit;* ho-

dierna lectio debetur sixtinis et gregorianis quibus consentiunt optimi et plerique codices; unde Toletus: «Lege *dereliquit;* sic Ord., » mss. et utraque Congregatio. » Mox tacent *rex* Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566.; item cod. 44. Holmesii.

17. *Egressusque* — Brev. goth. l. c. *Egressus;* codd. G, T addunt *est.* Cod. H notat hebraeum pro *omnis Israel,* legere *omnis populus.* Mox cod. C cum graeco tacet *suis.*

18. *legiones Cerethi et Phelethi* — Sixtus *legiones cerethi et phelethi;* emendarunt gregoriani; conf. ad VIII, 18.; cod. H notat hebraeum non legere *legiones.* Pro *pugnatores validi,* codd. B, U *pugnatores et validi;* omittunt haec verba sixtini, codd. A, H, I, K, L 3., Q, T, Cas. 15., mediol., veron., margo Ordin., quibus hebraeus et veteres consentiunt, uti animadvertunt Lucas Brugensis et Bukentopius p. 175.; at vero Toletus adnotavit: « Non sunt haec verba in hebraeo, » graeco et tribus manuscriptis (lovan.); ta» men legunt Compl., Reg., Ordin., Lovan. » et plures impressi ac manuscripti. Prior » Congregatio expunxit. Posterior recepit. » Verum enim vero in recepta alexandrini lectione triplex coaluit interpretatio, quarum altera huius nostri additamenti ortum declarare videtur; legitur enim *καὶ πάντες οἱ ἁδροὶ, καὶ πάντες οἱ μαχηταί*, pro וכל-הכרתי וכל-הפלתי; huic autem interpretationi accedere videntur chaldaeus et, cum arabe, syrus; quorum prior habet *sagittarii et funditores;* alter vero *nobiles et milites.* Pro *de Geth pedites,* codd. H, U, V *pedites de Geth;* non paucae editiones interpunctionis notam non post, sed ante *pedites* apponunt; sixtini, codd. A, B 1. m., C, D, E, F, I, K, O, T, Cas. 14., mediol., veron., Hugo tacent *pedites;* Toletus vero adnotat: « Quidam ma» nuscripti non habent *pedites;* sed est in he» braeo, graeco, Ord., Compl., Reg., Lovan. » et omnibus fere codicibus etiam manuscri» ptis; prior Congregatio abstulit; posterior » retinuit. » Vallarsius asserit chaldaeum, arabem et syrum omittere *pedites;* at chaldaeus, cui accedit arabs, suffecit עמיה; syrus autem habet ܠܘܬܗ.

19. *Dixit autem rex* — Cod. F *David autem rex ait.* Pro *Cur,* cod. K *Quare.* Post verba *cum rege,* codd. F, V addunt *tuo;* et post *egressus* tacent *es* sixtini, codd. A, C, D, E, G, I, K, T, U, Cas. 15., goth. leg., Hugo.

20. *compelléris* — Sixtini, codd. A, B, D, E, K, T, U, mediol., goth. legion. *impelleris.* Post *reduc* cod. U tacet *tecum;* item hebraeus; codex unus apud Lucam Brug. pro *reduc,* legit *educ.* Verba quae sequuntur *et Dominus faciet tecum misericordiam, et veritatem, quia ostendisti gratiam et fidem,* geminam unius eiusdemque hemistichii interpretationem exhibent; « eiusdem sententiae, inquit Martia» naeus, duas hoc loco retinet Vulgata nostra » interpretationes, hieronymianam scilicet ac » veterem, quae itala dicebatur. » Cf. Vallarsius, Sabatierius et Bukentopius pag. 175. Cod. H notat hebraeum legere *ostendisti misericordiam et veritatem;* sed de hebraici textus lectione, infra sermo redibit. Sixtini, codd. A, D 1. m., E, H, K, L 6., N, O, T, U, mediol., veron., baver. tacent verba *et Dominus faciet tecum misericordiam, et veritatem;* de his Toletus notat: « In quibusdam manu» scriptis haec non habentur; tamen sunt in » graeco et in omnibus impressis; et in he» braeo est sic *tecum misericordia et veritas,* » quod ad eumdem sensum pertinet. Prior » Congregatio expunxit; posterior retinuit. » Quod autem sequitur *ostendisti gratiam et* » *fidem,* non est in hebraeo, graeco, Reg., » Compl.; tamen est in Ord. et multis aliis. » Posterior Congregatio retinuit. Adverte in » hebraeo esse *tecum misericordia et veritas,* » quae verba LXX. sic intellexerunt *Dominus* » *faciet tecum misericordiam et veritatem,* et » possunt habere hunc sensum: Tu servasti » erga me misericordiam et veritatem seu fi» dem; qui sensus exprimitur sequentibus » versis. Vulgatus autem utrumque sensum » complecti voluit, et usus est duabus sen» tentiis. Chaldaeus vero aliter interpretatur. » Vide ibi. » Nimirum targum habet ועביד

עמהון טיבו וקשוט *et fac cum illis* (fratribus tuis) *benignitatem et veritatem*; paullo aliter syrus, quem sequitur arabs, ܘܐܘܬܒ ܠܐܚܝܟ ܒܦܐܝܘ̈ *et habitare fac fratres tuos decenter*; at hisce verbis syrus interpres complectitur quoque ea quae praecedunt, nempe, iuxta Vulgatum, *et reduc tecum fratres tuos*; Maurerus quoque integrum locum ex hebraeo reddit *et reduc fratres tuos tecum in caritate et fide*. Epanorthotes in cod. N de hac quaestione fuse agit scribens: « Antiqui *et » reduc tecum fratres tuos; ostendisti gratiam » et fidem. Et respondit* etc. Hebraeus ita ha» bet *reduc fratres tuos, tecum misericordia et » veritas*. Non est ibi plus. Notandum quod » pro *gratia*, quae hic est, hebraeus habet » *esed* (חסד) quod pluries interpretatur *mise» ricordia*, etiam expresse a Hieronymo *gra» tia* interpretatur Esth. II. (v. 9.) *invenit » gratiam*: iterum hebraicum *emeth* (אמת), » quod proprie est *veritas*, etiam aliquando » transfertur in *fidem*, sicut unum pro alio » accipitur Isa. XXVI. (v. 2.) *custodiens ve» ritatem*, hebraeus habet *fidem* in plurali » *emunim* (אמנים); *emuna* (אמונה) enim, » quae est *fides* proprie, ab *emeth* (אמת), » quod proprie est *veritas*, derivatur. Quia » ergo hebraeus generaliter se habet, et est » defectivus, quia hoc solum habet *tecum » gratia et fides* vel *tecum misericordia et ve» ritas*, LXX. dixerunt *Dominus faciat tecum » et misericordiam et veritatem*, quod solum » habet graecus; nostri autem solum hoc » *ostendisti gratiam et fidem*. Mira vero con» tentione novi has duas sententias compila» runt dicentes *et Dominus faciat tecum mi» sericordiam et veritatem, quia ostendisti » gratiam et fidem*, quae magis sunt duae » litterae, quam una. » Praeclaram hanc nostri epanorthotis notationem laudat paucisque verbis complectitur Lucas Brugensis, qui subdit eiusdem sententiam eo verisimiliorem esse, quo illud additamentum diversis modis diversi libri connectunt. Re quidem vera pro *et Dominus*, cod. F legit *et Deus*; unus codex apud Brugensem tacet *et*; pro *faciet*, codd. D 2. m., F, G, N, R, S, aliique apud Brugensem et Sabatierium, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566. *faciat*; item slav.; mox tacent *quia* codd. A, B, C, D, E, F, G, I, L, O, T, U, V 1. m.; mediol., veron., goth. legion., baver., aliique apud Brugensem; cod. H legit *quoniam*; alii ab eodem Brugensi memorati, omisso *quia*, addunt *enim* post verbum *ostendisti*. Denique eamdem ob caussam, ne scilicet eiusdem pericopes duplex interpretatio haberetur, cod. Cas. 1., Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugd. 1535., Isidorus Clarius, servata priori parte, sustulerunt verba *quia ostendisti gratiam et fidem*; haec enim addititia esse censuerant, quae revera nostri interpretis versionem exhibent. Nam hebraici textu verba והשב את־אחיך עמך חסד ואמת ab alexandrino reddita sunt *καὶ ἐπίστρεψον* (vel *ἀνάστρεφε*) *τοὺς ἀδελφούς σου μετὰ σοῦ, καὶ Κύριος ποιήσει μετὰ σοῦ ἔλεος καὶ ἀλήθειαν*.

21. *et vivit dominus meus rex*—Codd. C, F, U, V, Cas. 3., sangerm. n. 7., corbeiens. n. 1. et 3. *et vivit anima tua domine mi rex*; accedunt syrus, arabs, Symmachus, Theodotio, cod. 250. Kennicotti paucique graeci codices cum edit. graeca Complut.; cod. G *et vivit anima tua rex*; cod. H pro *vivit*, legit *vivat*. Mox post verba *domine mi rex* codd. B, C, F, G, V addunt *ibo*; cf. Ruth I, 16.

22. *David Ethai*—Codd. F, V *David ad Hethai*. Post *Gethaeus* addunt *et rex* codd. B, C, D 2. m., F, N*, R, S, U, Cas. 5., antiquiores editiones, Hugo, Brev. gothic. l. c.; item graecus; at codex vaticanus et alexandrinus cum edit. Complut. non habent istud additamentum. Post verba *cum eo erant*, Bibl. Paris. 1566. tacent *et*.

23. *Omnesque flebant*—Codd. B, F, V interponunt *viri*; cod. H notat hebraeum legere *Omnisque terra flebat*; at הארץ heic pro *populo* positum est; unde recte chaldaeus interpretatur דירי ארעא. Pro *transibat*, cod. T *transiebant*; et pro *rex quoque*, Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1501. 1529., Ven. 1511., Lugdun. 1513., all., Brev. goth. l. c. *rex vero*;

cod. Cas. 1. *rex autem*. Pro *transgrediebatur*, cod. F *transiebat*. Mox Sixtus habet *cedron*, quod gregoriani emendarunt. Pro *cunctus*, codd. G, T *totus*.

Ibid. *contra viam*—Sixtus, codd. B, C, F, G, N*, R, S 2. m., U, V, veteres pleraeque editiones, Brev. gothic. l. c. addunt *olivae;* Hugo notat: « Quidam libri non habent *oli-* » *vae*, sed correcti habent. » Alfonsus Tostatus censet ab interprete latino additum fuisse illud nomen declarationis gratia; cf. vers. 30.; exstat quoque in veteri latina versione ad marginem nostri cod. goth. leg. et in nonnullis graecis codicibus; cf. Schleusnerus in *Lexic. V. T. II, 517.;* at recte in cod. N adnotatur: « Hebraeus et antiqui non » interponunt *olivae*. » Hinc sixtini id expunxerant consentientibus codicibus A, D, E, H, I, K, L 10., N, O, Q, S 1. m., T, mediol., goth. leg., Cas. 15.; quum vero a Sixto rursum restitutum fuisset, gregoriani illud retinuerunt, unde Toletus scribit: « Non legitur » *olivae* in hebraeo, graeco, Reg., Compl. et » aliquot manuscriptis. Prior Congregatio ex- » punxit; posterior retinuit. » At demum Angelus Rocca in exemplari quod clementinis typographis pro archetypo tradidit, illud nomen delevit, adeoque in editionibus Clementis VIII. non legitur.

24. *et Sadoc sacerdos* — Cod. H notat hebraeum legere *etiam et Sadoc;* sixtini quoque et codd. A, D, E, K, L 6., N, O, Q, T, Cas. 14., mediol., veron., margo Ordin., Hugo, Rabanus, Angelomus omittunt *sacerdos;* Toletus notat: « Non est vox *sacerdos* in » hebraeo, graeco et aliquot manuscriptis. » Tamen habetur in Compl., Reg., Ordin. et » plurimis codicibus etiam manuscriptis; et » vere sacerdos erat. » Legitur autem in syro, arabe, georg., slav. et non paucis graecis codicibus; ratio quam affert Toletus probat quidem lectionem non esse absurdam, at nullo pacto illam esse genuinam demonstrat. Praeterea ante *Sadoc* tacent *et* cod. T, Bibl. Complut., Reg., Argent. 1497., Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513., all., Rabanus; Brev. goth. l. c. Mox omittit *cum eo* Thomas. I, 83.; item cod. 134. Kennicotti.

Ibid. *foederis Dei*—Codd. E, F, T, U, Cas. 15., Angelomus, Hugo a s. Victore *foederis Domini;* item graecus et duo codd. Kennicotti; cod. B 2. m., F, corbeiens. n. 3. secunda manu addunt *a Bethlehem;* graecus ἀπὸ Βαιθάρ; cod. G *ad Bethlehem*. Pro *deposuerunt arcam Dei*, Sixtus et veteres pleraeque editiones *deposuerunt arcam foederis Dei;* at Toletus notat: « Non habent *foederis* » hebraeus, graecus, Compl., Reg., Ord. et » manuscripti aliqui. Est tamen in plurimis » impressis et multis manuscriptis. » Verum rursum fallitur Toletus, quoad latinos codices; nam ad horum fidem sixtini vocem illam expunxerant, quos demum imitatus est Angelus Rocca, etsi gregoriani nil definierint; conf. Lucas Brugensis et Bukentopius pag. 406.; legitur tamen ברית in cod. 174. et marg. cod. 246. Kennicotti, et in paucis graecis codicibus. Pro *et ascendit,* cod. Cas. 1. *et non ascendit*. Pro *expletus esset,* codd. C, D, I, T, Cas. 15., mediol., goth. leg., veron., Angelomus *expletus est;* cod. F *transisset;* huic consentit glossa Hugonis.

25. *ad Sadoc* — Codd. D, Cas. 11. addunt *sacerdotem;* item arabs; cf. Sabatierius. Pro *Reporta arcam Dei*, cod. B *Reportate arcam Domini*. Mox pro *ostendet*, Bibl. Rom. 1471. *ostendat*. Cod. H notat hebraeum pro *et tabernaculum suum*, legere *et glorificabo eum;* hinc colligimus scholiastem pro ואת־נוהו in suis exemplaribus legisse ואנוהו, uti est Exod. XV, 2.

26. *Si autem* — Bibl. Rom. 1592. ex mendo habent *Sin autem*. Post *dixerit* tacent *mihi* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F 2. m., G, I, K, S, T, Cas. 3., mediol., veron., baver., Angelomus, Alfonsus Tostatus, all.; consentiunt hebraeus et veteres, exceptis paucis graecis codicibus et armeno. E contrario post *faciat* addunt *mihi* codd. H, L (seu Q), priores editiones Rob. Steph., all.; item Isidorus Clarius consentanee hebraeo antiquisque interpretibus; idque probat Bukentopius

p. 175.; cod. F legit *faciet Dominus*. Cod. H notat hebraeum pro *coram se*, legere *in oculis eius;* quod idem sonat.

27. *O videns revertere* — Cod. H notat hebraeum legere *Si videbitur tibi, revertere;* at perperam; nec magis apte graecus Ἴδετε, σὺ ἐπιστρέφεις; nam a Vulgato non dissentit hebraeus הרואה אתה שבה. Mox pro *Ionathas*, plerique manuscripti et editi libri *Ionathan*. Ante *duo filii* cod. H addit *hi*.

28. *abscondar* — Cod. H notat hebraeum legere *morabor;* vel potius *commoror*.

29. *Reportaverunt ergo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, T, U, V, Bibl. Ord. *Reportaverunt igitur;* cod. B tacet *ergo*. Post *Sadoc* codd. Cas. 11. addunt *sacerdos;* item syrus et arabs, sed post *Abiathar*. Ante *Ierusalem* tacent *in* codd. A, C, D, mediol.

30. *scandens* — Codd. B, F, H, I, V *ascendens*. Pro *nudis pedibus incedens, et operto capite*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, baver., Bibl. Ord., Hugo *operto capite, et nudis pedibus incedens;* cod. H *et operto capite, et nudis pedibus incedens;* item hebraeus, chaldaeus et graecus. Mox pro *ascendebat*, cod. B *ascendebant;* favent hebraeus et veteres.

31. *Nunciatum est autem* — Codd. F, Cas. 14. tacent *autem;* item armenus. Post *David quod* tacent *et* codd. B, E 1. m., F, G, R, S, U, antiquiores editiones, Hugo; item hebraeus et veteres, excepto graeco. Cod. H frustra notat hebraeum pro *coniuratione*, legere *rebellione*. Pro *Domine consilium Achitophel*, sixtini, codd. A, B, C, F, G, H, I, K, T, U, baver. *consilium Achitophel, Domine;* idem ordo in hebraeo et graeco.

32. *Dominum* — Codd. H, Q, Bibl. Compl., Reg., priores editt. Rob. Steph., all. *Deum;* item hebraeus et graecus; at non desunt codices hebraici et graeci qui cum Vulgato faciunt. Mox cod. B 1. m. tacet *ei*. Pro *Chusai*, codices plures, et antiquiores editiones *Chusi* (item ex graeco vetus itala) vel *Husi;* codd. C, F, H, T, U, mediolan. *Husai;* epanorthotes in cod. N de hoc nomine curiose notat: « *Chusai* iste non est *Chusi* qui nuncius praemissus est infra XVIII. (v. 21.); nec est » qui Psal. VII. (v. 1.) legitur. Legit autem » hebraeus *Chusai* (חוּשַׁי) sicut nos; unde » non est ibi diphthongus, quod putaverunt » qui *a* litteram penultimam dimiserunt. Verumtamen quod sonus per puncta, non per » litteras efficitur, etiam iste penes litteras » pronunciatur *Chusi* in I Paralip. XXVII. » (v. 33.) » Idem epanorthotes infra ad XVI, 16. de eodem rursus notat: « Semper pronuncies *Chusai* trisyllabum; sed in I Paral. » XXVII. dicitur *Chusi* dissyllabum secundum litteras, et non puncta. » Cod. H parum scite notat hebraeum pro *veste* et *pleno*, legere *tunica*, et *sparso*.

34. *si autem* — Sixtini, codd. A, D, F, G, H, I, T, U, Hugo *sin autem*. Pro *revertaris*, codd. F, T, V, Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535., Basil. 1544. *reverteris;* accedunt hebraeus et graecus. Pro *Absalom*, cod. B *Absaloni;* Bibl. Basil. 1530. *ad Absalom*. Pro *sum, rex*, codd. H, Q, priores editt. Rob. Steph. *sum ego, rex;* Sixtus, codd. B, F, G, I, R, S, U, V, baver., veteres pleraeque editiones, Brev. goth l. c. addunt *patere me vivere;* Toletus notat: « Hebraeus, Complut., » Reg., manuscripti novem (lovan.) non habent hoc additamentum, illudque utraque » Congregatio expunxit. Tamen habetur in » LXX., Ordin. et aliis codicibus, et poterat » retineri. » Verum merito a sixtinis et gregorianis confossum videtur; nec enim in optimis plerisque latinis codicibus legitur; nec ab aliis, praeter graecum, agnoscitur; graecus autem in hoc versiculo duplicem versionem manifesto commiscuit.

35. *de domo* — Codd. G, R, S, antiquiores editiones, Brev. goth. l. c. *in domo*.

36. *Sunt autem* — Sixtus, veteres editiones et Brev. gothic. l. c. *Sunt enim;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus codices suffragantur; hinc Toletus: « Lege *autem;* sic manuscripti et utraque Congregatio. In hebraeo autem et graeco non habetur particula causalis. » At cf. De-Rossi.

Ibid. *filius Sadoc, et Ionathas filius Abiathar* — Tacent *filius* utroque loco codd. A, C, D, E, H, K, O, T, Cas. 1.; mediol., veron.; cod. N notat: « Sic ordinant et habent hebraeus et antiqui *Sunt autem cum eis duo filii eorum, Achimaas Sadoc, et Ionathan Abiathar;* de hoc nomine *filii* sumitur hoc quod dicitur *filius*, et sunt nomina patrum genitivi casus, sicut beatus Ignatius vocat Mariam Iesu. » Mox cod. H notat hebraeum pro *per eos*, legere *per manus eorum*. Pro *quod audieritis*, codd. F, V, Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *quodcumque audieritis;* item graecus; Bibl. Lugd. 1550., Ven. 1558. *quod audieris;* cf. v. 35.

37. *Absalom quoque*—Cod. F *Absalom autem;* cod. S tacet *quoque*. Post *Ierusalem* antiquiores editiones, Hugo, Brev. gothic. l. c. addunt *et Achitophel cum eo;* item georg., slav. ostrog. paucique graeci codices; at ex XVI, 15. petitum id videtur.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XV, 4. *et iustificabo eum.* . . 6. *et sua faciebat Absalom corda omnium* (item addunt πάντων pauci codd. cum edit. Compl.) *virorum Israel.* . . . 12. *Cum sacrificaret sacrificia, et erat cogitatio* (διαβούλιον, edit. Compl. et pauci codd.) *firma*. . . 16. *XX.* (sic) *ex concubinis suis*. . . 18. *et steterunt ad olivam in deserto*. . . 20. *Si heri venisses et hodie obviarem te nobiscum?* . . . 22. *et omnes viri, qui cum eo erant*. . . 23. *et omnis terra benedicentes* (εὐλογουντες; conf. Holmes.) *voce magna* [vel: *plorantes*] . . . *per viam olivae,* (ita pauci codd. apud Holm.), *quae erat in deserto*. . . 30. *et ipse ibat discalciatus*. . . 31. *cum compositis* (iterum cum Complut. legebat συγκειμένοις) *cum Absalom*. . . 32. *Cum venisset David usque ad Rhos* (nam pro עד־הראש, alexandrinus ἕως τοῦ ʽΡώς; cf. Hieronym. III, 263.), *et orasset ibi Dominum, ecce ibi in obviam venit Chusi princeps amicorum David*. . . 34. *Servus tuus ego sum, servus patris tui eram tunc, et nunc servus tuus sum ego*.

Cap. XVI, 1. *transisset* — Cod. K *ascendisset*. Post *apparuit* Bibl. Ordin., Hugo addunt *ei;* et post *in occursum* tacent *eius*. Pro *onerati*, cod. H *onusti*. Pro *alligaturis*, codd. B, E, F, G, R, V, goth. legion., Alfonsus Tostatus *ligaturis;* et ita habet Vulgatus I Reg. XXV, 18. XXX, 12.; cod. H rursum notat hebraeum legere *centum passis;* cf. ll. cc.

Ibid. *centum massis* — Bibl. Ven. 1476. 1492. 1494., Argent. 1497., Norimb. 1501., Lugd. 1513., Basil. 1530., all. *septem massis;* pro *massis palatharum*, hebraeus habet קיץ, quod ponitur pro דבלות קיץ, quod, teste Hieronymo, « in lingua nostra παλάθην, hoc est *massam ficorum* sonat, caricarumque inter se compactarum. » (*in Ezech. VI, 14.*) item Hesychius; cf. Gesenii *Thes. p. 341. et 1209.* Hinc vox *palatha* additur in germanica edit. Lexic. Forcellini. Cod. M notat: « *Palathas* dicit ficus compressas et in modum panis nucei confectas. » Conf. Du Cangii *Glossar.*

Ibid. *utre* — Sixtus, codd. B, F, G, I, M, R, S, U, V, goth. leg., veteres pleraeque editiones, Brev. gothic. p. 316. *duobus utribus;* sixtini, gregoriani, codd. A, C, D, E, H, K, N, N*, O, Cas. 14., mediol. *utribus;* cod. H notat hebraeum legere *amphora vini;* hodierna lectio Vulgati Toleto debetur (quod et Rocca notavit), qui scribit: « Corrige *utre;* sic hebraeus, graecus, manuscripti (L 6.), Compl., Reg., Ordin.; et sic legendum videtur. Utraque Congregatio reliquerat in plurali *utribus*. » Hanc ipsam lectionem ad fidem paucorum codicum secutus fuerat Rob. Stephanus; item alii non multi. Cod. M legebat *duobus utribus*, sed notat: « Hebraeus et antiqui non habent *duobus;* ubicumque enim pluralis numerus indistincte ponitur, dualis numerus ab hebraeis intelligitur. » Contra vero in cod. N epanorthotes aperte scribit: « Super istum locum quidam latinus dat regulam de hebraeo falsam et in falso fundatam, quae talis est: Quotienscumque pluralis numerus incerte ponitur, dualis intelligitur, propter quod non oportuit hic

» apponi *duobus*, quia etiam sine hoc intelligebatur. Et primum quidem hic non dualis, sed nec pluralis numerus consignatur, quia hebraeus non habet *utres* in plurali, sed *utrem* (נבל) in singulari; unde vel de uno, vel potius de pluribus (collective) voluit intelligi. Secundo, tot habet haec regula instantias quot sunt numeri; primo enim Reg. XXVII. (v. 7.) *dies quibus mansit David in terra Philisthiim fuerunt dies et IIII. menses.* Numquid isti dies fuerunt tantum duo, cum I Reg. XXIX. (v. 3.) dicatur *diebus vel annis*, ubi interpres noster posuit *diebus multis?* Iterum III Reg. XVII. (v. 15.) *ex illa die*, hebraeus habet *diebus*, cadus enim farinae non defecit. Iterum quod incertius dicitur supra XIV. (v. 26.) *a fine dierum in dies*; numquid duorum in duos? et *Dominus scit cogitationes hominum* (Psal. XCIII, 11.), numquid tantum duorum? »

2. *Responditque* — Cod. E *Respondensque.* Post *Siba* Bibl. Ordin. addunt *regi: Domine mi rex;* Sixtus, codd. G, L, M, R, S, V 2. m., margo sangerm. n. 7., antiquiores editiones, Hugo, Brev. gothic. l. c. addunt *Domine mi rex;* id vero expunxerunt gregoriani, quibus reliqui codices suffragantur; unde Toletus: « Hebraeus, graecus, Lovan., manuscripta » et utraque Congregatio non legunt verba » ista. » Pro *Asini*, cod. mediolan. *Asinae;* et pro *domesticis regis ut sedeant*, Sixtus *pro domesticis regis sunt ut sedeant;* codd. Cas. 4. *ut domestici regis supersedeant;* cod. K *regis domestici ut sedeant;* codd. E, F, G, I, N, O, P, R, S, U, Bibl. Ven. 1476. 1480. 1492. 1494., Ord., priores editt. Rob. Steph., all. *domestici regis ut sedeant;* epanorthotes in cod. N notat: « Sic vidi habere et antiquos et » novos, hoc est *ut sedeant domestici regis;* » sic enim hebraeus habet *asini domus regis* » *ad equitandum;* potest etiam sonare in da» tivo *domui regis;* sed primum melius. Re» quire de articulo hebraico ad Deut. XXXIII. » (v. 8.) Quidam dicunt ibi esse *domesticis* » *regis* dativi casus; sed nimis strideret oratio; propter quod non videtur interpretis. » At meliora dedit Toletus, cuius haec sunt verba: « Ordin. et aliqui impressi legunt *do» mestici;* tamen Compl., Reg., Lov. et emen» datiores habent *domesticis* in casu dandi; » et sic est in hebraeo et graeco. Sixtus ad» didit *pro* et *sunt*, attendens sensum, qui » est: Asini sunt in usum domesticorum re» gis; tamen quia codices omnes non habent » illa expresse, expuncta sunt. »

Ibid. *panes* — Veteres omnes editiones, itemque codices (exceptis R, S, Cas. 7., gothic. leg.), legunt *et panes;* huic autem lectioni favent hebraeus et veteres: quum vero nihil adnotatum reperiamus a romanis correctoribus, vehementer suspicamur nexum non a correctoribus sublatum, sed a typographis mendose praetermissum fuisse in Bibliis sixtinis, ex quibus eadem lectio ad clementinas editiones translata est. Pro *pueris tuis*, codd. B, E, I *servis tuis;* cod. D, Bibl. Ordin., Hugo *pueris eius;* codd. H, L (seu Q), U, exemplaria gothica, teste Mariana, priores editiones Rob. Steph., all. tacent *tuis*, quibus hebraeus et veteres consentiunt. Pro *bibat*, codd. E, G, I, S *bibant;* favent graecus, syrus et arabs.

3. *Responditque* — Cod. G, Bibl. Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513. 1526., all. *Respondit;* accedunt syrus et arabs. Cod. H notat hebraeum pro *Remansit*, legere *Ecce sedet.* Pro *domus Israel*, codd. B, Cas. 5., Bibl. Norimb. 1529., Basil. 1530. 1544., Lugd. 1535. *Dominus Israel;* cod. R *Dominus Deus Israel;* Bibl. Bohem. Melantrichii apud Holmesium legunt *Dominus Deus*, et post *regnum patris mei* addunt *super populum Israel.*

4. *Tua sint* — Cod. gothic. legion. et Bibl. Paris. 1566. *Tua sunt.* Praeter ea quae de nomine *Miphiboseth* ad IX, 6. adnotavimus, hoc loco Bibl. Compl. et Reg. legunt *Mephiboseth.* Post verba *Dixitque Siba* codd. U, Cas. 13. addunt *regi.* Pro *Oro*, sixtini, codd. A, B, K, T, mediol., veron., Isidorus Clarius *Adoro;* item hebraeus et veteres; hinc tacent parti-

culam *ut* codd. A, D, E, G, H, I, K, N, O, R, T, U, V, Cas. 14., mediol., gothic. leg., quibus favent hebraeus et veteres. Pro *coram te*, Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501. 1529., Ven. 1511. 1519., Complut., Reg., priores editt. Rob. Steph., all., Brev. gothic. p. 317. *apud te;* cod. K *in te;* cod. H notat hebraeum legere *in oculis tuis;* בעיניך; cf. ad XV, 26.

5. *Bahurim*—Cod. B *ad Bahurim*. Pro *inde vir*, cod. S et Bibl. Ord. *vir inde;* item cod. 44. Holmesii; cod. B tacet *inde*. Mox tacent *domus* Angelomus, Petrus Com. et cod. 96. Kennicotti. Cod. C pro *Semei*, legit *Simei*, quod magis accedit hebraeo. Loco *procedebatque*, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. legion., priores editt. Rob. Steph., all. *procedebat;* favent hebraeus et graecus. Hugo *praecedebatque*.

6. *et universi*—Cod. Cas. 1. tacet *et*. Pro *a dextro*, cod. T *a dextris;* graecus ἐκ δεξιῶν. Pro *et a sinistro*, sixtini, codd. A, B, F, I, K, O, T *et sinistro*.

7. *loquebatur*—Cod. B mendose *latebatur*. Post verba *malediceret regi* cod. F addit *David;* accedunt syrus, arabs et cod. 247. Holmesii; codd. H, L (seu Q) tacent *regi;* hebraeus, chaldaeus et graecus habent pronomen *ei*. Mox legunt semel *Egredere* codd. Cas. 14. paucique graeci. Sixtus pro *Belial*, habet *belial;* cf. ad Deut. XIII, 13.

8. *Reddidit*—Codd. gothic. leg. et veron. *Reddet*. Pro *Dominus regnum*, codd. B, E, I *Dominus universum regnum;* cod. K tacet *regnum*. Ante verba *premunt te mala tua* codd. B, F, V addunt *nunc;* cod. H notat hebraeum legere *tu in malo tuo*.

9. *canis hic*—Codd. E, I, K, V *hic canis*. Pro *mortuus*, Sixtus, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, R, S, T, U, V, Cas. plures, veteres fere omnes editiones, Brev. goth. l. c., Hugo *moriturus;* Mariana quoque testatur plerosque Vulgati codices hanc lectionem prae se ferre; Alfonsus Tostatus utramque lectionem exponit; cod. H notat hebraeum legere *mortuus*, quae lectio a sixtinis et gregorianis praehabita fuit, quibus consentiunt codd. veron., mediol., Cas. 2., Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1536., Dionysius carthus., Isidorus Clarius, itemque hebraeus et veteres interpretes; cf. Lucas Brugensis. Ex his autem aestimanda sunt verba Toleti, qui scribit: « Lege *mortuus;* sic hebraeus, graecus, » manuscripti et margo Ordin.; sed impressi » omnes ut in textu (nempe in ed. Sixti V.). » Prior Congregatio expunxit, posterior reli» quit. » Quos codices pro hodierna lectione facientes viderit Toletus ignoramus; at certe non omnes impressi stant pro altera, neque hanc gregoriani dimiserunt, sed, teste codice columnensi, emendarunt. Verumtamen si latinorum codicum testimonium recte expendas, vix dubitare poteris a Hieronymo scriptum fuisse *moriturus*. Huius loci interpretationem ex veteri itala nobis servavit Augustinus in *Spec. c. 117. ed. Maii* ubi legimus: *Et audiens Abessa filius Saruiae Semei maledicentem regem David, dixit ad regem: Ut quid maledicit canis hic maledictus dominum meum regem? Permitte, et transeam, et auferam caput eius*. Ex quo loco manifestum est (etsi id non viderit cl. editor) auctorem italae pro τεθνηκώς, legisse ἐπικατάρατος, quod servant quatuor codices holmesiani et Theodoretus, quodque in cod. 243. Holmesii tribuitur Theodotioni.

10. *mihi et vobis est*—Tacent *est* sixtini, codd. A, B, C, F, G, H, I, K, N*, T, U, V, Cas. 14., gothic. leg., Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus, Gregorius M. I, 973. IV, 157. aliique apud Sabatierium; cf. infra XIX, 22. Alii nonnulli verbum *est* transferunt post *filii Saruiae*. Pro *dimittite*, codd. D, F, G, M, R, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566., Compl., Reg., all. *dimitte;* item slav. ostrog. et cod. 246. Holmesii; mox Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus, Glossa interlinearis tacent *eum;* sixtini vero, gregoriani prima manu, codd. A, mediolan., veron. omittunt *ut;* cod. M notat: « Hierony» mus dicit quod hebraeus non habet *ut*. » Nimirum pro eo quod Vulgatus legit *dimittite eum, ut maledicat*, hebraeus legit tantum כי

יקלל. Pro *et quis est qui audeat dicere*, Pseudo-Hieronymus et Angelomus *et quis est qui dicat;* cod. H notat hebraeum legere *et quis dicet;* et ita habet Augustinus apud Sabatierium. Pro *fecerit*, Eucherius et Claudius taurin. *fecit;* cod. B addit *Dominus;* at vero cod. M ex Pseudo-Hieronymo (item Rabanus et Angelomus) notat: « Hieronymus dicit sub» audiri non *Dominus*, sed *Semei*. Iste Semei » ipse est Nabath pater Ieroboam, qui in zelo » domus Saul maledicebat David; et dicitur » filius Iemini, quia Iemin avus eius fuit, » et fuit de tribu Ephraim, sicut ipse postea » dicit. (XIX, 20.) »

11. *Abisai* — Codd. E, R *ad Abisai*. Pro *servis suis*, cod. B *servis regis;* Bibl. Ordin. tacent *servis*. Pro *Ecce*, cod. F *Et ecce*. Cod. H notat hebraeum pro *de utero meo*, legere *de visceribus meis;* conf. ad VII, 12. Pro *magis nunc filius*, Sixtus, veteres editiones, cod. M, Brev. gothic. l. c. *magis hic filius;* codd. B, V *magis filius;* reliqui codd. exhibent hodiernam lectionem, quam intulerunt sixtini et gregoriani; unde Toletus: « Lege *nunc;* sic » hebraeus, graecus, manuscripti et utraque » Congregatio. » Pro *Iemini*, alii multi legunt *Gemini*, de quo cf. ad Iudic. III, 15.; codd. D 2. m., I, L, antiquiores editiones, Brev. goth. l. c. addunt *maledicet mihi;* cod. F *maledixit mihi;* cod. V *nunc maledicet mihi*. Pro *dimittite*, codd. A, C, H, veron., Bibl. Ord., Paris. 1566. 1573., Claudius taurin. et, apud Sabatierium, Ambrosius *dimitte;* item pauci graeci codices. Mox cod. veron. tacet *eum*.

12. *afflictionem* — Codd. F, Cas. 1. *humilitatem;* item Ambrosius et Augustinus ex graeco ἐν τῇ ταπεινώσει. Post *reddat mihi* tacent *Dominus* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., veron., Gregorius M. l. c., Eucherius, Claudius taurin., Rabanus, Angelomus; accedunt Augustinus, syrus, arabs et graecus, item cod. 176. Kennicotti; Ambrosius vero huc transfert *Dominus*, quod in superiori membro reticet. Pro *hac hodierna*, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1566., 1573., priores editt. Rob. Steph., Rabanus *hac die hodierna;* Biblia henten. et posteriores editt. Rob. Steph. *hac, die hodierna;* Bibl. Paris. 1541. *die hodierna;* margo Ordin. *hac à die hodierna;* sixtini ad normam codicum expunxerunt *die*, quod neque legitur in Bibl. Ordin., Compl., aliisque plurimis.

13. *Cum eo* — Cod. H notat in hebraeo id non legi. Plures *adversus*, pro *adversum*.

14. *Venit itaque rex* — Cod. B *Venitque rex;* cod. S et Bibl. Ordin. *Venit itaque David rex;* cod. L, antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c. *Venit itaque rex David;* cod. V *Venit ergo rex*. Pro *et universus*, cod. F *et omnis*. Pro *refocillati sunt*, codd. F, H, L (seu Q) *refocillatus est;* accedunt hebraeus et chaldaeus.

15. *et omnis populus* — Codd. G, S, Bibl. Ord., Abulensis *et universus populus;* ut supra. Mox pro *eius*, legunt *Israel* sixtini, prima manu gregoriani, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, L 6., O, R, T, U, V, Cas. plures, gothic. leg., mediol., Hugo; hinc Lucas Brugensis notat: « Alii libri consulto scribunt » nomen *Israel*, loco pronominis *eius*. » Toletus autem: « In hebraeo et graeco non est » *eius;* sed legitur sic *omnis populus virorum* » *Israel;* in Reg. et Complut. *omnis populus* » *eius;* in Ordin. *universus populus eius;* ali» quot etiam manuscripti non habent *eius*, » et sic probavit prior Congregatio. » Cf. De-Rossi *Varr. Lectt.* Ante *Ierusalem* addunt *in* codd. I, T, Abulensis.

16. *amicus David* — Quaedam editt., uti Bibl. Argent. 1497. Norimb. 1501., all. mendose *amicus Dei*. Cod. H notat hebraeum pro *Salve rex, salve rex*, legere *Vivat rex, vivat rex;* Brev. goth. l. c. itemque graecus, arabs et duo codd. Kennicottiani habent semel *Salve rex*.

17. *gratia tua* — Tacent pronomen codd. G, U, Cas. 13., Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus, Glossa interlinearis et cod. 134. Holmesii; cod. H et Pseudo-Hieronymus notant hebraeum legere *misericordia tua;* hinc scholiastes in cod. M scribit: « In he-

» braeo pro *gratia*, habetur *misericordia*; » quasi dicat: Nullius misericordiae videris, » qui amicum tuum dimisisti. » Pro *ivisti*, codd. A, C, D, F, all. *isti*; cod. B *venisti*.

18. *Responditque* — Codd. B, F, S, V *Respondit*; item syrus et arabs; Brev. goth. l. c. *Respondit itaque*. Cod. B post *Chusai* tacet *ad*. Pro *elegit*, codd. B, F, R *elegerit*; favent duo codices hebraici apud De-Rossi. Post verba *universus Israel* cod. F tacet *et*.

19. *Sed ut et hoc* — Cod. E *Sed et ut hoc*; codd. F, S, T, Cas. 8. tacent *ut*; codd. C, I, M omittunt *et*. Vallarsius perperam notat Vulgatum legere *cui ergo*, pro *cui ego*. Ante verba *filio regis*, cod. I, aliique apud cod. O addunt *et*. Pro *ita parebo*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Hugo, Petrus Com., Brev. goth. l. c. *sic parebo*.

20. *quid agere* — Brev. gothic. l. c. *quod agere*.

21. *dimisit* — Codd. E, I addunt *pater tuus*. Mox pro *custodiendam* (quod posuerunt sixtini aliique complures), Bibl. henteniana, all. *custodiendum*. Pro *roborentur*, cod. T *roboretur*; et pro *tecum manus eorum*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, T, U, V, Hugo, Brev. goth. l. c. *manus eorum tecum*; idem est ordo in hebraeo et graeco.

22. *Tetenderunt ergo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, all., Bibl. Ord., Hugo, Brev. goth. l. c. *Tetenderunt igitur*.

23. *Deum* — Codd. C 1. m., F, U, Cas. 15., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566. 1573. *Dominum*; item cod. 1. Kennicotti. Ante *consilium* tacent *omne* codd. Cas. 11., Brev. goth. l. c.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XVI, 1. *Et David pusillum egressus est a Rhos* (cf. ad XV, 32.) . . . *et par asinorum stratum sagmis* (ἐπισεσαγμένων) . . . 2. *Asini sunt sagmarii* (pauci codd. et Alius in hexaplis ὄνοι οἱ σεσαγμένοι), *qui eunt in domum regis in sessionem* (ad insidendum). . . . 5. *usque in Corram* (pauci graeci codd. Χοῤῥάμ, ex hebraeo בחורים) . . . 8. *et ostendit tibi malitiam tuam* (graecus Complut., paucique codd. καὶ ἔδειξέ σοι τὴν κακίαν σου). . . . 18. *huic ero, et sedebo tecum*. 19. *In secundo loco*.

Cap. XVII, 1. *Dixit ergo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. gothic. p. 318., Angelomus *Dixit igitur*; cod. U *Dixit autem*; Rabanus tacet *ergo*. Cod. H notat hebraeum post *Eligam* addere *nunc*. Pro *persequar David*, cod. F *persequar post David*; item hebraeus et graecus.

2. *irruens* — Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugd. 1535., Angelomus *irruam*; mendose Bibl. Argent. 1497. *irridens*. Pro *lassus*, codd. F, V *lapsus*, quod cod. O respuit. Mox pro *et solutis manibus*, cod. V, Brev. gothic. l. c., Angelomus *et resolutis manibus*; cod. F *et dissolutis manibus*; apud Rabanum *resolutis pedibus*; tacent *et* Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. all.; item cod. 55. Holmesii; Bibl. Lugd. 1535. mendose *et solutis omnibus*. Cod. B tacet *omnis populus*.

3. *unus homo reverti solet* — Sixtini, prima manu gregoriani, codd. C 1. m., L 10., M, N, N*, O, T, U 1. m., Cas. 3., baver., veron., margo Ord. *omnis reverti solet*; cod. A *omne reverti solet*; codd. H, K, U 2. m., Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus *omnes reverti solent*; codd. Cas. 2., Brev. gothic. l. c. *unus reverti solet*; cod. B *unus homo revertenti solet*; Isidorus Clarius *unus homo reduci solet*; codd. C 2. m., D, E, L 6., mediolan., margo Bibl. Lugd. 1550, 1567., Ven. 1558. *amnis reverti solet*; Alfonsus Tostatus notat: « Alia littera habet *solet amnis reverti*. » Biblia henteniana alia aliam lectionem ad marginem praeferunt; nam princeps editio Lov. 1547. et editt. Antuerp. 1559. 1561. 1569. 1572., Ven. 1576. in 4°. 1578. 1583. legunt *amnis*; Antuerp. 1563. 1565. 1574. 1583., Ven. 1572. 1576. in fol. 1588., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Basil. 1578. *omnis*; Ven. 1579. 1599. *annis*; has aliasque varietates profert Lucas Brugensis in suis notationibus, cuius verba recitanda sunt: « *omnis*

» *reverti solet;* sic Hunnaei exemplar K signatum, quibusdam legi notat: sic Hentenii sex codices legunt; denique sic epanorthotes legendum docet; atque ista lectio » hebraeo conformis est. Quia vero obscurior » est, ab aliis atque aliis aliter atque aliter » mutata est. Nonnulli *omnis* cum *amnis* commutarunt: *quomodo amnis reverti solet;* ut » sensus sit: Sicut reverti solet amnis, posito, quod alvei altitudinem excedat, obstaculo. Ea est Brugensis, Lobiensis et » trium Hunnaei exemplarium H, L, O lectio. » Tostatus etiam eo modo in antigraphis quibusdam legit. Codex Societatis Iesu longus » *annis* scribit, in margine *amnis*. Quidam » *omnis* in *unus* transmutarunt: *quomodo unus* » *reverti solet;* sic enim Bessarionis exemplar, quod in Collegio theologorum maiori » adservatur, habet. Huic scripturae alii id » quod subaudiendum videbatur, addiderunt: » *quomodo unus homo reverti solet;* quod quia » perspicuo est sensu, codices plerosque invasit. Neque ab hebraicae scripturae sensu » alienum est; nam quod ad verbum ex hebraeo recte vertitur *secundum redire omnem,* » intelligi potest: Sicut unusquisque reverti » solet; tam facile quam unus quilibet revertitur. Verum prima latinorum codicum lectio *quomodo omnis reverti solet,* ut cum » hebraeo etiam voce consentit, ita nostro » interpreti merito adscribitur. Eam enim et » ea exemplaria, quae *amnis* legunt manifeste confirmant. Quidam autem plurali numero legunt *quomodo omnes reverti solent;* » ita habet scriptum Collegii atrebatensis » sericatum, quamquam *quo* pro *quomodo* » scribat. Auctor etiam hebraicarum quaestionum, atque ex eo Rabanus et Angelomus, ad eum modum legit, additque commentarium: Scilicet, sicut reverti solent » qui, amisso in praelio rege, revertuntur, » sic universus populus Israel revertetur ad » te. » Correctoria M et N suffragantur huic sententiae; nam prius notat: « Hebraeus et » antiqui habent *quomodo omnis reverti solet;* » Hieronymus *quomodo omnes reverti solent.* » Alterum vero adnotat: « *omnis,* scilicet vir » sive homo. » Denique notatio Toleti rationem hodiernae lectionis demonstrat dicit enim: « Quidam manuscripti legunt *omnis,* » et sic prior Congregatio. At impressi fere » omnes habent *unus.* In graeco est *sicut* » *sponsa revertitur ad sponsum;* in hebraeo » legitur *omnis,* sed aliter, nempe *cum re-* » *versus fuerit omnis homo, populus erit in* » *pace.* At si legamus ut in textu (Sixti V.) » non potest recipi *omnis.* » Verum hebraici textus verba, minus recte a Toleto prolata, obscuriora sunt, atque in eisdem interpretandis nec veteres nec recentiores interpretes consentiunt. Vide Calmetum et Maurerum.

5. *Chusai*—Sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, L 4., Q, R, S, U, Cas. plures, goth. leg., baver., Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all., Hugo *et Chusai;* favent hebraeus et graecus; de his qui scribunt *Chusi* aut *Husai* cf. ad XV, 32. Pro *Arachiten*, non pauci codd. et editt. *Arachitem.*

6. *ait Absalom* — Cod. F tacet *Absalom.* Pro *sermonem locutus est,* codd. E, I *locutus est sermonem;* cod. veron. interponit *quem.* Ante verba *quod das consilium?* codd. D 2. m., F, I, V, Cas. 1., baver., corbeiens. n. 3. praemittunt *tu quid dicis?* quod fortasse ex alia versione petitum est.

7. *Non est bonum*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, T, V, Cas. 15., gothic. legion., Bibl. Mog. 1462. tacent *est;* codd. R, Cas. 4. cum graeco addunt *hoc;* mox alii codices omittunt *quod.*

9. *Forsitan* — Cod. A 1. m. *Forsan.* Pro *quicumque,* Bibl. Antuerp. 1559. 1563. 1565. 1569., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Pseudo-Hieronymus *quaecumque.*

10. *fortissimus quisque*—Sixtini, codd. A, C, D, N, O, T, U, mediol., veron. *fortissimus quoque;* codd. H, L 2., Q, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., priores editt. Rob. Steph., all. *fortissimus ipse;* hebraeus והוא גם־בן־חיל; cod. F, Rabanus *fortissimus quique;* Pseudo-Hieronymus notat: « In hebraeo ita habetur

» *Et fortissimus ipse, cuius cor est quasi leo-* » *nis pavore solvetur?* quod non affirmando, » sed negando pronunciatum est. Fortissimus » iste David intelligendus est, quod et se- » quentia declarant *scit enim omnis Israel* » *fortem esse patrem tuum.* » Eadem falsa interpretatio habetur in cod. M, apud Rabanum et Angelomum; epanorthotes vero in cod. N scribit: « *Fortissimus quoque*, sic est secun- » dum hebraeum et antiquos, vel generaliter » quoad illos qui Absalomo adhaerebant, et » remissive; aut de David fortissimo et inter- » rogative legendum. » Pro *cuius cor*, codd. N, P *cui cor*. Cod. mediolan. post *scit* tacet *enim;* mox omittunt *omnis* codd. B, V 1. m. et cod. 93. Holmesii. Non legunt *populus* codd. C, H, L 2. (seu Q), priores editt. Rob. Steph., all., Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus; quibus concinunt hebraeus et veteres.

11. *Sed hoc* — Cod. E, Abulensis *Sed et hoc*. Pro *videtur rectum*, cod. S, Bibl. Ordin., Abulensis *rectum videtur*. Mox pro *Congregetur*, cod. H *ut congregetur;* et pro *Israel*, codd. Cas. 2. *populus;* codd. L, pauci Cas., antiquiores editt., Brev. gothic. l. c. *populus Israel*.

12. *inventus fuerit* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Hugo, Abulensis *fuerit inventus*. Pro *relinquemus*, cod. U *derelinquemus;* et pro *ne unum*, codd. D, E, F, G, R, S, V, antiquiores editiones, Hugo, *nec unum*.

13. *Quod si* — Hugo *Quia si*. Pro *omnis Israel*, cod. T *omnis domus Israel;* cod. alexandr. πᾶς ἀνὴρ Ἰσραήλ. Pro *civitati illi funes*, codd. B, U *civitatem illam funibus;* cod. K tacet *funes*. Ad verba *trahemus eam* cod. H notat « id est Davidem; » fortasse quia hebraeus legit וסחבנו אתו. Pro *ne calculus*, plerique codices et antiquiores editiones *nec calculus*.

14. *omnes viri* — Sixtini, codd. A, veron., goth. leg. *omnis vir;* consentiunt hebraeus et graecus. Post *Melius* tacent *est* sixtini, codd. A, C, D, F, G, K, S, T, U, V, Cas. 15. Pro *Domini autem*, cod. F *Domini enim*. Post verba *Achitophel utile* codd. B, F, V, Cas. 2. addunt *ut videretur consilium Husai bonum coram Absalom;* eadem habent Bibl. Ordin. et Hugo, sed post verba *super Absalom malum;* eadem leguntur in cod. I, excepto *et videbatur* pro *ut videretur;* tres codices apud Sabatierium legunt *ut videretur esse consilium Chusai bonum coram Absalom, et;* at vero neque hebraeus, neque graecus istud additamentum prae se ferunt.

15. *Sadoc, et Abiathar* — Codd. B, D *ad Sadoc, et ad Abiathar*. Pro *senioribus*, sixtini, codd. A, K *senibus*.

16. *cito* — Cod. B 1. m. tacet. Pro *Ne moréris*, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, O, S, T, U, V, Cas. plures, mediolan. *Ne moremini;* cod. I *Nemo remaneat;* cod. H notat hebraeum legere *Ne permaneas*. Pro *nocte hac*, codd. R, S, V, Bibl. Ordin. *hac nocte;* cod. U *in nocte hac*. Mox ante *dilatione* cod. Cas. 1. addit *ulla;* et pro *cum eo est*, cod. F *cum eo sunt*.

17. *Ionathas* — Plerique libri veteres *Ionathan*. Clementinae editiones *Fontem rogel;* non paucae aliae *fontem Rogel;* conf. ad Ios. XV, 7. Pro *referrent*, cod. B *ferrent;* cod. K mendose *reverterent*. Codd. F, P et Bibl. Lugdun. 1524. *videre*, pro *videri;* hebraicus textus להראות, quod significat illos non potuisse in publicum prodire, seu *conspiciendos se praebere;* unde Isidorus Clarius posuit *non enim audebant illi apparere*. Mox Bibl. Ord. tacent *aut;* nec legitur in hebraeo et graeco; sed conf. Holmesius; codd. C, V post *introire* addunt *in*.

18. *et indicavit* — Codd. A, T tacent *et*. Pro *concito*, cod. T *concitato*. Pro *domum*, cod. T et Angelomus *in domum;* Rabanus *in domo*. Pro *Bahurim*, quaedam veteres editiones *Bahuri;* Bibl. Ven. 1480., Basil. 1557., Paris. 1566. *Bathurim;* sunt quoque graeci codices legentes Βαθουρείμ; syrus vero ܒܝܬ ܚܘܪܝܢ; vel potius, uti habent optimi codices ܒܝܬ ܚܘܪܝܡ.

19. *ptisanas* — Codd. E, F, G, I, R, T 2. m., U, V, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471.,

Ven. 1479. 1480. 1483. 1494., all. *tipsanas;* cod. T 1. m. *tysanas;* cod. mediol. *ptisinas;* ipsum hebraicum verbum הרפות retinet alexandrinus interpres scribens ἀραφώθ; pauci codices ex Theodotione παλάθας; hos autem sequitur vetus interpres latinus ad marginem cod. goth. legion.; at recte Hieronymus cum Aquila et Symmacho posuit πτισάνας; agitur enim de hordei granis contusis. Rogerius Bacon *(opus maius, Lond. 1733. p. 56.)* de hac voce scribit: « Expositio famosa vocabulorum Bibliae, cui omnes adhaerent, nititur probare quod (in voce *ptisanas*) media sit producta, et auctor illius expositionis defendit se per versum Horatii *Tu cessas? Agedum, sume hoc ptisanarium oryzae*. Sed error est; nam sicut per omnes auctores probatur, numquam abscinditur in metro nisi una syllaba in fine dictionis; et ideo sic debet scandi *ptisanari oryzae,* ut haec syllaba *sa* brevietur, et haec syllaba *na* longetur. . . . Praeterea erratur in scriptura, nam in novis Bibliis habetur *tipsanas,* quod nihil est, et debet *p* anteponi sicut in hoc nomine *Ptolemaeus.* » Cf. auctor Mamotrecti. Pro *latuit res,* sixtini, codd. A, C, E, F, H, I, K, T, U, V, Rabanus, Petrus Com. *res latuit;* cod. D, Bibl. Lugdun. 1535. *latuit rex;* mendose.

20. *in domum, ad mulierem dixerunt* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, U, V *ad mulierem in domum, dixerunt;* consentiunt hebraeus et veteres; Dionysius carthus. *in domum mulieris, dixerunt;* idem erit sensus si cum antiquis plerisque editionibus legas *in domum ad mulierem, dixerunt;* Sixtus praetermisit notam interpunctionis, quae a clementinis editoribus, fortasse ex mendo typographorum loco non suo adiecta fuit. Sunt tamen nonnulli codices qui vel tacent *ad mulierem,* vel id transferunt post *dixerunt.* Post *Ubi* tacent *est* Bibl. Ordin. edit. Lugd. 1590. et Antuerp. 1634. Ante *respondit* omittunt *Et* codd. D, G, Cas. 2.; item syrus et arabs. Mox cod. B tacet *eis,* ut cod. 44. Holmesii.

Ibid. *Transierunt festinanter, gustata paululum aqua* — Omittunt vocem *festinanter* sixtini, codd. A, C, D, E, H, K, M, N, N*, O, R, T, Cas. 15., veron. et Abulensis; cod. N diserte notat: « Hebraeus et antiqui non ponunt *festinanter.* » Codd. F, U, V legunt *festinantes;* pro *aqua,* Bibl. Ordin. et Norimb. 1501. *aquae.* Animadverte hebraeum legere tantum עברו מיכל המים, *Transierunt rivulum aquae,* scilicet parum aquae habentem; alexandrinus interpretatur Παρῆλθαν μίκρον τοῦ ὕδατος, sed Alius in hexaplis habet Διεληλύθασι σπεύδοντες; utramque interpretationem Hieronymum coniunxisse censuit Schleusnerus in *Lex. V. T. tom. 3. pag. 561. et tom. 5. pag. 81.* At, ni fallimur, laudati testes demonstrant illud *festinanter* seriori aetate adiectum fuisse; graeca edit. Compl. Παρῆλθον γευσάμενοι μικρὸν τοῦ ὕδατος, sed codices non suffragantur, atque ex Vulgato id petitum videtur.

Ibid. *At hi qui quaerebant, cum non* — Cod. S et Hugo *At cum hi qui quaerebant eum; non;* item georg.; notat praeterea Hugo, alios pro *eum,* legere *eos;* ex nostris cod. I habet *At hi qui quaerebant eos, cum non;* accedunt armenus et slavon. ostrog. Nonnulli graeci addunt αὐτούς, sed post verbum *repperissent,* pro quo codd. D, R, S, margo Ord. et Dionysius carthus. habent *invenissent.* Pro *At,* codd. K, S, Bibl. Basil. 1544. Lugd. 1551. 1556. 1558., all. *Et.* Ante *Ierusalem* tacent *in* sixtini, codd. A, C, D, F, H, K, S, U, gothic. legion.

21. *et dixerunt* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, aliique fere omnes, Bibl. Ordin., Hugo *atque dixerunt.* Ante *transite* tacent *et* codd. D, K, M, R, S, T, V, Cas. plures, Abulensis; item cod. 70. Kennicotti et 121. Holmesii. Post *fluvium* cod. Cas. 1. addit *Iordanem;* codd. H, M et Pseudo-Hieronymus notant hebraeum pro *fluvium,* legere *aquam,* scilicet Iordanem; chaldaeus et cod. 182. Kennicotti legunt *Iordanem.*

22. *cum eo erat* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, aliique plures *erat cum eo.* Pro *dilucesceret,* Bibl. Paris. 1573. et Brev. goth. l. c.

illucesceret; addunt autem *antequam denudaretur verbum* codd. D 2. m., L, R, S, V, Cas. 6., sangerm. num. 7. et 9., corbeiens. num. 3., antiquiores editiones, Hugo, Brev. gothic. l. c.; his fere concinunt quae habent quatuor codices holmesiani seu Alius in hexaplis, nimirum *ἕως τοῦ μὴ ἀποκαλυφθῆναι τὸν λόγον*; ad haec autem animadvertit Schleusnerus in *Lex. V. T. t. 1. p. 366.* « Si ordinis verborum ratio habenda est, in » textu hebraico responderent verba עד־אחד » לא־נעדר, quae toto coelo invicem differunt. » Continent, si quid video, haec verba su» pervacuam observantionem librarii margini » olim adscriptam, qua docere voluit, cur iam » ante diluculum matutinum omnes transie» rint Iordanem, ne scilicet transitus ipsorum » hostibus innotesceret. Quod si recte a me » sumitur, loco *ἕως* (quod ex antecedentibus » irrepsisse videtur) fortasse legendum est » *ὡς* vel *ὅπως*. » Hinc recte codd. M, N, O et correctorium sorbonicum notant hebraeum et antiquos id non habere; Lucas autem Bru» gensis monet id esse spurium. Pro *ne unus,* codd. G, R, V 2. m., goth. leg. et antiquiores editiones *nec unus.* Mox codd. E, I *fuit residuus,* pro *residuus fuit.* Pro *transisset,* codd. D, O, R, V, Cas. 4., antiquiores editiones, Brev. goth. l. c. *transiret;* non male. Pro *fluvium,* cod. H notat hebraeum legere *Iordanem;* cod. E addit *cito;* ex versiculo superiori.

23. *consilium suum* — Cod. G *suum consilium;* codd. B 1. m., F tacent pronomen. Post *asinum* tacent *suum* codd. B, E; item hebraeus et chaldaeus, cuius latina versio perperam addit pronomen; cod. F legit *asinam suam;* graecus *τὴν ὄνον*. Pro *surrexitque,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, aliique fere omnes, Hugo *et surrexit;* Brev. gothic. l. c. *surrexit;* cod. B tacet. Post verba *in domum suam* tacet *et* cod. goth. leg.; item hebraeus et graecus; sed cf. De-Rossi et Holmesius. Pro *domo sua,* cod. B *in domo sua.*

24. *in Castra* — Cod. R *in castris;* sixtini et plures veteres editiones *in castra;* et sic habent mendose non paucae ex recentioribus Vulgati editionibus. At vero codd. H, M, Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Glossa interlinearis et Petrus Com. ex hebraeo notant heic sermonem esse de loco *Manaim* dicto, ubi Angeli obviaverunt Iacob, de quo Gen. XXXII, 2.; ad hunc autem locum Hieronymus III, 356. perspicue scribit: « Ubi hic » *Castra* posita sunt, in hebraeo habet *Ma» naim,* ut sciamus, si quando non interpre» tatum in alio loco ponitur, quem locum si» gnificet. » Cf. supra ad II, 8., Martianaeus in h. l. et Bukentopius p. 37.; veteres interpretes cum graeco *εἰς Μαναΐμ*. Pro *transivit* veteres fere omnes editiones *transiit,* quod ad fidem codicum sixtini mutarunt. Pro *omnes viri Israel,* codd. veron. et Cas. 11. *omnis vir Israel;* item hebraeus et graecus; Hugo *omnes viri eius;* cod. I tacet *omnes.* Cod. B pro *cum eo,* legit *qui erant cum eo.*

25. *filius viri* — Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., Lugdun. 1522. 1524. 1531., Norimb. 1529., Basil. 1530. 1544. 1557., Ven. 1538. 1544., all. *filius cuiusdam viri;* accedunt syrus et arabs; cod. V tacet *viri.* Pro *Ietra,* codd. P, S, Hugo *Iezra;* alii *Iecra;* plures *Iethra;* III Reg. II, 5. 32. I Paral. II, 17. scribitur *Iether.* Pro *Iesraeli,* antiquiores editiones *Iezreli;* alii *Iezraeli;* codd. G, I, Bibl. Lugd. 1531., Ven. 1544. *Israeli;* cod. H notat hebraeum legere *Israelites;* in cod. M legitur: « Hieronymus dicit hebraeum habere » *Ismaelites;* » sic enim habetur apud Pseudo-Hieronymum III, 779. id vero ad Paral. l. c. est referendum; nam nostro loco hebraeus legit הישׂראלי, de quo Schulzius a Maurero laudatus, scribit: « Manifesto corrupta lectio » est, neque enim, si Amasae pater Israe» lita fuerit, ratio patet, cur eum Israelitam » fuisse adnotarit scriptor sacer. Apud LXX. » variant codices, et vel *Ἰσμαηλίτην*, vel » *Ἰεζραηλίτην*, vel *Ἰσραηλίτην* exhibent. » Vulgatus habet *Iesraeli,* in quo tamen mi» rabile est *Iesrael* per *s* scribi, cum alias » semper apud eumdem *z* habere soleat. Lo» cus I Chron. II, 17. dirimit litem, ac » ישמעאלי legendum esse ostendit; qua le-

» ctione assumpta patet etiam ratio, cur » Amasae patrem Ismaelitam fuisse adnota- » rit scriptor; eum enim sine hoc indice, Is- » raelitam quisque reputaturus fuisset. » Consentit Sanctius. Cod. H notat hebraeum pro *Abigail*, legere *Abigal;* at non pauci codices hebraici apud De-Rossi in *Suppl. ad varr. lectt.* praeferunt hoc loco אביגיל ut supra III, 3. et I Paral. II, 16. Mox ad nomen *Naas* cod. M notat: « Iste Naas ipse est Isai » pater David, cuius filiae fuerunt Saruia » mater Ioab, et Abigail mater Amasae sicut » in Paral. legitur. » Pseudo-Hieronymus et Glossa interlinearis idem notant; complures autem graeci codd. habent Ἰεσσαί. Pro *Saruiae*, Bibl. Lugd. 1550., Ven. 1558. *Seruiae;* hebraeus צְרוּיָה Cod. H notat hebraeum non legere verba *quae fuit;* cod. B legit *quae erat.*

27. *in Castra* — Id est *in Manaim*, inquit Pseudo-Hieronymus et Angelomus; cf. supra ad v. 24.; codd. B, F 1. m., G, V, Cas. plures, goth. leg., sangerman. n. 7., corbeiens. n. 3. secunda manu, Rabanus, Petrus Dam. CXLIV, 285. addunt *Madian;* quod profecto spurium est. Ad nomen *Sobi* cod. M ex Pseudo-Hieronymo notat: « Istum Sobi, fratrem » Anon, quem occidit David propter iniu- » riam quam fecerat, constituit David in lo- » cum fratris sui. » Pro *Ammihel*, veteres libri non pauci *Amihel;* alii *Ammiel*, uti habet Vulgatus supra IX, 4. 5.; cf. ad Num. XIII, 13. Pro *Berzellai*, cod. mediol. legit *Bergellai*, et sic deinceps. Pro *de Rogelim*, quaedam veteres editt. mendose *de Rogeli.*

28. *obtulerunt ei* — Cod. mediol. *obtulerunt eis.* Tacent *et* ante *farinam* cod. F et Petrus Dam. l. c.; item ante *polentam* sixtini, codd. A, C, D, E, F, I, K, T, U, Rabanus; mendose reticetur nexus in latina versione ex graeco in polyglottis londinensibus; cod. B legit *et pulmentum;* Aquila et Symmachus καὶ φρυκτόν, sed alexandrinus καὶ ἄλφιτον; hebraice est וקלי quod denotat *frixum* seu *tostum*, nimirum tritici hordeique grana cum spicis tosta. Pro *lentem*, cod. B *lentum.* Rursum tacent *et* ante *frixum* codd. A, B, C, D, E, H, I, K, T, U, Rabanus; addunt autem *oleo* codd. B, L, Hugo et plures ex antiquioribus editionibus; cod. H notat: « Hebraeus non » habet *frixum cicer*, sed *polentum* (sic). » Scilicet in hebraico textu rursum legitur וקלי, de quo supra.

29. *et mel* — Tacent *et* sixtini et cod. A. Post *oves* Petrus Dam. addit *etiam;* hebraeus et veteres habent nexum. Pro *cum eo erat*, codd. D, E, F, R *cum eo erant;* et pro *enim sunt*, codd. D, O, U, V *sunt enim.* Pro *fatigari*, cod. G et Alfonsus Tostatus *periclitari.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XVII, 3. *et revertetur omnis populus* (codd. ἐπιστρέψει πᾶς ὁ λαός) *ad te, sicut revertitur uxor* (at graecus νύμφη) *ad virum suum. . . . 8. et amari sunt animis* (codd. ταῖς ψυχαῖς) *suis, et sunt* (codd. καὶ εἰσίν) *sicut ursus qui a bove stimulatur in campo* [Alias *ab aestu*] (codd. habent παροιστρῶσα; at quid sibi vult *a bove*, vel *ab aestu?*) . . . 9. *Et ecce ipse absconsus est in uno praesepio* (codd. τῶν αὐλώνων; num inde utcumque eruit *praesepio?*), *aut in uno loco ex lucis. . . .* 13. *ut non inveniatur ibi conversatio* (pauci codd. μὴ εὑρέθη ἐκεῖ συστροφή.) . . . 16. *Noli ire noctu contra occasum in heremum, sed transiens transi aquam* (ergo sequutus est codd. legentes πορεύου . . . κατὰ δυσμάς . . . διαβαίνων διάβηθι τὰ ὕδατα.) . . . 18. *in Bethcorron* (codd. ἐν Βαιθχόῤῥων.) . . . 19. *et siccabat* (codd. ἔψυχεν) *super illum palathas; et non est rescitum verbum . . .* 23. *et commendavit domum suam, et suspendit se. . . .* 28. *Attulerunt X. dormitoria duplicia, et lectos X. et* vasa *amphorarum, et frumentum, et hordeum, et farinam, et lenticulam et polentam,* 29. *et mel, et butyrum, et oves, et lactantes vitulos. Obtulerunt David et populo qui cum eo erat, ut comederent.*

Cap. XVIII, 1. *considerato* — Cod. H notat hebraeum legere *dinumerato;* margo Ordin. *numerato.* Pro *super eos*, codd. F, T *super eosdem;* codd. B, C, D, V, Cas. 8., goth. leg.,

mediol., Brev. gothic. pag. 320., Dionysius carth., Abulensis *super eum;* item duo codd. holmesiani.

2. *et dedit* — Tacent *et* cod. mediolan. et Bibl. Lugd. 1535. Pro *sub manu*, codd. A, F, T, U, goth. leg., mediol. et canon Martianaei *in manu;* favent hebraeus et graecus. Secundo et tertio loco tacent *partem* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1524., Basil. 1530., Hugo, all.

3. *sive enim* — Cod. B *si enim;* neque obstant hebraeus et graecus. Pro *ad eos de nobis pertinebit*, cod. C *pertinebit de nobis ad eos*. Pro *sive media*, Brev. gothic. l. c. *sive enim media;* et pro *e nobis*, codd. V, mediol., Dionysius carth. *de nobis*. Mox post verba *tu unus* addunt *solus* cod. L, antiquiores editiones, Brev. goth. l. c., Glossa interlinearis; at recte monet Lucas Brugensis illud *unus* positum esse pro *solus*, ac proinde superfluum esse additamentum. Sensus est: Si fugeremus, vel si dimidia pars nostrum periret, hostes id non magni facerent: te vero si deprehenderint, actum esse de nobis gloriabuntur; tu enim decem millia nostrum aequas. Pro *praesidio*, codd. E, T *praesidium*.

4. *videtur rectum*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Dionysius carthus., Abulensis *rectum videtur;* cod. S *videtur iustum*. Pro *egrediebaturque*, cod. E *egrediebatur quoque*.

5. *principibus*—Codd. B, F, V, Cas. 1. addunt *Israel;* at perperam.

6. *et factum est* — Cod. D addit *ibi*.

7. *ab exercitu* — Cod. H notat hebraeum legere *a servis*. Mox post *factaque est* addunt *ibi* sixtini, codd. A, K, mediolan.; item hebraeus, chaldaeus, syrus.

8. *Fuit autem ibi praelium* — Cod. B *Fuit ibi praelium autem*. Pro *omnis*, cod. U *universae;* et pro *in die illa*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, T, U, Hugo *in die illo;* Pseudo-Hieronymus, et ex eodem, Rabanus et Angelomus *in bello*.

9. *sedens mulo* — Cod. F et Petrus Dam., CXLV, 626. *sedens in mulo;* cod. T *sedens mulum;* cf. ad Num. XXII, 22. Iudic. I, 14. Pro *condensam*, codd. Cas. 2. *unam condensam*. Ante *magnam* tacent *et* codd. F, T; item hebraeus et veteres. Pro *insederat*, sixtini, codd. A, C, D, O, T, U *sederat;* codd. F, K *sedebat;* codd. B, Cas. 14., Abulensis *insedebat;* Bibl. Ven. 1479. *insiderat*.

10. *pendere de* — Bibl. Ord. *pendentem de;* favent hebraeus et veteres; codd. F 1. m., U *pendere;* codd. F 2. m., G *pendere in*.

11. *nunciaverat*—Cod. T *nunciabat;* favent hebraeus et graecus. Cod. H notat hebraeum pro *argenti siclos*, legere *argenteos*.

12. *Qui dixit* — Codd. Cas. 2. *Et dixit*. Pro *appenderes*, codd. C, R, T *adpenderis;* hebraeus legit אנכי שֹׁקֵל; et sensus est: Etiamsi in manibus meis *librare possem* mille siclos, id est, si *mihi appenderentur*. Mox cod. F tacet *nobis*.

13. *Sed et si* — Cod. veron. *Sed si*. Pro *regem latere*, cod. mediol. *regem celare;* cod. T *regi latere*. In fine versiculi post verba *ex adverso* clementinae editiones habent notam interrogationis, quam adposuit Sixtus; at non item veteres libri; immo neque hebraeus, neque graecus, aut ullus ex antiquis interpretibus exprimit interrogationem; conf. Bukentopius pag. 176.; nam sensus est: Si id fecissem, tu ipse ex adversa parte stares, contra me surgeres, me accusares. Neque enim sacri textus verba admittere possunt interpretationem, quam proferunt Malvenda, Menochius aliique *Fieresne patronus meus?*

14. *Non sicut tu vis* — Sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, C, T, veron. *Non sicuti vis;* cod. D addit *ita erit*, cod. V *ita est*. Post verba *Tulit ergo* addunt *Ioab* codd. B, C, E, F, G, I, L 9., R, S, U, V, Cas. 8., antiquiores editiones, Brev. gothic. pag. 321., Pseudo-Hieronymus; accedunt graecus, syrus, arabs et cod. 250. Kennicotti. Pro *cumque adhuc*, cod. H ex hebraeo et Pseudo-Hieronymus *quum adhuc;* cod. U addit *ille;* hebraeus legit עודנו חי; hinc margo Ordin. et cod. H notant hebraeum pro *palpitaret*, legere *vive-*

ret. Pro *in quercu*, codd. F, I, V, Pseudo-Hieronymus *quercui*.

15. *cucurrerunt decem iuvenes* — Cod. H notat hebraeum legere *et cucurrerunt decem pueri*.

16. *Ioab buccina* — Cod. F *buccina Ioab;* cod. Cas. 1. tacet *Ioab*. Ante *volens* Bibl. Rom. 1471. addunt *et*. Cod. H notat hebraeum pro *multitudini*, legere *populo*.

17. *in saltu*—Codd. F, I, veron., Pseudo-Hieronymus *in saltum*.

18. *Non habeo*—Bibl. Ven. 1479. *Non habebo*. Pro *monimentum*, codd. Cas. 2. *in monimentum;* all. cum cod. A *monumentum*. Mox pro *nomine suo*, cod. C, Bibl. Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Basil. 1530., all. *nomini suo;* codd. B, F, V, baver. rursum addunt *monimentum nominis mei*. Pro *appellatur*, cod. A *appellavit;* favet graecus, sed cf. Holmesius. Mox mendose in Bibliis Sixti *Absalon*, quod Rocca emendavit. Pro *ad hanc diem*, cod. H et Dionysius carthus. *in diem hanc;* Bibl. Lugdun. 1513. 1526. 1535., Norimb. 1529., all. *in hanc diem;* cod. V, Pseudo-Hieronymus *in hunc diem;* cod. C *in hodiernum diem*.

Non abs re erit proferre quaestionem, quam solvit Claudius taurinensis CIV, 819. praesertim cum ad veteris italae versionem, quae nobis hoc loco deerat, instaurandam manuducat. At quaedam sunt scriptorum vitio apud Claudium depravata, quae castigare conabimur; inquit igitur: « Quaeris quare de » Absalon Scriptura dicat post mortem eius, » quod *erexit sibi titulum dicens: Non habeo* » *filium;* cum in hoc libro scriptum habea» tur (XIV, 27.) quod *tres* habuerit *filios*, et » *unam filiam nomine Thamar eleganti forma.* » Recapitulando enim haec scriptor historiae » huius, post mortem videlicet Absalon, ista » recapitulavit. Non quod tunc factum fuerit, » sed quod factum olim fuerat antequam fi» lios haberet; et quia desperaverat se posse » habere filios, idcirco in modum Capitolii » titulum nominis sui erexerat; quem, sicut » Scriptura dicit, appellavit *Manus Absalon.* » Congruit huic assertioni nostrae antiqua » translatio, quae dicit quod *cum adhuc vi-* » *veret Absalon statuerit stelam manu factam* » *in valle regis, quoniam dixit: Non est mihi* » *filius, ut commemoret nomen meum. Et vo-* » *cavit eam stelam* (id est, statuam illam, » quam fecerat) *in nomine suo et nominavit* » *hanc stelam Manus Absalon usque in hodier-* » *nam diem. Stelam* diminutivo vocabulo pro » *statua* posuit, quasi *statuellam* vel *staturel-* » *lam* (nota verba; apud Cangium habes tan» tum *statuncula* et *staticulum*) super opus » Capitolii, quam superius *titulum* nomina» vit. » Graecae versionis codices in hoc versiculo mire depravati sunt; at si abiiciantur nonnulla quae in plerisque superfluunt, atque assumantur alia, quae in paucis servata leguntur, alexandrini interpretis textum laudatae veteri latinae versioni consentaneum reperiemus: Καὶ Ἀβεσσαλὼμ ἔτι ζῶν ἔστησεν τὴν στήλην χεῖρα (num χειροποιητήν?) ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ βασιλέως, ὅτι εἶπεν· οὐκ ἔστιν μοι υἱὸς ἕνεκα τοῦ ἀναμνῆσαι τὸ ὄνομά μου· καὶ ἐκάλεσε τὴν στήλην ταύτην ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ ἐκάλεσε τὴν στήλην Χεὶρ Ἀβεσσαλὼμ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. Animadverte tamen nos in latino posuisse *stelam* quoties apud Claudium legitur *stellam;* est enim graece τὴν στήλην, quod latine *stela, statua, titulus*, seu, uti habet margo cod. goth. legion., *stilus* vel *columna*. At cur auctor dixerit *stelam* vel *stellam* diminutivum esse vocabulum, viderint alii. Denique ne quis propter Holmesii silentium, suspicetur hoc loco mendosam esse graeci codicis vaticani editionem a Maio adornatam, quae verbum ἔλαβε praetermittit, testamur istud re vera in codice deesse.

19. *Sadoc* — Vallarsius mendose *Sodoc;* antiquiores editiones *Sadoch*. Pro *fecerit ei*, codd. U, V *ei fecerit;* et pro *Dominus*, codd. N*, S, Cas. 1., antiquiores editiones, Brev. goth. l. c. *Deus;* cod. N notat: « Hebraeus et » antiqui habent *Dominus*. »

20. *eris nuncius* — Codd. F, Cas. 1. addunt *bonus;* Isidorus Clarius *eris vir boni nuntii;*

verbum בשׂר in sequentibus a Vulgato exponitur de laeto nuncio; graecus ἀνὴρ εὐαγγελίας; et mox laudati codd. tacent *in*. Pro *est mortuus*, cod. F, Pseudo-Hieronymus, Petrus Com., Dionysius carth. *mortuus est*.

21. *Chusi*—Bibl. Paris. 1533. 1541., Lugdun. 1535., all. *Chusai;* cod. M notat: « Iste » *Chusi* non est ille *Chusi* amicus David, » de quo supra, sed quidam aethiops. » Et cod. N: « Non est ille *Chusai*, sed *aethiops* » interpretatur, mortis nuncio dignus; unde » et nomen appellativum dicit illud Hierony- » mus (III, 780.). » Praeterea in cod. N* additur: « Semper hic dicitur *Chusi;* sed in » antiquis prima vel secunda littera cancel- » lata est ut dicatur *Husi*, vel *Cusi*. » Denique cod. P de hoc nomine habet: « Iste *Chusi* » non est ille, qui consilium dedit pro Da- » vid, sed alius; unde ille potius vocatur » *Chusai*. » Cf. ad XV, 32. Ante *nuncia* cod. K tacet *et;* item hebraeus et veteres. Pro *Adoravit*, cod. T *Et adoravit;* consentiunt hebraeus et graecus.

22. *ego curram*—Codd. R, S, antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c. *ego curro*. Post verba *fili mi* addunt *veni huc* Sixtus, codd. B, F, G, N*, R, S, V, veteres omnes editiones, Brev. goth. l. c.; at merito id expunxerunt sixtini et gregoriani, quibus antiquiores codices suffragantur; hinc correctoria M, N, O testantur hebraeum et antiquos non legere *veni huc;* Toletus vero scribit: « He- » braeus, graecus, manuscripti et utraque » Congregatio id non habent. » At vero graecus habet δεῦρο, ex quo ortum est illud *veni huc;* sed in quibusdam graecis codicibus δεῦρο reiicitur; et recte quidem; nam est alius interpretis gemina versio vocis לכה. Pro *non eris*, cod. U *non enim eris;* favent hebraeus, chaldaeus et pauci graeci codices. Cod. F 1. m. tacet *baiulus*. Haec interpretis locutio mira visa est Mazochio (*Spicil. bibl. II, 155.*), qui tamen eamdem quandoque a sequioris aetatis scriptoribus usurpatam asserit. Verum apud Hieronymum (I, 16. 40. et alibi) saepius occurrit, quemadmodum animadvertunt lipsienses editores Lexici Forcellini.

23. *Quid enim*—Cod. mediol. *Quid etiam*. Pro *cucurrero*, cod. G *curro;* alii pauci mendose *currero*. Mox codd. I, veron. tacent *ei;* item cod. 44. Holmesii.

24. *currentem solum* — Cod. R et Bibl. Ordin. *solum currentem*.

25. *bonus est nuncius*—Cod. H notat hebraeum non legere *bonus;* at בשׂורה significat *laetum nuncium;* adeoque nil superfluit in Vulgato; cf. Mariana.

26. *hominem alterum*—Bibl. Rob. Steph. 1545. 1546. 1555., Lugdun. 1556. 1566., Basil. 1578. *alterum hominem*. Pro *Apparet mihi alter homo*, sixtini legunt tantum *Apparet homo;* hebraeus הנה־איש; codd. A, B 1. m., D, I, T, U, Cas. 14., mediol., veron. *Apparet mihi homo;* codd. F, H, K, V, Petrus Com. *Apparet mihi homo alter;* graecus Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἕτερος. Post *Dixitque* codd. R, S, Cas. 1. addunt *ei*. Cod. H notat hebraeum pro *Et iste bonus est nuncius*, legere *Etiam et iste nuntius;* conf. vers. 25.; cod. U, Bibl. Ordin. *Et iste est bonus nuncius*.

27. *nuncium portans bonum*—Codd. F, I *bonum nuncium portans*.

28. *Salve rex*—Legunt tantum *Salve* sixtini, codd. A, T, veron.; Toletus quoque notat: « Manuscripti et prior Congregatio non » legunt *rex*. » Cod. H, Isidorus Clarius et margo Ordin. ex hebraeo *Pax*, nempe in sacro textu legitur שלום; mox vero cod. H notat hebraeum non legere *coram eo*. Cod. veron. post *Deus* tacet *tuus*. Pro *conclusit homines*, cod. mediolan. *clusit homines;* cod. B *conclusit omnes*. Sixtini cum cod. A pro *levaverunt*, praeferunt *levaverant*.

29. *Vidi tumultum*—Codd. K, L 9., N* 1. m., P, R, S, Cas. 2. *Vidi tumulum;* cod. M notat: « Lege *Vidi tumultum;* alii *Audivi tu-* » *multum;* quidam *Vidi tumulum*. » Consentit Liranus, qui aperte scribit: « Aliqui libri » habent *tumulum*, et male; quia hebraica » veritas et libri correcti habent *tumultum*, » et accipitur *vidi* pro *audivi*, sicut Exod.

» XX, 18. quasi diceret: Tantus erat ibi tu- » multus, quod ego non potui audire seu » perspicere quid esset factum de Absalom. » Sed mentiebatur ne regem offenderet. » Concinunt correctoria N, O, Magdalius et Lucas Brugensis. Attamen Alius in hexaplis, ex quo id habent pauci graeci codd., Ἤκουσα ἦχον. Mox cod. H notat hebraeum pro *aliud*, legere *quid*.

30. *Transi, ait* — Codd. R, T *ait: Transi*. Pro *transisset*, codd. G, veron. *transiret*.

31. *surrexerunt* — Sixtini, codd. A, E, I, S *surrexerant*.

32. *sicut puer* — Cod. veron. addit *Absalom*. Post *inimici* cod. F addit *tui;* accedunt syrus, arabs et cod. 246. Holmesii. Pro *adversus eum*, cod. F *adversum te;* consentiunt hebraeus et veteres, excepto graeco, de quo conf. Holmesius.

33. *coenaculum* — Cod. F *in coenaculum*. Post *flevit* cod. E addit *Absalom;* accedit slav. ostrog. Pro *Fili mi Absalom, Absalom fili mi*, sixtini, codd. A, H, I, T, mediol. *Fili mi Absalom, Fili mi Absalom;* hebraeus et veteres *Fili mi Absalom, fili mi, fili mi Absalom;* codd. F, K, Petrus Com. legunt semel *Fili mi Absalom*. Pro *moriar*, Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Compl., all. *morior*. Postremo cod. mediol. tacet *fili mi Absalom;* item syrus et arabs; sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, K, veron. omittunt ultimo loco *Absalom*, consentanee hebraeo et graeco.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XVIII, 5. *Parcite filio meo Absalom.* . . . 18. *et vocavit stilum nomine suo* [Alias, *et vocavit columnam*] . . . 22. *Non sunt tibi data evangelia* (graece εὐαγγέλια) . . . 31. *Bene evangelizo tibi, domine mi rex.*

Cap. XIX, 1. *filium suum* — Cod. H notat hebraeum legere *super Absalom*.

2. *victoria in luctum in die illa* — Sixtini, codd. A, C, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, Bibl. Ord., all. *victoria in die illa in luctum;* idem est ordo in hebraeo et graeco; nonnulli ante *die* tacent *in;* cod. H notat hebraeum pro *victoria*, legere *salus;* cod. V legit *victoria in die illa in fletum et luctum*. Post *omni populo* Bibl. Ordin. addunt *suo;* et post *Dolet* cod. F habet *enim*.

3. *declinavit* — Sixtini, codd. A, C, E, F, H, I, R, T, U, Cas. 6., mediolan. *declinabat;* gregoriani prima manu *declinaverat*. Pro *in die illa ingredi*, cod. T *ingredi in die illa;* et pro *versus*, codd. Cas. 13. *reversus;* cod. veron. *aversus;* verbum נכלם significat *pudore suffusus*. Pro *de praelio*, cod. U *in praelio;* favent hebraeus et graecus.

4. *fili mi, fili mi* — Legunt semel *fili mi* Sixtus, codd. B, D, E, I, F, R, S, T, U, V, veteres editiones, Brev. gothic. pag. 321.; hanc autem lectionem Vallarsius Vulgato tribuere non debuisset, etsi in mendosa Calmeti editione reperiatur; hodierna lectio a sixtinis et gregorianis invecta fuit, quibus optimae notae codices consentiunt; Toletus scribit: « Adde *fili mi;* sic hebraeus, graecus, manu- » scripti et Congregatio. » item Bukentopius pag. 406. Verum ad graecum quod pertinet, leguntur quidem repetita illa verba in editione Complut. paucisque codicibus, at non item in sixtina editione cui fere omnia exemplaria graeca consentiunt.

5. *Ingressus . . . dixit* — Codd. A, B, C 1. m., E, G, I *Ingressus est . . . et dixit;* favent hebraeus et veteres; pro *in domum*, codd. A, E, T *in domo;* cod. N *domum;* hebraeus הבית, at cf. De-Rossi. Cod. H notat hebraeum pro *salvam fecerunt*, legere *eruerunt*. Pro *et animam*, ter repetitum, codd. Cas. 3. *et animas;* item armenus, georg. et slavon. ostrog.

6. *Diligis* — Codd. A, G, T *Diliges;* cod. veron. *Diligens;* et pro *habes*, cod. veron. *habens;* cod. F *habebis*. Cod. H notat hebraeum pro *ostendisti hodie quia non curas de ducibus tuis, et de servis tuis*, legere *nuntiasti hodie, quia non sint tibi duces et servi;* cod. B tacet verba *et de servis tuis*. Pro *cognovi*, codd. Cas. 2. *cognovimus*. Mox pro *et omnes nos*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, V, Abulensis *et nos omnes*. Rursum

cod. H notat hebraeum pro *tibi*, legere *in oculis tuis*.

7. *Nunc igitur* — Brev. gothic. l. c. *Nunc ergo*. Cod. H notat hebraeum legere *iuravi enim in Dominum*, pro *iuro enim tibi per Dominum;* ad haec autem codd. corbeiens. n. 3., sangerm. n. 7. secunda manu addunt *quia sic iuraverunt;* ita habet quoque vetus latina versio ad marginem cod. goth. legion.; idque conferri potest cum graeco Compl. ὀμωμόκασιν, cui pauci graeci codices consentiunt. Pro *ne unus*, codd. F, V, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1492. 1497., Brix. 1496., Paris. 1541. 1566., all. *nec unus;* et pro *sit*, cod. T *est*. Pro *erit hoc tibi*, codd. F, S *hoc erit tibi;* cod. H *hoc tibi erit;* Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501. tacent *hoc*.

8. *universa multitudo* — Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus *universus populus;* cod. H notat hebraeum legere *omnis populus*.

9. *Omnis quoque* — Codd. F 1. m., Cas. 13. *Omnis autem;* cod. K *Omnisque*. Pro *certabat*, codd. B, D, F, U *certabatur;* sunt enim qui existimant istud verbum adhiberi quandoque deponentis forma, uti est apud Hygin. fab. 273.; cod. H notat hebraeum legere *iudicabat;* nimirum scholiastes confundebat דין *iudicavit*, cum דון unde נדון quod est *litigabat, disceptabat*, quo etiam sensu graecus interpres posuit κρινόμενος vel διακρινόμενος. Pro *in cunctis tribubus*, cod. Cas. 1. *in cunctis finibus;* et pro *de manu*, quod bis occurrit, utrobique codd. V, Cas. 13. *de manibus;* et pro *salvavit*, codd. F, G *salvabit*.

10. *super nos* — Codd. D, I *nobis;* codd. G, S, Cas. 3. addunt *regem*, quod in codd. N, O expungitur; attamen Alius in hexaplis habet ἐφ' ἑαυτοὺς εἰς βασιλέα, cui accedunt pauci codices holmesiani, arabs, georg., slavonic. ostrog., neque abludit syrus. Pro *reducitis regem*, cod. F *reducetis regem;* hoc loco Sixtus, codd. B, F, G, I, N*, R, S, U, V, pauci Casin., sangerman. n. 7., margo corbeiens. num. 3., veteres fere omnes editiones, Hugo addunt *Et consilium totius Israel venit ad regem;* id vero in graeca versione sic est expressum Καὶ τὸ ῥῆμα παντὸς Ἰσραὴλ ἦλθε πρὸς τὸν βασιλέα, quae verba (excepto τὸ ῥῆμα, cuius loco sufficitur λόγος) rursum leguntur in sequenti versiculo, ubi idem occurrit quoque in hebraeo, chaldaeo et Vulgato; at vero quum graeci codices plerique in sequenti versiculo haec verba praetermittant, quumque ex orationis serie plures censuerint illa commodiori loco heic potius quam in sequentibus ponenda esse; manifestum est nil aliud esse additamentum de quo agimus, nisi geminam versionem illius sententiae quam Vulgatus cum hebraico textu habet in sequenti versiculo, e quo a graecis remota fuerat, atque huc translata ut planior evaderet contextus. Hinc merito illud additamentum a sixtinis confossum fuit; optimi quoque et vetustiores latini codices illud ignorant, quod iam a Roberto Stephano, Hentenio et Luca Brugense adnotatum fuerat; quibus accedit Toletus, cuius haec sunt verba: « Non leguntur haec in hebraeo, Com» plut., Reg., manuscriptis; et utraque Con» gregatio expunxit. Sunt tamen apud LXX. » et in Ord. » Etsi porro Toletus utrique Congregationi hanc sententiam adscribat, tamen ex codice columnensi gregoriani incerti fuisse nihilque definisse videntur. Hoc loco adnotare iuvat graeci codicis vaticani 1209. auctoritatem mendosissime prolatam fuisse ab Holmesio, qui vers. 10. et 11. eidem hanc tribuit lectionem: καὶ νῦν ἱνατί ὑμεῖς κωφεύετε τοῦ ἐπιστρέψαι πρὸς τὸν βασιλέα εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ λόγος παντὸς Ἰσραήλ. Nam, ipso codice collato (fol. 384.), testamur hoc loco accuratissime editum fuisse a Maio; legit enim: καὶ νῦν ἵνα τί ὑμεῖς κωφεύετε τοῦ ἐπιστρέψαι πρὸς τὸν βασιλέα; καὶ τὸ ῥῆμα παντὸς Ἰσραὴλ ἦλθεν πρὸς τὸν βασιλέα. Καὶ ὁ βασιλεὺς Δαυεὶδ ἀπέστειλεν (hoc verbum deest in cod. alexandrino, qui in reliquis cum vaticano consentit) πρὸς Σαδὼκ καὶ Ἀβιάθαρ τοὺς ἱερεῖς, λέγων· λαλήσατε πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους Ἰούδα, λέγοντες· ἵνα τί

γείνεσθε ἔσχατοι τοῦ ἐπιστρέψαι πρὸς τὸν βασιλέα εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ; καὶ λόγος παντὸς Ἰσραὴλ ἦλθεν πρὸς τὸν βασιλέα. Dein pergit vers. 12. Ἀδελφοί μοι (non μου, ut habet Maius) κ. τ. λ.

11. *et Abiathar* — Codd. A, B, C, D, aliique fere universi cum Bibl. Ord. *et ad Abiathar*. Pro *Cur venitis*, codd. C, D, E, F, N, O, R, V, Cas. 6., veron., Bibl. Ordin., Lugd. 1522. 1524., Basil. 1530., all., Hugo *Cur venistis*. Post *Sermo* Bibl. Ordin. edit. Lugd. 1590. et Ant. 1634. tacent *autem*. Pro *pervenerat*, cod. H et Pseudo-Hieronymus III, 781. *pervenit*.

Ibid. *ad regem in domo eius* — Praeter ea quae de hac pericopa ad superiorem versiculum praescripsimus, eamdem variis modis fuisse vitiatam demonstramus: nam 1°. post verba *ad regem* codd. B, C, F, G, I, R, S, V, sangerm. n. 7. et 9., corbeiens. n. 3., Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1524. 1526. 1542., Basil. 1530., Paris. 1533. 1534. 1541. in 16°., Hugo, Dionys. carthus. addunt *ut reducerent eum;* codd. N*, U, Bibl. Paris. 1541. in fol., 1566. 1573. *ut reduceret eum;* nonnulli codd. Cas. *ut reducerent regem;* at huiusmodi additamentum in correctoriis M, N, O abiicitur; et merito; quum enim in superiori membro id esset expressum, librarii hoc loco repetendum temere censuerant. 2°. Pro *in domo eius,* codd. B, F, G, I, M, N*, R, S, V, Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1524. 1526. 1535., Norimb. 1529., Basil. 1530., priores editt. Rob. Steph., all., Isidorus Clarius *in domum eius;* codd. C, Cas. plures, sangerman. n. 7. et 9., corbeiens. num. 3., Bibl. Paris. 1541. 1566. 1573. *in domum suam;* huius autem varietatis ratio manifeste pendet ex additamento de quo superius verba fecimus. 3°. Addunt *quia dixerat rex: Haec dicetis ad populum* codd. B, D 2. m., F, G, I, N*, R, S, U, V, Cas. plures, goth. legion., sangerm. n. 7. et 9., corbeiens. num. 3., antiquiores omnes editiones et Brev. gothic. p. 323.; at margo codicis V notat haec in hebraeo et antiquis non legi. 4°. Denique addunt *quia dixerat rex: Haec dicetis ad populum Iuda* Sixtus, Biblia Ordin., Lugdun. 1522. 1524., Basil. 1530., editt. Roberti Steph. et Lovan., et reliquae quae inde ortae sunt. At vero istud additamentum recte expunxerunt, idque probat etiam Lucas Brugensis, correctoria M, N, O, sorbonicum, sixtini, gregoriani et Toletus, qui notat: « Non habent ista hebraeus, » graecus, manuscripti; et utraque Congre- » gatio expunxit. Sunt tamen in Complut. et » Reg. » Sed Complut. et Reg. sequuntur antiquiores editiones, ac tacent nomen *Iuda*. Cod. M ex Pseudo-Hieronymo haec notat: « Hebraeus ita habet: *Cur venitis* (Pseudo- » Hieron. *estis,* hebr. תהיו) *novissimi ad re-* » *ducendum regem in domum suam?* Dein » subiungendum est, dicit Hieronymus: *Fra-* » *tres mei vos, os meum, et caro mea vos,* » *quare* (Pseudo-Hieron. *cur*) *novissimi re-* » *ducitis regem?* Et postea (Vallarsius *per* » *ea*) intelligendum est mandasse illum, eo » quod *Sermo omnis Israel* iam *pervenerat* » (Pseudo-Hieronymus *dicens: Sermo omnis* » *Israel pervenit*) *ad regem in domo eius;* » subauditur autem *ut eum reducerent.* » Ne quis vero inde occasionem errandi haberet transferendo verba *Sermo autem omnis Israel* etc. post versiculum 12., epanorthotes in cod. N adnotat: « Interpunctio illa, quae » est de Israel, legatur ante illa, quae de » Iuda dicuntur. »

12. *os meum*—Cod. goth. leg. *et os meum;* accedunt syrus, arabs, georg., slav. ostrog., cod. 123. Holmesii et catena Niceph. Pro *reducitis*, cod. C *reducetis;* favet hebraeus.

13. *Nonne os meum, et caro mea es?* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, S, T, U, antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c. *Nonne os meum es, et caro mea?* Cod. H notat hebraeum pro *omni tempore*, legere *omnibus diebus*. Mox loco *pro Ioab*, codd. G, R, S, Cas. 1. *post Ioab;* item Hugo, qui notat: « Id est, secundus a Ioab; quasi dicat Ioab » erit primus, et tu secundus. Aliqui libri » habent *pro Ioab*, id est, loco Ioab. » Magdalius Gaudensis animadvertit hebraicam di-

ctionem תחת aequivocam esse; atque aliquando significare *pro*, aliquando *sub*; qua de re fuse disputat Dionysius carthus., qui tamen ex contextu receptam lectionem recte tuetur, quam probat etiam Maurerus contra Schulzium, aliosque; in cod. M adnotatur: « *pro Ioab;* alii *post Ioab*, id est, secundus » a Ioab; sed infra (XX, 11.) dicitur *iste est » qui voluit esse pro Ioab.* »

14. *virorum Iuda* — Codd. R, S, Cas. 1. *virorum de Iuda.*

15. *reversus est rex* — Cod. F tacet *rex.* Pro *usque ad Iordanem*, cod. C, antiquiores editiones et Brev. goth. l. c. *usque Iordanem;* cod. V *ad Iordanem.* Mox tacent *omnis* sixtini, codd. A, C, D, E, H, I, K, L 6., M, O, Q, R, T, Cas. 15., mediol., veron.; item hebraeus et veteres; nam graeco Complut. qui habet καὶ πάντες οἱ ἄνδρες Ἰούδα, graeci codices non suffragantur. Pro *usque in Galgalam*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, I, K, M, O, T, U, Cas. plures, goth. legion., mediol., veron., Abulensis *in Galgala;* item hebraeus et veteres; sed conf. Holmesius; reliqui codices, veteres editt., Brev. gothic. l. c. *usque in Galgala;* conf. ad Ios. XV, 7. Pro *occurreret*, cod. F *occurrerent;* et pro *traduceret*, cod. R *transducerent;* plures autem libri editi et manuscripti legunt *transduceret* hoc loco et in sequentibus; conf. ad Gen. XXXII, 23. et Ios. VII, 7.

16. *Iemini* — Plures veteres libri *Gemini;* cf. ad Iudic. III, 15. et XIX, 16. Pro *de Bahurim*, cod. gothic. leg. *de Beniamin;* habent *Beniamin* chaldaeus, syrus et arabs pro *Iemini;* Bibl. Paris. 1566. *de Bathurim;* cf. ad XVII, 18. Mox pro *regis*, codd. I, U *regi.*

17. *et quindecim* — Cod. A tacet *et;* cod. T legit *ex quindecim.* Pro *erant cum eo*, codd. R, S, Bibl. Ven. 1576. 1578. 1583. *cum eo erant;* cod. H notat hebraeum non legere *erant*, nec legitur in Bibliis Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Ven. 1579.

18. *transierunt vada* — Codd. E, F, U, Cas. 2., Abulensis *transierunt vadum;* hebraeus legit ועברה העברה *et transivit rate;* unde Isidorus Clarius *et transivit navis;* fortasse Hieronymus legebat ועברו מעברה; at graecus qui habet καὶ ἐλειτούργησαν τὴν λειτουργίαν, profecto legebat ועבדו העבדה, quod Houbigantio probatur, qui tamen perperam id confirmari censuit a syro; nam is habet ܘܥܒܪܘ ܡܥܒܪܬܐ *et paraverunt vada;* animadverte apud chaldaeos et syros idem vocabulum et *scapham* et *vadum* significare. Cod. H notat hebraeum pro *iuxta iussionem eius*, legere *quod bonum in oculis regis;* codd. E, I habent *iuxta iussionem eius atque imperium.* Cod. A post *Semei* tacet *autem;* et pro *cum iam transisset*, legit *cum iam transissent;* cod. H tacet *iam.*

19. *mihi domine mi* — Codd. E, I, U, V, Cas. 1. addunt *rex;* item armenus, paucique graeci codices; codd. Cas. 2. tacent *mi.* Pro *iniuriarum*, codd. C, D, E, F, K, S, veron., Petrus Com. *iniuriam.* Pro *egressus*, cod. B *ingressus.* Mox post *domine mi* Brev. gothic. p. 324. tacet *rex;* item graecus, sed cf. Holmesius; perperam id omittitur in latina versione chaldaei. Pro *ponas*, Bibl. Arg. 1497., Norimb. 1501., Brev. goth. l. c. *pones.*

20. *Agnosco enim* — Codd. F, V, Cas. 3. addunt *ego;* accedunt syrus paucique codd. graeci. Pro *et idcirco*, cod. B *sed idcirco.* Mox tacent *omni* codd. K et veron., quibus suffragatur cod. 171. Kennicotti. Pro *descendique*, Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501. *descenditque;* cod. F *descendens.*

21. *Respondens vero* — Codd. E, G, I *Respondens autem.* Cod. H notat hebraeum loco *pro his verbis*, legere *propter hoc.* Pro *occidetur*, cod. F *occideretur.* Pro *quia maledixit*, codd. C, D, F, G, I, K, S, U, V, Cas. plures, antiquiores editiones *qui maledixit;* accedit syrus; Brev. gothic. l. c. *qui maledixerit.* Pro *christo*, cod. F et Abulensis *christum.*

22. *efficimini* — Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. *efficiemini;* cod. H notat hebraeum legere *eritis.* Pro *mihi hodie in satan*, codd. A, C, U *hodie mihi in satan;* cod. E *mihi in satan hodie;* cod. B tacet *mihi;* item codd. 112. 242. Kennicotti et cod. graecus

alex. Pro *an ignoro*, codd. R, Cas. 1. *an ignoratis;* pauci graeci codices οὐκ οἴδατε; cod. G, Petrus Com. et margo Ord. *an ignoras;* cod. H notat hebraeum legere *quia nonne novi.* Pro *hodie me*, codd. E, I, R, S, U, Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535., all. *me hodie.* Ad verba *super Israel* cod. F addit *esse.* Huc pertinet additamentum de quo egimus ad III, 39.

24. *filius Saul* — Codd. Cas. 13., Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus *Filius Ionathan;* Magdalius notat: « *Filius Saul*, id » est, nepos; aliqui libri habent *Filius Iona-* » *than*, sed non est in hebraeo. » Codd. S, Cas. 2. *filius Ionathae, filii Saul;* item syrus et arabs, immo et graecus cuius recepta lectio est υἱὸς υἱοῦ Σαούλ, sed complures codices ferunt υἱὸς Ἰωνάθαν υἱοῦ Σαούλ; at Abulensis: « Aliqui libri habent *filius Iona-* » *thae, filii Saul*, sed ista superadditio est. » Item Liranus, qui scribit: « Alii libri habent » *filius Ionathan, filii Saul*, sed veritas he- » braica et libri correcti non habent. » Scholiastes in cod. M aliter ac nos apud Pseudo-Hieronymum legisse videtur; nam ex eodem habet notationem: « Hieronymus non dicit » hic *filius Ionathae, filii Saul*, ut quidam » male habent, quia David non recordatur » hic Ionathae, sed malitiae Saul, unde male » iudicavit ut Miphiboseth et Siba dividerent » possessiones (v. 29.); ac per hoc divisum » est regnum eius. » Alii quoque plures interpretes iniustam censent hanc Davidis sententiam in Miphiboseth; attamen illam diserte laudat Ephraemus I, 422.; cf. Ghiringhello *Praelect. de libris hist. antiqui foed.* pag. 285.

Ibid. *illotis pedibus* — Cod. H notat hebraeum legere *pedibus infectis;* Pseudo-Hieronymus, quem sequuntur Rabanus et Angelomus, scribit: « Notandum quod in hebraeo » non *illotis*, sed *infectis* (apud Rabanum » mendose *inflexis*) legitur *pedibus*. Fecerat » namque sibi idem Miphiboseth, ut hebraei » tradunt, ligneos pedes, quibus uti, quasi » pro naturalibus, solebat; sicut solent facere » claudi, quemadmodum et ille erat. » Conf. Petrus Com., Hugo, Dionysius carth., Magdalius; at vero epanorthotes in cod. N notat: « Cave ne propter haec quae dicit Hierony- » mus hebraeum habere *infectis pedibus*, sci- » licet ligneis, mutes litteram; quia sicut » hebraeus habet *infectis pedibus*, sic habet » *infectis labiis suis;* et ita videbitur quod de- » buerit fecisse labia vel argentea vel aurea. » Metaphora ergo attendenda est in transla- » tione, non iudaismus. » Re quidem vera verba ולא עשה רגליו significant *et non fecit pedes suos*, id est, non lavit unxitque (graecus interpres id expressit per verbum θεραπεύω, de quo cf. Schleusnerus in *Lex. V. T. t. 3. p. 59.*); eamdemque ob rationem quae sequuntur *et non fecit barbam* (bene graecus μύστακα), denotant non *compsit* eam, quod et latini *facere barbam* dixere. Minus apte id expressit Vulgatus ponens *intonsa barba*. Cf. Flaminius Nobilius, Bukentopius p. 37., Gesenius in *Thesauro* pag. 1075. Denique cod. mediol. tacet *rex*.

25. *Cumque Ierusalem* — Antiquiores pleraeque editiones et Brev. goth. l. c. omittunt *Ierusalem;* cod. E legit *Cumque de Ierusalem*, cui accedunt arabs et quatuor codices holmesiani; idque amplectuntur Sanctius, Calmetus, Dathius, aliique, ea ducti ratione, quod toto hoc capite ea narrantur quae ad Iordanem gesta sunt, antequam rex Ierosolymam ingrederetur. At alii plures animadvertunt sacros scriptores haud raro, neglectis temporum rationibus, ea coniungere quae ad eumdem hominem eamdemque rem pertinent. Cf. Michaelis et Maurerus.

26. *Et respondens* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, U, V, Cas. plures, goth. legion., mediol., Hugo *Qui respondens*. Pro *dixique*, sixtini, codd. B, C, F, H, U, goth. legion., mediol. *dixi;* Bibl. Ven. 1479. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496., Norimb. 1501., Lugdun. 1524. 1535. *dixitque;* concinunt hebraeus, chaldaeus et graecus, at isti non legunt quod sequitur *ego*. Pro *ego famulus tuus*, codd. G, V *ego servus tuus;* cod. E

famulus tuus ego. Mox pro *et ascendens*, antiquiores omnes editiones *et descendens;* hebraeus vero ואַרכב; Dionysius carthus. *ut ascendens;* cod. B tacet *et*. Codd. Cas. 2. *claudus quippe*, pro *claudus enim*.

27. *ad te dominum*—Cod. U tacet *te;* item hebraeus et veteres. Post verba *angelus Dei* tacent *es* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, K, U, V, Cas. 14., goth. leg., mediol., veron. Cod. H notat hebraeum pro *tibi*, legere *in oculis tuis*.

28. *posuisti me*—Cod. F tacet pronomen, eique consentiunt hebraeus et veteres. Pro *quid ergo habeo*, sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, I, K, P, U, V, Hugo *quid igitur habeo;* cod. F *quid enim habeo;* Bibl. Ven. 1479., Arg. 1497., Norimb. 1501. *quid ergo habes*.

29. *Ait ergo ei* — Cod. B tacet *ei;* item quatuor codices holmesiani; codd. D, R, S, gothic. leg. *Ait autem ei;* Hugo omittit *ergo*. Pro *fixum est quod locutus sum: tu, et Siba dividite possessiones*, cod. H notat hebraeum legere *dixi: tu et Siba dividite agrum;* Rabanus quoque et Angelomus ex Pseudo-Hieron. notant hebraeum legere *agrum;* cod. E habet *possessionem*. De hac Davidis sententia conf. supra ad vers. 24.

30. *pacifice in domum suam* — Rabanus proferens notationem Pseudo-Hieronymi in h. l. mendose legit *in domum meam pacifice*.

31. *Galaadites* — Codd. L, R, S, V 2. m., Cas. 5., antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c. addunt *senex valde*, quod ex sequenti versiculo petitum videtur. Cod. H notat hebraeum pro *traduxit regem Iordanem, paratus etiam ultra fluvium prosequi eum*, legere *et transiit cum rege Iordanem, ad transmittendum eum;* postrema sacri textus verba aliis obscura, aliis vitiata videntur; et vero nec veteres nec recentiores interpretes consentiunt in reddendis vocibus לשלחו את־ בירדן; nam graecus habet ἐκπέμψαι αὐτὸν τὸν Ἰορδάνην; Gesenius in *Thes. pag. 169*. interpretatus est *ut eum comitaretur in traiiciendo amne;* quae interpretatio, etsi a Maurero laudata, haud satis firma ipsi Gesenio visa est; nam *ibid. p. 1415*. praefert reddere *ut comitaretur eum iuxta Iordanem*. Plures aliorum coniecturas, quas apud expositores videre licet, prosequi non vacat, hoc unum animadvertentes, hieronymianam versionem etsi liberam, satis aptum reddere sensum.

32. *Erat autem*—Codd. A, I, R *Erat enim*.

33. *securus mecum* — Codd. A, C, F, K, U, V, Cas. 14., goth. legion., veron., Abulensis, priores editt. Rob. Steph., all. *secure mecum;* cod. K, antiquiores editiones, Hugo, Brev. goth. l. c. tacent *mecum;* item graecus cod. alex.; codd. F, G, V tacent *mecum* post *Veni*.

34. *dies* — Non legitur in cod. B; nec in syro et cod. 70. Kennicotti. Ante *Ierusalem* tacent *in* codd. A, C, F, H, R, mediol., Rabanus.

35. *suave, aut amarum* — Cod. H notat hebraeum legere *bonum, vel malum;* pro *aut*, legunt *vel* codd. P, R, S, Bibl. Ordin. Pro *delectare potest*, cod. U *delectant;* et pro *et potus*, cod. G, Sixtus, fere omnes veteres editiones, Brev. gothic. l. c. *aut potus;* accedit graecus, sed cf. Holmesius; cod. D, Hugo *ac potus;* hodierna lectio ad fidem codicum a sixtinis et gregorianis invecta fuit; unde Toletus: « Manuscripti et Congregatio *et potus;* » item Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. Pro *possum ultra*, sixtini, codd. A, C, D, E, I, K, U, V *ultra possum;* cod. B tacet *possum*. Pro *cantatricum*, non male sixtini, codd. A, D, I, U *cantricum;* cod. G *cantantium;* syrus pro שׁרות, legebat שׂרות. Pro *sit oneri*, codd. A, B, D, E, I, N, all., plures ex antiquioribus editionibus *fit oneri*. Mox cod. Cas. 1. tacet *meo*.

36. *procedam* — Cod. B *praecedam;* codd. F, L (seu Q), priores editiones Rob. Steph., all. *procedat;* consentiunt hebraeus et veteres omnes; Martianaeus notat: « Canon emendatus legit modo in tertia persona *procedat:* » antea habuit primam personam *procedam;* » id retinent alii codices mss., quod noluimus mutare, quia in utrisque unus sensus » renuntiatur. » Pro *ab Iordane*, codd. B, E *ad Iordanem*. Pro *non indigeo*, sixtini, grego-

riani prima manu, codd. A, B, C, D, E, G, H, I, K, R, S, U, V, Cas. plures, mediol., Hugo *nec indigeo;* cod. F *nec indiget.*

37. *et sepeliar* — Tacent sixtini, codd. A, E 1. m., H, K, L 2., Q, mediolan., veron.; Martianaeus animadvertit: « Quod legitur in » editis *et sepeliar* expunctum habet Canon, » et nonnulli mss. additum supra textum. » Abest in fonte hebraico uti apud LXX. ac » syrum interpretem. Chaldaeus tamen et » arabs eodem modo interpretati sunt *et se-* » *peliar.* » At quatuor graeci codices cum ed. Compl. legunt *καὶ ταφήσομαι.* Pro *Est autem servus tuus,* cod. Cas. 1. et Petrus Com. *Est autem mihi filius servus tuus;* cod. H notat hebraeum legere *Ecce servus tuus;* in hebraico textu numquam Chamaam dicitur filium fuisse Berzellai; at id affirmant syrus, arabs et quamplurimi graeci codices; immo chaldaeus quoque id expressit ad Ierem. XLI, 11. et Iosephus *Antiq. VII, 11.*

Ibid. *Chamaam*—Codd. B, F *Chamaa;* Petrus Com. « *Chamas,* alias *Chanaam.* » Alii plures manuscripti et editi *Chamaan;* cod. P notat: « *Chanaan,* secundum Hieronymum, » antequam esset cum David vocabatur, sed » postea David ipsum *Chamaam* appellavit. » Hugo eamdem habet notationem; at contraria prorsus ratione cum textu hebraico procedit epanorthotes in cod. N, qui, posteaquam notavit istud nomen ter legi, nimirum verss. 37. 38. 40., subdit: « Primo et secundo per » *m* finalem; tertio per *n* finalem, quia in » potestate patris *Chamaam,* id est, *suspirans* » dicitur. In doctrinam vero David transiens » dicitur *Chamaan,* per *n* finalem, id est, » *fidelis.* » Concinunt Pseudo-Hieronymus, Rabanus et Angelomus; verum non omnes hebraici graecique codices hanc scribendi varietatem servant; cf. De-Rossi et Holmesius. Mox cod. H notat hebraeum pro *quidquid tibi bonum videtur,* legere *quod bonum est in oculis tuis;* sixtini, codd. A, C, D, E, H, K, R, S, Cas. plures, mediolan., Petrus Com., Abulensis *quod tibi bonum videtur;* codd. F, G, I, U, V, goth. legion. *quod bonum tibi videtur;* plures ex antiquioribus editionibus *quidquid bonum tibi videtur.*

38. *Dixit itaque ei*—Sixtini, cod. B, Abulensis *Dixitque ei;* codd. A, C, D, E, H, I, K, O, U, V, Cas. plures, gothic. legion., mediol. *Dixitque;* cod. F *Responditque;* tacent pronomen hebraeus et veteres, excepto graeco Compl., cui duo graeci codd. et slav. ostrog. accedunt.

39. *osculatus est*—Codd. C, L, R, S, Cas. 6., antiquiores editiones, Brev. goth. l. c., Hugo *restitit, et osculatus est;* cod. U *restitit, osculatusque est;* posteriores editiones Rob. Steph., all. *restitit, osculatus est;* multis in graecis codicibus habetur *εἱστήκει, καὶ κατεφίλησεν;* at merito additamentum reiiciunt correctoria M, O et Lucas Brugensis.

40. *in Galgalam* — Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513., Complut., Reg., all., Brev. goth. l. c. *ad Galgalam;* cod. N tacet *in;* alii plures *in Galgala;* conf. supra ad vers. 15. Pro *traduxerat,* cod. gothic. leg. *transduxerant;* favent hebraeus et graecus; cod. U *traduxit.* Pro *et media,* cod. E *dimidia,* et prima manu idem cod. legebat *defuerat,* pro *affuerat.*

41. *dixerunt ei* — Cod. C tacet *ei.* Pro *omnesque viros,* cod. V *omnesque viri;* nec obstant hebraeus et graecus.

42. *mihi propior est*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, K, O, U, V *propior mihi est;* codd. H, I, Petrus Com., Dionysius carthus. *propior est mihi;* cod. E *propinquior est mihi;* Pseudo-Hieronymus *proprior est mihi;* legunt quoque *proprior* cod. S, Bibl. Mog. 1462., Ven. 1497. 1501., et margo codicis M, ubi praeterea ex Pseudo-Hieronymo adnotatur: « Hic est de- » fectus, et subauditur: et plus diligo regem » quam tu. » Bibl. Brix. 1496. mendose *propitior.* Pro *cur,* cod. U *quare.*

43. *Decem partibus maior ego sum apud regem* — Codd. B, C, F, G, L 4., V, Cas. plures, sangerm. n. 7., corbeiens. n. 1. et margo n. 3., Petrus Com., Dionysius carthus. addunt *et primogenitus ego sum;* cod. U addit *quam tu, et primogenitus ego sum;* Bibl. Ord.

et Hugo legunt *Et primogenitus ego sum, decem partibus ego maior sum apud regem;* graecus, excepta edit. Complut., addit καὶ πρωτότοκος ἐγὼ ἢ σύ, atque inde ortum est additamentum quod habetur apud latinos testes supra descriptos. Legunt quoque *ego maior sum* codd. G, R, S; at cod. H cum Pseudo-Hieronymo *ego sum maior;* cod. E *maior sum ego.* Cod. H ex hebraeo haec et sequentia interpretatur *Decem partes mihi sunt apud regem, magisque ego in David quam tu . . . Nonne sermo meus prior fuit ut reducerem regem meum?* Pro *fecisti mihi*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, U, V, Pseudo-Hieronymus *mihi fecisti;* cod. R *fecistis mihi.* Pro *et non mihi nunciatum est priori, ut reducerem;* fortasse melius ad sacri textus sensum apud Pseudo-Hieronymum legitur *Nonne sermo meus prior fuit, ut reducerem.* Mox codd. Cas. 3. *mecum,* pro *meum;* et Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535., Dionysius carthus. legunt *filiis,* pro *viris.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XIX, 7. *quoniam per Dominum iuraverunt* (Vide quae ad h. l. adnotavimus), *quia si non tu prodieris hodie in obviam huic omni populo* (conf. codices holmesiani), *non habitabit homo tecum hac nocte. . . 11. Loquimini ad presbyteros Iuda. . . 12. et ossa mea vos. . . . 22. quoniam consiarii* (fortasse *consiliarii;* graecus εἰς ἐπίβουλον) *mihi eritis hodie si aliquis mortuus fuerit in Israel* (iterum consentiunt codices graeci). . . . 24. *et non curavit pedes suos, nec ungues dempsit de pedibus suis* (alii non legunt *de pedibus suis;* pauci codices supplent τὰς χεῖρας αὐτοῦ). . . . 31. *descendit ex Ragalim. . . . 33. Et dixit rex ad Berzellai: Si transieris mecum; pascam senectutem tuam mecum in Ierusalem. . . . 40. traiecerunt cum rege. . . . 43. Decem manus* (graecus enim habet Δέκα χεῖρες, pro עשׂר־ידות) *mihi sunt in rege; et primogenitus ego sum quam tu . . . et quare contempsisti me?*

Cap. XX, 1. *Accidit quoque ut ibi esset* — Cod. B *Accidit ut ibi esset quoque;* pro *quoque,* legunt *autem* codd. D, E, F, I, goth. leg., Angelomus. Pro *Belial,* Sixtus *belial;* cf. supra ad XVI, 7. Cod. Cas. 1. tacet *nomine.* Pro *Seba,* codd. B, C, E, F, G, I, R, S, V, antiquiores editiones *Siba;* at cod. V notat: « Vel » *Seba,* secundum hebraeum et antiquos. » Item Dionysius carthus.: « *Siba,* vel ut ali» qui dicunt *Seba,* ita quod per punctum se» gol, id est, *ae* diphthongum scribitur in » hebraeo. » Liranus quoque monet scribendum esse *Seba,* etsi, inquit, communis usus id non habeat. Epanorthotes in cod. N scribit: « *Seba* semper iste dicitur per *e* in prima » syllaba, sicut habent, iuxta hebraeum, an» tiqui in toto isto capitulo. Nomen autem » pueri Miphiboseth est *Siba* per *i* vocalem » in prima syllaba; iste autem Seba; LXX. » vocant eum *Sabee* (Σαβεέ). » Cod. H notat hebraeum pro *Bochri,* legere *Bichri.* Rursum pro *Iemineus,* codd. et editt. plures *Gemineus;* cod. M notat: « *Iemineus,* id est, de » stirpe Iemini; penultima longa. » Ante *cecinit,* cod. F tacet *et;* item armen. Cod. E pro *buccina,* legit *buccinam.* Pro *in David,* codd. B, F, G, I, N*, U, V, Cas. 16., veron., Abulensis *in domo David;* at renuentibus aliis libris, ait Vallarsius. Pro *neque hereditas,* codd. N, O *nec hereditas;* cod. N notat: « Qui» dam libellus correctionum, puto falsitate » scriptoris, signabat quod non esset de tex» tu hoc *nec hereditas in filio Isai,* quod cer» tissime de textu est. »

Ibid. *revertere in tabernacula tua* — Sixtini, codd. A, L (seu Q), mediolan., veron., memmianus (ad calcem tom. 1. Martianaei) *vir in tabernacula sua;* pro *revertere,* cod. K *redi vir;* codd. B, E, I *vade;* codd. M, N*, V 2. m., Cas. 6. addunt *vir;* Bibl. Ordin. edit. Ven. 1495. *revertere in tabernacula tua vir;* hebraeus איש לאהליו; epanorthotes autem in cod. N notat: « Quod quidam pro nihilo » apposuerunt *vir,* potius idioma est he» braeae linguae, non latinae; alioquin si » oportet apponi quod hebraeus habet, re» moveamus quod dicitur *revertere,* quod ap-

» posuit interpres de hoc hebraeo *vir ad tabernaculum suum*, transferens *revertere in* » *tabernacula tua.* » Consentit Lucas Brugensis, qui scribit: « Non est omittenda vox *re-* » *vertere*, quam interpres explicationis causa » addidit; qua ratione et pronomen tertiae » personae mutavit in secundae *tua.* » Martianaeus quoque, etsi in suo codice, quem *canonem* vocat, hanc sententiam ab emendatore ad hebraicum textum accommodatam vidisset, tamen verbum *revertere* ab ipso Hieronymo adiectum fuisse autumavit; « necessario enim, inquit, subintelligitur; alioqui » sensus vel nullus est, vel obscurus omnino » remanebit. » At vero non negamus verbum *revertere* vel *redi* vel *vade* vel quid simile subintelligendum esse. Hoc unum quaeritur utrum id quod in sacro textu reticetur, Hieronymus in sua versione subintelligi passus sit, an vero exprimendum censuerit. Pro hac autem solvenda quaestione testimonium codicum in primis proferre oportet. Quum vero non sit verisimile ad hebraicum textum a librariis emendatos fuisse antiquissimos illos codices quorum lectionem probarunt sixtini, eosdem hieronymianam interpretationem exhibere haud improbabile nobis videtur; eo etiam magis, quod hac posita sententia, pronum est intelligere alteram lectionem fuisse invectam ab iis, qui duriusculam locutionem declarare studuerunt. Compertum est enim id saepius factum esse; vix umquam vero quae plana et expedita erant, ita fuisse vitiata ut obscuriora redderentur.

2. *Israel a David*—Bibl. Ven. 1511. 1519. tacent *a*. Post *secutusque* cod. A 1. m. tacet *est*. Pro *usque Ierusalem*, codd. D, E, F, G, H, I, K, R, S, goth. leg. *usque ad Ierusalem;* codd. B, U, Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. *usque in Ierusalem*.

3. *venisset rex* — Cod. H notat hebraeum legere *venisset David*. Ante *Ierusalem* tacent *in* codd. A, C, U. Post *concubinas* addunt *suas* codd. D, I, K, R, S, V, Cas. 9., Bibl. Ordin., priores editiones Rob. Steph., all., Hugo, Petrus Dam. CXLIV, 287.; item graecus. Pro *eas in custodiam*, Bibl. Ord. *in custodiam eas;* cod. B tacet *in*. Cod. A *in eas*, pro *ad eas*. Pro *in diem*, sixtini, codd. C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, U, Bibl. Ordin. edit. Ven. 1495., Hugo *ad diem*. Cod. V notat alias pro *viventes*, legi *manentes*.

4. *Convoca* — Cod. U, Petrus Com. *Congrega*. Pro *adesto*, cod. veron. *esto*.

5. *extra placitum* — Vetustiores editiones mendose *extra palatium*. Pro *ei constituerat rex*, cod. Martianaei *constitutum erat;* tacent *rex* sixtini, codd. A, K, L (seu Q), mediol., veron., Bibl. Ordin. edit. Ven. 1495., priores editiones Rob. Steph., all.; Toletus notat: « In hebraeo et aliquot manuscriptis non ha» betur *rex*, et prior Congregatio expunxit. » Legunt tamen impressi fere omnes; et apud » LXX. est *David*, pro *rex*. » At graeci codices vaticanus et alexandrinus cum hebraeo consentiunt; syrus autem utrumque habet ܡܠܟܐ ܘܕܘܝܕ. Sixtini praeterea legunt *constituerat ei;* cod. G *ei constituit rex*.

6. *est nos*—Cod. F *est nobis*. Pro *tolle igitur*, cod. S, antiquiores editiones, Brev. gothic. p. 325. *tolle ergo*. Pro *persequere eum*, cod. H *persequere post illum;* favent hebraeus et graecus; cf. ad XVII, 1. et infra vers. 10.

7. *sunt ergo*—Codd. F, V *sunt autem*. Post *Cerethi* cod. B tacet *quoque;* item cod. 158. Holmesii.

8. *Amasa veniens occurrit eis*—Cod. H notat hebraeum legere *Amasa veniens ad faciem illorum;* cod. corbeien. n. 3., Bibl. Rob. Steph. 1528., Lugd. 1531. 1533. utramque lectionem connectunt *Amasa veniens ad faciem illorum, occurrit eis*. Pro *fabricatus*, sixtini, prima manu gregoriani, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, S, U, V, Cas. plures, gothic. leg., mediolan., veron., Hugo, Petrus Com. *fabrefactus;* idque multo concinnius, ait Vallarsius; Toletus vero notat: « Manuscripti, mar» go Ord. et prior Congregatio legunt *fabre-* » *factus;* tamen Compl., Reg., Ord., et com» muniter impressi et manuscripti ut in textu » (Sixti V.) habent. »

9. *Dixit itaque* — Cod. F *Dixitque*. Cod. H

notat hebraeum pro *Salve*, legere *Pax tibi*; cod. K *Subveni*. Mox cod. F *frater mi*.

10. *habebat Ioab*—Cod. H notat hebraeum addere *in manu*. Pro *effudit intestina eius*, codd. E, I *misit intestina eius, et effudit*. Pro *nec secundum vulnus apposuit, et mortuus est*, Codd. C, L, R, S, U, V, veteres fere omnes editiones, Hugo, Rabanus, Brev. gothic. l. c. *et mortuus est, nec secundum vulnus apposuit;* Sixtus, codd. A, B, D, E, F, G, I, K, O, Q, goth. legion., mediol., veron., editiones hentenianae (quarum lectionem sixtini et gregoriani ratam habuerunt) tacent *et mortuus est;* ex his vide quam incaute Vallarsius adnotaverit: « Comma istud *et mortuus est*, quod » habent reliqui libri omnes, codex veronen- » sis reticet. » At vero haec verba a Toleto demum restituta fuerunt; unde notat: « Post » *apposuit* hebraeus et graecus addunt *et* » *mortuus est*. Compl., Reg., Ordin. et aliqui » manuscripti ponunt haec verba paulo ante, » scilicet post *terram*. Lovanienses et alii ma- » nuscripti absolute non legunt illa verba, et » sic Congregatio; ponenda tamen sunt. » At vero si apponenda sunt, cur non eo loco, quo in latinis codicibus, iis nempe qui non tacent, interserta fuere? Ceterum quum a plurimis meliorisque notae latinis codicibus absint, eadem vel ab ipso Hieronymo fuisse praetermissa, vel librariis a primis temporibus excidisse videntur. Cod. H ad *persecuti sunt* addit *post;* conf. ad vers. 6.

11. *quidam viri, cum stetissent*—Codd. G, N*, R, S *quidam viri cum vidissent et stetissent;* codd. U, V, Cas. 14., Bibl. Ordin. edit. Ven. 1495. et margo codicis 106. Holmesii *de pueris David quidam viri, cum vidissent et stetissent;* codd. sangerm. n. 7. et 9., margo corbeiens. n. 3. *de pueris David quidam viri cum stetissent;* at vulgatam lectionem recte tuentur correctoria M, N, O. Pro *esse voluit*, codd. C, F, K, Hugo *voluit esse;* margo cod. 106. Holmesii *volebat esse*. Loco *pro Ioab comes David*, codd. C, K, mediolan. *comes David pro Ioab;* cod. veron. tacet *comes David;* cod. A legit *pro Ioab, comes David pro Ioab;* hebraeus ביואב ומי אשר-לדוד אחרי יואב; in cod. H libere ex hebraeo, nec satis accurate hic locus redditur *de pueris Ioab, dixerunt: Quisquis voluntatem habet in Ioab, et obediens vult esse David, sequetur Ioab*.

12. *in media via*—Codd. K, S, Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1524., Basil. 1530., all. *in via media*. Post *Vidit*, codd. Cas. 13. addunt *autem;* favent hebraeus et veteres. Post *ad videndum* tacent *eum* priores editiones Rob. Steph.; all. Mox ad *propter eum*, cod. N notat: « In hebraeo non potest intelligi *propter* cau- » saliter; sed pro *iuxta* accipitur. » Hinc nonnulli apud cod. O scripserunt *prope eum*.

13. *Amoto ergo illo*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, K, R, S, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *Amoto igitur illo;* codd. E, I *Amoto illo igitur*. Pro *transibat*, multi codd. *transiebat*.

14. *in Abelam*—Sixtus, codd. G, O, R, S, veteres editiones, Brev. gothic. l. c. *usque in Abelam;* emendarunt sixtini et gregoriani ad fidem optimorum codicum; hinc Toletus: « Manuscripti et Congregatio non legunt *usque*. » Cf. Bukentopius p. 406. Nonnulli codd. scribunt *in Abellam*. Pro *Bethmaacha*, cod. B *in Bethmecha;* reliqui etiam fere omnes codices et veteres editiones praeponunt particulam *in*, ut in versiculo sequenti; plures autem scribunt *Bethmacha*, graecus Βεθμαχά; cf. Hieronymus III, 179.; Vulgatus III Reg. XV, 20. *Abeldomum Maacha*, IV. Reg. XV, 29. *Abel Domum, Maacha*. Pro *viri electi*, hebraeus הברים, quod plures pro nomine patronymico habent, latinus autem interpres derivavit a ברר, unde sixtini, codd. A, D, E, I, K, O, Cas. 2., mediol., veron., codex Martianaei *electi;* graecus ἐν Χαῤῥί (nimirum pro ב legit כ), unde Hieronymus III, 194. « *Charri*, ad quem locum persecutus est Ioab » res novas molientem Sabee. » Syrus, arabs et plures graeci codices ponunt *civitates;* Calmeti in h. l. coniecturae haud ferendae videntur; cf. Vallarsius. Pro *congregati fuerant ad eum*, cod. Martianaei *congregati venerunt post eum;* hebraeus ויקהלו (sequimur Kerì; nam Chetthib manifestum librarii errorem

exhibet) ויבאו אף־אחריו; item graecus *καὶ ἐξεκκλησιάσθησαν, καὶ ἦλθον κατόπισθεν αὐτοῦ*; pro *fuerant*, Bibl. Ord., Rob. Steph., all. *fuerunt;* Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501. 1529., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1522. 1524., Basil. 1530., all., Hugo *fugerant*.

15. *et in Bethmaacha*—Cod. A 2. m. *Bethmacha;* consentiunt hebraeus, chaldaeus (cuius mendosa est latina versio in polyglottis), arabs et graeci codices vaticanus et alexandrinus; ex hac autem lectione recte colligi videtur Abelam, de qua heic sermo est, ut ab aliis oppidis cognominibus discerneretur, dictam fuisse *Abelam Bethmaacha;* haec enim prope illam sita erat; apud Iosephum *Antiq. VII, 11.* legitur Ἀβελμαχέα; cf. Ioh. Clericus. Mox cod. H notat pro *turba,* hebraeum legere *populus*.

16. *Audite*—Cod. mediol. addit *me*. Cod. E legit *ut loquar*, pro *et loquar*.

17. *ad eam*—Cod. V, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471. *ad eum*. Pro *Tu es*, cod. H *Tu ne es;* cod. O notat expungendum *ne*. Mox cod. B pro *Et ille,* legit *Qui*. Post *Ego* codd. B, V, Cas. 1., Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., all. addunt *sum;* item armenus. Pro *sermones*, cod. B *sermonem*. Demum post *Audio* codd. G, U addunt *Dic*.

18. *Rursumque illa*—Codd. B, U, V, sangerm. n. 9. addunt *dixit: Rogantes rogant qui sunt in Abela et in Dan dicentes;* his fere similia sunt quae in graecis codicibus et ad marginem nostri codicis goth. leg. leguntur, de quibus infra verba faciemus. Mox cod. H et glossa interlinearis notant hebraeum non legere *proverbio;* idque ex Pseudo-Hieronymo monent quoque Rabanus, Angelomus, Petrus Com., Hugo aliique cum scholiaste in cod. M qui scribit: « Hieronymus dicit quod hebraeus » non habet *proverbio,* sed subauditur *in ve-* » *teri* scilicet *lege,* nimirum de offerenda pri- » mum pace. » At contra in cod. N epanorthotes animadvertit: « Ponunt in libro corre- » ctionum super hoc notulam de Hieronymo, » quod hebraeus non habet *proverbio*, sed » suppletur *lege*. Multo plus hic habet he- » braeus de proverbio, scilicet: *Dicebat in* » *principio ad dicendum,* quam Gen. X. (v. 9.) » *ad hoc exivit proverbium,* ubi tantum habet » hebraeus *propter quod dicetur: Quasi Nem-* » *rod robustus venator*. Unde tales notulae » plus possunt esse caussa destruendi litte- » ram, quam corrigendi. » Pro *interrogent*, cod. mediol. *interrogant;* et pro *perficiebant*, Sixtus, codd. G, O, P, R, S, V, veteres pleraeque editiones, Angelomus *proficiebant;* cod. Martianaei, Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *perficiant;* Pseudo-Hieron. *perficient* (alii cum Rabano ibidem legunt *proficient*); cod. Cas. 1. *proficiant;* codd. B, Cas. alter *pertranseant;* hodierna lectio placuit sixtinis et gregorianis, quibus optimi codices, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1522., all. suffragantur; unde Toletus: « Le- » ge *perficiebant,* sic manuscripti et utraque » Congregatio; Ordin. autem edit. legit *perfi-* » *ciant;* in hebraeo est verbum התמו, quod » significat *perficere*. LXX. vertunt *deficie-* » *bant*, quia verbum hebraicum hoc etiam » significat. » Toleto consentit epanorthotes in cod. N, ubi adnotatur: « Lege *perficiebant;* » non est ibi *proficiebant* vel *proficiebantur*. » Cf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 176. Huius loci sensus ex latina versione vix eruitur; reliqui autem veteres interpretes maiorem etiam ingerunt difficultatem; nam ut chaldaeum et syrum praetermittamus, profecto graecus, prout nunc legitur, ex pluribus eisdemque vitiosis interpretationibus coagmentatus est. Legit enim *Καὶ εἶπε λέγουσα, Λόγον ἐλάλησαν ἐν πρώτοις, λέγοντες, Ἠρωτημένος ἠρωτήθη ἐν τῇ Ἀβὲλ καὶ ἐν Δὰν εἰ ἐξέλιπον ἃ ἔθεντο οἱ πιστοὶ τοῦ Ἰσραήλ· ἐρωτῶντες ἐπερωτήσουσιν ἐν Ἀβὲλ, καὶ οὕτως εἰ ἐξέλιπον. Ἐγώ εἰμι εἰρηνικὰ τῶν στηριγμάτων Ἰσραήλ*. Nemo non videt geminam versionem heic coaluisse, utramque vero nullum aptum fundere sensum. Ex sacro autem textu apparet mulierem reprehendere Ioabum eo quod oppidum fuisset aggressus quin prius cives

interrogaverit num Sebam defendere vellent. Igitur Maurerus interpretatur *Et dixit: Primo dicendum fuisset: Consulatur urbs. Ita rem confecissent.* « Et multa, inquit Estius, sunt » subaudienda, ut clara reddatur sententia. » Nempe sensus est: Qui veniunt oppugna- » gnatum urbem aliquam, solent loqui ini- » tio, antequam eam oppugnent, interrogan- » do num velint recipere leges pacis. Quod » si sic interrogassent. o Ioab, duces exer- » citus tui in Abela, statim, vel iamdudum » finivissent bellum. »

19. *quae respondeo* — Codd. B, C 1. m., F, I, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1479. *qui respondeo;* Bibl. Paris. 1566. 1573., Angelomus *quae respondebo.* Post *veritatem* tacent *in* codd. C 2. m., D, E, O, R, S, goth. leg., Angelomus, Abulensis; verba sacri textus אנכי שלמי אמוני ישראל commode redduntur *Ego* cum civitate, id est, nos cives *pacis fideique maxime amantes sumus inter Israelitas.* Pro *quaeris*, cod. veron. *quaeres;* et pro *subvertere*, codd. A, veron. *subruere;* mox cod. F tacet *civitatem.* Post verba *evertere matrem* codd. C, F, G, I, N*, R, S, V, Cas. 6., Bibl. Ordin. edit. Ven. 1495., Paris. 1541. 1566. 1573., Petrus Com. addunt *civitatum;* et mox codd. B, E, F, G, gothic. leg., Petrus Com., Pseudo-Hieronymus tacent *in;* epanorthotes in cod. N notat: « Antiqui et Hierony- » mus habent *matrem in Israel;* at quidam » occasione traditionis resecant *in;* quod au- » tem quidam habent *matrem civitatum*, glos- » sa videtur de translatione LXX. apposita; » qui autem traditionem recipiunt, illud nec » pro textu, nec pro glossa recipiunt. » In correctorio O legitur: « Graecus habet *μη-* » *τρόπολιν*, id est *matrem civitatum;* sed » hebraeus et antiqui non habent *civitatum.*» Item Liranus: « In aliquibus libris interponi- » tur *civitatum*, sed non est de textu, quia » non est in hebraeo nec in libris correctis.» At vero אם hoc loco significare *urbem insignem et primariam*, quamquam non capitalem, eruditi omnes fatentur; unde recte animadvertebat Dionysius carthus. « Aliqui » libri habent *matrem civitatum*, et sensus » redit in idem. »

20. *Respondensque* — Codd. F, K, Brev. goth. l. c. *Respondens.* Mox cod. H notat hebraeum non legere *hoc.*

21. *Non sic se*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, S, V, antiquiores editt., Hugo, Brev. goth. l. c. *Non se sic;* cod. U tacet *se.* Cod. H notat hebraeum pro *homo*, legere *vir.* Post *manum* tacent *suam* codd. A, B, C, F, U, Cas. 13., goth. leg., veron.; accedit syrus; conf. III Reg. XI, 26. Mox sixtinis placuit scribere *Regem* cum priori littera maiuscula. Pro *recedemus*, codd. B, F, I *recedimus;* Bibl. Lugd. 1535. *recedamus;* hebraeus et veteres *recedam.* Cod. H notat hebraeum pro *mittetur*, legere *proiicietur.*

22. *locuta est eis*—Codd. E, F tacent *eis;* codd. C, U legunt *locuta est ei.* Pro *abscissum*, sixtini, codices et editiones quamplures *abscisum;* cf. ad Deut. XXIII, 1. Pro *caput Seba*, Sixtus et plerique veterum librorum *caput Sebae;* sixtini, gregoriani et Toletus hodiernam lectionem praetulerunt. Pro *filii Bochri*, codd. D, G, I *filio Bochri.* Codd. E, I pro *tuba*, legunt *buccina.* Ante *Ierusalem* codd. E, F 2. m., I, Bibl. Lugd. 1522. 1524., Norimb. 1529., Petrus Com. addunt *in.*

23. *Fuit ergo*—Sixtini, codd. A, B, C, F, V *Fuit autem;* idque probavit ipsemet Toletus qui scribit: « Lege *autem;* sic hebraeus, grae- » cus et manuscripti. » unde mirum est hanc lectionem in clementinas editiones non fuisse invectam. Mox cod. B tacet *omnem.*

24. *Ahilud* — Cod. B *Ahiud;* alii plures *Achilud;* conf. ad VIII, 16.

25. *Siva* — Codd. C, D, E, F, G, aliique, antiquiores editiones *Siba;* Bibl. Ordin. edit. Ven. 1495., Norimb. 1529., Lugd. 1535., all. *Seba;* epanorthotes in cod. N scribit: « Pro » isto *Siba*, hebraeus in serie (in textu) ha- » bet *Sia*, in margine *Sua;* et timeo ne scri- » ptores istum *Sia*, sicut *Seba*, confuderint » cum praecedenti *Siba.* » Nimirum hebraeus habet Chetthib ושיא, et Keri ושוא; illud expressit cod. A, qui legit *Sia*, unde in cod. O

adnotatur: « Hebraeus *Sia; per* hoc patet » quod male scribitur ibi *Siba*, pro *Siha.* » Alterum sequutus est cod. H qui notavit hebraeum legere *Seva;* apud graecos corrupte Σουσά; conf. supra ad VIII, 17. Pro *Sadoc vero*, cod. G, Bibl. Ordin. edit. Lugd. 1590. et Antuerp. 1634. *Sadoc autem.*

26. *Ira* — Ex antiquioribus editionibus plures *Hiram;* alii habent *Hira*, et ita legit Vulgatus infra XXIII, 26. et I Paral. XXVII, 9.; at rursum idem Vulgatus legit *Ira* infra XXIII, 38. et I Paral. XI, 28. 40.; hebraeus עירא. Maior est lectionum varietas in sequenti voce *Iairites*, in qua efferenda mire dissentiunt latini codices; nonnulli cum cod. A legunt *Hiarites;* alii cum cod. veron. *Hiaiarites;* Brev. goth. l. c. *Hiraetes;* plures veteres editiones *Hiraites;* alii aliter; Sixtus ex mendo habet *Iatrites*, quod emendavit Angelus Rocca. Pro *David*, cod. V *coram David*, hebraeus לדוד; cf. supra ad VIII, 18.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XX, 8. *Et Ioab indutus erat mandyam* (graecus μανδύαν; cf. Cangii glossar. lat. et graec.) *indutoriam suam super se* (item graeci codd. addunt ἐπ' αὐτόν), *et gladium rudentem (?) in vagina sua cinctus erat ad lumbos suos: et gladius ipse exiit, et cecidit.* 9. *Et dixit Ioab ad Amassam · Valeto, frater. Et tenuit de manu sua dextera Ioab barbam Amassae, ut basiaret eum...* 10. *in utero* (at graecus εἰς τὴν ψόαν)... 11. *Et vir stetit super Amassa de pueris Ioab, et dixit: Quis vult ire post Ioab? et si quis est cum David, eat cum Ioab...* 12. *Et removit Amassa de semita in agrum...* 15. *et stetit in sepe* (codd. ἐν τῷ περιτειχίσματι).... 18. *Locuti sumus in primis dicentes: Rogantes rogant qui sunt in Ebel* (codd. Ἐβέλ), *et in Dan, dicentes* (vide supra ad h. l. quae adnotavimus): *Si defecerunt quae posuerunt fideles Israel.* 19. *Et tu quaeris morti dare civitatem, et matrem civitantium (?) in Israel. Ut quid glutitis haereditatem Domini?* 20. *Et respondit Ioab: Non contingat mihi ut glutiam aut exterminem....* 23. *Et Baneas filius Ioab* (Ἰωδαέ) *desuper lateris et in ponentibus* (num *potentibus?* nam codd. graeci, quos sequutus est vetus iste interpres legunt ἐπὶ τοῦ πλινθίου, καὶ ἐπὶ τοὺς δυνάστας, pro על־הכרי ועל־הפלתי). 24. *Et Zidras* (codd. Ἰεζεδράν) *super gula* (? in glossariis occurit *gula*, pro *marsupio;* graecus ἐπὶ τοῦ φόρου); *et Saphan filius Achithala* (codd. Σαφὰν υἱὸς Ἀχιθάλαα) *in memoria;* 25. *et Susa scriba* [Alias: 23. *Abneas filius Iodae desuper lateres, et in ponentibus;* 24. *et Iezadras super pergula (?); et Safam filius Achithala memoriales;* 25. *et Susa scriba*].

Cap. XXI, 1. *oraculum* — Cod. H notat hebraeum legere *faciem.* Post verba *Dixitque Dominus*, cod. Cas. 1. addit *David.* Pro *domum eius sanguinum*, legunt *domum eius et sanguinem* codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, N, O, P, R, S, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediolan., Bibl. Veneta Leonardi Basileensis 1476., Hugo, margo Ord., Hincmarus CXXV, 951., Concil. Duziac. ed. Hard. V, 1286.; pro hac lectione epanorthotes in cod. N scribit: « Antiqui iuxta hebraeum *et domum eius et* » *sanguinem;* LXX. *Super Saul et domum eius* » *iniquitas est; propter quod occiderit Gabao-* » *nitas* (ergo scholiastes sequutus est codices qui tacent ἐν θανάτῳ αἱμάτων αὐτοῦ). » Et dicit Hieronymus quod in hebraeo est » *propter Saul et domum sanguinum* (ואל בית » הדמים). Per has duas translationes appa- » ret quantum errant qui, relicta latinorum » littera, audent inserere iudaicam. Per id » enim hebraice nihil dicitur quod domus » Saul sit illa domus sanguinum; sed hoc in » utraque translatione tangitur cum dicitur *et* » *domum eius.* Et mirabile quare supra XX. » (v. 18.) contra hebraeum tu non dimitte- » bas quod dicitur *in proverbio*, et hic he- » braicam litteram accepisti. Require supra » II Reg. I. (v. 18.) item require supra XIX. » (v. 24.) ubi *infectis* pro *illotis pedibus* non » accepisti, ne eidem etiam *labia argentea* » facere videreris. » Cod. H notat hebraeum non legere *eius;* idque tacent ex latinis codd.

L, M, N*, Cas. 4., Bibl. Mogunt. 1462., Ven. 1480. 1483. 1494. 1498., et Pseudo-Hieronymus; immo cod. M notat: « Hieronymus » et hebraeus non habent *eius*, et dicit Hie- » ronymus, quod *domum sanguinum* sunt filii » Saul, qui cum Doech idumaeo, sicut sa- » cerdotes in Nobe, ita Gabaonitas occide- » runt. » At haec hebraeorum opinio quoad sacerdotum necem, a nostris interpretibus reiicitur; caedis autem Gabaonitarum nisi auctores aut suasores fuerint filii Saulis, hanc saltem probavisse videntur. Cf. Ghiringhelli op. cit. p. 269.

2. *non erant* — Manuscripti, ait Toletus legunt *non sunt;* nimirum ita habent sixtini, prima manu gregoriani, codd. A, B, E, F, G, H, K, R, S, U, V, Cas. plures, goth. legion., mediol., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566., all.; nec obstant hebraeus et veteres. Cod. B pro *de filiis Israel*, legit *de Israel*. Post *iuraverant eis*, codd. B, F, G, V, Bibl. Ven. Basileensis 1476., Paris. 1566. 1573., Hugo addunt *ne perimerent illos;* codd. I, R, S, U, Cas. plures, margo corbeiens. n. 3., Bibl. Ordin., Basil. 1530., all. addunt *ne perimerent eos;* accedunt tres codices graeci; at in correctoriis M, O, P expungitur, et Nicolaus de Lira scribit: « Aliqui libri sic » habent *ne perimerent eos;* sed non est in » hebraeo, nec in libris correctis, subintelli- » gitur tamen; propter quod aliquis posuit » per modum glossae, et postea insertum est » textui per imperitiam scriptorum. » Item Dionysius carthus. et Tostatus. Pro *percutere*, cod. B *ut percuteret*.

3. *Quid faciam* etc. — Haec et quae sequuntur usque ad *Gabaonitae* in vers. 4., deerant in cod. B. Cod. H notat hebraeum pro *et quod erit vestri piaculum*, legere *et in quo expiabo;* Bibl. Reg. *et quid erit* etc. Pro *hereditati*, codd. C 2. m., F, G *hereditatem*.

4. *argento et auro* — Codd. R, S, Bibl. Ord., Hugo, Dionysius carthus. *auro et argento;* item syrus et arabs. Mox tacent *sed* codd. A, L (seu Q) et veron.; Toletus autem notat: « *sed* non est in hebraeo, graeco et manu- » scripto uno, et prior Congregatio expunxit. » Tamen legunt omnes codices impressi et » manuscripti. Posterior Congregatio nihil » notavit, sed illud reliquit. » Haec ille; at vero ex carafiano et ex columnensi codice manifestum est sixtinos et gregorianos vocem illam veluti dubiam subnotasse. Pro *et contra domum*, cod. K *et domum;* cod. G tacet *et*. Cod. H notat pro *homo*, hebraeum legere *vir*. Pro *rex ait*, codd. C, D, E, F, G, H, I, V, Hugo, Hincmarus l. c. *ait rex;* tacent *rex* sixtini, codd. A, K, L 2. (seu Q), veron., mediol., priores editt. Rob. Steph., all.; quibus consentiunt hebraeus et veteres. Ante *faciam* tacent *ut* Bibl. Ordin. edit. Lugdun. 1590., Antuerp. 1634.

5. *ut ne unus* — Cod. S, antiquiores pleraeque editiones *ut nec unus;* Bibl. Ord. ed. Lugdun. 1590., Ant. 1634. rursum tacent *ut*. Cod. H minus accurate heic notat hebraeum legere *et ita disperdere, ut ne unus quidem de eis deficiat*. Pro *in cunctis*, codd. S, U *in omnibus*.

6. *ut crucifigamus* — Codd. A, B, F, H, K, U, Bibl. Ven. Basileensis 1476., priores edd. Rob. Steph. all. *et crucifigamus;* Isidorius Clarius *et crucifigemus*. Pro *Gabaa*, codd. C, F 1. m., G, H, K, V, Hugo, Hincmarus l. c. *Gabaath;* cf. ad I Reg. X, 26. Mox cod. H notat hebraeum non legere *quondam;* de hac re cf. Abulensis. Pro *electi Domini*, Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511., Compl., Reg., all., Brev. goth. p. 325. *electi Domino;* codd. Cas. 2. *electi Dei*.

7. *iusiurandum Domini* — Antiquiores editiones et Brev. gothic. l. c. tacent *Domini;* et mox pro *fuerat*, legunt *fuit*. Ante *Ionathan* omittunt *inter* codd. D, F, U, antiquiores pleraeque editiones et Brev. gothic. l. c.; conf. Holmes.

8. *Tulit itaque* — Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498. *Tulitque*. Pro *Aia*, codd. B, I, Cas. 5. *Achia;* alii plures et antiquiores editt. *Ahia;* et sic deinceps; cf. ad II Reg. III, 7. Pro *peperit Sauli*, sixtini, codices fere omnes et antiquiores editt. *peperit Saul*.

Ibid. *filios Michol* — De hac lectione conqueruntur fere omnes interpretes quod eam mendosam existimant, quodque in omnibus exemplaribus eamdem occurrere asserant. Attamen legunt *filios Merob* codd. B, E, F, G, I, V, Cas. 5., goth. leg., alii apud cod. O, Bibl. Veneta Leonardi Basileensis 1476.; his accedunt duo codices hebraici apud De-Rossi, plures graeci apud Holmes., necnon armeni codices et Cyrillus alex.; item syrus et arabs qui legunt *Nedab,* quod proculdubio ex vitiosa scriptione pro *Merab* ortum est; cf. De-Rossi *Varr. Lect.,* et *Sinopsi d'ermen.* p. 29. et 47., Ghiringhelli op. cit. p. 245., Clericus, Maurerus, all. Cod. R legit *filios Michol Merob;* chaldaeus בני מרב דרביאת מיכל; cod. M ex Pseudo-Hieronymo: « Merob hos naturaliter » genuit, et Michol uxor David, quae Egla » dicitur, eos in loco filiorum nutrivit, et sibi » in filios adoptavit, et ideo eius filii dicun- » tur. » Item Rabanus, Angelomus, Petrus Com., Hugo, Dionysius carthus., Liranus et Tostatus qui (in II Reg. VI. q. 25.) diserte scribit: « In aliquibus Bibliis nostris aliqui » emendarunt ponentes *filios Merob,* ubi di- » cebatur *filios Michol,* eo quod sciebant Mi- » chol nullos filios habuisse. Sed isti cum » putarent litteram corrigere, corruperunt » eam; nam secundum veritatem debet ibi » poni *Michol,* quia sic habetur in hebraeo. » Illi tamen filii intelliguntur de adoptivis, » et non de conceptis ab ea. » Utrum haec solvendae quaestionis ratio, quam plures admittunt, tamquam vera habenda sit, vehementer dubitamus. Nam verisimilior illorum videtur opinio, qui hebraicum textum ab antiquissimis temporibus in hac voce corruptum existimant, uti Caietanus, Clericus, Grotius, Cappellus, aliique. Ab ipso libri scriptore mendum profectum fuisse temere suspicatur Maurerus. At, missa quaestione de hebraico textu, ad rem nostram quod pertinet, quum graeci interpretes et Iosephus *(Antiq. VII, 4.)* in hebraicis codicibus legerint *Michol,* autumamus eamdem lectionem in sacri textus exemplaribus a Hieronymo repertam atque latine expressam fuisse. Profecto absona et falsa est Tirini sententia *(Controv. fidei 2, 9.),* qua affirmat hodiernam Vulgati lectionem ex mendo typographico ortam esse.

9. *in manus* — Sixtini, gregoriani, codd. A, C, D, H, K, U, V, Hugo, Bibl. Ven. 1495., *in manu;* hinc Toletus scripsit: « Lege *in manu.* » Cur autem clementini editores hanc correctionem neglexerint, dicere non possumus. Bibl. Rob. Steph. 1545. 1546. 1555., Lugdun. 1556., Basil. 1578. *in manum;* hebraeus et veteres habent singularem numerum. Pro *eos in monte,* codd. A, C, E, F, G, H, K, U *illos in monte;* cod. B tacet *in monte.* Pro *in diebus messis primis,* codd. F, G, N*, R, S, V, antiquiores editt., Brev. goth. l. c., Petrus Com., Hugo *in diebus messis primae;* codd. N et O notant hebraeum et antiquos habere *primis,* non *primae;* codd. C 1. m., E, I *in diebus mensis primi.*

10. *Tollens autem*—Cod. F *Tollens igitur.* Pro *sibi supra petram,* codd. A, C, D, E, F, aliique plures *sibi super petram;* Bibl. Arg. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., Basil. 1530., all., Brev. goth. p. 326. *ibi supra petram;* cod. Cas. 1. *sibi supra terram;* item syrus in polyglottis londinensibus; at manuscripti et editio Lond. 1823. ܥܠ ܟܐܦܐ. Cod. H notat hebraeum legere *usque,* pro *donec.*

11. *fecerat*—Cod. B *fecit;* graecus ἐποίησε.

12. *furati fuerant* — Cod. E *furaverant;* sunt autem exempla nonnulla formae activae huius verbi apud Forcellini edit. lips. Pro *in Gelboe,* Bibl. Lugdun. 1522. 1524. 1535., Norimb. 1529., Basil. 1544. 1557. *in monte Gelboe;* item syrus et arabs.

13. *et ossa Ionathae* — Tacent *ossa* codd. D, S, goth. legion., Petrus Com., Dionysius carthus.; cf. Holmesius et vers. seq.

13. 14. *et colligentes ossa eorum, qui affixi fuerant, sepelierunt ea cum ossibus Saul et Ionathae filii eius* — Cod. H notat hebraeum legere *et collegerunt ossa eorum qui affixi erant, et sepelierunt ossa Saul et filii eius;*

pro *colligentes*, cod. B *colligens;* graecus συνήγαγε, cuius latina interpretatio in polyglottis londinensibus desideratur; ante *sepelierunt* addunt *et* cod. F, Bibl. Leonardi Basileensis Ven. 1476., Abulensis. Pro *et Ionathae*, cod. B *et ossa Ionathae;* item graecus et pauci codices hebraici apud De-Rossi, qui recte animadvertit mendosam esse latinam versionem ex chaldaeo, at pro hac lectione perperam syrum et arabem laudat.

14. *in latere*—Cod. U *ex latere;* hebraeus legit בצלע; Isidorus Clarius et margo Ordin. *in Sela,* quod idem oppidum esse videtur de quo Ios. XVIII, 28.; hinc in quibusdam editionibus ponitur *Latere* cum priori littera maiuscula, et Toletus notat: « Quod autem est » in hebraeo pro *in latere*, quidam nomen » proprium esse putant, scilicet *in Tsela.* » Attamen graecus cum Vulgato ἐν τῇ πλευρᾷ. Pro *in sepulchro*, sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, C, G, S, V, Cas. 3., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. *sepulchri;* pro recepta lectione, praeter hebraeum et veteres, stant correctoria M et O; Toletus vero notat: « In graeco et manuscripto uno » legitur *in latere sepulchri*, quod probavit » prior Congregatio; sed in hebraeo et omni» bus impressis et manuscriptis legitur *in* » *sepulchro*, et sic retinuit posterior Congre» gatio. » Verum ex textibus supra excitatis intelligit lector non omnia impressa et manuscripta exemplaria latina legere *in sepulchro;* ad graecum autem quod pertinet, equidem Complut. editio et complures codices habent τοῦ τάφου, at vero sixtina editio et antiquiores codices legunt ἐν τῷ τάφῳ, ex quo confirmatur accipiendum esse pro nomine proprio superius צלע. Pro *patris eius*, codd. Cas. 2., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566. 1573., all. *patris Saul;* concinunt arabs et duo codices graeci holmesiani; codd. I, O *patris sui.* Pro *quae praeceperat*, codd. R, S, Bibl. Ordin. *quaecumque praeceperat;* graecus ὅσα ἐνετείλατο. Pro *repropitiatus*, codd. K, gothic. leg. *propitiatus*, uti legitur infra XXIV, 25. De verbo *repropitio* cf. ad Lev. XIX, 22., Ducangii glossar. et Maii *Class. Auctt. VIII, 463.* Pro *Deus*, codd. A, D, E, F, G, I, O, R, S, U, V, Cas. plures, Biblia Ven. Leon. Basileensis 1476., Abulensis, Hincmarus l. c. *Dominus;* item infra XXIV, 25.

14. 15. *terrae post haec. Factum est autem rursum* — Bibl. Ordin. *terrae. Post haec factum est rursum.* Pro *contra Philisthiim*, quod Rabanus tacet, cod. U *adversus Philisthiim.*

16. *Iesbibenob* — Codd. B, D, E, F, I, M, N, O, P, R, S, U, V, gothic. legion., mediol., veronen., antiquiores editiones *Iesbi* (pauci *Iezbi*) *de Nob;* hebraeus וישבו בנב, Keri וישבי, cod. alex. Ἰεσβὶ ἐν Νόβ, ed. Compl. Ἰεσβὶ ἀπὸ Νώβ; reliqui graeci, ut et syrus et arabs, mire corrupti sunt; cod. M notat: « *Nob* nomen est loci, unde fuit *Iesbi;* qui» dam autem male putant quod *Iesbidenob* sit » una dictio. » Epanorthotes in cod. N scribit: « *de* est praepositio latina inter duo no» mina hebraea. Posset autem aliquis cre» dens iudaeis de littera hic decipi, si ei » dicerent: Omnes libri nostri hic habent *Ies*» *bibenob*. Et hoc verum est, sed *be* (ב) est » praepositio hebraica, quae est idem quod » *in* apud nos. » De eadem quaestione agit Hugo, cui accedunt Liranus et Abulensis: « Quidam dicunt, ait, quod sunt tres dictio» nes, *Iezbi* nomen proprium, *de* praeposi» tio, *Nob* civitas; sed communis opinio est » quod sit una dictio et proprium nomen » viri. » Et sane בנב reddi nequit *de Nob*, sed potius sonat *in Nob;* scilicet integrum nomen significat *sedes eius* est *Nobae*. De nomine *arapha* cf. infra ad vers. 18.

Ibid. *cuius ferrum hastae*—Martianaeus in h. l. scribit: « In canone *cuius hasta*, quam » lectionem sequi nolumus, eo quod suspe» ctae nobis sint huiusmodi emendationes ex » hebraeo textu procuratae ab aliquo studio» so: nam prima manu eodem modo legeba» tur in canone, ut modo legitur in editis ac » in omnibus aliis mss. codd. Unde manife» stum apparet similes lectiones fuisse mu» tatas in versione hieronymiana, quantum-

» vis aliunde verbis hebraeis propius accedant. » Quanti facienda sit haec doctissimi viri sententia, facile intelligent quicumque in re critica scite ac probe versantur. Pro *ense novo, nisus*, cod. K *ense uno, nisusque*. Animadverte Vulgatum cum syro et arabe recte supplere verbum *ense*, quod in hebraeo subintelligitur; conf. Gesenii *Thes. pag. 445.* et Schleusneri *Lexic. V. T. III, 366. 503.*; frustra igitur notat Liranus illud verbum non esse de textu.

17. *Praesidioque ei fuit Abisai filius Saruiae* — Haec primo deerant in cod. veron. Pro *viri David*, codd. E, K, Petrus Com. *David viri*. Mox tacent *Iam* sixtini, codd. A, D, E, I, K, mediol., veron., goth. legion., canon Martianaei et Rabanus. Pro *egredieris*, cod. F *ingredieris;* et pro *in bellum*, codd. I, S *in bello;* Rabanus et Abulensis *ad bellum;* favet hebraeus, at cf. De-Rossi *Varr. lectt.*; cod. R *in praelium*. Ante *Israel* addunt *in* codd. D, F, R, S, Cas. 1., Bibl. Ven. Leonardi Basileensis 1476. et Petrus Com.

18. *Secundum quoque bellum fuit* — Bibl. Ordin. *Secundum bellum quoque fuit;* sixtini, codd. A, C, D, E, G, I, K, R, S, U, V, Thomas. I, 84., antiquiores editiones, Hugo, Rabanus, Brev. gothic. l. c. *Secundum quoque fuit bellum*. Ad nomen *Gob* Hugo notat: « *Gob* vel » *Goth*, alio nomine *Gazer*, uti legitur I Paral. XX, 4. » item cod. M ex Pseudo-Hieronymo; graecus Γέθ, uti est infra vers. 20. et 22., sed plerique graeci codices cum goth. leg. Γαρζέλ; at in sequenti versiculo Ῥόμ (cf. *Gom* apud Hieronymum III, 58.), codices Ῥόβ; editio Compl. utroque loco Νώβ, quod adnotare debuisset De-Rossi ubi plures hebraicos codices pro hac lectione excitat. Vide quantas graeci in uno nomine corruptiones invexerint. Pro *Sobochai*, alii *Sobbochai*, uti habet Vulgatus I Paral. XI, 29., alii cum cod. goth. leg. *Sibochai*. Mox editt. vaticanae ann. 1590. 1592. cum Bibl. Lovan. habent *Husathi;* at reliquae vaticanae editiones *Husati*, quemadmodum omnes legunt infra XXIII, 27.; at vero rursum habetur *Husathites* I Paral. XI, 29. XX, 4. XXVII, 11.; apud Hieronymum III, 60. scribitur *Usathi*. Pro *Saph*, antiquiores editiones *Zaph;* all. *Ziph;* codd. B, I, U, gothic. legion., mediol., veron., Bibl. Basil. 1530., Ven. 1533., all. cum graeco *Seph;* codd. D, E, F, G, N, O, S, V, Thomas. l. c., Bibl. Lugdun. 1522. 1524., all., Petrus Com., Hugo *Sephi;* I Paral. XX, 4. *Saphai;* epanorthotes in cod. N notat: « Pro » *Sephi*, hebraeus habet *Saph* (סף); cum » autem sit littera capitalis *samech*, male po- » suerunt ibi *Ziph;* aut oportebit quod di- » cant *Iozeph* pro *Ioseph*, et sic de infinitis. » Require Iudic. XII. (v. 6.) »

Ibid. *de stirpe arapha de genere gigantum* — Hebraeus pro his legit tantum אשר בילדי הרפה; graecus autem ἐν τοῖς ἐγγόνοις τοῦ Ῥαφά; at horum loco editio Compl. et codices non pauci habent τῶν ἀπογόγων (plures codd. ἀπογόνους) τῶν γιγάντων. Hinc manifestum est in Vulgato duplicem interpretationem coaluisse. « Certum est atque evi- » dens, inquit Vallarsius, Hieronymum al- » terutram interpretationem elegisse, non » utramque iunxisse temere, quemadmodum » latini Vulgati libri repraesentant. Quam » porro ex his probarit, veronensis manu- » scriptus significat, qui priorem unice habet » *de stirpe arapha*, alteram *de genere gigan-* » *tum* penitus nescit. Atque hinc novum γνη- » σιότητος hieronymianae, quam exhibet, » versionis argumentum sibi sumit, quod » caeteris religiosius omnibus, eorum qui » glossemata interpretati sunt, additamento- » rum est purus. Nam de vulgatis libris ita » sentio; cum obscurior illa videretur trans- » latio *de stirpe arapha*, glossator non nemo » ad libri oram aliam hanc ex nominis ety- » mologia derivatam *de genere gigantum* ad- » posuit, quam inconsulto postea librarius in » textum intrusit. Caeterum mirari subit, » hoc latinorum codicum additamentum ne- » dum Martianaei, et quem ille edidit he- » braei scholiastis, sed et omnium, quot ha- » bemus ad manus, qui se criticos in s. Scri- » pturam agunt, effugisse diligentiam. » Nos

vero magis miramur Vallarsium ad manus non habuisse vel unam ex hentenianis editionibus, vel commentarios Marianae, vel opus Bukentopii (pag. 176.), aut notas Lucae Brugensis; horum enim diligentiam non effugit additamentum de quo agimus; postremum audiamus: « Videtur, ait, duplex versio » esse unius pericopes hebraicae, nec male » omitti posterior, ut alterius interpretis. An» tiqua Clarimarisci Biblia legunt *de origine » arapha*, omisso isto *de genere gigantum.* » Quod additamentum tacent quoque sixtini, codd. A, B 1. m., F, K, L 2., goth. legion., mediol., Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Rob. Steph. 1532., Lugd. 1535., Ant. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544., all., Rabanus, Isidorus Clarius et Caietanus; Toletus autem scribit: « Hebraeus, Compl., Reg., et Ordin. » (quoad Biblia Ordinaria heic fallitur Tole» tus) non habent *de genere gigantum.* Repe» riuntur tamen in plurimis impressis et ma» nuscriptis. Apud LXX. loco illius *de stirpe » arapha*, habetur *de stirpe gigantum* (de » graeco cf. supra), et chaldaeus interpreta» tur nomen illud *arapha, robustum.* Hoc igi» tur loco ponitur tamquam explicatio prio» ris, quasi id sit *de stirpe arapha,* quod *de » genere gigantis.* » Cod. E legit *de genere giganteo,* ut Num. XIII, 34. In loco parallelo I Paral. XX, 4. Vulgatus legit tantum *de genere Raphaim;* alibi pro *arapha,* Vulgatus habet *Rapha,* cf. I Paral. VIII, 2. 37. XX, 6. 7.; sixtini hoc loco et infra vers. 20. et 22. scripserunt *Arapha.* Cod. M notat: « *Arapha* ipsa » est *Orpha* nurus Noemi, de qua nati sunt » quinque gigantes. » Cf. Pseudo-Hieronymus III, 806. At hanc sententiam iure Bukentopius p. 37. refutavit.

19. *Adeodatus filius Saltus polymitarius.* — Nemo dubitat haec esse nomina propria; hebraeus אלחנן בן־יערי ארגים, unde Isidorus Clarius *Elhanan filius Iaare-Orgim;* graecus Ἐλεανὰν υἱὸς Ἀριωργίμ; cf. infra XXIII, 24. I Paral. XI, 26. XX, 5. ex quo postremo loco non paucae oriuntur difficultates. Interim animadverte valde suspectum esse illud ארגים, de quo auctor Paralipomenon silet, quodque petitum videtur ex sequenti membro, ubi Vulgatus interpretatur *texentium;* cf. Houbigantius et Gesen. *Thes. p. 100. et 1006.* Cod. Cas. 1. tacet *Saltus;* epanorthotes in cod. N cum Pseudo-Hieron. III, 782. et Petro Dam. CXLV, 624., quibus accedit chaldaeus interpres, pro Adeodato Davidem intelligit: « Id de David, inquit, et » Goliath exponitur secundum Hieronymum » et Rabanum et glossatas historias. Sed no» tula correctoris, quae obloquitur isti expo» sitioni, deleatur. Unde et quod dicitur *a » Deo datus* oratio est, non dictio composita. » Si adhaereas etiam notulae cuiusdam cor» rectoris, quasi de Hieronymo super I Pa» ral. XX., istam litteram destrues, quae ta» men vera est. » Concinit cod. O in quo legitur: « *a Deo datus* non est proprium nomen, » quia proprium omni lingua remanet pro» prium; sed hebraice dicitur *Eleanan filius » Saltus polymitarius.* » Notula correctoris, quam laudatus epanorthotes carpit, habetur in nostro cod. M; hanc vero, etsi aliquantulum turbatam ac vitiatam a librario suspicemur, eo libentius subiicimus, quo auctor maiorem aliam difficultatem explanandam suscipit: « *Adeodatus filius Saltus polymitarius » Bethlehemites frater Goliath Gethaeum.* Hie» ronymus dicit *frater,* sed alii libri non ha» bent hic sed in I Paral. XX. *Adeodatus* pro » una dictione accipitur, et est quasi nomen » proprium vel appellativum, sicut in gestis » sanctorum alius dicitur *Deusdedit,* alius » *Deogratias,* alius *Bonaspes;* sic et hic dici» tur *filius Saltus;* et hoc satis exponit Hie» ronymus (III, 782.) de David qui dicitur » *Adeodatus* quia a Deo electus est in re» gnum; *filius Saltus* quia de pascuis ele» ctus; *polymitarius* quia de gente Beseleel; » *Bethlehemites* quia descendit de Ruth, quae » cum socru sua Noemi venit in Bethlehem. » Sed quia sequitur *frater;* non *fratrem* Go» liath, ut quidam male habent, verior vide» detur ex ipso Hieronymo (III, 806.) altera » sententia qua dicit: Hebraeus ita habet *In*

» *quo percussit Eleanan filius Iareth*, sequitur » nominis interpretatio *polymitarius, Bethle-* » *hemites frater Goliath Gethaeum.* Eleanan » fuit filius Achoi *(sic)* fratris Isai; sic enim » alibi legitur; cuius nominis interpretatio » pro nomine hic ponitur, quod *Eleanan* in- » terpretatur *Deo donante. Iareth* quoque in- » terpretatur *Saltus*, quod in Paralipomenis » dicitur *Iahir*, id est *vigilans. Polymitarius* » vero et *Bethlehemites* sicut supra, quia de » genere Beseleel et de Bethlehem. *Frater*, id » est cognatus David; vel ideo frater David, » quia ipsi duos fratres gigantes occiderunt, » quasi similis David in probitate. Iste Elea- » nan occidit Goliath Gethaeum; David Go- » liath vel Goliam, ut dicit Hieronymus, Phi- » listhaeum. » Etsi alii alias proponant sententias ad difficultatem diluendam, quae ex collatione loci paralleli oritur, in quo pro את גלית, legitur אחי גלית, haec maxime nobis probatur quam scholiastes exponit. Adeodatus enim, de quo heic sermo est, Goliathi cognominem, eiusque fratrem affinem, ex eadem stirpe arapha prognatum interfecit. Ex quo colligitur nullam esse manifestam repugnantiam inter auctorem libri Samuelis et Paralipomenon. Cf. Ghiringhelli *Praelect. de libris histor. antiqui foed. pag. 246. et 390.*, De-Rossi *Varr. Lectt. t. 2. p. 191.* et *Sinopsi dell' ermen. p. 47.* eiusdem auctoris.

Ibid. *liciatorium*—Hoc vocabulum ex Vulgati testimonio additum fuit editioni lipsiensi lexici Forcellini, atque definitur *lignum, in quo telae licia involvuntur*, quod *insubulum* vocat Isidorus IV, 467.; consentiunt Ugutio et auctor Mamotrecti; cf. Ducangii *glossar.* et Maii *Class. Auctt. VIII, 305.* At aliis *liciatorium* est *iugum textorium*, seu lignum teres cui tela circumvolvitur; graecis *ἀντίον*; cf. Gesenii *Thes. p. 883.* et Vespas. Giordani *Dizion. della Bibbia Vulg. t. 2. p. 886.*

20. *bellum fuit*—Codd. A, C *fuit bellum.* Post verba *in quo vir* tacent *fuit* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, U, V 1, m., Cas. plures, gothic. leg., Rabanus. Pro *quattuor*, codices fere omnes, plures ex antiquioribus editt., Rabanus *et quattuor;* item hebraeus et veteres, excepto graeco, de quo cf. Holmes. Pro *de origine*, codd. B, R et Rabanus *de genere*, ut vers. 16. et 18.

21. *Et blasphemavit*—Tacent *Et* sixtini, codd. A, B, H, I, K, U, V, Cas. 2., mediol., Rabanus; legunt *Qui blasphemavit* codd. C, F, Cas. 14. Rursum pro *Ionathan* antiquiores libri mss. et editi *Ionathas*. Pro *Samaa*, veteres editt. *Samma* vel *Sammaa;* alii *Semma* vel *Semmaa* aut *Simmaa;* cf. ad I Reg. XVII, 13. et II Reg. XIII, 3.

22. *in manu*—Pseudo-Hieronymus *in manus;* Petrus Dam. l. c. *in manum.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XXI, 6. *et sublimabimus illos Domino* [Alias: *et placabimus in illis Domino*] (posterior interpretatio respondet graeco *καὶ ἐξιλασόμεθα ἐν αὐτοῖς τῷ Κυρίῳ*, quod habent pauci codd. cum ed. Compl. et Theodoreto; prior autem receptae lectionis *ἐξηλιάσωμεν* sensum exprimere videtur.) . . . 10. *sagum* (graec. *τὸν σάκκον*) . . . . *aqua Dei de caelo* (codices quoque addunt Θεοῦ) . . . *neque bestias agri nocte. Et defecerunt et sustulit eos Dan filius Ioaz, qui fuit ex genere gigantum* (hoc additamentum est in graeco post vers. 11. Καὶ ἐξελύθησαν, καὶ κατέλαβεν αὐτοὺς Δὰν υἱὸς Ἰωὰ ἐκ τῶν ἀπογόνων τῶν γιγάντων; sed pauci codices id habent hoc loco, nempe post vers. 10.; alii tacent). . . . 11. *Et renuntiata sunt David*. . . 16. *trecentorum siclorum aeramenti, et praecinctus erat parazonium* (quatuor graeci codd. cum ed. Compl. et Theodotione *παραζώνην*) [Alias; *et ipse praecinctus erat spatha*] (graecus *κορύνην*). . . 18. *in Carzel* (graeci codd. ἐν Γαρζέλ), . . . 19. *Tuman filius Allim de domo Helime Goliath* (quae ab his minus differre videntur in graecis codd. sunt quae sequuntur Ἐλεανὰν Ἀλλεὶμ υἱοῦ τοῦ Ἑλεμὶ τὸν Γολιάθ) . . . *saepus* (sic) *textorius.*

Cap. XXII, 1. *inimicorum suorum*—Cod. K *inimicorum eius;* ita legitur in titulo Ps. XVII. Varias lectiones quamplures, quae occurrunt

conferenti laudatum Psalmum cum hoc Samuelis capitulo, expendere ad institutum nostrum minus pertinet; plerumque enim ex ipso hebraico textu profluunt, de quo, praeter alios plures, diserte agit Caesar a Lengerke in *commentatione critica de duplice Psalmi duodevigesimi exemplo*. Attamen eiusdem Psalmi lectiones memorabimus quoties varietatibus ex hoc capitulo proferendis adstipulari videbuntur.

2. *et robur* — Cod. Cas. 1. tacet nexum; item alii apud Holmesium.

3. *Deus*—Addunt *meus* sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, R, S, U, V, Cas. plures, gothic. leg., mediol., Thomas. I, 84., Biblia Ven. Basileensis 1476. (ubi praeterea additur *et*), Rupertus, Abulensis, Psal. XVII.; antiquiores vero editiones, Hugo et Rabanus addunt *Dominus;* Toletus notat: « In hebraeo, graeco et manu» scripto uno legitur *Deus meus, fortis meus,* » *sperabo in eo;* in Ordin. *Deus Dominus, for*» *tis meus;* at impressi omnes, et manuscri» pti plures ut in textu (Sixti V.). » Quoad latinos codices profecto hallucinatus est Toletus; hebraeus autem legit אֱלֹהֵי. Ante *sperabo* addunt *et* codd. E, F, I, O, S, V, Cas. 3., Bibl. Ord., Veneta Basileensis 1476., Lugd. 1522. 1524., Basil. 1530., all., Hugo, Abulensis; item Vulgatus in Psal. XVII. Pro *in eum,* sixtini et prima manu gregoriani cum cod. A *in eo*.

Ibid. *salutis meae: elevator* — Sixtus *salutis meae. Elevator;* emendavit Rocca; cod. C *salutis meae, et elevator;* accedunt syrus, cod. 247. Holmesii et Psal. XVII. ex graeco. Pro *de iniquitate,* cod. F *et de iniquitate;* item slavon. ostrog. Pro *liberabis,* codd. B, I *liberabit;* consentiunt pauci graeci codices cum edit. Aldi; codd. E, Cas. 1. *liberasti*. Non modica est quaestio apud interpretes de temporum permutatione in variis huius Psalmi lectionibus. Ab hac autem quaestione abstinentes, ipsas tantum varietates proponere studebimus.

5. *contritiones*—Cod. K *dolores;* concinunt chaldaeus, syrus, arabs, slav. et pauci codices hebraici apud De-Rossi; sed haec lectio ex Psalm. XVII. petita videtur. Ante *torrentes* addunt *et* codd. Cas. 2., Abulensis; item syrus, arabs, georg., slav., multi codd. graeci paucique hebraici ut in Psal. XVII. Pro *terruerunt me,* cod. veron. *invenerunt me;* Vallarsius perperam notat Vulgatum tacere *me*.

6. *inferni* — Sixtini, codd. A, B, C, D, G, H, I, K, U, V, Cas. 13., antiquiores editiones *inferi*. Pro *praevenerunt me,* codd. N, P, S, Cas. 1. *praeoccupaverunt me;* item Psal. XVII. Cod. N notat: « LXX. *praeoccupavit me mu*» *scipula mortis.* » Nonnulli codices legunt παγίδες pro σκληρότητες; omnes enim pluralem numerum exprimunt.

7. *In tribulatione mea* — Tacent pronomen codd. R, S, Cas. 4., praemittunt *Et* codd. D, G, O, Cas. 3., gothic. leg.; item slav. ostrog. Pro *invocabo,* cod. E et glossa Lirani cum Psal. XVII. *invocavi;* accedunt syrus, arabs, slav. ostr. et pauci graeci codices; Abulensis notat: « Deberet dici *invocavi,* sed Scriptura » mutat tempora. » Item pro *exaudiet,* codd. M, R, S, Cas. 5. et Bibl. Veneta Basileensis 1476. cum Psal. XVII. *exaudivit;* favent syrus, arabs paucique graeci codd. cum edit. Compl.; hebraeus וישמע.

Ibid. *de templo suo* — Sixtus, codd. B, C, E, F, G, I, R, S, U, V, Cas. plures, veteres pleraeque editt. omnes, Angelomus cum Ps. XVII. *de templo sancto suo;* concinunt georg., slav. et multi graeci codices; at vero tacent *sancto* sixtini, gregoriani, reliqui codices, priores editt. Rob. Steph. aliaeque paucae; hinc Toletus: « Hebraeus, graecus, manu» scripti et utraque Congregatio non legit » *sancto*. » Conf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 407. Pro *veniet,* cod. B, Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535. *veniat;* cod. H notat: « Hebraeus non habet *veniet*. » Attamen Vulgato accedunt syrus, arabs, slav., cod. 93. Kennicotti ac Psal. XVII. Pro *ad aures,* codd. D, F, G, N, O, P, V, goth. legion., Abulensis cum eodem Psalmo *in aures;* cod. N addit: « Hebraeus et antiqui habent *in*. »

8. *fundamenta* — Praemittunt *et* codd. D, F, I, V, Cas. plures, Bibl. Ordin., Ven. Basileensis 1476., Lugdun. 1522. 1524., priores editt. Rob. Steph., all.; item graecus, syrus, arabs, nonnulli codd. hebraici apud De-Rossi et hebraicus textus in loco parallelo Psalmi. Mox pro *concussa,* codd. B, E, I, margo Ord. *commota;* et pro *conquassata,* Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *commota;* Martianaeus notat: « Canon ad hebraeum emendatus legit *conturbata sunt et commota sunt,* » uti habet Psal. XVII.

Ibid. *iratus est eis* — Tacent *eis* sixtini, codd. A, B, D, E, H, I, K, L 8., N, O, Q, U, mediol., gothic. legion., Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugd. 1535.; cod. N notat: « Hebraeus et antiqui non interponunt *eis.* » at hebraeus legit חרה לו; Biblia Rob. Steph. 1528., Lugd. 1531., Ven. 1533. tacent *est;* addunt autem *Dominus* Bibl. Ordin., Lugd. 1522. 1524., Basil. 1530., all.; item graecus et arabs; addunt *Deus* codd. F 2. m., N*, R, S, V, Cas. 14., Biblia Ven. Basileensis 1476., Hugo.

9. *Ascendit* — Codd. D, G, N, O, P, Bibl. Ordin., Hugo *Ascendet.* Pro *de naribus eius,* cod. H *in naribus eius;* favent hebr. et veteres; in Psalm. XVII. *in ira eius;* cod. F tacet pronomen. Pro *de ore,* cod. B *de nare;* et pro *vorabit,* sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, C, E, H, I, K, O, Cas. plures, goth. leg., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. Basileensis 1476., Norimb. 1529., Compl., Reg., posteriores editt. Rob. Steph., all. *voravit;* accedunt syrus, arabs et pauci codd. graeci cum edit. Complut.; Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480., Argent. 1497., Norimb. 1501., Lugd. 1522., all. *volavit,* mendose. Pro *succensi,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, O, U, Cas. plures, mediol., Bibl. Ven. Basileensis 1476., Abulensis *incensi.*

10. *Inclinavit*—Habent *Et inclinavit* codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, V, mediol., veron. et veteres editiones; Toletus vero: « Legunt » *Et* hebraeus, graecus, Compl., Reg., Ord. » et Lov.; at non legunt manuscripti et prior » Congregatio. Legendum tamen est. » Verum, teste codice carafiano, sixtini intactam dimiserunt copulam, quam dein abiecit Sixtus, cui consentiunt codd. B, H, S, U, et slav. ostrog. Mox Bibl. Ord. tacent *et* ante *caligo.*

11. *cherubim*—Cod. mediol. *cherub;* atque ita legi in hebraeo adnotat cod. H et margo Ordin. Pro *lapsus est,* cod. H notat hebraeum legere *apparuit;* item margo Ordin.; nimirum hebraeus habet וירא, pro quo nonnulli codices apud De-Rossi praeferunt וידא, prout habetur in loco parallelo Psalmi; idque Gesenio probatur in *Thes.* p. 309.; at rursum in Psalmo complures codices habent וירא. Ad Vulgatum quod pertinet Ioachimus de Azevedo, in suo libro apologetico *pro Vulgata Bibliorum editione ;* Olisipone 1792. pag. 444. coniectatur legendum esse *elapsus est;* hanc autem lectionem nos in unica ed. Bibl. Leonardi Basileensis Ven. 1476. offendimus. Pro *pennas,* cod. A *pinnas;* conf. ad Lev. XI, 9. Pro *venti,* codd. E, G, I, V, Cas. 2., Angelomus *ventorum;* item Psalm. XVII. et multi graeci codices.

12. *Posuit* — Legunt *Et posuit* ut in Psal. XVII. Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566., all.; item hebraeus et veteres, excepto arabe. Mox tacent *tenebras* codd. E, I. Post *latibulum* addunt *suum* codd. B, F, G, V, Bibl. Leonardi Basileensis Ven. 1476.; item Psalm. XVII., graecus, syrus, arabs et duo codices hebr. Kennicotti.

13. *Prae fulgore*—Codd. B, F 2. m., Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480. 1483., all. *Prae fulgure ;* singularis est adnotatio Abulensis : « Aliqui putant quod *Prae fulgore* sint duae » dictiones, scilicet praepositio et ablativus, » tamen una dictio est, et vocatur *praefulgorus,* id est valde fulgidus, sicut dicitur » *praeclarus,* id est valde clarus. » Conf. Ducangii *Glossar.* Post verba *in conspectu eius* addunt *nubes* cod. L, antiquiores editiones, Hugo et laudatus Psalmus; accedit syrus. Pro *succensi,* codd. D, G, O, goth. leg. *accensi.*

14. *Tonabit* — Cod. C, Bibl. Lugd. 1542. 1551. 1556. 1561., margo Ordin. *Tonavit,*

cod. E *Tonuit;* Psal. XVII. *Et intonuit;* graecus Ἐβρόντησεν; Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535., Basil. 1544. 1557. *Tonabat.* Pro *de caelo,* sixtini, prima manu gregoriani, codd. A, C, H, K, U, Cas. 13., Angelomus, Abulensis *de caelis;* Toletus notat: « In ma» nuscriptis aliquot legitur *de caelis,* et sic » prior Congregatio. Tamen in graeco et im» pressis omnibus et aliis manuscriptis ut in » textu. In hebraeo autem semper est plura» lis, etiam ibi *creavit caelum et terram.* » Mox pro *dabit,* codd. B, C, margo Ord. *dedit;* item Psalm. XVII. et graecus; Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535., Basil. 1544. 1557. *dabat.*

15. *Misit sagittas* — Addunt *suas* codd. E, F, I, L, R, U, V, Cas. plures, antiquiores editiones, Angelomus et laudatus Psalmus; concinunt chaldaeus, syrus, arabs, armenus et, ut videtur, cod. 93. Kennicotti. Pro *fulgur, et consumpsit,* codd. C, E, G, I, O, R, S, U, Cas. 6., antiquiores editiones, Hugo *fulgura, et consumpsit;* item chaldaeus, syrus et arabs; Psalm. XVII. *fulgura multiplicavit, et conturbavit;* codd. B, K *fulgure consumpsit.*

16. *effusiones* — Codd. R, S, Cas. 2. cum graeco *emissiones.* Angelomus *terrae,* pro *orbis.* Pro *ab inspiratione,* codd. D, I ponunt iterum *ab increpatione;* cod. B paucique graeci codices praemittunt *et.*

17. *de excelso* — Sixtus, antiquiores editiones plures, glossa interlinearis, Angelomus *de caelo;* accedit cod. 92. Holmesii; Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1532., Antuerp. 1537., Ven. 1538. 1544. ut in laudato Psalmo *de summo;* sixtini et gregoriani, suffragantibus codicibus paucisque editionibus, hodiernam lectionem receperunt; unde Toletus: « Lege » *de excelso;* sic hebraeus, graecus, Compl. » Reg., manuscripti et utraque Congregatio; » Ordin. autem legit *de summo.* » Post *assumpsit* cod. K tacet *me;* item cod. 242. Holmesii. Pro *et extraxit,* antiquiores editiones *et traxit;* tacent *et* sixtini, codd. A, C, D, goth. legion. et Toletus qui notat: « Non habent *et* » hebraeus, graecus, manuscripti et Congre» gatio. » At copulam exprimunt syrus, arabs, georg., slavon., pauci graeci codices, chaldaeus in edit. Antuerp. et Psal. XVII. in Vulgata editione.

18. *ab inimico* — Codd. I, veron., Angelomus *de inimico;* in Psalmo parallelo *de inimicis.* Post *potentissimo* tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, I, K, U, veron.; item hebraeus, chaldaeus et graecus; sed cum Vulgato faciunt syrus, arabs, armenus, georg., slav., codices hebraici et chald. apud De-Rossi, graeci apud Holmes., et Psalmus XVII. Pro *oderant* codd. C, Cas. 2. et Psalmus parallelus *oderunt.* Pro *quoniam robustiores me erant,* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566. *quomodo robustiores me erant?*

19. *Praevenit* — « Alia littera, ait Hugo, *Praevenerunt.* » ita codd. Cas. 13., margo Ordin., Abulensis et laudatus Psalmus; concinunt hebraeus et veteres; at Ioachimus de Azevedo l. c. animadvertit utramque lectionem accipi posse ex hebr. יקדמני. Ad verbum *afflictionis,* cod. B addit *et tribulationis,* quae gemina videtur interpretatio ex graeco θλίψεως.

20. *complacui ei* — Sixtini, codd. B, C 2. m., D, F, H, I, R, S, Cas. plures, gothic. legion., Bibl. Basileensis Ven. 1476., Hugo, Dionysius carth. *placui ei;* codd. A, C 1. m., E, G, K, U, veronen., Abulensis *placuit ei;* Psal. XVII. *voluit me;* hebraeus חפץ בי.

21. *Retribuet* — Codd. D, K, U, veron. *Retribuit;* graecus ἀνταπέδωκε. Angelomus tacet *Dominus,* ut duo codices holmesiani. Pro *reddet,* cod. K *reddidit;* cf. Holmes.

22. *et non egi impie* — Cod. Cas. 1. cum Psalmo parallelo *nec impie gessi;* Bibl. Ord. *et non impie egi.* Pro *a Deo,* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. *Deo.*

24. *cum eo* — Fere omnes antiquiores editiones *coram eo;* hebraeus לו; sed duo codd. Kennicotti עמו ut in Psalmo.

25. *mihi Dominus* — Codd. A, C, H, K, U *Dominus mihi.* Cod. H et margo Ord. ex hebraeo pro *manuum mearum,* legunt *meam;* sed Vulgato favent graecus, syrus, arabs et

laudatus Psalmus. Pro *oculorum suorum*, cum eodem Psalmo legunt *oculorum eius* codd. D, E, F, U, V, Cas. plures, goth. leg., Abulensis et Biblia Ven. 1476. Basileensis.

26. *Cum robusto perfectus*—Hugo *cum innocente innocens eris;* accedunt slavon., non pauci graeci codices et Psalm. parallelus; codd. K, U, Cas. 13. *cum viro robusto perfectus;* item graecus, syrus, arabs; cf. De-Rossi *Varr. Lectt.;* cod. H notat hebraeum pro *robusto*, legere *perfecto;* nimirum habet גבור תמים.

27. *Cum electo*—Codd. F, G, R, S, V, multae ex antiquioribus editt., Psalmus parallelus et graecus *Et cum electo*. Pro *pervertéris*, codd. E, U, veron., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566. 1573. *subvertéris*.

28. *excelsos*—Codd. Cas. 2. *superbos;* graeci codices ὑπερηφάνων; cf. Psal. XVII.

29. *et tu Domine*—Sixtini cum cod. A et Psalmo parallelo tacent *et tu;* codd. C, D, H, I, N, O, U, Cas. 14. omittunt *tu;* cod. N notat: « Hebraeus et antiqui non interponunt *tu*, » quia praecedens non repetitur. LXX. sic *Do-* » *minus lucebit mihi in tenebris meis.* » Scholiastes enim legisse videtur ἐν σκότει μου, de quo conf. Holmesius et Montfauconius. Cod. B tacet *tu Domine*.

30. *enim* — Deest in codd. S et Cas. 1. Pro *in Deo*, cod. gothic. legion. cum laudato Psalmo *et in Deo;* accedunt graecus, syrus, chaldaeus et plures codices hebraici apud De-Rossi.

31. *Deus*—Cod. K addit *meus;* item Psal. XVII. et armenus. Pro *eloquium*, cod. U cum eodem Psalmo et georg. *eloquia*. Cod. H notat hebraeum pro *examinatum*, legere *conflatum;* cod. Cas. 1. addit *est*.

32. *Quis est*—Codd. O, R, S, Cas. 1., margo Ordin. *Quoniam quis est;* item hebraeus, plures graeci et Psalmus parallelus; cod. B tacet *est*. Pro *et quis fortis*, antiquiores editiones *et quis Deus fortis;* coaluisse videtur duplex interpretatio vocis צור; codd. E, I *et quis est fortis;* codd. S, Cas. 2., Abulensis *aut quis fortis;* locus parallelus Psalmi *aut quis Deus*. Pro *praeter Deum*, codd. B, D, E, M, R, S, Cas. 4., gothic. legion., slavon. ostrog. *praeter Dominum*.

33. *accinxit* — Sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, C, D, H, K, Q, Cas. 2., mediolan., manuscripti apud Toletum *accingit*. Pro *fortitudine*, codd. A, C, F, G *fortitudinem;* et pro *complanavit*, codd. S, veron. *complantavit;* cod. D *complacuit;* obscura est notio verbi ויתר, pro quo melius, ut videtur, in Psalmo parallelo legitur ויתן. Cf. Clericus, Maurerus, Gesenius in *Thes. p. 1498*. Cod. Cas. 1. mox tacet *perfectam*.

34. *excelsa mea*—Tacent pronomen codd. C, G, U, Dionysius carth., Psal. XVII., graecus, syrus et arabs. Pro *statuens*, cod. B *statuit;* hebraeus יעמידני.

36. *Dedisti* — Cod. F cum Psalmo parallelo *Et dedisti;* concinunt hebraeus et veteres, excepto arabe et cod. 187. Kennicotti. Pro *salutis tuae*, codd. S 1. m., V, mediol. et Abulensis *salutis meae;* item graecus; syrus autem et arabs tacent pronomen. Pro *mansuetudo tua*, Sixtus, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S 1. m., U, V, gothic. legion., mediol., veron. et veteres fere omnes editiones *mansuetudo mea;* at vero Liranus cum cod. H notat hebraeum legere *tua*, et Toletus: « Corrige *tua;* sic hebraeus, graecus, » manuscripti et Congregatio. » Revera hodiernam lectionem invexerunt sixtini et gregoriani quibus suffragantur veteres omnes interpretes cum sacro textu, codex s. Victoris apud Rob. Stephanum, alterque apud Hentenium, quibus addimus codicem S 1. m., Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532. et, praeter editiones quae ex eisdem prodierunt, Bibl. Basil. 1530., Ven. 1533., Paris. 1534. 1541. 1566. 1573., Lugdun. 1542. et Isidorum Clarium. Conf. Lucas Brugensis.

37. *Dilatabis* — Codd. S, Cas. 13., Bibl. Ordin., Lugdun. 1522. 1524., priores editt. Rob. Steph., all., Hugo, Dionysius carthus. Psal. XVII. *Dilatasti;* item non pauci graeci codices. Cod. B legit *deficiant*, pro *deficient*.

38. *convertar* — Sixtini, codd. A, D, E, G,

H, I, K, O, R, U, Cas. 3., veron., Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1524., priores editt. Rob. Steph., all., Hugo, Angelomus, Abulensis *revertar;* hinc Toletus: « Ordin., manuscripti et prior » Congregatio legunt *revertar.* » Codd. B, M *revertatur;* mendose Blanchinius edidit *convertatur.*

39. *Consumam eos* — Tacent codd. B, G, S 1. m., Psalm. XVII., graecus (excepto cod. alexandrino), syrus et arabs; idque Houbigantio probatur. Pro *consurgant,* cod. mediol. *surgant.*

40. *Accinxisti* — Cod. B *Accingit;* cod. mediolan. *Et cinxisti;* accedunt hebraeus, graecus et Psalmus parallelus. Rursum ut supra v. 33. nonnulli codices *fortitudinem,* pro *fortitudine.* Dein pro *incurvasti,* legunt *incurvabis* sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, B, C, G, H, K, Q, U, Cas. 2., mediol., veron., Bibl. Rob. Steph. 1528., Lugd. 1531. 1533.; quibus favent hebraeus et graecus; mendose tamen hanc lectionem Bibliis Compl. tribuit Robertus Stephanus; cod. R *curvasti.* Pro *subtus me,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, M, O, R, S 2. m., U, goth. leg., mediol., Bibl. Ven. Basileensis 1476. *sub me;* cod. Cas. 1. tacet; item tres codices holmesiani cum graeco Complut.

41. *odientes* — Codd. F, G, Bibl. Ven. 1476. Basileensis, Abulensis, Psal. XVII. *et odientes;* consentiunt syrus, armenus, slav. ostr., duo codd. Kennicotti, totidemque Holmesii. Animadverte participium *odiens* plus semel in Vulgato usurpatum, itemque in veteri itala et apud Tertullianum et T. Petronium (ubi tamen quidam legunt *audiens*), recte derivari ex verbo *odio, odis;* huius autem verbi tempus praesens indicativi olim apud veteres in usu fuisse colligitur ex Festo; alios vero testes protulit Maius in *glossario* edito in *tom. IX. Spicil. rom.* Pro *et disperdam,* codd. F, V, cum Psalmo parallelo *disperdidisti;* favet graecus.

42. *exaudiet* — Cod. S, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Psal. XVII. *exaudivit;* item hebraeus et graecus; sed cf. Holmesius.

43. *Delebo* — Cod. H notat hebraeum legere *conteram.* Pro *confringam,* codd. A, C, D, E, G, I, R, S, U, V, Cas. plures, mediol., veron., Hugo, Abulensis *compingam;* Martianaeus diserte scribit: « Undecim mss. nostri » legunt hic *compingam;* nec sua illud care» ret probabilitate, nisi consequentia sensus » obstaret: nam quae praecesserunt *delebo,* » *comminuam,* necessariam habent connexio» nem cum verbo *confringam* sive *distendam.* » Caeterum hebraea vox רקע proprie deno» tat *premere, premendo constipare et firma*» *re;* quae profecto ad *compingere* ex aequo » respondent. » Nobis vero ex ipso contextu haud improbabilis videtur lectio *compingam;* agitur enim non de confractione, sed de conculcatione hostium, qui ad instar luti platearum pedibus proteruntur.

44. *custodies me* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, E, mediol., goth. leg.; cod. I legit *constituens;* codd. V, Cas. 2., margo veron., Abulensis, Psalmus parallelus *constitues me;* favent chaldaeus, syrus, arabs aliique apud Holmesium; conf. De-Rossi et Houbigant. Pro *serviet,* cod. B *servient;* item hebraeus et veteres, sed cf. Holmes.

45. *Filii alieni* — « Si litteram lectionis he» braicae spectemus, ait Bukentopius p. 38., » tum hoc versu, tum sequenti, tum Psalm. » XVII, 46. istud *alieni* non est nominativus » pluralis, sed genitivus singularis; nam his » locis est in hebraeo בני נכר *filii* istius qui » *alienus* sive *extraneus* est. Attamen LXX. » habent in nominativo plurali υἱοὶ ἀλλό» τριοι. » Verum animadvertendum est hebraicam locutionem בני נכר nil aliud significare nisi *exteros* seu *peregrinos.*

Ibid. *resistent* — Verbum hebr. יתכחשו reddi potest *denegabunt, deficient,* vel potius *simulabunt;* agitur enim de victis, qui amorem et observantiam erga victorem simulant aut mentiuntur. Ex his satis patet ratio ob quam Vulgatus (non equidem absurde, uti existimat Clericus) posuit *resistent,* et cod. H notavit hebraeum legere *negabunt me,* et Isidorus Clarius interpretatus est *mentientur,* et

in Psal. XVII. Vulgatus *mentiti sunt*. At vero quanam de causa quidam codices, prout testatur Hugo, posuerunt *non resistent?* Profecto id ortum habuit ex coniectura criticorum, qui quum in superioribus legerent *populus, quem ignoro, serviet mihi*, et dein, post verba *Filii alieni resistent mihi*, immediate sequi viderent *auditu auris obedient mihi*, ex praesumpto membrorum parallelismo autumarunt necessario legendum esse *non resistent*. Nec minus temere alia ratione eamdem difficultatem expedivit corrector codicis B, qui, proculdubio ex collatione Psalmi XVII., opinatus est verba esse transponenda, unde sic emendavit *populus, quem ignoro, servient mihi; auditu auris obaudient mihi. Filii alieni resistent mihi, filii alieni defluxerunt* etc.

47. *benedictus Deus* — Cod. H notat hebraeum legere *benedictus fortis* צורי. Pro *exaltabitur*, codd. H, Q, R cum Psalmo parallelo *exaltetur;* codex alexandrinus ὑψωθήτω. Mox tacent *fortis* cod. F, Bibl. Ven. 1476. Basileensis, syrus, arabs, slav. ostrog., complures graeci codices, pauci hebraici apud De-Rossi et Psalmus parallelus.

48. *vindictas mihi* — Cod. F, Bibl. Ven. 1476. Basileensis, Ordin. *vindictam mihi;* accedunt armenus et slav. ostrog.; cod. mediol. tacet. Pro *deiicis*, codd. D, G, M, O, R, S, Cas. 7., Hugo *deiecisti;* pauci codd. cum graeco Complut. ἐταπείνωσεν. Mox cod. Cas. 1. tacet *sub me*.

49. *educis me* — Cod. A 1. m. tacet pronomen. Pro *elevas*, cod. mediol. *elevasti;* pauci graeci codices ὕψωσε vel ἀνύψωσε. Cod. H notat hebraeum pro *iniquo*, legere *iniquitatis;* immo habet חמסים, sed in Psalmo חמס, item cod. 196. Kennicotti.

51. *Magnificans . . . faciens* — Legunt *Magnificanti . . . facienti* sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, C, E, H, I, K, O, U, V, Cas. plures, mediolan., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., posteriores editt. Rob. Steph., Paris. 1541. 1573., Ant. 1542., Lugd. 1542. 1551. 1556. 1561. 1566., Basil. 1544. 1557, Salmant. 1584.; hinc recte Martianaeus: « Ita » mss. optimae notae ac vetustissimi cum ca» none hebraicae veritatis. Alii legunt quod » est in editis *Magnificans* et *faciens*. » Toletus vero: « Manuscripti et prior Congregatio » *Magnificanti*. » Hugo legebat *Magnificantis* (sic), sed notavit: « Aliqui libri habent *Ma*» *gnificans*, et haec est verior littera. » Animadverte Rob. Steph. in margine Bibl. 1540. mendose posuisse *facientis*. Pro *salutes*, codd. C, F, K, V, et editiones superius laudatae *salutem;* dubitant nonnulli utrum recte *salutes* (quod respondet hebraeo ישועות, quo praeclara illa facinora, unde populi salus oritur, denotantur) plurali numero latine efferatur; nos vero interim hoc unum animadvertimus, in paucis Bibliorum locis, ubi haec lectio occurrit, eamdem non omni dubitatione vacare; quamquam vix ambigimus ab auctore veteris italae et ab ipso Hieronymo usurpatam fuisse. Pro *regis sui*, Hugo et Psalmus XVII. *regis eius;* Maurerus post Abulensem animadvertit pronomen tertiae personae hoc loco ad hebraicam locutionem pertinere; nam latine dicendum esset *regis tui*. Pro *in sempiternum*, cod. M *in aeternum;* praemittunt *usque* codd. E, R, S, Bibl. Ordin., Lugdun. 1522. 1524., Norimb. 1529., all., Hugo et Psal. XVII.

Margo codicis gothici legionensis nullum heic servat veteris latinae interpretationis fragmentum; eius igitur loco adnotatiunculam subiicere placet. Hactenus Vulgati lectiones ex Psalmo XVII. cum varietatibus quas hoc in capite memoravimus perpetuo contulimus. At vero, praeter alios pro eisdem testes quos ad laudatum Psalmum suo loco excitabimus, non abs re erit ex ipsa hieronymiana eiusdem Psalmi interpretatione ad hebraicum textum adornata, ea nunc proferre, quae cum huius capitis varietatibus consentiunt, saltem in locis ubi inter utrumque hebraici textus exemplar nulla occurit discrepantia. In his enim tum magis credibile est Hieronymi sententias et locutiones sibi constare; tum minor est suspicio alterum locum ope alterius, quod haud raro accidisse vidimus, licentia criticorum corruptum fuisse.

Vers. 3. *Deus meus . . . et sperabo in eo.* 6. *inferi.* 7. *de templo sancto suo . . . in aures.* 8. *iratus est. Ascendit.* 9. *in furore eius.* 11. *cherub.* 14. *de caelis . . . dedit.* 17. *de alto . . . accepit me: extrahet me.* 18. *de inimico . . . oderunt.* 19. *Praevenerunt.* 20. *placui ei.* 21. *Retribuit . . . reddidit.* 25. *oculorum eius.* 27. *subverteris.* 32. *Quoniam quis est.* 33. *accingit.* 38. *revertar.* 40. *Et accinxisti . . . incurvabis . . . sub me.* 41. *disperdidisti.* 51. *Magnificanti . . . facienti . . . usque in aeternum.*

Cap. XXIII, 1. *Haec autem sunt verba David novissima. Dixit David* — « Haec germana est lectio et interpuntio, ait Lucas » Brugensis; quare non est auferendum no» men *David* priori loco, nec addendum re» lativum *quae* ante *Dixit.* » Toletus vero notat: « Sixtus legit *Haec autem sunt verba no» vissima, quae dixit David;* sed corrigendum » *Haec autem sunt verba David novissima.* » *Dixit David;* sic hebraeus et manuscripti » et utraque Congregatio. » Re quidem vera sixtini et gregoriani, itemque Isidorus Clarius ita legendum censuerunt; at tamen pro Sixti lectione stant veteres editiones; ac praeterea tacent *David* priori loco codd. A, B, E, F, G, I, K, M, N, O, R, S, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., Rabanus, Eucherius, Hugo de s. Vict. CLXXV, 103., Petrus Com.; ac post *novissima* addunt *quae* codd. C, D, F, G, I, K, R, S, U, V, veron., Rabanus, Eucherius, Hugo de s. Vict. l. c. et Petrus Com.; cod. M notat: « Quidam habent *quae* » *dixit David;* sed hebraeus, Hieronymus et » multi non habent *quae;* et tunc incipit ver» sus ibi *Dixit David.* Sed si est ibi *quae,* » non incipit versus nisi *Dixit vir.* » Angelomus legit tantum *Haec sunt verba novissima David;* Thomas. I, 99. *Haec autem sunt David verba* etc.

Ibid. *cui constitutum est de christo* — Cod. H notat hebraeum legere *cui constituta est scala christo;* idem habet Pseudo-Hieronymus III, 783. ex quo scholiastes in cod. M scribit: « Hieronymus, hebraeus, antiqui *cui consti» tuta est scala christo.* » At vero epanorthotes in cod. N adversatur scribens: « Hiero» nymus dicit quod hebraeus habet *cui con» stituta est scala christo;* sed nondum ista » hebraea exemplaria vidi. » Nam hebraeus absque ulla codicum discrepantia legit הקם על משיח, quae reddi possunt *qui constitutus est in alto* (in loco sublimi) *unctus;* ex quo patet nullam fieri *scalae* mentionem; at facile est coniicere scholiastem legisse עלה pro על quod graecus interpretatur ἐπί, syrus autem ܢܝܪܐ (legebat enim עֹל *iugum*); cf. Ephraemus I, 432. Sensum hebraici textus et Vulgati haud male componit Hugo de s. Vict. l. c. Nam Vulgatum exponit: « Id est cui offi» cium concessum est de christo Dei Iacob. » Dein pergit: « In hebraeo sic est: *Dixit vir* » *levatus super christo Dei Iacob,* id est vir » qui est christus Dei Iacob, quem ipse Deus » Iacob superlevavit, id est exaltavit, ut es» set superior omnibus. » Denique adnotamus sixtinos aliosque scribere *de Christo.* Pro *Dei,* codd. F, V *Deo.*

Ibid. *psaltes* — Cod. M notat alios legere *psalta,* alios *psalmista;* hanc postremam lectionem servant codd. R, S, Cas. 3., mediol., glossa interlinearis, Isidorus VI, 9. 11. Legunt *psalta* codd. A, C, F, N, O, U, Cas. 13., gothic. legion., veron.; immo cod. N notat: « *Psalta* legitur et I Paral. XXIII. (v. 5.) » Cod. O addit: « *psalta.* Nam secundum Pri» scianum nomina graeca primae declinatio» nis in *as* vel in *es* desinentia, consueverunt » latini terminare in *a,* ut *prophetes, prophe» ta; psaltes, psalta; borras, borra.* » His adde codicem H, in quo adnotatur: « Hebraeus et » alii codices *psalta.* » Fatetur Martianaeus plures latinos codices ita legere uti asserit scholiastes; at iure miratur id hebraeo magis quam *psaltes* adscribi. Animadverte autem vocem *psalta* in Lexico Forcellini adhuc desiderari, pro qua tamen haud modicum, ut vides, est antiquorum codicum suffragium.

2. *per me* — Cod. goth. legion., Eucherius *super me;* cod. H notat hebraeum legere *in me;* et mox pro *per linguam,* habere *super linguam.* Ante *sermo* cod. A tacet *et.*

*

3. *Dixit Deus Israel mihi, locutus est Fortis Israel* — Variam interpungendi rationem exponit scholiastes in cod. M scribens: « *per* » *linguam meam,* hic fit versus. *Dixit,* et hic » facit versum hebraeus. Quidam expositores » non habent *Dixit* (uti Rabanus et Angelo- » mus). Dein ita punctant hebraei *Dixit:* » *Deus Israel mihi locutus est, fortis Israel,* » *dominator hominum; iustus dominator in ti-* » *more Dei.* » Vehementer enim discrepant libri in huius periodi interpunctione. Antiquiores editiones et pauci codices legunt *Dixit: Deus Israel* etc.; pronomen *mihi* non ad verbum quod praecedit, quod et pauci graeci codd. faciunt, sed ad sequens referunt codices veteres fere omnes, Rob. Steph., aliique; immo cod. H legit *Dixit Deus Israel, locutus est mihi fortis Israel;* Hugo de s. Victore l. c. illud pronomen in utroque membro exprimit legens *Deus Israel dixit mihi, et fortis Israel locutus est mihi;* cod. F tacet *est;* post *locutus est* alii multi interpunctionem adhibent. In iis quae sequuntur eadem fere est varietas; nam pro *Israel, Dominator,* Sixtus, all. *Israel: Dominator;* non paucae veteres editt. *Israel. Dominator;* Bibl. Compl., Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513. 1522. 1524. 1526., Basil. 1544. *Israel, dominatur.* Pro *iustus dominator,* multi libri *iustus, dominator;* Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566. 1573., all. *iustus et dominator;* Bibl. Compl., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1522. 1524. 1526. 1535., Norimb. 1529., Angelomus *iustus dominatur;* immo hanc lectionem cod. H tribuit hebraeo, in quo tamen legitur ut supra מושל. Hunc versiculum ex hebraico textu interpretamur *Dixit Deus Israelis, mihi locutus est praesidium Israelis: Dominator in homines* (erit) *iustus, dominator timens Deum.* Sunt tamen non pauci hebraici codices qui cum Vulgato legunt ביראת.

4. *Sicut lux*—Codd. H, L (seu Q) *Et sicut lux;* consentiunt hebraeus et veteres, excepto syro, cui pauci codices graeci adiunguntur; horum autem et Vulgati lectionem praefert Houbigantius; nec enim desunt interpretes et codices, qui, abiecta distinctione, ista connectant cum postremis verbis superioris versiculi; sed cf. Ugdulena in h. l. Sixtini scripsere *Sole* cum priori littera maiuscula. Pro *absque,* Bibl. Paris. 1541. 1566. *usque.* Cod. H notat hebraeum pro *et sicut pluviis germinat herba de terra,* legere *et sicut pluvia germinat herbam de terra;* verum hebraeus legit tantum ממטר דשא מארץ, *post pluviam herba* (germinat) *ex terra.*

5. *Deum*—Codd. A, G, Abulensis *Dominum.* Bibl. Ordin. *sempiternum,* pro *aeternum.* Pro *salus mea, et omnis voluntas: nec est quidquam ex ea quod non germinet,* cod. veron. habet tantum *salus mea ex eo quod non germinet;* « pulchre quidem cum hebraeo, ait » Vallarsius, si *voluntas* saltem addidisset, » quod nomen in archetypo est חפץ; nam » reliqua *nec est quidquam ex ea,* ibi pariter » desiderantur; vocula autem כי id est *quia,* » aeque bene redditur *ex eo quod.* » Alii quoque codices et plures ex antiquioribus editionibus legunt *ex eo.*

6. *Praevaricatores autem* — Cod. Cas. 1. *Praevaricantes enim.* Pro *universi: quae,* cod. R, Angelomus, Bibl. Lugd. 1522. 1524. *universi qui.* Ante *manibus* cod. veron. addit *a;* hebraeus ביד.

7. *Et si quis tangere voluerit eas*—Cod. H notat hebraeum legere *Et vir tangens eos;* cod. K tacet *Et;* pro *voluerit eas,* codd. D, F, G, R, S, V, Bibl. Ven. 1476. Basileensis, *eas voluerit.* Pro *et ligno,* cod. G *ex ligno;* Angelomus tacet. Pro *igneque,* sixtini, codd. A, F, O, U, V, Bibl. Basileensis 1476., Hugo *ignique;* cf. ad Lev. XIII, 55. Mox cod. H frustra notat hebraeum legere *succensi,* cod. F *succenso.* Pro *ad nihilum,* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. *in nihilum;* Isidorus Clarius *in ipso loco;* hebraeus enim בשבת a quibusdam redditur *in sede sua,* nempe ubi crescunt; sed cf. Gesenii *Thes. p. 1360.*

8. *Haec nomina* — Interponunt *sunt* codd. G, Cas. 1., Bibl. Ordin., Lugd. 1522. 1526., Norimb. 1529., Basil. 1530. 1544. 1557., all., Hugo; item margo cod. goth. leg. Sequi-

tur in Vulgato *fortium David. Sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres;* etsi haec verba multis quaestionibus a criticis vexentur, tamen Bukentopius p. 176. scribit: « Ita legendum atque interpungendum esse » patet ex hebraeo, chaldaeo, graeco. Mendosum vero est quod varii latini, signanter » Sixti V. geminant vocem *David* hoc modo: » *fortium David. David sedens* etc., quasi » ipse fuisset ille *sedens in cathedra sapientissimus*, cum fuerit alius homo, nempe » *Iesbaam.* » Cum Sixto autem faciunt codd. C 2. m., D, E, F, G, N, O, V, Cas. plures, margo I et R, fere omnes veteres editiones, Petrus Dam. CXLV, 1111., Rupertus. Praeterea legunt *fortium David. David sedet* etc. codd. R, S, Cas. 11., Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1522. 1524. 1526.; Hugo notat: « Aliqui libri habent *sedens*, sed planius legitur *sedet.* » Pseudo-Hieronymus III, 801. haec habet: « *Sapientissimus* ipse est David. » Hoc est quod in Regum scribitur *sedet in* » *cathedra sapientissimus.* » Plura habet scholiastes in cod. M qui adnotat: « *Haec nomina* » *fortium David;* hic fit versus. Hebraeus et » Hieronymus et antiqui sic incipiunt alium » *Sedens in cathedra;* et exponit hebraeus de » Ioab, qui sedens in sede sapientior erat et » princeps inter tres. Sed Hieronymus exponit de David dicens in David fuisse tres » virtutes ad quas nullus pervenit, scilicet » sapientiam, humilitatem et fortitudinem. » Cf. Pseudo-Hieronymus III, 783. Adversus laudatum scholiastem scribit epanorthotes in cod. N: « *fortium David. David sedens in ca-* » *thedra.* Multum odientes quidam quod di- » ctum est *David* secundo, et quod habent » omnes antiqui et novi, resecaverunt, ut li- » centius de alio, quam de David, expone- » rent; cum illud et Hieronymus, et alii, et » glossa, et scholastica historia de David ex- » ponant. Sed hebraeus, inquiunt, hoc non » habet. Si hoc propter sensum interpres non » posuit, quomodo supra XXI. (v. 18. 19. 20.) » in bellis apposuit *secundum*, *tertium* et » *quartum*, quae omnia hebraeus non habet? » Require Ios. IX. (v. 26.) *Iosue* nomen in » translatione ponitur ubi non erat, nec po- » nitur ubi erat. » Haec ille. Verumtamen nomen *David* secundo repetitum expunxerunt sixtini et gregoriani, quibus suffragantur codd. A, B, H, K, L 4., Q, U, Cas. 4., goth. legion., mediol., Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugdun. 1535., Eucherius, Claudius taurin. CIV, 718.; hinc Toletus: « Expungunt » *David* hebraeus, graecus, Complut., Reg., » manuscripti et utraque Congregatio. » Vulgati verbis *Sedens in cathedra sapientissimus*, in sacro textu respondent ista ישב בשבת תחכמני; his autem in loco parallelo I Paral. XI, 11. respondere videntur sequentia ישבעם בן חכמוני, quae a Vulgato redduntur *Iesbaam filius Hachamoni;* unde Pseudo-Hieron. III, 801. (cf. col. 808.) subdit: « *Iesbaam* in- » terpretatur *sedens in populo;* filius *Achamon-* » *ni*, id est *sapientissimus*, ipse est David. » Et glossa interlinearis ad verba *Sedens in cathedra* notat: « *Iesbaam filius Ahamoni*, sicut » in Paral. legitur. » Idque plerisque criticis probatur, qui alterutrum textum corruptum esse contendunt; nam, ut caetera omittamus, in Paral. habetur *triginta*, pro eo quod hic legimus *tres;* et *trecentos*, pro *octingentos*. Has autem quaestiones, quae minus arcte cum nostro instituto colligantur, nos heic praetermittimus, atque ipsius Vulgati varietates proferre contenti erimus. Post vocem *sapientissimus* Petrus Com. claudit versum, novamque periodum incipit voce *Princeps;* idque Liranus quibusdam hebraicis et latinis codicibus consentire asserit. Margo cod. 106. Holmesii hunc locum latine ex Vulgato proferens tacet *princeps*.

Ibid. *quasi tenerrimus ligni vermiculus* — Illis qui cum graeco et syro contendunt hebraici textus verba עדינו העצני tamquam nomina propria accipienda esse, favet Hieronymus III, 56. qui interpretatur *Adino, tenellus* vel *delicatus;* et *Ahesani, voluntatis* sive *consilio ego;* at conf. Gesenii *Thes. p. 994. et seq.* et De-Rossi *Suppl. ad Varr. Lectt.* Pro *interfecit*, cod. B *interficit*.

9. *Post hunc, Eleazar filius patrui eius Ahohites.* — Cod. H notat hebraeum legere *Post hunc Eleazar filius Dodo, filius Ahoi;* item habet Isidorus Clarius; graecus legit Καὶ μετ' αὐτὸν Ἐλεανὰν υἱὸς πατραδέλφου αὐτοῦ υἱὸς Δουδί; ubi duplex videtur coaluisse interpretatio, quarum alteram multi graeci codices omittunt, quibus accedit palimpsestus editus a Tischendorfio tom. I. p. 180. De nomine *Dodo* cf. ad Iudic. X, 1.; pro *Ahohites,* legunt *Ahoi* codd. A, C, F, G, H, V, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476. Basileensis, Hieronymus l. c.; alii libri habent *Ahohi,* quod magis accedit hebraeo אחחי, pauci *Aoi.* Pro *tres fortes,* codd. E, I *fortes tres;* cod. R tacet *fortes.* Quod sequitur *exprobraverunt Philisthiim,* perperam Hugo de s. Victore, quem sequitur Menochius, interpretatur de hostibus, qui timiditatem hebraeis obiiciebant; ex hebraeo enim patet sermonem esse de Israelitis qui Philisthaeos probris afficiebant.

10. *ascendissent viri* — Antiquiores editiones *ascendissent filii;* item cod. 246. Holmesii; cod. E *ascendisset vir;* accedit graecus, sed conf. Holmes. Pro *deficeret,* cod. A Bibl. Ven. 1476. Basileensis *deficerent;* mox cod. F legit *obrigescerent.* Pro *Dominus,* codd. D, F, V, Godefridus CLXXIV, 501. *Deus.* Pro *in die,* Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all. *die.* Cod. H et margo Ordin. notant hebraeum non legere *qui fugerat.*

11. *Semma* — Codd. et editt. plures *Sammaa* vel *Semmaa;* conf. ad II Reg. XIII, 3.; item pro *Age,* multi *Agge;* alii *Aga;* cf. Hieronymus III, 56. et Holmesius. Ante *congregati* priores editt. Rob. Stephani, all. tacent *et.* Pro *lente plenus,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, U, V, Bibl. Ven. 1476. Basileensis, Rabanus, Godefridus l. c., Abulensis *plenus lente;* I Paral. XI, 13. *plenus hordeo;* nimirum pro ערשים, ponitur שעורים.

12. *tuitus* — Ita scribendum censuere sixtini, consentientibus plerisque optimae notae codicibus, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1511., all.; verum reliqui in hoc verbo discrepant; nam cod. H (etsi Vallarsius ediderit *tuitus*) et maior pars veterum editionum habent *tutus;* codd. I, P, Cas. 2., Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *tutatus;* codd. G, O, S, V, Cas. 6., Bibl. Lugdun. 1522. 1524., Hugo, all. *intuitus.* Post verba *tuitus est eum* codd. C, Cas. 1. et margo sangerman. n. 11. addunt *iuxta Heliothorophin;* cuius mendosi additamenti originem investigare conati sumus; at eamdem nos assequutos esse non asserimus. In superiori versiculo nomen loci legitur לחיה, quod Vulgatus interpretatur *in statione,* graecus εἰς θηρία, sed nonnulli codices cum edit. Complut. εἰς (vel ἐπὶ) σιαγόνα, quod vetus interpres ad marg. codicis gothic. leg. et Iosephus *Antiq. VII, 12.* accipiunt pro nomine loci vel fontis, de quo agitur Iudic. XV, 14. Ex annalibus autem Glycae eruitur fontem *Lechi* seu Σιαγόνος *iuxta Eleutheropolin* fuisse. At haec a longe nimis petita videbuntur. Pro *percussitque,* cod. mediol. *recussitque.* Ad verba *salutem magnam* codd. E, I et syrus addunt *in manu eius.*

13. *Necnon et ante descenderant* — Cod. H notat hebraeum legere *Et descenderunt;* tacent *et* sixtini, codd. A, D, E, G, I, K, U, Cas. 4., veron., Dionysius carthus., Abulensis; cod. S et Pseudo-Hieronymus *descenderunt,* pro *descenderant;* conf. I Paral. XI, 15. Item *venerunt,* pro *venerant,* Pseudo-Hieronymus et Angelomus. Biblia Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513. tacent *inter* ante *triginta.* Pro *Odollam,* codd. F, G, R et Hieronymus III, 56. *Adollam;* codd. C, D *Modollam;* conf. ad I Reg. XXII, 1. Pro *Philisthinorum,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, aliique, Bibl. Ordin., Ven. 1476., Hugo, Rabanus, Godefridus l. c. *Philisthiim.* Pro *in Valle gigantum,* glossa interlinearis et I Paral. XI, 15. *in Valle raphaim;* eadem varietas est in graecis codicibus; cf. ad II Reg. V, 18.

15. *Desideravit ergo David* — Addunt *aquam de lacu* Sixtus, codd. F, G, I, N* 1. m., R, S, V, gothic. leg., Thomas. I, 71. et 96., veteres complures editiones, Godefridus l. c.,

Rupertus; at additamentum reiiciunt sixtini, gregoriani, optimi codices, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1533., Paris. 1534. 1541., priores editt. Rob. Steph., all.; Toletus autem de hoc additamento scribit: « Non legunt he-» braeus, graecus, manuscripti et utraque » Congregatio. » Pro *ergo*, legunt *igitur* sixtini, codices fere universi, Bibl. Ord., Hugo, all. Mox tacent *O* sixtini, gregoriani, codd. A, B, D, E, F, H, I, K, N, R, S, Cas. 6., goth. legion., mediol., Bibl. Basileensis Ven. 1476. 1483., Ord. edit. Ven. 1495., Rupertus; item hebraeus et veteres. Pro *mihi daret*, codd. R, S, V, Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496., all. *daret mihi*, ut I Paral. XI, 17.

Veteris italae fragmentum hoc loco profert ex Ambrosio Sabatierius; at plura nobis servarunt Eucherius L, 1100., Isidorus V, 534., Beda IV, 444. et Claudius taurin. CIV, 718., ex quibus ea quae sequuntur excitare iuvat: *Quis mihi*, *inquit*, *potum dabit de lacu*, *qui est in Bethlehem? et ad portas erat iter cisternae* (Beda *iter lacus;* Isidorus *inter lacum*), *et David interfusus hostibus* (Isidorus *hostis*), *et media* (Claudius *eum media*) *hostilium cinxerant septa castrorum*. 16. *Praeciderunt* (Beda *Praecesserunt*) *tres viri multitudinem adversariorum*, *et hauserunt aquam de lacu*, *qui erat in Bethlehem*, *et obtulerunt regi bibendam. Sed rex* (Beda *Rex autem*) *noluit bibere*, *sed profudit illam Domino*, 17. *dixitque: Non contingat mihi hoc facere*, *ut sanguinem virorum*, *qui abierunt ex animis* (Isidorus *in animis*) *illorum* (Beda *eorum;* Eucherius tacet) *bibam*.

16. *tres fortes* — Codd. V, Cas. 2. *tres viri fortes*. Bibl. vaticana 1592. mendose *iuxta Portam*, pro *iuxta portam*. Pro *libavit eam*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, U, V, goth. leg., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566., all. *libavit illam*, ut I Paral. XI, 18.

17. *Propitius sit mihi Dominus*, *ne faciam* — Cod. H notat hebraeum legere *Absit a me*, *Domine*, *ut faciam;* conf. I Paral. XI, 19.; pro *sit mihi*, sixtini, codd. A, D, E, F, I, K, U, V, Thomas. I, 96., Bibl. Ven. 1476. *mihi sit;* pro *Dominus*, Godefridus l. c. *Deus;* pro *hominum istorum*, cod. E *istorum hominum*. Pro *haec fecerunt*, codd. Cas. 2. *hoc fecerunt;* cod. H notat: « Hebraeus et antiqui habent *haec*. »

18. *de tribus* — Addunt *istis* codd. D 2. m., F, H, L 2. (seu Q), U, V, Thomas. I, 84., Bibl. Basileensis Ven. 1476., Pseudo-Hieronymus, Rabanus. Pro *levavit*, codd. H, K, U, Rabanus *elevavit*. Ad *trecentos* codd. D 2. m., G addunt *viros;* et mox pro *in tribus*, codd. H, L (seu Q), Bibl. Ven. 1476. Basileensis, Pseudo-Hieronymus *in illis tribus;* codd. E, I *inter tribus*.

19. *ad tres primos* — Codd. G, R, S, Cas. 3. *ad tres viros primos;* cod. H notat hebraeum non legere *primos*, nec habet Pseudo-Hieronymus.

20. *viri fortissimi* — Cod. H notat hebraeum legere *filii viri fortissimi*, et ita legit Pseudo-Hieronymus; cod. F *fortissimi viri*. Codd. H, M, Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus, glossa interlinearis notant hebraeum pro *magnorum operum*, legere *magister operum*. Pro *Cabseel*, plerique codices et antiquiores editiones *Capseel;* cod. M cum Pseudo-Hieronymo III, 802. notat nomen esse loci.

Ibid. *duos leones Moab* — Hugo de s. Victore notat hebraeum legere *duos principes Moab;* Vulgatus I Paral. XI, 22. servavit hebraicam vocem אריאל, *duos ariel Moab* (alexandrinus quoque utroque loco ἀριήλ); nempe duos *heroes*, id enim significat hebraica vox, cuius etymon expressere Aquila et Symmachus (cf. Hieronymus III, 56. 162. IV, 388.) per λέοντα Θεοῦ; cod. M notat: « *duos leones* dicit duos viros fortissimos. *et* » *ipse descendit*, *et percussit leonem in media* » *cisterna in diebus nivis*. Mirabiliter exponit » hoc Hieronymus secundum hebraeum di-» cens *leonem* Ioab; in *cisterna*, id est in » templo; in *tempore nivis* occisum, id est » peccatum eius morte expiatum. » Eadem ex Pseudo-Hieronymo habent Rabanus et Angelomus, qui pro *in media cisterna*, legunt *in medio cisternae;* cod. G *in cisterna;* Bibl. Ven.

1494. 1498. *de media cisterna.* Ante *diebus* tacent *in* codd. A, B, E, H, K, U, goth. leg., Beda II, 721., Eucherius, Angelomus. Mendose pro *nivis,* Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501. *nostris.*

21. *interfecit virum Aegyptium*—Codd. B, E, I *percussit virum Aegyptium;* cod. H *interfecit Aegyptium virum.* Cod. A *dignum virum,* pro *virum dignum.* Cod. M ex Pseudo-Hieronymo III, 784. habet scholion quod sequitur: « *Virum* quoque *Aegyptium* dicit Semei, » qui maledixerat David; qui hic dicitur *Ae-» gyptius,* quia sicut ille Aegyptius blasphe-» mavit Deum, quem Moyses interfecit, ita » iste blasphemavit regem et prophetam. *di-» gnus spectaculo,* quia expectabatur ut si » exiret de Ierusalem, occideretur. habens *in » manu hastam,* id est legem regis, quam » quia recte non retinuit, Banaias descendit » *ad eum in virga,* id est rectitudine iusti-» tiae. Si Iudaei tam oblique litteras suas » exponunt, cur de nostris expositoribus in-» dignantur? » Cf. Rabanus et Angelomus.

23. *Et ipse nominatus*—Angelomus *Et ipse nominatur;* tacent *Et* codd. S, Cas. 1. Pro *robustos,* Angelomus *robustissimos;* et pro *pervenerat,* cod. E *pervenit.* Pro *sibi David auricularium, a secreto,* sixtini, codd. A, C, E, I, K, O *David sibi auricularium, a secreto;* cod. S, Bibl. Ordin., all. *sibi auricularium a secreto David;* cod. H notat hebraeum non legere *a secreto;* Hugo vult scribi *asecreto,* quia, inquit, una dictio est, et est indeclinabilis; cf. et Hugo de s. Victore.

24. *Asael* — Alii legunt *Asahel;* cf. supra ad II, 18. Editor Bibliorum Paris. 1837. notat probabilius legendum esse *inter tres,* pro *inter triginta,* ut Asael sit ultimus secundae triadis; Calmetus autem « Maluerim, inquit, » ego reddere hebraeum *inter Schalischim,* » vel inter duces praecipuos copiarum Da-» vidis. » At uterque temere. Vulgatus in loco parallelo I Paral. XI, 26. pro *Elehanan,* legit *Elchanan.* Cod. H notat hebraeum pro *filius patrui eius,* legere *filius Dodo;* item Isidorus Clarius et margo Ordin.; graecus iterum utrumque ut supra vers. 9. coniungit. Cod. M ex Pseudo-Hieronymo III, 801. « *filius pa-» trui eius,* id est Davidis, cuius patruus fuit » Ahoi frater Isai: et fuit iste Eleanan frater » Eleazar, Ahoites, id est filius Ahoi. »

25. *Semma de Harodi*—Cod. M ex Pseudo-Hieronymo III, 802. « *Semma* interpretatur » *ibidem;* in Paral. dicitur *Semmod,* id est » *nomina.* » De varietatibus huius nominis cf. supra ad v. 11. Pro *Harodi,* legunt *Arari* codd. A, B, C, D, E, F, G, I, M, R, S, U, V, Cas. plures, gothic. leg., veron., antiquiores editiones, Hugo, Angelomus; accedunt tres codices Kennicotti; at cod. H et Pseudo-Hieronymus *Arodi;* Toletus notat: « Ordin. » *Arari,* et consonat supra vers. 11., et sic » Compl. et Reg.; sed in hebraeo, graeco et » multis Bibliis *Harodi* utrobique in hoc ver-» siculo. » Nam sequitur *Elica de Harodi;* ubi pro *Elica,* cod. E *Helicasa;* codd. M, S, V 2. m., Cas. 4. *Helisaca;* et pro *Harodi;* plures codd. et editt. *Arodi;* princeps editio Clementis VIII. an. 1592. *Arori,* de qua lectione scribit Bukentopius p. 478. « Unde irrepserit » in vaticana editione anni 1592. *Arori,* pro » *Harodi,* nescio; hoc scio recte monere in-» dicem legendum esse *Harodi;* ita enim ha-» bent omnes alii Vulgatae libri, ita etiam » est in hebraeo החררי. » Verum autographa scripta Congregationis gregorianae et Angeli Rocca, in quibus legitur *Arori,* aperte demonstrant huiusmodi mendum ipsis correctoribus excidisse.

26. *Heles*—Codd. B, E, F, G, I, M, R, S, V, goth. leg., veron., Bibl. Ven. 1476. Basileensis *Helas* vel *Elas;* in I Paral. XI, 27. *Helles;* in sacro textu Samuelis legitur חֶלֶץ, Chronicorum חֵלֶץ. Pro *Phalti,* codd. E, F, H, I, R, S, U, goth. legion., Bibl. Ven. 1476. Basil. *Phelti;* codd. B, V *Phelethi;* cod. M ex Pseudo-Hieronymo III, 802. notat: « *Helas de Phalti* » in I Paral. XI. dicitur *Helles Plonites,* quia » Ploni, qui et Phalti, fuit propinquus Booz, » de quo legitur in Ruth. » Pro *Hira,* codd. B, F, G, S, V, Bibl. Basileensis Ven. 1476., Hieronymus III, 58. cum graeco *Hiras;* alias

Ira, cf. supra ad XX, 26. Pro *Acces,* cod. B *Sacces;* cod. H *Aces;* alii *Aches,* alii aliter. Pro *Thecua,* Vulgatus II Paral. XI, 6. XX, 20. Amos I, 1. *Thecue;* apud Iosephum modo Θεκωέ, modo Θεκώς, modo Θεκόα dicitur.

27. *Abiezer*—Multae ex antiquioribus editionibus *Abiser.* Pro *Mobonnai,* codex Martianaei et Pseudo-Hieronymus *Mobunai;* Bibl. Lugdun. 1522. 1524., Basil. 1530., all. *Mobonni;* censent critici idem esse ac *Sobochai* de quo supra XXI, 18. et I Paral. XI, 29. XX, 4. XXVII, 11.; cf. Pseudo-Hieronymus III, 802. et Holmesius. De *Husati* vide supra ad XXI, 18.

28. *Selmon* — Cod. M ex Pseudo-Hieronymo: « *Salmon,* id est *sub umbra* (Hieron. » III, 60. *Salmon, umbra virtutis*); in I Pa- » ral. XI. dicitur *Illai,* id est *exaltatus.* » Pro *Ahohites,* cod. B *Achiotes;* codd. E, G *Achites;* codd. F, M, V. *Achoites;* cf. supra ad vers. 9. Pro *Maharai,* codd. A, G, I, M, R, S, U, antiquiores editiones, Rupertus, Hugo de s. Victore *Macharai;* codd. F, H, V *Maarai;* Hieronymus III, 59. *Maaria;* cod. E *Marai,* uti habet Vulgatus I Paral. XXVII, 13. Pro *Netophathites,* cod. B *Phathites.*

29. *Heled filius Baana, et ipse Netophathites*—Tacent codd. B, I, mediol.; item graecus, sed conf. Holmesius; in nomine *Heled* mire discrepant libri; nam antiquiores editiones habent *Eleph* aut *Heleph;* cod. H, posteriores editt. Rob. Steph., Bibl. Lovan., all. *Heleb,* quod consentit hebraeo, chaldaeo et syro; at non pauci codices sacri textus et locus parallelus I Paral. XI, 30. praeferunt חלד, cui lectioni a Sixto invectae, praeter clementinas editiones, suffragantur optimi codices, priores editt. Rob. Steph. aliaeque, quae inde fluxerunt. Denique codd. E, V, paucaeque editt. *Eleth.* Nota Pseudo-Hieronymum in libris Regum col. 784. scribere *Eleph;* at dein col. 802. perperam animadvertere *Heleb* dici in Paralipomenis, qui in Regum vocatur *Heled.* Pro *Baana,* codd. D, E, F, M, veron., Bibl. Ordin., Compl., Reg., Ven. 1511., all. *Banaa;* cf. supra ad IV, 2. Mox cod. H notat hebraeum non legere *et ipse.* Pro *Ithai,* Vulgatus in loco parallelo et alibi *Ethai.* Pro *Gabaath,* codd. M, R, antiquiores plures editiones *Gebeeth;* alii *Gebeth;* codd. E, I, S *Iebeeth;* cod. B *Lebeth;* cf. ad I Reg. X, 26.

30. *Banaia*—Multi codices et antiquiores editiones *Banai;* cod. A *Banahi;* cod. H *Banaiau;* item hebraeus; sed alias Vulgatus saepe legit *Banaias;* cod. M notat: « Et iste » Banaia fuit filius Ahoi fratris Isai. » Pro *Pharathonites,* codd. A, C, F, G, gothic. leg. *Aufrathonites;* codd. B, veron., Pseudo-Hieronymus *Phrathonites;* codd. I, K, V *Heuphratonites;* cod. E *Autfrathonites;* codd. R, S *Affratonites;* Vulgatus I Paral. XI, 31. *Pharatonites;* conf. Iudic. XII, 13. 15. Nec minor est librorum inconstantia in sequenti nomine *Heddai,* pro quo antiquiores editiones legunt *Heldai* vel *Heltai;* glossa interlinearis corrupte *Vel Thai;* Hieronymus III, 56. *Adai;* Pseudo-Hieronym. col. 784. *Hidai,* col. 802. *Hedai;* col. 824. *Eldai;* ex quo cod. M notat: « *Hedai* הדי, id est *acumen meum,* in Paral. » dicitur *Hurai* חורי, id est *fenestra mea.* » Cod. H notat hebraeum pro *Torrente,* legere *Torrentibus;* at alii interpretantur מנחלי געש *ex vallibus Gaas,* nempe huic monti subiectis.

31. *Abialbon*—Codd. R, S, antiquiores editiones corrupte *Albialbon;* cod. M ex Pseudo-Hieronymo col. 802. « *Abialbon,* id est *pa-* » *tris mei dolor* (at cf. Hieron. III, 56.), in » Paral. dicitur *Abiel,* id est *pater meus Deus.* » Pro *Azmaveth,* antiquiores editiones *Azamaveth;* alibi Vulgatus legit *Azmoth;* Hieronymus III, 56. 57. *Azmath de Bareumi;* cod. M: « *Azimaveth de Beromi,* in Paral. *Azmoth* » *Bauramites.* »

32. *Eliaba*—Cod. B *Elialba;* cod. veron. *Alieba;* alii *Eliab.* Pro *Salaboni,* codd. B, E, F, G, H, I, U, V, veron., antiquiores editiones *Salboni;* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535., all. *Saalboni;* hebr. שעלבני. Pro *Iassen,* antiquiores editiones, paucique codices *Iasen;* Hieronymus III, 58. *Iasan;* I Paral. XI, 33.

Assem Gezonites. Mox ad nomen *Ionathan* multi additamentum apponunt, quod tamen vel ex ipsa lectionis varietate spurium esse apparet; nam plures ex antiquioribus editionibus addunt *Naram;* codd. S, Cas. 4., Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526. *et Naram;* Bibl. Basileensis Ven. 1476. *et Nartam;* codd. G, Cas. 1., Bibl. Ordin., Hugo *et Aram* vel *Aran;* Bibl. Lugd. 1522. 1524. addunt *et Aran* non hoc loco, sed in sequenti versiculo post *Sarar;* codd. B, goth. legion., Hugo de s. Victore *et Ara*. Cod. M notat: « *Iasen;* hic fit » versus. *Ionathan*, et hic fit versus. » Dein ex Pseudo-Hieronymo col. 802. pergit: « Non » est putandum quod Ionathan sit filius Ia» sen, qui interpretatur *dormitor*, et in Paral. » dicitur *Assem*, id est *nominatus*. Singillatim » enim ponitur Ionathan, et est filius Sage, » sicut legitur in I Paral. XI. (v. 33.) Ge» zoni vero fuit filius Iasen, et dicitur hic » *filii*, cum non sit nisi unus, more hebraeo» rum. Gezoni non nominatur hic, sed in » Paral. » Haec notula tum omne additamentum excludit, tum nos docet olim quosdam criticos autumasse supplendum esse aliud nomen quia verba *Filii Iassen* non patiuntur unicum Ionathan memorari; Ugdulena quoque censet aliqua nomina in textu excidisse.

33. *Semma* — Bibl. Lugdun. 1522. 1524., Basil. 1530. *et Semma;* de hoc nomine conf. ad vers. 11. Pro *Orori*, Sixtus codd. B, E, I, veteres fere omnes editiones *Orodi;* sixtini, codices A, F, M, S, U, V, veron., Bibl. Ven. 1476. Basileensis, Norimb. 1529., Lugdun. 1535., all. *Horodi;* accedunt tres codd. Kennicotti; codd. G, R, Dionysius carth. *Harodi;* cod. Martianaei, Pseudo-Hieronymus, Rabanus, ut v. 11. *Arari;* in loco parallelo Paral. *Ararites*. Hodiernam lectionem intulerunt gregoriani, quibus reliqui codices suffragantur, et priores editt. Rob. Steph., all. Pro *Aiam*, Sixtus, aliique cum Lovaniensibus *Ahiam*, prout adhuc recte legitur I Paral. XI, 34.; gregoriani aliique plures manuscripti et editi libri *Haiam;* Hieronymus III, 56. *Ahiem;* hodierna lectio correctionibus Angeli Rocca est adscribenda. Waltonus mendose *Aian*. Pro *Sarar Arorites*, in Paral. l. c. *Sachar Ararites;* codd. B, I *Saar Arorites;* in priori nomine consentit Pseudo-Hieronymus col. 802.; in altero autem non modica est varietas; nam codd. R, V et antiquiores editiones habent *Arothites;* Sixtus cum Lovaniensibus et nonnullis codicibus *Ararites;* gregorianis, qui praetulerunt *Arorites*, favent codd. B, E, G, I, K, M, Bibl. Ven. 1476. Basileensis, 1533., Paris. 1541., Lugdun. 1542., all. In hebraico textu *Semma* dicitur ההררי, *Aiam* vero *filius Sarar* appellatur האררי.

34. *Eliphelet* — Conf. supra ad V, 16.; in I Paral. XI, 35. *Eliphal*. Pro *Aasbai*, codd. B, C, F, G, I, R, S, V *Saasbai;* cod. M notat: « *Ahasbi* interpretatur *peperit mihi*. » Conf. Pseudo-Hieronymus col. 802. Pro *Machati*, Hieronymus III, 59., complures codd. et antiquiores editiones *Maachathi*, quod et alias habet Vulgatus; conf. ad Ios. XIII, 13.; alii scribunt *Machathi*. Pro *Eliam*, quidam scribunt *Heliam;* at mendosius Bibl. Reg. *Helian*. Pro *Gelonites*, codd. E, F, G, I, R, S, U, V, Bibl. Ven. 1476. Basileensis, Paris. 1541. 1566. *Gilonites*, uti habet Vulgatus cum hebraeo supra XV, 12.

35. *Hesrai de Carmelo, Pharai de Arbi* — Cod. M ex Pseudo-Hieronymo col. 803. habet: « *Ezrai*, id est *atrium meum* (cf. Hiero» nymus III, 56.); in Paral. *Ezro*, id est » *atrium eius*. *Pharai de Arbi*, in Paral. *Noo» rai filius Ezabai*. *Pharai* (cf. Hieronymus » III, 57.), id est *gluto; Arbi*, id est *locusta;* » *Noorai*, id est *puer meus; Ezabai*, id est » *hyssopus meus*. » Pro *Arbi*, codd. F, G, V, Bibl. Ven. 1476. Ienson, 1479. *Arabi*.

36. *Igaal* — Cod. Martianaei *Gigaal*. Pro *Bonni*, cod. L (seu Q), Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *Bani;* item Vulgatus Esdr. X, 29. 34. 38. Neh. VIII, 7. et alibi; favet hebraeus; codd. G, R, Bibl. Lugd. 1522. 1535., Norimb. 1529., all. *Boni;* consentit Vulgatus I Paral. VI, 46.; e contrario pro *Gadi*, complures codices et antiquiores editiones *Gaddi*, uti habet Vulgatus I Paral.

XII, 8. Cod. M ex Pseudo-Hieronymo l. c. notat: « *Igaal filius Nathan de Soba;* in Pa» ral. *Iohel frater Nathan. Iohel* et *Nathan* et » *Ionadab* fratres fuerunt, filii Sammaa fra» tris David. Sed hic dicitur *filius* Nathan » pro educatione, in Paral. *frater* Nathan. » *Ioel*, id est *Dominus Deus; Igaal*, id est *re» demptus* (Hieronymus III, 58. *propinquus*); » *Banni;* id est *filius meus; de Gaddi*, id est » de tribu Gad. In Paral. dicitur *Mibaar*, id » est *de electis; filius Agarai*, qui interpreta» tur *advena meus*. »

37. *Selec de Ammoni* — Bibl. Complut. et Reg. ex mendo *Selech e Dammoni;* alii scribunt *Selech de Amoni;* Hieronymus III, 60. *Salech*. Pro *Naharai*, minus recte Vulgatus I Paral. XI, 39. *Naarai*. Ad verba *filii Saruiae* Vallarsius notat: « Veronensis ms. *filius* » in recto. Graecus quoque in aliquot exem» plaribus υἱός; hebraeus utrumque susci» pit casum. »

38. *Ira* — De hoc nomine conf. supra ad XX, 26. Pro *Iethrites*, cod. B *Bicthrites;* cod. M: « *Gethrites*, id est *filius Gether*. » I Paral. XI, 40. *Iethraeus*. Pro *Gareb*, cod. B *Iereb;* Rabanus *Iareb;* Hieronymus III, 58. *Garab;* alii aliter; mox tacent *et* Bibl. Complut., Reg., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1522., all.; item hebraeus et veteres.

39. *Urias Hethaeus*—Cod. M notat: « Urias » *Ethaeus* dicitur a loco *Heth;* et ultimus hic » ponitur, quia sequitur *Et addidit* etc. Pro» pter ipsum enim facta iam fuerat ultio in » David et in domum eius; sed nondum fa» cta erat in populum, qui noluit resistere » regi in perimendo Uria Ethaeo. Quod au» tem sequitur *Omnes XXXVII*. si incipias » numerare ab Asael, multi desunt hic in nu» mero, licet satis plures sint in Paralipome» nis. Si vero fortiores et fortissimos annu» meres, scilicet *David*, qui secundum unam » glossam Hieronymi, hic dicitur *Adeodatus*, » vel ipsum *Eleanan, Abisai, Sobochai, Io» nathan, Eleazar, Samma* et *Banaia*, erunt » plures quam XXXVII. Non ergo facias vim » in numero, quia in Paral. plures quam XL. » leguntur; sed XXXVII. erunt principales, » quorum primus erat David. » Vulgatus ab Asael (v. 24.) usque ad h. l. numerat unum supra triginta; his vero si addas tres primos, et alios tres secundi ordinis de quibus a v. 8. ad 23. conficies praedictam summam. At, praeter ea quae tetigimus v. 8. et 32., multa sunt dubia quae difficile dirimuntur in hac nominum serie. Alia sexdecim nomina addita sunt I Paral. XI, 41-46.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XXIII, 1. *Fidelis David filius Iesse, fidelis vir, quem suscitavit Deus Christum Dei Iacob, et speciosus psalmus Israel* (consentit graecus Compl.). 2. *Spiritus Domini locutus in me, et verbum eius in lingua mea est.* 3. *Dixit Deus Iacob, in me locutus est custos Israel parabolam. Dic hominibus, iuste incipit in timore Domini* (has omnes varietates in graecis codicibus holmesianis reperies) 4. *quasi lux matutina, et orietur sol mane, et non tenebrescet* (nota verbum ab Augustino quoque et Hieronymo usurpatum) *a lumine quasi pluvia, quasi herba de terra* (ista quoque in codicibus graecis habentur). *Quoniam non sic domus mea cum Domino; quoniam testamentum aeternum posuit mihi paratum salvare me quae in omnibus, et custodiet haec; quoniam omnem adversantem mihi non vult; quoniam omnes qui oriuntur* 6. *sicut spinae, et reliqui quasi quod emungit de lucerna, ita omnes erunt; quoniam non in manu accipietur* (haec et quae sequuntur, nonnisi ex collatione graecorum codicum extricari possunt, ex quibus illustratur atque confirmatur latinus noster, qui vicissim suam illis lucem impertit.). 7. *Et vir deficiet in ipsis nisi ferrum, ut* (fortasse legendum *et*) *ligna conciderit eos, et omnes igne combusti comburentur in confusionem suam.* 8. *Haec sunt nomina principum potentium David: Iesbael filius Thegemani primus de tribus; hic adornavit adornationem suam super nongentos* (quatuor graeci codd. et Iosephus Antiq. VII, 12. ἐννεακοσίους) *vulneratos in semel.* 9. *Et cum*

eo Eleanan filius Dudi, consobrini eius, in tribus potentibus; hic erat cum David in Resfam (graeci codd. ἐν Σεῤῥάμ; sed vide utrum aliquid proficias ex hebraeo בחרפם), *et Allophyli ibi collecti sunt in pugnam. . . .* 11. *et cum eis filius Sameas, filius Helailaas Arucius, et convenerunt Allophyli ad Maxillam; et erat ibi pars agri plena lenticula. . .* 13. *Et abierunt tres viri ex tribus principibus et intraverunt ad David in petram ad speluncam Odollam. . . .* 14. *Et David tunc erat in munitione, et subsidia Allophylorum erant tunc in Bethlem. . . .* 18. *Hic tunc elevavit hastam suam super DC.* (quatuor graeci codd. et Iosephus l. c. ἑξακοσίους) *vulneratos, hic erat nominatus inter tres,* 19. *super duos claros, et erat ipse in principem. . . .* 23. *et huic nomen erat clarum inter tres potentes.*

Quum apud Sabatierium nullum exstet veteris italae fragmentum, quod ad eos referatur versiculos, quos hactenus in hoc capite XXIII. ex vaticano apographo codicis gothici legionensis excitavimus, nemo mirabitur nos adeo eximium κειμήλιον laetantes excepisse, illudque maiori qua potuimus alacritate in publicum protraxisse. At vero huius codicis pretium non modo ex eiusdem singularitate aestimamus, verum, immo potissime ex interna conditione illius veteris latinae interpretationis, cuius lacinias nobis servavit. Id autem hoc loco paucis declarare placet ad aliorum potius sollertiam acuendam, quam ad praeoccupanda eruditorum hominum studia. Fere omnes veteris huius latinae interpretationis lectiones, quae a recepto alexandrinae versionis textu recedunt, consentientes habent holmesianos codices praenotatos numeris 19. 82. 93. 108., quorum primus est chigianus, alter coislinianus, tertius musaei britannici, postremus vaticanus; atque unum idemque ἀντίγραφον ad singularem quamdam recensionem spectans, repraesentant. Immo quotiescumque quatuor horum codicum lectio a reliquis graecis dissentit, quod frequenter contingit, illorum vestigia presse sequitur noster interpres, eisque omnino adhaeret. Hinc fit ut graeca editio Complutensis, quae per hosce libros fere derivata est ex codice holmesiano n. 108., seu vaticano 330., quem Leo X. P. M. Cardinali Toletano Francisco Ximenio commodaverat (cf. *Biblia graeca edit. Maii, Romae 1857. t. 1. p. V.*), saepius cum nostro veteri interprete conspiret, nec umquam eum deserat, nisi quando eadem editio praedictos codices derelinquit. Nostrae huius sententiae luculentissima suppeditat argumenta prolatum fragmentum. Ex hisce autem certissimis principiis graviora adhuc fluunt consectaria. Nam quod saepe ambigendo quaerebamus num veteris latini interpretis fragmenta, quibus margines codicis gothici legionensis sunt conspersi, ad veterem italam essent referenda, exinde constitui posse videtur. Si enim vera sunt quae dudum asseruit Ioh. Petrus Nickes *(de veteris Testam. codicum graecor. familiis, Monasterii, 1853. p. 14.)*, nimirum codicem holmesianum 108. aliosque ad eamdem familiam pertinentes, ad veterem italam prae caeteris propius accedere, quum magna evidentique affinitate codex 108. holmesianus cum nostri codicis fragmentis iungatur, quis non videt iure nos concludere indolem rationemque horum fragmentorum et veteris italae simillimam esse, summaque necessitudine adiunctam? Verum haec ad aliorum excitandam diligentiam strictim tetigisse satis esto.

Cap. XXIV, 1. *David in eis* — Cod. I, Rupertus *David in eos;* conf. Ioachimus de Azevedo l. c.; graecus ἐν αὐτοῖς, ad quod notat Flaminius Nobilius: « Valet tamen idem » atque illud quod est apud Theodoretum et » in Complutensi εἰς αὐτούς *in eos.* » Conf. Holmesius. Post *dicentem* addunt *ad Ioab* codd. G 2. m., L, N* 1. m., R, S, V 2. m., antiquiores editiones; at praeter reliquos codices, obstant correctoria M, N, O. Pro *numera,* codd. E, I, Rupertus, Abulensis *et numera;* accedunt arabs, georg., slavon. mosq. et plures graeci codices; codd. F, V, Bibl. Basileensis Ven. 1476. *dinumera.*

2. *Dixitque rex* — Cod. B addit *David;*

syrus et arabs legunt *Dixitque David*, ut in loco parallelo I Paral. XXI, 2. Ante *Bersabee* addunt *ad* cod. H et antiquiores editiones, ut infra vers. 15.; cod. B legit *Bersebee*. Pro *numerate*, codd. G, I, V, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480., Complut., Reg., posteriores editt. Rob. Steph., all., Angelomus, Petrus Com. *numera*; « Graeci interpretes, » inquit Houbigantius, chaldaeus et syrus nu» mero singulari efferunt *numera*, quod am» plectendum; nam de uno Ioab in superio» ribus mentio facta fuit; » accedit cod. 1. Kennicotti, at cf. Holmesius et Paralip. l. c. Bibl. Ordin. addunt *omnem*.

3. *Deus tuus* — Id omittunt sixtini cum cod. A; graecus tacet pronomen, sed cf. Holmesius. Pro *ad populum*, cod. S, Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498. *populum*. Mox tacent *tuum* sixtini, codd. A, C, D, E, H, K, U, Cas. 15., mediol.; item hebraeus et veteres, exceptis multis graecis codicibus. Pro *dominus meus rex vult*, codd. F, G, V, Bibl. Ven. 1476. Basileensis *vult dominus meus rex*.

4. *et principum*—Cod. B 2. m. addit *eius*; Bibl. Lugd. 1550. 1567., Ven. 1558. legunt *et principem*. Pro *principes*, codd. B, G, Bibl. Ven. 1479. *princeps*. Vallarsius falso adscribit Vulgato *numerent*, pro *numerarent*.

5. *in Valle Gad* — Cod. B *in Valle Gaath*; cod. H notat hebraeum legere *in medio torrentis Gad*, id est Iaboc; conf. Gesenii *Thes. pag. 264.*

6. *et per Iazer transierunt* — Bibl. Rob. Steph. 1528., Lugdun. 1531. *et per Iazer. Transierunt*; favent hebraeus et veteres; nam verba *et per Iazer* pertinent ad superiorem versiculum. De iis qui scribunt *Iaser* cf. ad Num. XXI, 32. Pro *Hodsi*, Sixtus cum Rob. Steph. et Lovan. *Hadsi*; emendarunt sixtini et gregoriani, consentientibus codicibus et antiquioribus editionibus. Pro *Dan silvestria*, Isidorus Clarius posuit *Dan Iaan*; hoc enim nomen legitur in hebraeo et apud Hieronymum III, 58.; at Vallarsius notat: « Hodier» nus hebraeus textus habet דנה יען *in Dan* » *Iahan*. Hieronymus pro ultimo *nun*, legerit » *resch*, sive יער pro יען; atque id quidem » rectius: nam *Iahan* loci nomen aut nihil » est, aut certe in Scripturis alibi non oc» currit. » Eadem coniectura probatur Clerico, Gesenio, Winero, aliisque. Quin immo Abulensis quoque scribit: « Videtur fuisse er» ror litterae nostrae in translatione, quia ad » hoc quod transferret *silvestria*, deberet in » hebraeo haberi *Iaarim*, quod significat *sil*» *vestria*; et potuit faciliter decipi accipiendo » *Iaarim*, pro *Iaan*. » Verumtamen idem auctor subdit: « Sed non credo Hieronymum » fuisse deceptum *etc.* » Pro *Circumeuntesque*, codd. G, I, Cas. 3. *Circumeuntes*; Bibl. Ord., Hugo *Circumeuntes quoque*. Pro *iuxta*, codd. Cas. 13. *per*.

7. *prope*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, N, O, U, mediol., veron. *propter*. Cod. mediol. *venerunt*, pro *veneruntque*.

8. *in Ierusalem*—Bibl. Compl. et Reg. tacent particulam *in*.

9. *octingenta millia*—Codd. Cas. 4. *nongenta millia*; huic lectioni suffragantur octo codices holmesiani, Catena Nicephori, Flavius Iosephus Antiq. VII, 13.; quum in cod. coislin. n. 2. Montfauconius legisset ὀκτακοσίας ἔχει ἐν τῷ ἑξαπλῷ, παρὰ δὲ Θ. ἐνναχοσίας, adnotavit Theodotionem posuisse *nongenta*; at vero Schleusnerus in *opusculis criticis* animadvertit litteram Θ. hoc loco denotare Theodoretum, qui profecto hanc sequitur lectionem. Cod. H, seu potius Martianaei editio habet *octoginta millia*; verum « nihil dubitavimus, inquit Vallarsius, re» ponere heic *octingenta* ad fidem librorum » omnium, quot nobis innotuerunt, ex he» braeis, graecis latinisque mss. aeque ac » Vulgatis. Ac scimus hoc de sensu disputa» tum magnopere inter eruditos, multumque » discrepare ab hoc numero auctorem libri » Paralipomenon. Verum unde Martianaeus » *octoginta* excuderit pro *octingenta*, haud » scimus: illudque aegrius ferimus, ne verbo » quidem lectorem de inducta noviter lectio» ne ab eo esse admonitum. » Mox pro *quingenta millia*, legunt *quinquaginta millia* codd.

C, G, O, S, Cas. 3., Rabanus, Dionysius carthus., latinus adnotator in margine cod. 106. Holmesii; hanc lectionem memorant atque respuunt Magdalius Gaudensis, Nicolaus de Lira, Tostatus Abulensis, quorum postremus diserte scribit: « In quibusdam Bibliis nostris habetur de Iuda *quinquaginta millia* » pugnatorum; sed littera est corrupta; nam » in hebraeo habentur *quingenta millia*. Po» tuit autem faciliter corrumpi littera apud » nos propter similitudinem huius nominis » *quingenta* ad *quinquaginta;* potuit etiam fie» ri hoc ex industria a quibusdam qui sibi sa» pientes viderentur, considerantes summam » Israel scilicet octingenta millia, et erant » undecim tribus. . . . Sed falsum est; nam » ex opinione erronea procedunt nescientes » veritatem litterae. » Legunt *quadringenta millia* Flavius Iosephus l. c., octo codices graeci, Catena Nicephori et Theodoretus; qui quum, ut supra dictum est, Israelitis tribuerint *nongenta* millia, Iudaeis autem *quadringenta* millia, in summa virorum fortium totius populi aperte cum sacro textu conveniunt; unde Sulpitius Severus qui in *hist. sacra I, 38.* testatur censitos universim fuisse *decies centena et trecenta civium millia;* cum utrisque consentit. Scholiastes in cod. M scribit: « Lege *quingenta millia;* ita habet he» braeus; Iosephus dicit *quadringenta millia;* » Hieronymus dicit sicut est in textu *L mil*» *lia*. In I Paral. XXI. (v. 5.) legitur *mille* » *millia, centum millia de Israel; de Iuda* » *CCCC. LXX. millia;* quos quidem, ut dicit » Hieronymus (III, 784.), sic numeravit » Ioab; sed summam eorum noluit ostendere » regi, nisi quantum hic legitur. » At frustra discrepantiam hac ratione componere nitimur; nec meliora dant Bochartus *Hieroz. l. II, 38.*, Buxtorfius *Anticrit. p. 404.*, aliique; unde verisimilior nobis est illorum sententia, qui errorem librariorum in numeris alterutro loco subesse autumant. Conf. Calmetus. Cod. H et Pseudo-Hieronymus notant hebraeum pro *pugnatorum*, legere *virorum*.

10. *Percussit autem*—Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535., all. *Percussit ergo.* Pro *cor David eum*, codd. F, Cas. 2. et Hieronymus apud Sabatierium *cor suum David;* conf. I Reg. XXIV, 6.; codd. Cas. 11. *cor David Deus.* Pro *numeratus est*, cod. veron. *numeratus esset;* cod. Cas. 1. *inventus est.* Cod. H notat hebraeum pro *sed precor*, legere *sed nunc.* Pro *transferas*, cod. B *transeas.*

11. *prophetam*—Codd. F, G, H, O, P, all. *propheten;* cod. N notat: « Sicut *Moyses, Moy*» *sen*, sic *prophetes, propheten.* Require III » Reg. XIII. (v. 11.) Mox tacent *et Videntem David* codd. F, V 1. m., syrus et arabs; omittunt tantum *David* codd. B, R, S, Cas. plures, Bibl. Ven. 1476. Basileensis, Abulensis; item graecus, sed cf. Holmes.

12. *quod volueris*—Cod. Cas. 1. *quodcumque volueris.*

13. *Aut septem annis*—Vulgati codices nullam exhibent in hac lectione varietatem; etsi porro eidem consentiunt hebraeus, chaldaeus, syrus, arabs et Iosephus l. c., quum tamen alexandrinus (cui adhaerent versiones omnes ex eodem petitae) legat τρία ἔτη, uti habetur apud omnes I Paral. XXI, 12., critici fere omnes censent hanc optimam esse lectionem; verisimilius enim est trimestri bello, et triduanae pesti oppositam fuisse famem triennem. At vero Tirinus in *Controv. fidei II. n. 9.* absurde dicit Vulgatum hodiernum ex mendo typographico legere *septem*, pro *tribus*. Pro *veniet*, cod. B *veniat.* Pro *et illi te*, Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511., Lugd. 1513. 1522., all. *et isti te;* tacent *te* sixtini, codd. A, C, D, I, K, U, Cas. 13., veron.; perperam Vallarsius notat Vulgatum et graecum non legere *te*.

14. *Coarctor*—Sixtini, codd. A, B, F, H, K, U, Cas. 14., mediol. *Arctor;* scribitur et *Artor;* addunt *undique* codd. B, F, G, I, S, U, V, Cas. plures, Bibl. Ordin., Ven. 1476. Basileensis, Paris. 1566., Hugo; accedit locus parallelus I Paral. XXI, 13., item graecus, sed cf. Holmesius. Pro *in manus*, quod bis in hoc versiculo, sixtini, codd. A, H, I, K utroque loco *in manum;* codd. C, D, E, F, N,

O, P, U, Hugo *in manu;* hinc pro *hominum*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, N, O, U, V, Cas. plures, Petrus Com. *hominis;* singularem numerum exprimit hebraeus; cod. N adnotat: « Hebraeus et antiqui sic habent » utrobique; unde mutare *manu* in *manus*, » et *hominis* in *hominum* destructio litterae » fuit. » Cf. Holmesius et Sabatierius.

15. *Immisitque Dominus*—Codd. C 1. m., K, U, Cas. 13. *Immisit itaque Dominus;* codd. D, F, V, Bibl. Ven. 1476. Basileensis, Angelomus *Immisitque Deus;* duo codices holmesiani utrumque connectunt Κύριος ὁ Θεός. Pro *ex populo*, cod. U, Petrus Com. all. *de populo;* I Paral. XXI, 14. *de Israel*. Ante *Bersabee* tacent *ad* codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, U, V, antiquiores editiones, Hugo, Angelomus; cf. supra v. 2. Ad verba *septuaginta millia* recte notat Dionysius carthus. « Magister in historiis (Petrus Comestor) » scribit: In Paralipomenis legitur *fere ter-* » *centa millia;* et aiunt hebraei ibi positum » numerum plebis defunctae, hic autem nu- » merum nobilium peste hac mortuorum. Ve- » rumtamen in libris quos vidi, etiam textus » Paralipomenon (l. c.) habet *septuaginta* » *millia.* »

16. *manum suam*—Tacent pronomen codd. A, B, C, D, E, F, H, K, U, V, Cas. 2., veron., Bibl. Basileensis Ven. 1476., Abulensis. Mox pro *Domini*, codd. A, U, V, Cas. 13., Abulensis *Dei;* item graecus; cod. H notat hebraeum non legere *Domini;* et mox pro *misertus est Dominus*, legere *poenituit Dominum;* item margo Ord. Pro *super afflictione*, Sixtus, codd. B, D, E, F, G, R, S, U, V et fere omnes veteres editiones *super afflictionem;* emendarunt sixtini, gregoriani et Toletus, quibus suffragantur alii codices, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566. 1573.; cod. B, E addunt *eorum;* Missale romanum ante correctionem superiori saeculo peractam, in Missa *pro vitanda mortalitate* addebat *populi sui*.

Ibid. *Sufficit: nunc contine*—Codices non pauci et antiquiores editiones legunt *Sufficit nunc, contine;* his favent hebraeus, chaldaeus et graecus; at Vulgato accedunt syrus aliique; pauci graeci codices omittunt νῦν. Cod. B 1. m. tacet *nunc contine manum tuam*, legit 2. m. *Sufficit, sufficit, contine*. Ad nomen *Areuna*, quod variis modis in codicibus corruptum est, ex Pseudo-Hieron. col. 807. notat cod. M in libro Regum semper legi *Areuna* (ארונה), in Paralipomenis *Ornan* (ארנן). Graecus utrobique Ὀρνά, Iosephus Ὀρόννας. Conf. Martianaeus et Vallarsius. Hoc et sequenti versiculo Sixtus habet *angelus* cum priori littera minuscula, quod Rocca emendavit.

17. *Dixitque*—Bibl. Compl., Reg., Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511., all. *Dixit*. Ad verba *ego inique* praemittunt *et* codd. B, C 2. m., D, E, F, G, I, R, S, V, veteres editiones, Angelomus; item hebraeus; at nexum expunxerunt sixtini, quibus favent codd. A, H, K, U, Cas. 13., Rabanus; conf. Holmesius et Sabatierius; cod. I, Missale romanum ante correctionem l. c., Abulensis legunt *ego qui inique;* tacent *ego* Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498.; cf. I Paral. XXI, 17. Cod. H notat hebraeum pro *isti qui oves sunt*, legere *istae oves*. Apud Gildam LXIX, 356. alia sunt ex veteri itala, quae mire permiscentur cum Vulgati verbis.

18. *Venit autem*—Codd. K, U *Venit itaque;* cod. B 1. m. tacet *autem*. Post *Gad* addunt *propheta* codd. L, O, R, S, Cas. 5., Thomas. V, 420., antiquiores editiones, Hugo, Missale romanum ante correctionem l. c.; item syrus et arabs. Ante *constitue* tacent *et* sixtini, codd. A, C, D, E, I, K, N, O, U, goth. leg., veron., Rabanus, Angelomus, Abulensis; cod. N notat: « Hebraeus et antiqui non interponunt *et*. » At nexum interponunt cum Vulgato graecus, arabs et pauci codd. Kennicotti. Codd. F, V, gothic. legion., Bibl. Ven. 1476. Basileensis, 1479., Dionysius carthus. *construe*. Pro *altare Domino*, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, O, U, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Angelomus *Domino altare;* eadem lectionis varietas est in graeco, immo et in he-

braeo si locum parallelum contuleris I Paral. XXI, 18.

19. *praeceperat ei*—Cod. H notat hebraeum non legere *ei;* nec legitur in codice veron.; at cum Vulgato faciunt graecus, syrus et arabs.

20. *transire*—Cod. B *venire.*

21. *et egressus*—Cod. B tacet *et*. Pro *in terram*, codd. A, D, G, Bibl. Ven. 1479. *in terra;* cf. ad Gen. XVIII, 2. Vallarsius mendose pro *Cui*, edidit *Qui;* item infra v. 24. Non pauci libri mss. et editi mendose legunt *crassatur*, pro *grassatur*.

22. *placet ei*—Sixtini, codd. A, C, E, H, K, U *ei placet;* item I Paral. XXI, 23.; cod. V *placet sibi*. Pro *habes*, cod. Cas. 1. *habeo;* Bibl. Lugd. 1522. 1524. *habet.*

23. *Omnia dedit Areuna rex regi*—Magna est quaestio inter criticos utrum heic nomen *rex* genuinum sit; ita enim discrepant testes, ut certis rationibus veritatem compertam habere difficile sit. Illud nomen tacent Sixtus, codd. B, C, D, E, F, I, R, S, U, V, goth. leg., veron., veteres editiones, Dionysius chart., Abulensis, Hugo; his accedunt graecus, syrus, arabs, pauci codices hebraici apud De-Rossi, et chaldaicus apud Davidem Kimchi. Vallarsius scribit: « Mulctat *regis* titulo Areu» nam veronensis ms., in quo tantum est *di*» *xit* (lege *dedit*) *Areuna regi;* neque est re» vera illud *rex* additum in aliis mss., uno, » quem canonem vocat Martianaeus, excepto. » Quod autem in hebraeo sit, critici magni » nominis culpae hoc tribuunt amanuensis: » aut salva eius textus integritate, sic expli» cant ex hebraicae linguae ingenio *Areuna*, » o *rex, omnia dat regi.* » Verum hanc postremam interpretationem, quam post Clericum sequitur Calmetus, recentiores philologi omnino reiiciunt. Igitur aut fatendum est Areunam appellatum fuisse *regem*, aut hanc vocem vitio librariorum adscribere debemus. Ad Vulgatum quod pertinet illa vox a sixtinis et gregorianis addita fuit, quibus adstipulantur codices optimae notae A, H, K, mediol.; unde Toletus: « Adde *rex;* sic he» braeus, manuscripti et utraque Congrega» tio; » item chaldaeus. Praeterea Eucherius L, 1115. Ornam vocat *regem;* et auctor sermonis in *Append. tomi V. opp. s. Augustini*, *p.* 75. diserte scribit: « Areuna *rex* erat Ie» busaeorum et partem aliquam possidere vi» debatur in Ierusalem: quia licet omnes in » circuitu nationes subditae fuerint regi Da» vid, non tamen permisit Deus, ut Iebusaei » ad integrum delerentur. » Ex his omnibus patet non levi fundamento innixum esse additamentum a sixtinis invectum, atque argumenta, quae pro altera sententia afferuntur, non adeo manifesta esse ut quaestionem absolvant, omneque dubium depellant. Post *regi*, codd. Cas. 3., Bibl. Ven. 1476. Basileensis addunt *David;* item syrus et arabs. Mox sixtini scripserunt *Regem;* et vers. seq. *Rex*. Pro *suscipiat*, cod. Cas. 1. *suspiciat.*

24. *pretio a te*—Codd. E, I *a te pretio*. Pro *et non offeram*, codd. S 1. m., Cas. 1. *ut non offeram;* codd. Cas. 4. *et tunc non offeram;* Bibl. Ven. 1476. Basileensis *et tunc offeram*. Mox tacent *Domino* codd. E, R, V; omittunt *Deo* cod. A 1. m. et I Paral. XXI, 24.

Ibid. *aream, et boves, argenti siclis quinquaginta* — Cod. M ex Pseudo-Hieronymo col. 786. notat: « *Emit ergo David aream*, » hic fit punctum maius; *et boves argenti si*» *clis L*. Intelligendum est boves *argenti si*» *clis L.*, aream vero *DC. aureis* emisse, sicut » in I Paral. XXI. (v. 25.) dicitur. Et ideo » ita punctandum est. » Eamdem sententiam sequuntur Petrus Dam. CXLV, 1112., Petrus Com., Hugo, Liranus, Dionysius carth., Glossa interlinearis, Abulensis, Buxtorfius *Anticr. pag. 407.;* at Clericus non dubitat mendum heic quoque in numeris subesse.

25. *David altare Domino*—Codd. I, R, S, Bibl. Ven. 1495. *altare Domino David;* cod. veron. tacet *David*. Mox cod. A tacet *et*. Pro *propitiatus;* sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, U, V, Cas. plures, mediol., Bibl. Paris. 1541. 1566. 1573., all., Hugo, Rabanus, Angelomus, Concil. Aquisgran. ed. Hard. IV, 1431. *repro-*

pitiatus; item supra XXI, 14. Pro *cohibita,* codd. E, I *prohibita.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XXIV, 10. *Et percussit cor ipsum David.* . . . 15. *Et elegit sibi David mortem; et erat tempus messium frumenti; et misit Dominus mortem in Israel a mane usque ad horam prandii.* . . 16. *Et poenitentiam habuit* (quatuor codd. graeci cum edit. Compl. μετεμελήθη) *Dominus in malitiam* (id est ἐπὶ τῇ κακίᾳ, quod aeque ac רעה est *afflictio, calamitas*) . . . *ferientem populum.* . . 18. *Ascende, et statue Domino sacrarium* (id est θυσιαστήριον) . . . 22. *Et ecce vituli* (quatuor codd. et ed. Compl. μόσχοι) *ad holocausta macta* (?) *et rotas, et aratra* (quatuor graeci codd. addunt quoque καὶ τὰ ἄροτρα); *et vas boum et ligna.* 23. *Omnia dedit regi; et dixit Areuna ad regem: Dominus tuus accipiat a te.* . . 25. *Et imposuit Salomonem super sacrarium in novissimum, quoniam pusillus erat in primis.*

Praeclarum aliud veteris italae fragmentum ex hoc capite a Iuliano toletano *(Antikeimenων lib. I. Interrogatione XXXIV.)* excitatum, heic subiicimus, quod apud Sabatierium desideratur, atque cum iis, quae mox recitavimus connectitur.

11. *Factum est verbum Domini ad Gad prophetam Videntem, dicens:* 12. *Vade, et loquere ad David: Haec dicit Dominus: Tria ego levabo super te; elige tibi unum ex his, quod faciam tibi.* 13. *Et introivit Gad ad David, et denuntiavit ei, dicens: Aut veniet tibi tribus annis fames super terram tuam; aut tribus mensibus, ut fugias ante inimicos tuos, qui te persequuntur; aut triduo ut mors fiat in terra tua. Nunc ergo scito, et vide quid respondeam ei, qui misit me.* 14. *Et dixit David ad Gad: Angustiae sunt mihi undique. Sed incidam in manus Domini magis, quia multae miserationes eius sunt; et in manus hominum non incidam.* 15. *Et dedit Dominus in Israel mortem a mane usque ad horam prandii; et mortui sunt de populo ex Dan usque Bersabee septuaginta millia virorum.* 16. *Et extendit Angelus Domini manum suam in Ierusalem, ut corrumperet eam. Et deprecatus est Dominus super malitiam; et ait ad Angelum, qui exterminabat populum: Satis est; remitte manum tuam.* (Gregorius M. III, 858. *Dic Angelo percutienti: Cesset iam manus tua*).

Ob eas rationes, quas in *Appendice* ad librum Iosue, atque ad calcem superioris libri praescripsimus, versiculorum numerum, quibus hieronymiana versio secundi Samuelis olim constabat, ex veterum librorum testimonio nunc instauramus. At vero in primis ea sunt recolenda, quae ad *titulum* librorum primi et secundi Samuelis seu Regum praenotavimus; ex quibus Hieronymus, ad antiqui hebraei exemplaris normam, ex duobus hisce libris unum confecisse videtur; quemadmodum de Aquila testatur notula, quam ex regio codice recitat Montfauconius, ubi legimus: Ἀκύλας Ἑβραίοις ἑπόμενος, οὐ διεῖλε, ἀλλὰ μίαν τὰς δύο πεποίηκε. Hinc facile intelligitur quid sibi velint epigraphae a librariis hoc in loco descriptae. Nam cod. veronensis absolute notat *Finit liber Samuelis,* perinde ac si unicus esset; cod. mediol. quatuor libros Regum ad duos revocat adnotans *Explicit liber primus feliciter. Incipit liber secundus, lege feliciter. Legenti vita et scientia; scribtori in peccatis venia;* idque manifeste declarat cod. B, cui omnino consentit cod. vaticanus 17. b *Explicit liber qui secundum LXX. secundus habetur; in hac autem s. Hieronymi editione, quae ex hebraeo est, primus et secundus Samuhelis unicus in Canone computatur.* Nil igitur mirum si duo Samuelis libri pro unico habentur ubi vetustissima illorum stichometria recensetur, in qua eisdem simul sumptis adsignantur versus bis mille ducenti quadraginta (cf. Pithoei *Opera pag. 15.* et *Scriptt. byzant. tom. XIX. p. 101.*). Hunc autem numerum Blanchinius in *Vindiciis p. CCCXLI.* mendose dicit divisioni hieronymianae versionis a Martianaeo in *Proleg. IV.* adscribi. Nam perspicue ex Ni-

cephori testimonio graecis tribuitur in tabella a Martianaeo proposita; in qua praeterea divisioni hieronymianae pro altero tantum Samuelis libro, bismille (existimamus legendum esse *bis mille et ducenti;* prout habent nostri codices, de quibus infra) versus deputantur. Quamvis enim utrumque Samuelis librum Hieronymus in unum collegisset, tamen veteres latini quotquot vidimus codices, graecorum morem imitati, primum ab altero distinguunt. Hinc Vulgati codices, qui versiculorum numerum consignant, utriusque libri versus seiunctim enumerant; atque priori quidem, ut vidimus, versus bis mille tercentos, alteri vero bismille ducentos attribuunt. Sic cod. C *Explicuit liber Samuhelis secundus feliciter. vers. ·$\overline{II}$· CC·* (conf. Blanchinii *Vindic. p. CCCXXXVI.*, Thomas. I, 113.); cod. D *Explicit Samuhel lib. II. V. $\overline{II}$. CC.* (cf. Banchinii *Vindic. p. CCCXXIII.*, Thomas. I, 84.); cod. E *Explicit liber Reg. secundus. habet vers. $\overline{II}$. CC.;* cod. U *Explicit liber secundus Samuhelis. habet versus $\overline{II}$. CC.;* item cod. vaticano-palatinus n. 2.; item codd. lambeth. et bodleian. de quibus cf. Hodii *de Biblior. text. origin. pag. 663.* Ex horum testium consensione iure praesumimus in laudata Martianaei tabella pro *2000.*, quod ex typorum vitio irrepsisse diximus, legendum esse *2200.* Quum vero hodiernus textus cum Vulgato enumeret versus sexcentos nonaginta quinque, rursum veterem inter novamque stichometriam ea proportio reperitur, quam alibi asseruimus; nimirum singula commata nostri textus fere tribus commatibus veterum aequiparantur. Novimus graecos quosdam huic libro initium sequentis adiungere, atque librum tertium exordiri a cap. II. v. 12. (conf. Montfauconius, Flaminius Nobilius, Holmesius); at profecto hieronymiana interpretatio ab hebraici textus ratione non recedit.

LIBER III. REGUM

Titulus *Liber Regum tertius, secundum hebraeos primus Malachim* — Sixtus habet tantum *Liber tertius Regum;* gregoriani titulum iam pridem apud latinos receptum restituerunt; antiquiores hebraei duos posteriores Regum libros in unum componentes (conf. quae adnotavimus ad titulum libri I Regum), ex primis libri verbis appellabant והמלך דוד, quemadmodum testatur Origenes apud Eusebium *Hist. eccles.* VI, 25.; graeci vero Βασιλειῶν τρίτην καὶ τετάρτην, ex quibus latini *tertium et quartum Regnorum*, seu, uti postea Vulgatus, *Regum*, Βασιλέων, et hebraei מלכים dixerunt. Petrus Com. notat: « Incipit secundum hebraeos *Malachim,* » quod sonat *Regum,* quia licet in praece- » denti opere actum sit de duobus regibus » hebraeorum non simul regnantibus, tamen » quia in isto opere agitur de regibus, qui » simul regnaverunt in Iuda et in Israel, me- » rito *Regum* dicitur. » Pro *Malachim,* ex hebraeo, Bibl. Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *Melachim.*

Cap. I, 1. *Et rex David senuerat* — Codd. U, Cas. 13., Thomas. I, 101. addunt *valde;* cod. I *nimis*, ut infra v. 15.; accedunt multi graeci codices, et editio Compl. Pro *plurimos dies,* codd. B, I, Angelomus *plurimos annos;* accedit syrus.

2. *Dixerunt ergo ei*—Codd. E, V *Dixeruntque ei;* tacent pronomen codd. D, G, Cas. 2., graecus et cod. 129. Kennicotti. Pro *servi sui*, cod. K *servi eius*. Hebraeus pro *domino nostro*, legit לאדני, quod in graeco vaticano desideratur; cod. F tacet *nostro*. Cod. H notat hebraeum pro *foveat*, legere *operiat;* at perperam, uti dicemus infra ad vers. 4. in quo eadem locutio occurrit. Pro *in sinu suo*, sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, L 3. (seu Q), S, U, priores editiones Rob. Steph., all. *in sinu tuo;* item hebraeus, chaldaeus, syrus.

3. *finibus*—Mendose apud Rabanum *filiis*. Antiquiores editiones *Abisac*, pro *Abisag;* cod. F *Abisan;* cf. Holmesius. Pro *Sunamitidem,* codd. B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, U, V, Cas. plures, goth. legion., antiquiores editiones, Rabanus, Rupertus, Angelomus, Petrus Dam. CXLV, 1113., Brev. goth. p. 326. *Sunamitem* vel *Sunamiten;* codd. A, T, mediol., Sirletus *Sunamitin;* graecus corrupte Σωμανίτιν, sed editio Compl. Σουναμίτιν; syrus et arabs *Sulamitem,* de quo conf. ad Cant. VII, 1.

4. *dormiebatque cum rege* — Cod. H notat hebraeum legere *fuitque operimentum regi;* ex quo patet auctorem huius interpretationis hebraicum verbum סכנת derivasse ex סכך; at sacri textus verba significant *fuitque regi familiaris* vel *contubernalis, torique socia.*

5. *Haggith* — De his qui scribunt *Aggith* cf. ad II Reg. III, 4.; alii habent *Agith,* cod. alex. Ἀγίθ; at recte scholiastes in cod. N notat: « Semper *g* debet geminari in hoc no- » mine, quia *gimel* in ventre est punctata. » Pro *currus*, sixtini, primo gregoriani, codd. A, C, D, F 1. m., G, H, I, R, S, T, U, V, Cas. plures, mediolan., plures ex antiquioribus editt., Rabanus, Angelomus *currum;* item hebraeus, sed cf. ad II Reg. XV, 1. Mox cod. C

*

tacet *et quinquaginta viros;* Isidorus Clarius, priores editt. Rob. Steph., all. omittunt *viros*. Pro *currerent ante eum,* sixtini, codices nostri omnes, Bibl. Ordin., Ven. 1476., Rabanus, Angelomus, Rupertus, all. *ante eum currerent*.

6. *Quare hoc* — Cod. Cas. 1. cum hebraeo *Quare sic*. Cod. H notat hebraeum pro *secundus natu post Absalom,* legere *et ipsum peperit post Absalom;* item Pseudo-Hieronymus col. 785.; cod. B praemittit *et;* cod. C, D, E, F, I, N*, R, S, T, Cas. 5., goth. legion., alii apud O, Bibl. Ven. 1476., Lugdun. 1569., Hugo, all. *secundus natus post Absalom*.

7. *sermo ei*—Codd. G, I, R, S, U, V, Cas. 2., antiquiores editt., Hugo, Petrus Com., Brev. gothic. l. c. *sermo eius;* codd. C, Cas. 2. addunt *fuit,* all. Cas. 2. *erat*. Cod. A 1. m. pro *adiuvabant,* legit *adiuvabat*.

8. *Semei et Rei, et robur*—Hanc lectionem acceptam referimus sixtinis atque gregorianis, quibus suffragantur tum recentiores critici, tum codd. A, C, D, E 1. m., H, K, L 8., N, O, Q, U, goth. leg. Reliqui codices et veteres editiones variis modis hunc locum corrumpunt. Cod. B legit *Semei et Ethaei et robur;* cod. mediolan. *Semei Ethrei et robur;* Toletus quidem notat: « Lege *Rei;* sic he» braeus, graecus, Complut., Reg., Ordin., » manuscripti octo et utraque Congregatio. » At vero Bibl. Complut., Reg. et Ordin. ante *robur* addunt *omne,* in qua lectione alii plures consentiunt; nam codd. G, L, R, S, Cas. 2., antiquiores editiones, Brev. goth. p. 327. habent *Semei, et Cerethi* (all. *Celethi,* all. *Cerethei*), *et Phelethi et omne robur;* post *Cerethi* tacent *et* Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496.; cod. F 1. m. *Semei et Cerethi et robur;* Sixtus cum Bibliis hentenianis *Semei et cerethi et phelethi, et robur;* item codd. E 2. m., F 2. m., I, N*, T, V, Hugo, Bibl. Ven. 1476. 1495.; apud Sabatierium cod. sangerm. n. 7. *Semei, et Cerethi, et Phelethi Ethaei et robur;* apud Holmesium codex graecus 106. habet in marg. *Semei, Cerethi et Ferethi, et omne robur;* Abulensis notat: « In hebraeo habetur » *et Rei* ubi nos dicimus *et Cerethi et Phele*» *thi;* multi tamen hebraeorum putant quod » sit *Celethi et Phelethi;* et Hieronymus sic » transtulit. » At liber *de hebr. nomm.* III, 64. et vetustissimi codices, quos supra excitavimus, demonstrant Hieronymum ab hebraico textu non recessisse; eidemque consentit Pseudo-Hieronymus qui notat: « *Rhei* ipse » est Hiram Zairites sacerdos, id est magi» ster David (II Reg. XX, 26.); » et mox pro *robur exercitus,* legit *robustissimi,* quae lectio in cod. H hebraico textui adscribitur. Dein pro *erat,* codd. F, I, S, margo cod. 106. Holmesii, Pseudo-Hieronymus, Rupertus, Petrus Com., Hugo, Dionysius carthus. *erant;* accedunt hebraeus et veteres; at isti habent numerum pluralem ubi Vulgatus legit *robur*.

9. *arietibus* — Cod. H notat hebraeum legere *ovibus;* item infra vers. 19. et 25. Pro *zoheleth,* sixtini, priores edd. Rob. Steph., all. *Zoheleth;* cod. B *Zohel;* et pro *Fonti rogel,* Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501. *fonte rogel;* all. *Fonti Rogel;* cf. ad II Reg. XVII, 17. Pro *vocavit,* cod. Cas. 1. *convocavit*.

10. *quosque* — Cod. B *quoque*.

11. *Dixit itaque*—Codd. D, F, T 2. m. *Dixitque*. Pro *Bethsabee,* codd. G, R, S, U, V et plures ex antiquioribus editionibus *Bersabee;* item graecus, excepto codice alexandrino; at cod. N notat: « Non est ibi *Bersabee* vel *Bed*» *sabee,* sed *Bethsabee*. Require II Reg. XI. » (v. 3.) » cod. O: « Numquam *Bersabee* pro » matre Salomonis. » cod. V: « *Bethsabee* se» cundum hebraeum et antiquos per *th,* non » per *r* debet scribi. » Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535., all. *Bathsaba*. Mox pro *audisti,* cod. K *audis;* et pro *regnaverit,* cod. Cas. 1. *regnavit*. Cod. H notat hebraeum non legere *hoc*.

12. *accipe consilium a me*—Praemittunt *et* codd. E, G, I, Cas. 13., alii apud O; item chaldaeus in polyglottis antuerp., georgianus; at mendose additur nexus in latina versione chaldaei apud Waltonum. Legunt *accipe a me consilium* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Ru-

pertus; Abulensis vero *et accipe consilium meum*. Mox cod. H perperam notat in hebraeo non legi *Salomonis*.

13. *et ingredere* — Tacent *et* codices B, R, graecus et syrus. Cod. B pro *Nonne*, legit *Non*; et pro *iurasti*, cod. R *adiurasti*. Cod. H notat hebraeum non legere *mihi*, neque legitur apud Pseudo-Hieronymum; additur tamen in cod. 80. Kennicotti. Pro *dicens: Salomon*, veteres codices et editiones, aliique testes habent *dicens, quod Salomon*, nec a romanis correctoribus quidquam adnotatum hoc loco invenimus; hodierna autem lectio apparuit primo in Bibliis Sixti V. Pro *quare ergo regnat*, sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, D, E, K, N, O, P, T, Cas. 13., mediol., gothic. leg., veronens., Tostatus *quare ergo regnavit*; accedunt hebraeus et veteres; codd. C, I, U, Cas. 6., Bibl. Ven. 1476. *quare ergo regnabit*; cod. F tacet *ergo*.

14. *Et adhuc* — Cod. mediolan. tacet *Et*; item hebraeus, et in polyglottis antuerp. chaldaeus; at cf. De-Rossi; Bibl. Ven. 1480. *Et ad haec*. In loco parallelo vers. 22. Vulgatus tacet nexum, etsi in hebraeo legatur.

15. *in cubiculum* — Sixtus, codices et editiones veteres fere omnes, Brev. goth. l. c. *in cubiculo*; cod. F addit *suo*; item arabs; emendarunt sixtini, gregoriani et Toletus, quos sequutus est Martianaeus. Pro *Sunamitis*, codd. E, G *Sunamites*; cf. ad I Reg. XXVII, 3.

17. *Domine mi, tu* — Codd. L, R, S, T, U, V, plures ex antiquioribus editionibus, Brev. gothic. l. c. *Domine mi rex, tu*; item vv. 13. 18. 20.; Bibl. Ordin. *Domine mi, tu rex*; addunt *rex* syrus, armenus, georg., slavon. et multi hebraici et graeci codices. Ad verba *ancillae tuae* addunt *dicens* codd. B, Cas. 1.; item graecus, arabs et cod. 196. Kennicotti.

18. *Et ecce* — Cod. mediol. *Ecce*. Pro *regnat*, sixtini, primo gregoriani, codd. A, E, K, R, S, T, U, goth. legion., mediol., veron. *regnavit*; favent hebraeus et veteres; codd. C, D, I, V *regnabit*.

19. *pinguia quaeque* — Bibl. Reg. *pinguia quoque*. Ante *Abiathar* cod. K addit *et*. Pro *servum tuum*, codd. S, Cas. 1. *filium tuum*; item margo cod. 55. Holmesii; cf. ad v. 26.

20. *quis sedere* — Codd. A, G, I, T, V, Cas. plures *qui sedere*. Cod. H notat hebraeum pro *in solio tuo domine mi rex post te*, legere *in solio domini mei regis post eum*.

21. *et filius meus Salomon* — Codd. K, U, Pseudo-Hieronymus *et Salomon filius meus*; eamdem varietatem graeci codices habent; antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c., Petrus Com. tacent *Salomon*; item cod. 134. Holmesii.

22. *Nathan propheta* — Codd. B, F, I, T, V, Cas. 5., Bibl. Ven. 1476. *Ecce Nathan propheta*; cod. goth. legion. *Et ecce Nathan propheta*; hebraeus quoque et graecus nexum praemittunt; codd. A, C, D, U, margo Ordin. *Nathan prophetes*.

23. *introisset* — Addunt *et stetisset* codd. B, F, V, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476.; quod ex vers. 28. desumptum videtur. Pro *in conspectu*, Bibl. Rob. Steph., Lovan., all. *in conspectum*; cf. Levit. XV, 14.; sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., veron., Bibl. Ordin., Ven. 1476., Hugo, Gregorius M. I, 238. *ante conspectum*. Pro *et adorasset eum*, cod. G et Gregorius M. l. c. *adoravit eum*; tacent pronomen codd. B, U, Cas. 11., goth. legion.; accedunt syrus et arabs. Pro *in terram*, codd. C, E, F, V, all. *in terra*; cf. ad II Reg. XXIV, 21.

24. *Adonias* — Codd. Cas. 11. *ut Adonias*.

25. *descendit* — Cod. Cas. 1. *ascendit*. Mox post *principes* tacent *exercitus* antiquiores editiones et Brev. goth. l. c.

26. *filium Ioiadae* — Cod. Cas. 1. tacet *filium*. Pro *et Salomonem famulum tuum*, cod. M, antiquiores fere omnes editiones, Brev. goth. l. c. *et famulum tuum Salomonem*; cod. K *et Salomonem servum tuum*, ut v. 19.; codd. C, E, G, I, S, V, Cas. 2., goth. legion., margo Ord. *et Salomonem filium tuum*; item duo codices holmesiani; codex 211. derossianus legebat ut vers. 10. ולשלמה אחיו.

27. *quis sessurus* — Codd. E, F, K, V, Bibl. Ven. 1495., Paris. 1541. 1566. 1573., Hugo

qui sessurus; et pro *esset*, codd. Cas. 13. *sit;* cod. U *est*.

28. *rex David* — Tacent *rex* Biblia Ven. Ienson. 1476. 1479.; item arabs et pauci graeci codices cum antiquissimo vaticano.

29. *eruit* — Cod. U *servavit*.

30. *meum pro me*—Codd. S, Cas. 2. *meum post me;* cod. 245. Holmesii μετ' ἐμέ; conf. vv. 13. 17. 20. 24. et infra ad vers. 35.

31. *in terram* — Codd. D, F, U, V, Bibl. Ven. 1476., Hugo *in terra*. Pro *meus David*, codd. A, C, D, E, F, H, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., antiquiores editt., Brev. goth. l. c. *meus rex David;* codd. B, I *meus David rex;* accedunt hebraeus et veteres; codd. G, Cas. 2. et multi graeci *meus rex*.

32. *Dixit quoque*—Codd. R, S, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566., all. *Dixitque*. Pro *prophetam*, codd. A, O *propheten;* cf. ad II Reg. XXIV, 11.

33. *dixit ad eos* — Addunt *rex* codd. F, R, S, V, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476.; itemque hebraeus et veteres. Cod. H perperam notat hebraeum pro *ducite*, legere *deponite*.

34. *super Israel* — Codd. B, F, G, I, L 4., V, Cas. 6., Bibl. Ven. 1476. addunt *et Iudam;* consentiunt slav. ostrog. paucique graeci codices; ex sequenti versiculo petitum videtur; nam recte adnotavit Abulensis nomen *Israel* hic pro omnibus duodecim tribubus accipi, adeoque superfluum esse addere *Iudam*.

35. *veniet* — Sixtus, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, M, O, R, T, U, V, Cas. plures, gothic. legion., mediolan., Bibl. henteniana, Abulensis *venietis;* cod. L, antiquiores editt., Brev. goth. l. c., Dionysius carthus. *venietis in Ierusalem;* codd. S, Cas. 7. *venietis Ierusalem;* Bibl. Ord. *veniet in Ierusalem;* hodierna lectio placuit sixtinis, gregorianis et Toleto, qui scribit: «Lege *veniet;* sic hebraeus, graecus, Compl., Reg., Ordin. et utraque Congregatio.» (de graeco autem cf. Holmesius) Attamen Sixti lectio potiorem habet in latinis codicibus auctoritatem. Ad verba *super solium meum* cod. Cas. 1. addit *me vivente*.

Loco *pro me*, codd. R, S, Cas. 3. *post me;* conf. ad vers. 30.

36. *Dominus Deus* — Codd. Cas. 3. *Dominus meus*. Pro *domini mei regis*, cod. veron. *domino meo regi*.

37. *fuit Dominus* — Codd. F, V, Cas. 14., Bibl. Ven. 1476. *fuit Deus*. Ad verba *cum Salomone* cod. Cas. 1. addit *rege*. Pro *faciat*, cod. B *fiat*.

38. *Cerethi, et Phelethi*—Sixtus, all. *cerethi, et pheleti* (at infra vers. 44. *phelethi*); cod. E *Cerethaei, et Phelethaei;* Bibl. Ven. 1476. 1480. 1482. 1483. all. *Celethi, et Pheleti;* cod. G legit tantum *Cerethi;* conf. ad II Reg. XV, 18.

39. *Sumpsitque* — Cod. B *Sumpsit;* et mox cod. F *sacerdos Sadoc*.

40. *tibiis* — Codd. F, Cas. 3. *tubis*. Pro *gaudio magno*, codd. D, F, V, Bibl. Ven. 1476. *magno gaudio*. Cod. veron. mox tacet *a clamore eorum;* codd. A, C, K, T, Hugo legunt *ad clamorem eorum;* cf. ad Num. XVI, 34.

41. *finitum erat*—Adnotavit Sirletus quosdam codices legere *finitum fuerat*. Pro *sed et Ioab*, cod. V et Bibl. Ordin. *sed Ioab*.

42. *illo loquente* — Bibl. Ven. 1475. 1476. 1480. 1482. 1492., all., Brev. gothic. l. c. *eo loquente*. Pro *Ionathas*, gregoriani, plures codd. et veteres editiones cum hebraeo et graeco *Ionathan;* item versiculo sequenti. Pro *nuncians*, codd. B, S *annuntians;* codd. C 1. m., G, Cas. 1. *nuntias*.

43. *Nequaquam: Dominus enim* — Cod. B tacet *enim;* margo Ordin. cum hebraeo *Profecto dominus*.

45. *Unxeruntque*—Cod. A et Tostatus *Unxerunt*. Cod. veron. pro *Gihon . . . insonuit*, legit *Geon . . . intonuit;* non pauci graeci Γηών. Pro *haec est vox*, cod. Cas. 1., Bibl. Ven. 1479., Abulensis *haec vox*, nec obstant hebraeus et graecus.

46. *sedet*—Sixtini, gregoriani, codd. A, K, T *sedit;* item Waltoni editio, cui favent hebraeus et veteres.

47. *domino nostro regi David* — Bibl. Ord. et duo codd. holmesiani tacent *David;* pro

nostro, Bibl. Ven. 1479. *vestro*. Pro *Deus*, cod. B, Bibl. Lugd. 1513. 1522. 1524. 1526. *Dominus;* item pauci graeci codices; syrus autem et cod. 19. Holmesii utrumque nomen connectunt. Mox cod. U, itemque cod. 44. Holmesii, tacent verba *et magnificet thronum eius super thronum tuum;* Brev. goth. p. 328. omittit *thronum eius super;* cod. E legit *magnificetur*. Ad verba *adoravit rex* addunt *David* codd. T, R, S, Cas. 4., Bibl. Arg. 1497., Norimb 1501., Ven. 1511., Ordin., priores editt. Rob. Steph., all.; item Ambrosius apud Sabatierium et Gennadius in Cat. Niceph.

48. *et locutus est*—Utrum haec lectio data opera a Sixto V. illata fuerit, vel aliquo casu in eiusdem editionem irrepserit ignoramus; silent enim sixtini correctores; gregoriani vero prima manu posuerant *ac insuper locutus est;* codd. B, U, V habent *insuper haec locutus est;* reliqui codices, veteres editiones et Brev. gothic. l. c. *insuper et haec locutus est;* hebraeus autem וגם־ככה אמר, item graecus *καὶ γε οὕτως εἶπεν*. Praeterea hebraeus et veteres addunt *rex*, quod in latinis codicibus reticetur. Pro *in solio meo*, cod. H *super solium meum;* cod. Cas. 1. *filium meum in solio meo;* accedunt chaldaeus, syrus, arabs et cod. 30. Kennicotti; idque Fischero et Schulzio probatur; Ambrosius cum graeco *de semine meo* sedentem *in throno meo*.

49. *Territi sunt ergo*—Tacent *ergo* cod. B et Miss. Moz. p. 384. Pro *ivit*, codd. F, G, V *abiit;* cod. I *fugit;* et pro *in viam*, codd. Cas. 4. et Petrus Com. *in domum;* consentit arabs.

50. *timens Salomonem*—Cod. O notat nonnullos interponere *regem* ut in sequenti versiculo; item pauci graeci codices, et cod. 30. Kennicotti, quem perperam excitant Biblia Doederlein. Post verba *et abiit* addunt *in tabernaculum Domini* Sixtus, codd. B, C, D, E, F, G, I, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., corbeiens. n. 1. et 3., sangerm. n. 7., veteres editiones, Petrus Com., Miss. Moz. l. c., Dionysius carth.; accedunt arabs et pauci graeci codices. Additamentum desumptum videtur ex cap. sequenti v. 28. et 29., illudque expunxerunt sixtini, gregoriani et Toletus qui notat: « Non habetur in hebraeo, graeco, manuscriptis tribus; et utraque Congregatio » reiecit. » Ex nostris favent codd. A, H, K, L 3., Q, Cas. 2., veron., mediolan., Isidorus Clarius et margo Ordin. Mox pro *cornu*, Biblia Compl. et Reg. *cornua;* item hebraeus et veteres; cf. vers. seq. et ad II, 28.

51. *tenuit cornu*—Codd. E, F, I, Q, R, S, V, Cas. 9., antiquiores editiones, Hugo *tenet cornu;* Miss. Moz. l. c. *tenens cornu;* praeterea legunt *cornua* Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Compl., Reg., all.; item hebraeus et veteres; cf. supra. Pro *rex Salomon hodie*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, T, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1495., Hugo, Miss. Moz. l. c., Abulensis *hodie rex Salomon*. Pro *interficiat*, non male codd. R, S *interficiet;* codd. Cas. 2. addunt *me*.

52. *Dixitque* — Cod. F, Bibl. Ven. 1476. *Et dixit*. Cod. H notat hebraeum pro *vir bonus*, legere *filius virtutis*. Pro *non cadet ne unus quidem capillus eius in terram*, codd. Cas. 3. *ne unus quidem capillus eius in terram peribit;* pro *ne*, legunt *nec* codd. G, V, Bibl. Ven. 1476., Lugd. 1522. 1524., Basil. 1530., Hugo, Miss. Moz. l. c. in quo habetur praeterea *in terra*. Pro *sin autem*, non pauci ex recentioribus codicibus *si autem;* et pro *morietur*, cod. B et Miss. Moz. l. c. *morte morietur;* accedunt armenus et Cat. Nicephori.

53. *Misit ergo rex* — Cod. S, antiquiores editiones et quatuor codices holmesiani tacent *rex*. Cod. F pro *eduxit*, legit *adduxit*. Post verba *dixitque ei* addunt *rex* Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1524. 1542., Paris. 1533. 1534. 1541., all.; accedit syrus; tacent *ei* codd. R, Cas. 1., veronensis; at perperam omittitur in latina versione syri.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. I, 4. *et officiebatur ei* (nota verbum pro ἐλειτούργει αὐτῷ. Lucifer calar. ex IIII Reg. XXIII, 7. habet *officiabantur* pro ὕφαινον)... 14. *adimplebo manum meam* (ita codex pro *sermones tuos*).... 34. *et tuba ca-*

nete de tuba (?) . . . . 36. *Et dixit: Fiat. Sic fideliter faciat Deus verba* (ita codd. et edit. Compl. τοὺς λόγους) *domini mei regis.* . . . 38. *et Chori et Ophelti.* Alias: *et Corri et Phelti* (Conf. Holmesius in h. l. et II Reg. VIII, 18. XV, 18. XX, 23.). . . 40. *et populus cantabat canticis et melodiis; et gaudebant gaudio magno; organizantes* (nota verbum; *organizare*, pro *organis canere* habetur in Spicil. rom. Maii, t. VIII. p. 63.) *in organis, et iucundabantur in iucunditate magna* (geminae huius interpretationis vestigia servant graeci codices); *et resonabat omnis terra in voce eorum.* . . 43. *In praesenti* (graecus Καὶ μάλα) *dominus noster rex David regnificavit* (nota verbum pro βεβασίλευκε; idem habetur in veteri itala ad III Reg. XII, 20. teste Lucifero calar.) *Salomon.* . . . . 45. *Et praeoccupaverunt* (? graecus ἔχρισαν) *eum Sadoc sacerdos.* . . . 52. *Dixit Salomon: Vivit Dominus* (duo haec verba in graeco desiderantur); *si factum fuerit mors* (istud nomen superfluit) *in filium virtutis, non cadet a capite eius capillus in terram;* [*si non fuerit malitia inventa in illum*]; *si autem malitia inventa fuerit in ipso, morietur.*

Cap. II, 1. *Salomoni* — Non pauci codices *Salomon*, tamquam indeclinabile nomen.

2. *Ego ingredior* — Codd. F, G, L, S, V, Cas. 5., antiquiores editiones, Miss. Mozar. p. 384. *Ecce ego ingredior;* codd. B, R *Ecce ego ingrediar;* codd. C, Cas. 13., goth. leg., Thomas. I, 115. *Ego ingrediar;* conf. ad Ios. XXIII, 14. Post verba *esto vir* addunt *fortis* codd. F, L, S, U, V, Cas. 9., antiquiores editiones, Hugo, Concil. Paris. VI, edit. Hard. IV, 1359.; cod. R legit *esto robustus vir;* Lucas Brugensis animadvertit plurima latina exemplaria, et quaedam graeca, addere *fortis*, « verum, subdit, alia non pauca latino- » rum exemplarium id omittunt; . . . idque » conformiter hebraeo textui et graecis exem- » plaribus vaticano ac regio; consentiente et- » iam, inter tractatores, Abulensi. Non igitur » veri simile est ab interprete additum *fortis*, » cum etiam sententiae decorem tollat. Ita- » que Hentenius e textu sustulit. Videtur ali- » cuius fuisse commentarius, quemadmodum » et quod graecis illis exemplaribus additur » τέλειον. Chaldaeus porro paraphrastes ad- » didit: *Et sis vir peccata timens.* » Nimirum chaldaeus posuit hoc loco דחיל חטאין, sicuti supra I, 42. et 52., ubi hebraeus legit חיל, quod Schulzius heic supplendum censuit.

3. *Et observa custodias* — Sixtus, cod. S, veteres plures editiones, Dionysius carth. *Et observa ut custodias mandata;* codd. Cas. 2. *Et observa custodias et mandata;* codd. G, Cas. 1. *Et observa et custodias mandata;* cod. H notat hebraeum legere *Et observa statuta.* Emendarunt sixtini et gregoriani (nam hi Sixti lectionem quam primo reiecerant, ac dein rursum instauraverant, demum abiecerunt), quibus plures optimique codices et non paucae ex antiquioribus editt. suffragantur; item Miss. Moz. et Concil. Paris. ll. cc. « *Cu-* » *stodias*, inquit Toletus, nomen est, non ver- » bum; ut illud Lev. VIII, 35. *Die ac nocte* » *manebitis in tabernaculo observantes custo-* » *dias Domini;* et II Paral. XXIII, 6. *omne re-* » *liquum vulgus observet custodias Domini.* » Cf. Bukentopius p. 176. Huius varietatis ortum probe declarat in suis *notationibus* Lucas Brugensis, cuius verba sunt proferenda: « Sequitur in vulgata editione *Et observa cu-* » *stodias;* omnino enim ad eum legendum est » modum: plurima namque nostrae editionis » exemplaria, et enarratores plerique sic le- » gunt. Exemplaria parisiensium quinque, » Hentenii octo, nostra viginti; enarratores » Tostatus, Carensis, Richelius et, si intro- » spiciatur, Liranus. Atque ita hebraice est » ושמרת את־משמרת, graece Καὶ φυλάξῃ » (all. φυλάξεις) τὴν φυλακήν. Imperitis » autem aliquibus nonnihil desiderari visum » fuit, quod *custodias* verbum esse existima- » rent. Itaque quidem scripserunt *Et observa* » *custodias* (alter cod. *custodiens*) *mandata*; » sic enim duo librorum nostrorum. Alii *Et* » *observa ut* (quatuor codd. *et*) *custodias man-* » *data;* sic enim habent ex codicibus nostris » sex. Quidam fortassis explicandi gratia,

» dumtaxat adscripserant *mandata*, atque id » in textum postea relatum est. Nam et aliud » scriptorum nostrorum habet *Et observa cu-* » *stodias, ceremonias et mandata;* aliud rur- » sus *Et observa mandata et custodias;* sic » et chaldaeus exposuit *Et custodias custo-* » *diam.* »

Ibid. *ut custodias* — Codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, goth. leg., veron., veteres editiones, Miss. Moz. et Concil. Paris. ll. cc. *et custodias;* hodierna lectio a Sixto V., quin aliquid adnotaverint romani correctores, vel potius ab eiusdem typographis inducta fuit. Hebraeus legit לשמר, sed plures codices apud De-Rossi ולשמר; item syrus, arabs et pauci graeci codices. Mox pro *praecepta eius, et iudicia, et testimonia*, cod. E *praecepta, atque iudicia, et testimonia eius;* Miss. Moz. l. c. *praecepta eius, et testimonia, et iudicia;* Concil. Paris. l. c. *iudicia eius, et praecepta, et testimonia;* cf. Holmesius.

4. *sermones suos* — Tacent *suos* codd. D, gothic. leg., et cod. 44. Holmesii. Post verba *locutus est* addunt rursum *Dominus* codd. R, Cas. 1., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541., all.; item pauci graeci codices. Pro *de me*, cod. Cas. 1. *de te;* et pro *Si custodierint filii tui*, codd. N, P *Si custodierit filius tuus;* adnotat autem epanorthotes in cod. N: « Cum hebraeus habeat pluraliter » *filii*, pluralem in singularem mutavit (inter- » pres), quia de illo personaliter Salomone » agebatur. Require Ios. XXIIII. (v. 27.) » Aliqui tamen non multum antiqui habent » in plurali. »

Ibid. *vias suas* — Non modica est hoc loco librorum dissensio; nam legunt *vias meas* Sixtus, codd. B, C, F, G, I, N*, R, S, V, regius et corbeiens. n. 11. apud Martianaeum, antiquiores editiones, Biblia henteniana, Miss. Mozar. l. c., Abulensis; item arabs; cod. M notat: « *suas*, vel *meas;* sed hebraeus habet » *suas;* » Nimirum hebraeus legit דרכם, unde epanorthotes in cod. N: « Antiqui cum he- » braeo *viam suam*. Illi qui ponunt ibi de » novo *vias meas*, recedunt a littera. » Cum laudato cod. N legunt *viam suam* sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, D, E, H, K, L 8., O, Q, T, U, Cas. 13., mediol., veron., Bibl. Compl., Reg., priores editt. Rob. Steph., all.; his favent hebraeus, chaldaeus, graecus, de quo infra, et ipsemet Vulgatus in loco parallelo VIII, 25. At vero Toletus notat: « Lege *suas;* in hebraeo, Compl., Reg., et ali- » quot manuscriptis *viam suam;* et sic prior » Congregatio. At Ordin. et communiter im- » pressi ut in textu (Sixti V.); graecus et po- » sterior Congregatio *vias suas;* item II Pa- » ral. VI, 16. » Circa hanc Toleti notationem plura sunt animadvertenda. In primis, posterior Congregatio, seu gregoriani, uti ex ipso autographo patet, prima manu scripserat *viam suam;* mox, deleta hac correctione, restituit Sixti lectionem *vias meas;* hanc proinde princeps editio Clementis VIII. an. 1592. expresserat (cf. Bukentopius p. 496. 497.); at dein ab ipsis correctoribus invecta fuit hodierna lectio, pro qua stant codd. M, P, aliique apud Martianaeum, Bibl. Basil. 1530., Dionysius carth.; item syrus, armen., georg., slavon. paucique graeci codices. Quoad Bibl. Ordin., lectio quam ipsis tribuit Toletus, occurrit in edit. Ven. 1588., quae minus pura est; nam in reliquis editt. Biblior. Ordin. legitur *viam meam;* et ita legunt quoque nonnulli codices Martianaei. Denique, ad graecum quod spectat, vaticana editio optimique codices habent τὴν ὁδὸν αὐτῶν; at Toletus sequutus est edit. Complut. quae ponit τὰς ὁδοὺς αὐτῶν, de qua lectione supra dictum est. Pro *et in omni*, Bibl. Lugd. 1542. 1551. 1556., Basil. 1544. 1557., Hugo *et omni*. Pro *tibi vir*, cod. A 1. m. *vir tibi*.

5. *fecerit duobus* — Cod. U *fecit duobus*, uti habet ex graeco vetus itala apud Claudium taurin. (cf. infra ad calcem huius capituli); Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. *fecerat duobus*. Angelomus tacet *exercitus Israel;* quidam graeci omittunt *exercitus*. Pro *Amasae*, sixtini, codd. A, D, G, O, P, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471. *Amasa;* conf. ad vers. 32.; sed in superiori libro hoc nomen

plus semel declinatur. Pro *cruorem proelii*, codd. F, K, R, S, Bibl. Ven. 1475. 1476. 1479. 1480. 1482., Argent. 1497., Norimb. 1501., all., glossa interlinearis *cruorem belli;* tam hoc loco, quam in superiori membro, ubi Vulgatus interpretatur *sanguinem belli*, hebraeus legit מלחמה; Pseudo-Hieronymus et Miss. Moz. l. c. omittunt *proelii*. Toletus ad hunc locum habet scholion quod sequitur: « *cruo-* » *rem proelii in balteo suo*. Id est, ensem » cruentum, quo occiderat, posuit in suo bal- » teo, glorians de nece illius. *et in calcea-* » *mento suo, quod erat in pedibus eius*. Id est » calceamenta sua tinxit in sanguine occisi, » iactans se et glorians de nece eius quasi » iusta fuisset. » Pro *lumbos eius*, codd. F, S, V *lumbos suos;* et pro *in calceamento suo, quod erat*, Claudius taurin. CIV, 820. *in calceamenta sua, quae erant*.

6. *Facies ergo* — Addunt *ei* codd. B, goth. leg., Miss. Moz. p. 385. (ubi legitur *Facias ergo*), Petrus Com., Dionysius carth.; item syrus, arabs et vetus itala apud Claudium taurin. l. c. Hoc loco, et infra vers. 9. cod. H notat hebraeum pro *deduces*, legere *depones;* melius dixisset *demittes*. Pro *ad inferos*, cod. U *usque ad inferos*.

7. *Galaaditis* — Codd. B, G, I, V 2. m., Abulensis *Galaaditidis;* conf. ad Iudic. X, 3.; Bibl. Paris. 1573. *Galaaditae*. Pro *reddes*, Bibl. Ven. 1479. *reddas;* cod. G *redde*.

8. *apud te* — Cod. veron. mendose tacet *te*. Pro *Gera*, cod. G, Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535., Miss. Moz. l. c. *Iera*. Mox cod. H notat hebraeum non legere *filii;* at vero in unico codice 95. Kennicotti desideratur. De *Iemini* cf. ad II Reg. XIX, 16. Cod. H notat hebraeum pro *ad Castra*, legere *ad Mahnaim*, de quo cf. ad II Reg. II, 8. Pro *mihi in occursum*, codd. C, D, F, T 2. m., V, Bibl. Ven. 1476. *in occursum mihi;* et mox pro *Dominum*, Pseudo-Hieronymus *Deum*.

9. *tu noli* — Cod. D *tu, fili, noli*. Pro *pati eum esse*, sixtini, codd. A, H, T *pati esse eum;* cod. K *eum pati esse;* cod. E 1. m. tacet *esse*. Pro *ut scias*, sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, L 6. (seu Q), R, S, V, Cas. 9., goth. legion., mediol., Bibl. Ven. 1476. 1511., Lugd. 1513., priores editiones Rob. Steph., all., Hugo, Dionysius carthus., Abulensis, Miss. Mozar. l. c. *et scies;* Toletus quoque notat: « Hebraeus, graecus, » manuscripti sex et prior Congregatio legunt » *et scies*. » Codd. G, T *et sciens;* codd. U, Cas. 13. *et scis;* Bibl. Ord. edit. Lugd. 1545. et 1590. mendose omittunt ista. Pro *quae facies*, codd. F, V, Miss. Moz. l. c. *quid facies;* sixtini, codd. A, C, H, T, U, Bibl. Ven. 1495., Dionysius carthus. *quae facias;* et pro *ad inferos*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Cas. 15., goth. leg., mediol., Petrus Dam. CXLV, 628., Miss. Mozar. l. c., Abulensis *ad infernum;* hebr. שאול, graecus εἰς ᾅδου.

11. *in Ierusalem* — Codd. E, I, K, Miss. Moz. l. c. *et in Ierusalem;* cod. L 2. (seu Q) *in Ierusalem vero;* accedunt hebraeus et veteres. Post verba *triginta tribus* addunt *annis* codd. B, E, I, Miss. Moz. l. c.; item hebraeus et veteres.

13. *Et ingressus est* — Codd. F, V *Ingressus est autem*. Tacent *est* post *Pacificusne* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, goth. leg., veron., Abulensis.

14. *Addiditque* — Cod. A *Additque*.

15. *praeposuerat* — Codd. A, B, G, I, R, S, T, V, mediol., veron., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1492. 1497., Arg. 1497., Paris. 1541., Compl., all. *proposuerat;* hanc autem lectionem praeferre videtur Lucas Brugensis. Mox pro *in regem*, codd. G, S, Cas. 4. *regem*.

16. *precor* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, mediol., Bibl. Ven. 1476., Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *deprecor*, uti legitur infra vers. 20. Pro *Quae dixit ad eum*, cod. K *Dixitque ad eum;* cod. U *Quae dixit ei*.

17. *negare tibi quidquam potest* — Mira heic est, etsi nullius momenti, librariorum inconstantia in ordine verborum; nam exempli gratia, codd. C, D, Bibl. Ordin. legunt *quidquam*

negare tibi potest; cod. I *quidquam tibi negare potest;* cod. E *tibi quidquam negare potest;* cod. F *negare tibi potest quidquam;* codd. R, S *tibi negare quidquam potest;* cod. V, Bibl. Ven. 1476. *tibi negare potest quidquam;* cod. H notat hebraeum legere *Nam non avertet faciem tuam.* Dein ad *Sunamitidem* addunt *in* codd. A, U, mediol.; accedunt hebraeus et graecus; de illo autem nomine cf. ad I, 3.

18. *Bene, ego loquar* — Cod. F *Bene ergo loquar;* Sixtus et non paucae veteres editiones *Bene ego loquar;* interpunxerunt gregoriani, et recte quidem; Bibl. Ordin., Lugdun. 1522. 1524., Basil. 1530., all. *Bene loquar ego.* Nota sixtinos *regis* nomen saepius cum priori littera maiuscula scripsisse.

19. *loqueretur ei*—Tacent pronomen Angelomus et Abulensis. Pro *adoravitque,* cod. G, et Brev. goth. p. 330. *adoravit;* et pro *sedit,* cod. G et Abulensis *resedit;* et pro *super thronum,* cod. Cas. 1. *super solium.* Mox sixtini, codd. A, D, G, T, V, gothic. legion., mediol., Bibl. Ven. 1495., Abulensis *positus quoque,* pro *positusque;* et pro *matri regis,* codd. B, F, T, Bibl. Ven. 1476. *matris regis;* item ex typographi mendo Bibl. Rom. 1671.; codd. A, O *matris eius.*

20. *ego deprecor* — Bibl. Basil. 1530. *ego precor;* cf. vers. 16.; Bibl. Ven. 1476. tacent *ego.* Cod. H notat hebraeum pro *ne confundas,* legere *ne avertas.* Pro *Et dixit,* sixtini, codd. A, D, veron. *Dixit;* codd. C, E, F, G, I, K, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Ven. 1476., Hugo *Dixitque.* Mox cod. H notat hebraeum pro *Pete mater mea: neque enim fas est ut avertam faciem tuam,* legere *Pete mater mi: non avertam faciem tuam;* legunt quoque *mater mi* codd. D, E, F, G, I, K, R, T, U, V, veron., Abulens.; auctor Mamotrecti notat: « Istud *mi* » videtur esse interiectio blandientis. » At cf. ad Iudic. XI, 35. et Ruth I, 11. Pro *faciem tuam,* Biblia Lugd. 1522. 1524. *faciem meam;* accedunt armenus et cod. 174. Kennicotti.

22. *Responditque rex* — Tacet *rex* cod. B, cui consentit arabs. Cod. H notat hebraeum pro *et habet Abiathar sacerdotem, et Ioab filium Saruiae,* legere *et ei, et Abiathar sacerdoti, et Ioab filio Saruiae;* item Pseudo-Hieronymus, qui interpretatur: « Postula ei, id » est Adoniae, et Abiathar sacerdoti, et Ioab » filio Saruiae regnum. » Hanc sententiam sequutus est Iohannes Clericus, qui in sacro textu supplendum censuit שאלי; attamen Vulgati interpretatio, cui favet graecus, haud improbabilis visa est Thenio et Ugdulenae; cod. F pro *et Ioab,* legit *habet Ioab.*

24. *firmavit* — Codd. C, R, S, V *confirmavit.* Post *collocavit* tacent *me* sixtini, codd. A, B, C, F, H, K, U, V, Cas. 13., veron., Bibl. Ven. 1476., 1495.; item armenus. Mox pro *et qui fecit,* cod. U *et fecit;* et pro *hodie occidetur,* cod. F *occidetur hodie.*

26. *ad agrum* — Cod. E, Angelomus, Petrus Com., et Melito in Spicil. sol. II, 125. *in agrum;* graecus εἰς ἀγρόν. Pro *equidem vir mortis es,* codd. G, I, R, V et veteres fere omnes editiones *et quidem vir mortis es;* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, K, T, U, Cas. plures, goth. leg., mediol., Bibl. Ordin., priores editiones Rob. Steph., all. *es quidem vir mortis;* hodiernam lectionem invexit Sixtus cui favent codd. H, S. Pro *te non interficiam,* Hugo *non te interficiam;* cod. U *non interficiam te.* Post *Domini Dei* cod. D 2. m. addit *tui,* ut cod. 225. Kennicotti; cod. H notat hebraeum legere *Domini Domini,* scilicet אדני יהוה. Vallarsius notat codicem veron. legere *patrī meo,* pro *patre meo.*

27. *Eiecit ergo* — Codd. F, R *Fecit ergo;* cod. E *Eiecitque;* Pseudo-Hieron. col. 758. *Proiecitque;* et pro *ut non . . . sermo Domini, quem,* ibidem Pseudo-Hieronymus *ne . . . verbum Domini, quod.*

28. *Venit autem nuncius ad Ioab, quod Ioab declinasset post Adoniam, et post Salomonem non declinasset: fugit ergo Ioab* — Antequam nostrorum codicum varietates proferamus, operae pretium est notationem Lucae Brugensis excitare, quae huius loci quaestiones ita praeoccupat, ut vix aliquid desiderandum relinquat: « *Et venit fama usque ad Ioab, quia Ioab declinaverat post Adoniam, et post Abso-*

lonem non declinaverat; et fugit Ioab. Ita codices hebraei chaldaeique legunt. Ab his graeci et latini libri dissentiunt. Graeci scribunt *Et fama venit usque ad Ioab filium Saruiae, quia Ioab erat inclinatus post Adoniam, et post Salomonem non declinaverat; et fugit Ioab.* Latini autem omnes propemodum habent *Venit autem* (vel *ergo*) *nuncius ad Salomonem, quod Ioab declinasset post Adoniam, et post Salomonem non declinasset. Fugit ergo Ioab.* In hac librorum diversitate, quid potius sequendum sit, quaestio est non contemnenda. Alfonsus Tostatus, quod alias raro, Hieronymum interpretem hoc loco arguit, quod hebraicam litteram non recte mutaverit, quod pro *Ioab*, et pro *Absolom*, scripserit *Salomonem*. Quomodo enim nuncius ad Salomonem venit, quod Ioab declinasset post Adoniam, et post Salomonem non declinasset, cum id notorium esset, et Salomonem minime lateret? et quae causa fuit fugae Ioab, quod ad Salomonem nuncius venerit? « Non accusamus, inquit, nec excusamus » Hieronymum, sed illi patenter hebraicam » veritatem praeferimus. Patiatur eam, quam » aliis tulit legem: non mirum si quando er» ret, cum interpres, non Propheta sit. » Sensum autem hebraicae lectionis dat percommodum: Pervenit ad Ioab fama interfecti Adoniae et eiecti Abiathar; et quia ipse Ioab, qui initio Absolonem sibi eximie dilectum sequutus non fuerat, Adoniae partes in maius Salomonis praeiudicium sequutus erat, ideo timens fugit. Porro in marginali spatio commentariorum Tostati, annotatum est, errorem illum non interpreti sed scriptoribus tribuendum: « Creditur quod Hieronymus be» ne transtulit, et in littera tam clara non er» raret. Tamen corrupta est littera vitio scri» ptorum seu *stampatorum*, quod genus ho» minum ignorantissimum est; potius lucro » quam scripturae veritati advertens. » Ita ibi notatur. Neque hoc a vero alienum est. Fit enim non parum probabile iudicasse scriptores aut lectores aliquos, ipsi Ioab suam satis notam fuisse perfidiam; itaque non Ioabo, sed Salomoni nunciatum quod Ioab declinasset post Adoniam, atque ideo *Ioab* cum *Salomonis* nomine commutasse. Deinde quia Absolonis historia huc nihil spectare videbatur, praesertim cum laudandus sit Ioab, quod post Absolonem non declinaverit, arguendus autem quod post Salomonem non declinaverit; etiam *Absolonis* nomen in *Salomonis* mutandum censuerunt. Et quidem posterioris huius corruptelae in manuscriptis signa non reperi (nos vero reperimus; vide infra); nisi forte quod manuscriptorum nostrorum duo pro *et post Salomonem*, legant *et post se* (quae cur sit facta mutatio, an ut convenientior esset oratio, quamquam parum conveniat pronomen reciprocum; an ut *Absolonis* nomen, quod *Salomonis* nomini non absimile est, certius excluderetur; an utramque ob causam, dispici nequit). Prioris autem non parva animadversa sunt. Sunt enim quibus legatur *Venit autem nuncius ad Ioab, quod* etc. Sic exemplar s. Germani parvum (apud Rob. Steph.), sic antiqua exemplaria quae Ordinariae Glossae margo commemorat (aliorum quoque codicum testimonium nos mox adiiciemus), sic auctor *hebraicarum quaestionum*. Cardinalis Bessarionis exemplar habet *Venit autem nuncius ad Ioab eo quod* etc., sed prius aliter habuit, *Salomonem* haud dubie; postea vero, priori eraso, scriptum est *Ioab eo*, atque in margine notatum a Bessarione, ut videtur, *recte est*. Est autem haec exemplarium istorum lectio, graecorum codicum lectioni conformis. Nam et illi priori loco *Ioab*, posteriori *Salomonem* scribunt. Atque huius lectionis sensum, *hebraicarum quaestionum* auctor dat. « Venit ad Ioab fama, quod in domo » Salomonis diceretur illum sequutum non » fuisse Salomonem, sed declinasse post Ado» niam: ut scilicet, antequam Adonias affe» ctasset regnum, Salomonem non dilexisse, » nec ei favisse, sed ab eo declinasse dicere» tur, quod totum rei probavit eventus. » Fortassis autem non minus est rectus sensus, quem Bessarionis exemplar indicat: « Perla» tum est nuncium Ioab de morte Adoniae et

» eiectione Abiathar, eo quod et ipse Ado- » niam, non Salomonem sequutus fuisset. » Fugit ergo Ioab etc. » In hunc fere modum Iosephus *(Antiq. VIII, 1.)* narrat: « Ioab au- » tem princeps militiae peremptum audiens » Adoniam, valde perterritus est; erat enim » eius amicus, potius quam Salomonis re- » gis; et periculum ex hoc propter illius fa- » vorem non irrationabiliter suspicatus, fu- » git etc. » (Huic interpretationi accedunt sy- rus, consentiente Ephraemo I, 448. et arabs, qui legunt *Quumque perlatum fuisset ad Ioa- bum, quod Adonias interfectus fuisset*) Qui communem latinorum codicum lectionem se- quuntur Hugo carensis et Dionysius Richelius (carthusianus), nunciatum dicunt Salomoni, Ioab etiam post inaugurationem Salomonis, Adoniae partibus voluisse, et consilium de petenda ducendaque in uxorem Abisag Su- namitide suggessisse; ideoque Ioab, cum id Salomonem rescisse audiret, ad tabernacu- lum Domini fugisse. Atque ad hunc modum has discussisse varietates, sufficiat nobis; iudicium relinquimus aliis. Verum quod qui- dam latini codices addunt *dicens* (nempe *di- cens quod Ioab*), textui superfluit; commen- tarius est, et quidem non omni ex parte pro- bandus. *Nuncius* enim hoc loco, non pro eo qui nunciat, sed pro eo quod nunciatur, ac- cipi debet; nam et hebraice est שמעה, et graece ἀκοή. » (Hinc Bukentopius pag. 176. mavult legi *nuncium*, pro *nuncius.*)

Post eruditam Brugensis notationem pauca nobis subiicienda sunt dum nostros proferi- mus testes. Igitur pro *Venit autem,* codd. C, D, F, T, V, gothic. legion. *Venit ergo;* pro *ad Ioab,* legunt *ad Salomonem* Sixtus, codd. A 2. m., B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, V, goth. leg., Thomas. I, 84., veteres editiones, Brev. gothic. p. 331.; cod. U legit *ad regem;* item habet Liranus ubi ex hebraeo interpretatur hunc locum. Emendarunt sixtini, gregoriani et Toletus qui scribit: « Lege *ad Ioab;* sic » manuscripti, hebraeus et graecus. » Videli- cet suffragantur codd. A 1. m., H, L (seu Q), veron., mediol.; item Bibl. Rob. Steph. 1557. et Heidelb. 1586., Caietanus et Isidorus Cla- rius; accedunt et reliqui veteres interpretes. Martianaeus notat: « Uno excepto canone he- » braicae veritatis, manuscripti omnes codi- » ces (immo non omnes; excipiendi namque » sunt quoque illi, quos mox praeter codi- » cem H excitavimus) notariorum ac librario- » rum imperitia depravati sunt hoc modo » *Venit autem nuntius ad Salomonem.* Nam » sensum Scripturae minime percipientes, » putarunt errorem esse si legeretur *Venit » autem nuntius ad Ioab.* Bene igitur mone- » bat Hieronymus epistola ad Lucinum, mo- » rem hunc esse librariorum, ut scribant *non » quod inveniunt, sed quod intelligunt, et dum » alienos errores emendare nituntur, ostendunt » suos.* » Pro *quod Ioab,* cod. U *eo quod Ioab;* Pseudo-Hieron. tacet *Ioab;* item tres codd. Kennicotti. Pro *et post Salomonem,* sixtini (quamquam dubitantes), gregoriani prima manu, codd. A 1. m., mediol. *et post Absa- lom;* idque valde probatur Caietano; at To- letus notat: « In hebraeo est *Absalom,* quod » in nullo exemplari latino legitur, nec grae- » co apud LXX., sed *Salomonem;* et est sen- » sus accommodatior. In romana editione » latina LXX. interpretum notatur apud Vul- » gatum legi *Salomonem,* cui lectioni adsti- » pulatur Iosephus lib. VIII. c. 1. Antiquit. » Nimis confidenter Toletus loquitur de latinis et graecis exemplaribus; nam cum hebraico textu consentiunt duo antiquissimi latini co- dices, quos supra memoravimus; ex graecis vero legunt Ἀβεσσαλώμ antiquissimus va- ticanus (etsi de hoc taceat Holmesius), ale- xandrinus et cod. 247. holmesianus. Attamen De-Rossi scribit: « In mendo cubare videtur » hic locus (in hebraico textu); et *post Sa- » lomonem* legunt hic LXX., syrus, Vulgatus, » et arabs. Nullus tamen ex collatis codici- » bus sive kennicottianis, sive meis, lectio- » nem hanc servat. R. Parchon in opusculo » grammatico, quod subiicitur inedito eius » *Mechabbered* (non *Mechabberoth*) refert lo- » cum hunc ad ea loca, in quibus habetur in » sacro textu חלוף, seu nominum permuta-

» tio, et aliter loquuntur auctores, ac in cor- » de habuerint. » Cf. Sanctius, Ioachimus de Azevedo, Thenius. Codd. F, Cas. 3. legunt *et post se*, de qua lectione cf. Lucas Brugensis. Pro *cornu*, sixtini, gregoriani, codd. A, mediol. *cornua;* item hebraeus et veteres; conf. ad 1, 51.

29. *iuxta altare* — Cod. K addit *Domini*. Pro *interfice*, codd. I, Cas. 2. *et interfice;* graecus καὶ ἄνελε αὐτὸν, καὶ θάψον αὐτόν, quae ex vers. 31. desumpta videntur.

30. *Et venit* — Codd. A, B, C, D, E, F, I, K, O, T, V, Cas. plures, gothic. leg., veron., Bibl. Ven. 1476. *Venit*. Pro *Haec dicit*, Bibl. Ordin., Paris. 1566. 1573., Brev. goth. l. c. *Haec dixit;* hebr. כֹּה־אָמַר. Pro *regi sermonem*, cod. K *sermonem regi;* cod. F et Bibl. Lugdun. 1522. 1524. tacent *regi*. Pro *locutus est Ioab*, cod. B *locutus sum Ioab*. Denique pro *et haec respondit*, cod. K, antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c. *et haec locutus est;* posteriores editiones Rob. Stephani *et haec locutus;* cod. G *et respondit*.

31. *Dixitque ei*—Tacent pronomen cod. veron., Bibl. Ven. 1476.; item syrus et cod. 93. Kennicotti. Pro *Fac sicut locutus est*, cod. K *Sic fac sicuti locutus est;* cod. V *Fac quod locutus est;* Bibl. Ordin. *Fac sicut locutus es;* Petrus Com. *Fac ei sicut locutus est;* item graecus, syrus, arabs et cod. 96. Kennicotti. Post verba *est a Ioab* cod. F addit *et*.

32. *Et reddet*—Codd. A, C, E, G, H, I, K, R, S, T, U, V 2. m., Cas. plures, mediolan., Bibl. Ord., Hugo, Abulensis, Dionysius carthus. *Et reddat*. Pro *viros iustos, melioresque se*, codd. B, T 1. m. *viros meliores quam se*. Post *patre meo* tacent *David* codd. B, G, K; item armenus. Pro *Amasam*, sixtini, gregoriani, Toletus, codd. A, D, F, G, O, U *Amasa;* cf. ad vers. 5. Pro *Iether*, codd. F, I, V, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Paris. 1541. 1566. 1573. *Gether;* at vero supra ad vers. 5. habent receptam lectionem; de hoc autem nomine cf. ad II Reg. XVII, 25.

33. *usque in aeternum* — Codd. G, T, Angelomus *usque in sempiternum*.

34. *Ascendit itaque* — Cod. B *Ascenditque*. Pro *aggressus eum interficit*, codd. D, G 2. m. *aggressus interfecit eum;* cod. K *adgressus est eum et interfecit;* hebraeus et vett. ad utrumque verbum pronomen adiungunt.

36. *egredieris* — Cod. F *ingredieris*.

37. *Quacumque autem* — Codd. B, I, Dionysius carth. *Quacumque enim;* cod. E *Quocumque enim*. Pro *Torrentem Cedron*, Sixtus *Torrentem cedron;* sixtini *torrentem Cedron*. Post *scito te* cod. D 2. m. addit *esse*, uti infra vers. 42. Ante *sanguis tuus* cod. Cas. 1. praemittit *et;* item syrus, arabs, armenus, slav. ostrog. et pauci graeci codices.

38. *Bonus sermo* — Cod. H *Bonus est sermo;* codd. D 2. m., F, G, R, S, V *Bonus sermo regis;* codd. Cas. 5., Bibl. Ven. 1476. 1511., Lugd. 1513. 1522. 1524., Paris. 1573., all., Petrus Com., Abulensis *Bonus est sermo regis;* cod. Cas. 1. *Bonus sermo quem audivi*, ut infra v. 42. Pro *faciet*, Bibl. Arg. 1497., Norimb. 1501., Lugdun. 1522. 1524. Paris. 1533., all. *faciat*.

39. *fugerent servi*—Cod. H notat hebraeum legere *fugerent duo servi;* atque ita legunt Biblia Basil. 1530.; Bukentopius autem p. 38. adnotavit: « Vulgata non exprimit numerum » servorum, qui fugitivi erant a Semei; he- » braea tamen et LXX. habent expresse *duo* » *servi;* forte vox *duo* excidit e Vulgata. » Mox pro *nunciatumque*, codd. B, C, F, G *nunciatum;* et pro *issent*, sixtini gregoriani, codd. A, D, E, F, G, H, I, K, L 4., N, O, P, T, U, Cas. plures, veron., Dionysius carth. *essent;* epanorthotes in cod. N scribit: « Hebraeus et » antiqui non habent *issent*, sed *essent*. » Toletus vero: « Manuscripti quatuor et prior » Congregatio *essent*. »

40. *ad Achis in Geth*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Bibl. Ven. 1476. *in Geth ad Achis*. Pro *ad requirendum*, sixtini, codd. A, D, E, F, G, I, K, O, R, S, U, V, gothic. legion., Bibl. Ven. 1495., Hugo *ad requirendos*. Mox post verba *de Geth* codd. Cas. 2. addunt *in Ierusalem;* itemque duo codices holmesiani.

41. *Salomoni*—Codd. F, L, R, S, V, Cas. 6., antiquiores editiones, Hugo, Brev. goth. l. c. *regi Salomoni;* consentiunt syrus et arabs.

42. *Et mittens*—Cod. K *Mittensque*. Cod. H notat hebraeum pro *testificatus sum tibi per Dominum, et praedixi tibi,* legere *adiuravi tibi per Dominum, et contestatus sum.* Pro *Quacumque,* sixtini cum cod. A *Quocumque;* cf. ad v. 37.; cod. V *Quod quacumque.* Pro *egressus, ieris,* Sixtus, codd. C, D, E, F, G, K, R, S, T, V, veteres editiones, Brev. gothic. l. c. *egressus fueris;* emendarunt sixtini (nam quod isti scripserunt *itineris,* calami vitium esse putamus), gregoriani et Toletus qui notat: « Lege *ieris;* sic hebraeus, graecus, ma» nuscripti et utraque Congregatio. » Codices qui huic lectioni favent, sunt A, B, H, I, L 4., Q, U, Cas. 14., mediol., veron., goth. legion. Dein pro *sermo, quem audivi,* sixtini, codd. A, K, T 1. m., U, mediolan., veron. *sermo: audivi;* Vallarsius notat: « Reticet iuxta he» braicam phrasim manuscriptus veronensis » *quem;* chaldaeus quoque atque aliae orien» tales versiones ita legunt distinguuntque » *Bonum verbum: audivi.* » Graecus receptus tacet, at multi codices holmesiani legunt ἀγαθὸν τὸ ῥῆμα ὃ ἤκουσα. Sixti editio minus recte *sermo: quem audivi;* cf. vers. 38.

43. *Quare ergo*—Cod. B tacet *ergo;* accedit syrus.

44. *reddidit*—Cod. V, Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *reddiditque;* accedunt hebraeus et veteres. Post *malitiam* tacent *tuam* codd. Cas. 2. et graeca Aldi editio. Pro *in caput tuum,* cod. mediolan. *in capud eius.*

45. *in sempiternum*—Cod. K *in aeternum.*

46. *filio Ioiadae*—Codd. I, Cas. 3. addunt *ut interficeret eum.* Mox pro *qui egressus,* cod. Cas. 1. *et egressus;* Sixtus, codd. D, F, I, R, S, T 2. m., V, veteres fere omnes editiones, Hugo, Brev. gothic. l. c. *qui aggressus;* conf. vers. 34.; sixtini et gregoriani ad fidem optimorum codicum emendarunt; unde Toletus: « Lege *egressus;* sic hebraeus, graecus, Ord., » manuscripti et utraque Congregatio. »

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. II, 1. *Praecepit David filio suo Salomoni in conspectu mortis suae, dicens* (consentiunt de more codices graeci quatuor)... 4. *non auferetur vir de cornu* (putamus legendum *de throno*) *Israel*.... 5. *et occidit eos, et vindicavit* (rursum codd. quoque ἐξεδίκησεν) *sanguinem belli in pace; et dedit sanguinem innocentium in vita mea, et zona mea, quae erat circa lumbos meos, et in calceamento meo, quod erat in pede meo* (Vide sis notulam quam subnectimus ad calcem huius capituli). 6. *Et facies secundum sapientiam tuam*.... 18. *Recte: ego loquar*... 22. *habet dux militiae sodalis eius*... 24. *Et nunc vivit Dominus, qui paravit me, et constituit me super thronum David patris mei, et qui fecit mihi domum, sicut locutus est Dominus, quoniam hodie mortificabitur* (verbum *mortifico,* pro *morti trado,* habetur in veteri itala I Reg. XXII, 18., testibus Lucifero calar., Hilario et Hieronymo) *Ornias* (item graeci nonnulli codd.)... 28. *Et auditio venit usque ad Ioab.* Alias: *Venit ergo nuntius ad Ioab*.... 31. *et tolle hodie sanguinem, quem effudit Ioab sine causa, a me*... 34. *et obviavit ei*.... 35. *Et Sadoc sacerdotem constituit rex in sacerdotem primarium pro Abiathar*.... 38. *habitavit in Hierusalem annis tribus.* 39. *Post tres annos fugerunt duo servi Semei.*

Singularis interpretatio quinti commatis, quam margo laudati codicis legionensis exhibet, non modo consentit cum illis quatuor holmesianis codicibus, quos supra (p. 436.) pendere docuimus ab eadem recensione ad quam latina haec versio refertur; sed praeterea luculentissime demonstrat has lacinias ad veterem italam pertinere. Quamvis enim hoc loco taceat Sabatierius, certissimum veteris italae fragmentum habemus apud Claudium taurinensem CIV, 820. cuius verba subiicimus, ut quilibet propriis oculis utrumque textum inter se, atque cum alexandrini interpretis codicibus conferendo, nostrae senten-

tiae veritatem experiatur: « In antiqua, inquit, translatione ita scriptum habetur: » *Et nunc tu scis quae fecit mihi Ioab filius* » *Saruiae, et quae fecit duobus principibus* » *militiae Israel, Abner filio Ner, et Abesae* » *filio Iether, principi militiae Iuda; occidit* » *eos, et vindicavit sanguinem belli in pace,* » *et dedit sanguinem innocentium in vita mea,* » *et in zona mea, quae erat circa lumbos meos,* » *et in calceamento meo, quod erat in pede* » *meo; et facies ei secundum sapientiam tuam,* » *et deduces canitiem eius cum sanguine ad* » *inferos.* »

Cap. III, 1. *adduxit* — Addunt *eam* Godefridus CLXXIV, 522., Dionysius carth., hebraeus et vett. Mox pro *aedificans,* Godefridus l. c. *aedificare;* non male; et pro *et murum Ierusalem,* cod. F *in Ierusalem, et murum.*

2. *Attamen* — Sixtini, codd. A, D, K, T *Et tamen.* Ad verba *immolabat in excelsis* cod. M apponit hanc Walafridi glossam: « Maxime » populus in montibus immolabat Deo vel » daemonibus. » Etenim sunt qui dubitant utrum Deo vel daemonibus oblata fuerint sacrificia de quibus hoc et sequenti versiculo agitur; haec enim ab hagiographo nec laudantur, nec aperte damnantur. At plerique interpretes autumant sermonem esse de sacrificiis Deo oblatis, quae quidem, uti ex superioribus libris colligitur, antequam templum excitaretur multis in locis *excelsis* legitime offerebantur. Sixtini mox scripsere *Nomini* cum priori littera maiuscula. Pro *in diem illum,* codd. A, E, N, P, T *in die illo.*

3. *Dilexit autem* — Cod. B *Dilexit itaque.* Mox Claudius taurin. CIV, 822. tacet *David,* et mendose pro *immolabat,* legit *ambulabat;* conf. ibid. col. 631. Pro *accendebat,* codd. Cas. 3. *incendebat.*

4. *Abiit itaque* — Codd. G, L, R, plures ex antiquioribus addunt *Salomon;* item georg., slav. et pauci graeci codices cum ed. Compl.; at recte adnotavit Rob. Stephanus non legi in latinis optimae notae codicibus; hebraeus et veteres, excepto graeco, addunt *rex.* Pro *illud quippe,* codd. I, U, Cas. 3. *illic quippe.* Cod. H notat hebraeum pro *mille hostias in holocaustum,* legere *mille holocausta.*

4. 5. *illud in Gabaon. Apparuit autem* — Legunt *illud. In Gabaon apparuit* sixtini, codd. A, C, D, E, K, L 5., O, T, U, Cas. 15., mediolan., veron.; huic autem lectioni consentiunt hebraeus et chaldaeus. Cod. K tacet *nocte.*

6. *custodisti* — Codd. F, H, I, K, V, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476., priores editt. Rob. Steph., all. *custodisti enim;* favent hebraeus et veteres; legunt quoque *custodisti enim,* sed mendose tacent *ei* Bibl. henteniana Antuer. 1559. 1563. 1565. 1569., Francof. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1572. 1579. Pro *tuam grandem,* Bibl. Ordin. *istam grandem;* item hebraeus et veteres, excepto codice alexandrino; tacent *tuam* cod. H, priores editt. Rob. Steph., all., Pseudo-Hieronymus col. 785.; Sirletus addit et Angelomum. Mendose pro *dedisti ei,* Bibl. Lov. 1547., Antuerp. 1561. *dedisti eum.* Tacent *eius,* post *thronum,* cod. S, antiquiores editiones et Brev. gothic. p. 332. Pro *est hodie,* sixtini et cod. A *et hodie;* item Vulgatus infra VIII, 61.

7. *Domine Deus* — Addunt *meus* codd. H, Q, priores editt. Rob. Steph.; item hebraeus et veteres, excepto syro. Post *ego autem* cod. goth. leg. tacet *sum;* et pro *parvulus,* sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, B, F, H, K, U, V, Cas. 15., mediolan., Abulensis *parvus;* Toletus notat: « Quidam manuscripti et prior » Congregatio *parvus.* » Pro *egressum, et introitum meum,* cod. S, Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535. mendose *ingressum, et introitum meum;* Petrus Com. *ingressum, et exitum meum;* Ambrosius *introitum meum, et exitum meum;* item arabs, aliique apud Holmesium; conf. Deut. XXVIII, 6. XXXI, 2. et II Paral. I, 10.; cod. H notat hebraeum non legere *meum.* Schulzius recte animadvertit hanc esse proverbialem locutionem, qua universa rerum ad vitam pertinentium administratio significatur.

8. *in medio est populi* — Codd. C, D, F, Bibl. Ven. 1476., Ordin. *in medio populi est;*

addunt *tui* codd. G, I, V, Cas. 3., Dionysius carthus.; cod. H notat hebraeum addere *tui;* hebraeo consentiunt veteres interpretes, excepto arabe, et chaldaeo in polygl. antuerpiensibus. Pro *numerari,* antiquiores plures editiones, Hugo, Brev. gothic. l. c. *enumerari;* Ambrosius *dinumerari;* et pro *supputari;* mendose Bibl. Ven. 1476. 1479. 1494., Argent. 1497., Norimb. 1501., all. et glossa interlinearis *supportari.*

9. *Dabis ergo* — Cod. F *Dabis enim.* Pro *docile,* codd. A, C, D, E, F, G, I, O, R, S, T, U, V, Cas. plures, gothic. leg. et Sedulius in *Spicil. rom. Maii (VIII, 13.)* legunt *docibile.* Mox pro *ut populum tuum iudicare possit,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, K, I, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Abulensis *ut iudicare possit populum tuum;* codd. R, S, Dionysius carth. *ut possit iudicare populum tuum;* codd. Cas. 3. *ut populum tuum hunc magnum iudicare possit.* Pro *inter bonum et malum,* codd. A, C, D, F, K, T 1. m., V, Bibl. Ordin., Sedulius l. c. *inter malum et bonum;* et pro *poterit iudicare,* codd. A, E, I, K, R, S, T, U, Cas. plures, Bibl. Ord., Compl., Reg., priores editt. Rob. Steph., all., Hugo, Brev. goth. l. c. *potest iudicare;* cod. G, Bibl. Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., all. *iudicare potest;* cf. II Paral. I, 10. Dein cod. H tacet *populum istum;* nec obstant hebraeus et veteres, praeter syrum. Codd. B, K omittunt *tuum;* item chaldaeus in polyglottis antuerpiensibus; at contra fidem sui textus reticetur in polygl. londinensibus.

10. *coram Domino* — Cod. H notat hebraeum legere *in oculis Domini.* Pro *postulasset huiuscemodi rem,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, S, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Lugd. 1522. 1524., Basil. 1530., Hugo, Abulensis *rem huiuscemodi postulasset;* cod. H *huiuscemodi postulasset rem;* cod. T *postulasset rem huiuscemodi.*

11. *dixit Dominus* — Sixtini, locus parallelus II Paral. I, 11., codd. A, B, C, D, K, O, Q, T, U, V, Cas. 15., Bibl. Ven. 1476., Complut., Reg., Norimb. 1529., Lugd. 1535., all., Hugo *dixit Deus;* Toletus scribit: « Hebraeus, » Compl., Reg. habent *Deus;* at LXX., Ord., » Lovan. et fere omnes impressi legunt *Domi-* » *nus.* » Post verbum *petisti* tacent *tibi* cod. F et Angelomus; conf. Holmesius. Pro *animas,* codd. A, C, D, H, K, N, N*, O, P, goth. leg., Petrus Com. *animam;* cod. N notat: « Hebraeus et antiqui legunt *animam.* »

12. *similis tui fuerit* — Cod. B *fuerit tibi similis;* cod. R *similis fuerit tibi.*

13. *fuerit similis tui* — Sedulius l. c. et Dionysius carthus. *fuerit similis tibi;* cod. H *similis tui fuerit;* et notat hebraeum legere *sit,* pro *fuerit;* et pro *cunctis retro diebus,* legere *omnibus diebus tuis;* Isidorus Clarius *cunctis tuis diebus.* Vers. 13. desideratur in Brev. goth. l. c. et in cod. 245. Holmesii.

14. *mandata mea* — Cod. veronens. tacet. Post verbum *ambulavit* addunt *David* sixtini, codd. E, H, I, L 2. (seu Q), O, goth. leg., priores editt. Rob. Steph., all., Sedulius l. c. At notat Toletus: « Legunt *David* hebraeus, » graecus, manuscripti et prior Congregatio; » at impressi non habent, nec posterior Con- » gregatio. »

15. *cumque venisset* — Bibl. Compl. et Reg. *cum venisset;* cod. B et Abulensis addunt *in.* Mox cod. H notat hebraeum non legere *grande;* sed cum Vulgato faciunt graecus et arabs.

16. *ad regem* — Addunt *Salomonem* codd. G, I, V, Bibl. Ven. 1476., Angelomus; his accedunt syrus, arabs, Augustinus, Ambrosius aliique apud Sabatierium, et pauci codices graeci; cod. M notat: « In ecclesiis dicitur *ad* » *regem Salomonem* propter ornatum senten- » tiae. » Re quidem vera, quum in Missali romano feria II. post Dominicam IV. Quadragesimae, lectio *epistolae* ab hoc commate exordiatur, Salomonis nomen necessario supplendum erat, ut quis sit rex de quo in eadem lectione sermo est, intelligeretur.

17. *Obsecro, mi domine* — Codd. E, I, V *Obsecro, domine mi;* cod. H notat hebraeum non habere *Obsecro;* at in sacro textu legitur בִּי, quod graecus reddidit Ἐν ἐμοί, Augustinus vero *Animadverte.* Pro *habitabamus,*

Bibl. Ven. 1479., Norimb. 1529. et Angelomus col. 397. *habitamus;* hebraeus ישבת; cod. mediol. addit *simul.*

18. *Tertia autem* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, goth. legion., Bibl. Ven. 1476., Hugo, Rabanus, Abulensis et ante correctionem Missale rom. l. c. *Tertia vero.* Pro *eramus simul,* Bibl. Ordin. *eramus similiter;* et pro *nobiscum in domo,* sixtini, codd. C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Hugo, Rabanus, Abulensis, vetus Miss. rom. l. c. *in domo nobiscum.*

19. *Mortuus est autem* — Angelomus *Mortuus est enim.* Pro *mulieris huius,* Bibl. Lugd. 1522. 1524., all. *huius mulieris.*

20. *intempestae noctis silentio* — Sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, D, E, H, K, O, T, Rabanus *intempesta nocte silentio;* at Toletus animadvertit: « In hebraeo et graeco *media » nocte;* in quibusdam manuscriptis *intempe» sta nocte silentio;* in impressis vero *intem» pestae noctis silentio,* quae lectio confor» mior est hebraeo et graeco. » Huius autem locutionis sensum haud inepte exponit Beda I, 135. scribens: « *Intempesta nox* est media » nox, quando quiescendum est, hinc utique » dicta, quia inopportuna est actioni vigilan» tium. *Tempestivum* enim veteres dixerunt » *opportunum;* et *intempestivum, inopportu» num;* ducto a tempore vocabulo, non a per» turbatione aëris, quae consuete *tempestas* » vocatur. Quamquam isto verbo utantur hi» storici, ut dicant *ea tempestate,* quod vo» lunt *eo tempore* intelligi. » Cod. H notat hebraeum non legere *silentio.*

22. *Responditque* — Codd. R, S, Cas. 4., Petrus Com. *Respondit.* Mox tacent *ut dicis* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, L 5., M, O, T, U, V, mediolan., Cas. plures, Bibl. Ven. 1476., Rabanus, Petrus Com.; Toletus vero notat: « Non habent *ut dicis* hebraeus, » graecus et aliqui manuscripti et prior Con» gregatio; tamen impressi legunt. »

23. 24. *Haec dicit, Filius meus vivit, et filius tuus mortuus est. Et ista respondit, Non, sed filius tuus mortuus est, meus autem vivit. Dixit ergo rex* — Haec desiderantur in Bibl. Mogunt. 1462.; item in syro, arabe, tribus codd. graecis et in cod. 170. Kennicotti.

23. *Et ista* — Cod. G, Bibl. Rom. 1471., Paris. 1541. 1566. 1573., Basil. 1530. *Et illa;* cf. Augustinus in *nova biblioth. patrum t. I, pag. 445.* Pro *respondit;* sixtini, gregoriani, codd. E, I, Bibl. Paris. 1541. 1566. 1573., Abulensis *respondet;* hanc lectionem epanorthotes in cod. O tribuit hebraeo; Lucas Brugensis scribit: « Videtur praesens *res» pondet* praeferendum praeterito; nam et in » Missali romano (l. c.) legitur praesens. » Nimirum ita in Missali legebatur ante novissimam correctionem Romae peractam anno 1706. Pro *meus autem,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, T, U, Cas. 15., goth. leg., mediolan., Bibl. Ven. 1476., Abulensis *et filius meus;* consentiunt hebraeus et veteres.

24. *Dixit ergo rex* — Cod. R, Bibl. Rom. 1471., Paris. 1541. *Dixit autem rex;* Bibl. Ordin. et cod. Kennicotti 125. tacent *rex.*

25. *Dividite, inquit* — Codd. C, D, F, G, I, N, O, P, T, V, Bibl. Ven. 1476. *ait: Dividite, inquit;* epanorthotes in cod. N adnotat: « Repetitur verbum dicendi ad magis im» primendum, et orationem ornandam quo» dam modo expletive. Require Gen. XXVII. » (v. 38.) et XLII. (v. 13.) atque I Reg. » XXVIII. (v. 21.) »

26. *cuius filius erat* — Cod. F et Augustinus apud Sabatierium *cuius erat filius.* Pro *sunt quippe,* cod. I, Bibl. Ven. 1476., Brev. gothic. l. c. *quippe sunt.* Post *Obsecro* cod. gothic. leg. tacet *domine;* cod. H, iuxta edit. Martianaei, notat: « hebraeus *Non domine.* » Vallarsius autem edidit: « hebraeus non ha» bet *domine.* » Utraque vero sententia falsa est; nam in sacro textu legitur בי אדני. Pro *Econtrario,* sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, K *Contra;* Toletus notat: « Manu» scripti et prior Congregatio *Contra.* » Alii plures scribunt *E contrario;* nam divisum multo est rectius, ait Forcellini; vaticanae Vulgati editiones coniunctim id efferunt, excepto loco Eccli. XXXVII, 11. Mox pro *nec*

tibi sit, sed dividatur, sixtini, codd. A, K, mediol., veron. *nec tibi sit, dividatur;* item hebraeus, graecus et Ambrosius; codd. B, E, F, G, T 1. m., U, Cas. 14., gothic. leg., Dionysius carth., Abulensis et vetus Miss. rom. l. c. *nec tibi, sed dividatur.*

27. *Respondit rex, et ait* — Sixtini, codd. A, B, D, E, G, H, K, O, T 2. m., U, Cas. 14., gothic. leg., mediol. *Respondens rex ait.* Pro *haec est enim,* codd. B, R, antiquiores pleraeque editiones, Brev. gothic. l. c. *haec est autem;* codd. A, Cas. 13., veron., Petrus Com. *haec est;* item hebraeus, chaldaeus in polyglottis londin. et graecus; sed cf. Holmesius.

28. *Israel iudicium*—Cod. E addit *rectum.* Post *timuerunt,* cod. Cas. 1. addit *valde.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. III, 9. *populum tuum hunc tam gravem.* . . . 13. *in regibus, omnibus diebus tuis* (codex quoque alexandr. πάσας τὰς ἡμέρας σου). . . . 21. *ut lactarem filium meum; et ille erat mortuus.* . . . 24. *Accipite mihi* (plures codd. addunt μοι) *machaeram.* . . . 27. *Date puerum ei, quae dixit, date illi eum, et nolite occidere eum.*

Cap. IV, 2. *Sadoc sacerdotis* — Legunt *Sadoc sacerdos* codd. A, C, D, F, G, I, L 8., N, Q, T, U, Cas. plures, mediol., veron., Bibl. Ord., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1542., Paris. 1534. 1541., priores editt. Rob. Steph., all., Petrus Com., Dionysius carth., Isidorus Clarius; item arabs et non pauci graeci codices (nam graecus receptus heic *sacerdotis* nomen omittit, et in additamento quod habet III, 46. legit Σαδὼχ τοῦ ἱερέως); cod. O notat alios legere *sacerdos,* alios vero *sacerdotis;* epanorthotes in cod. N diserte scribit: « Non est ibi *sacerdotis,* quia debet filii Sa» doc officium describi sicut omnium alio» rum. » Idque confirmari videtur I Paral. VI, 10.; eidemque sententiae subscribit Bukentopius pag. 176. « Verosimilius est, inquit, le» gendum esse *sacerdos,* atque adeo ad Aza» riam referendum, uti referunt LXX. (editt. » Complut. et Ald.) ὁ ἱερεύς. Ita etiam le» gunt varia latina, quibus et contextus fa» vet, cum recenseantur hic officiales Salo» monis, et nominentur eorum munia. » At vero Thenius animadvertit Azariae officium in sequenti versiculo expressum esse; fuit enim Azarias *scriba* regis perinde ac Elihoreph et Ahia.

3. *Elihoreph* — Codd. F, R, S, Bibl. Lugd. 1524., Hugo *Elihoreb;* accedunt arabs et armenus. Pro *filii Sisa,* codd. E, F *filius Sesa,* item graecus et tres codd. hebraici apud De-Rossi; codd. B, G, I, K, T, U, V, antiquiores editiones *filii Sesa;* cf. ad II Reg. VIII, 17. Ante *Iosaphat* praemittunt *et* Bibl. Ordin., graecus et duo codd. Kennicotti. Margo codicis veron. ad verba *a commentariis* notat: « in LXX. *a memoria.* » Quibus verbis, ait Vallarsius, veterem latinam versionem ex graeco denotari, nihil est dubium; idque nunc confirmatur ex margine nostri codicis gothici legionensis.

5. *super eos qui assistebant regi* — Cod. H notat hebraeum legere *super praepositos;* Pseudo-Hieronym. col. 786. legit *super praefectos.* Pro *Zabud,* antiquiores editiones *Sabud;* alii magis vitiose *Zabul.*

6. *Ahisar* — Nonnulli codices cum Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1524., Basil. 1530., all. *Ahiasar;* « aliqui scribunt *Abisar,* inquit Tostatus, sed corrupta est littera; » idem vitium occurrit in syro et arabe; cod. B *Athasar.* Mox pro *Adoniram,* cod. B *Odoniram;* codd. Cas. 2., Hugo *Aduram,* uti legitur infra XII, 8. II Reg. XX, 24. II Paral. X, 18.; mendose in Bibl. Reg. *Adoniran.* Codd. P, R, S pro *Abda,* legunt *Adda.*

7. *praefectos* — Cod. T *praepositos;* codd. F, V utramque connectunt *praepositos vel praefectos.*

9. *Macces*—Cod. E, Bibl. Ven. 1479., Lugdun. 1522. 1524., Norimb. 1529., all., Hieronymus III, 63. 250. *Maces;* graecus Μαχές. Pro *Salebim,* cod. B *Salebrim;* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535., Dionysius carth. cum hebraeo *Saalebim;* cf. ad Iudic. I, 35.; Bibl. Reg., all. rursum mendose *Salebin;* cf.

*

ad Ios. XIX, 42. Pro *et in Bethsames*, Bibl. Lugd. 1535. cum hebraeo et graeco *et Bethsames;* codd. E, U, Bibl. Ven. 1476. *et in Bethsemes;* cf. ad Ios. XIX, 22. XXI, 16. Pro *et in Elon*, sixtini, codd. A, C, F, G, H, I, T, Cas. 2., goth. legion., mediol., Hugo *et Elon* (vel *et Helon*); item hebraeus et graecus; cod. B *et Eloeni;* alii cum Bibl. Compl. *et in Elom*. Denique pro *et in Bethanan*, codd. A, B, C, E, F, G, I, M, O, T, U, gothic. legion., mediolan., Bibl. Ven. 1476., Abulensis *Bethanan* (all. *Bethanon*, all. *Bethannan*); item hebraeus; at cf. De-Rossi; codd. H, K, Cas. 14., Bibl. Lugdun. 1550., Hugo, all. *et Bethanan;* all. *et Bethhanan;* Sixtus, et non paucae editt. veteres *et in Bethhanan;* alteram adspirationis litteram expunxit Toletus; at hebraeus legit בית חנן.

10. *Benhesed*—Sixtus, Bibl. Ordin., Lov., posteriores editt. Rob. Steph., all. *Bethhesed;* accedunt duo codd. Kennicotti; codd. B, E, F, I *Beneseth;* codd. D, H, T, U, non paucae inter antiquiores editt. *Benesed* vel *Benessed*. Hodierna lectio invecta fuit a sixtinis et gregorianis, quibus favent reliqui codices, priores edd. Rob. Steph., all.; item hebraeus et veteres, prout notat Toletus. Pro *Aruboth*, codd. F, G, I, K, T, U, V, antiquiores editt. cum graeco *Araboth;* codd. E, M, R, S, Hieronymus III, 61. *Arobboth* vel *Aroboth;* Thenius, collato Ios. XV, 35., coniectatur legendum *Iarmuth*. Pro *ipsius erat*, codd. L, R, antiquiores editiones *ipsius enim erat;* accedunt syrus et arabs. Pro *Epher*, alii libri magis apte ponunt *Hepher;* cf. ad Num. XXVI, 32. et Ios. XII, 17.

11. *Benabinadab*—Cod. K *Benaminadab;* graecus Υἱοῦ Ἀμιναδάβ; alii plures manuscripti et editi libri vel legunt *Ben Abinadab*, vel *Benab in Adab;* at cod. M notat: « una est dictio. » Mox pro *cuius*, Bibl. Complut. et Reg. *eius*. Incredibilis exstat lectionum varietas in duobus nominibus quae sequuntur; sed neque romanae editiones sibi constant; nam Biblia Rom. 1590. (Sixti V.), 1671. 1765. 1768. legunt *Nephathdor;* Bibl. Rom. 1592. (his autem consentiunt schedae Angeli Rocca et Francisci Toleti) *Nepha Dor;* at vero ex correctorio pro hac editione edito in Bibliis vaticanis anni 1598. docemur legendum *Nephat dor* (unde castigandus Bukentopius qui p. 478. et 490. huic correctorio adscribit *Nephath Dor*); Bibl. Rom. 1593. 1784. *Nephath dor;* Bibl. Rom. 1598. 1618. 1624. *Nephath Dor;* hanc autem nos veluti legitimam lectionem tenemus, tum quia postremam Clementis VIII. correctionem exhibere videtur, tum quia consentit Hieronymus III, 254. (conf. ibid. col. 198.) et hebraeus נפת דאר, quod significat *regionem Dor;* cf. Ios. XI, 2. XVII, 11. Ab hac autem lectione paulisper deflectunt veteres libri latini; nam plures ex antiquioribus editt. legunt *Nephador;* Bibl. Ven. 1533., Paris. 1534., Lugdun. 1542., all., Hieronymus III, 63. *Nephaddor;* Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535., Basil. 1544., all. *Nephat Dor;* alii sequuntur graecos legentes Νεφθαδώρ; codices nostri vetustiores fere omnes, Bibl. Ven. 1476., Lugd. 1522. 1524., all. perperam connectunt nomen quod sequitur, atque legunt *Nepthad Dortaphed;* codd. F, V contra *Nephat Dortafeth*. Pro *habebat*, codd. B, E 1. m. *habuit*.

12. *Bana*—Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535., Rom. 1671., Dionysius carth. *Baana;* sic cum hebraeo legit Vulgatus infra v. 16. et Neh. III, 4.; eamdem varietatem graeci codices habent; codd. B, G, M, R, T, Bibl. Lugd. 1522. 1524., Basil. 1530., Hugo *Bena;* cod. goth. legion. *Beena*. Pro *Thanac*, cod. B *Thenach;* cf. Ios. XII, 21. Iudic. I, 27.; codd. I, M, R *Thanech;* alii *Thaanach*. Pro *Mageddo*, antiquiores editiones paucique codices *Magedo;* conf. Holmesius; cod. B *Maleddo*. Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535. legunt *quae erat*, pro *quae est*. Mox habent *Iezrael* priores editiones vaticanae, at postrema an. 1598. melius *Iezrahel;* cf. ad Ios. XV, 56. Pro *Abelmehula*, codd. E, I, M *ad Belmeula;* conf. ad Iudic. VII, 23.; cod. B et Hieron. III, 159. *Abel Mahula;* alii non pauci *Abelmohola*. Pro *e regione Iecmaan*, canon Martianaei *et usque*

regionem Iecmaam; legunt quoque *Iecmaam* cum hebraeo Biblia Compl., Argent. 1497., Ven. 1511., Basil. 1530., all., Hieronymus III, 235. et ipsemet Vulgatus I Paral. VI, 68. XXIII, 19. at rursum mendose *Iecmaan* I Paral. XXIV, 23.; codd. C, I, M, R, S, gothic. leg., Hugo, glossa interlinearis *Zelmaan* vel *Zeelmaan;* cod. B *Leeman;* cod. F, V *Gelmaan.*

13. *Bengaber*—Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535., Dionysius carthus. cum hebraeo *Bengeber;* cf. ad v. 19. Pro *Avothiair,* alii melius scribunt *Havoth Iair;* conf. Num. XXXII, 41. Iudic. X, 4.; cod. M notat: « *Avoth* ponitur hic pro *villis.* » Multae ex antiquioribus editt. mendose *Anothiair;* alii, quos castigat Abulensis, *Avothair.* Pro *filii Manasse,* codd. E, G, U 2. m., Bibl. Lugd. 1522. 1524., Basil. 1530. 1544., all. *filius Manasse.* Pro *praeerat in omni regione,* cod. M *praeerat omni regioni;* antiquiores plures editiones *erat in omni regione.* Dein pro *sexaginta,* cod. F ponit *XL.,* cod. M *LXX.* et notat: « Forte nondum » erant serae ferreae. »

14. *Ahinadab*—Non pauci codd. et Bibl. Ven. 1476., all. *Achinadab;* alii mendose cum Bibl. Lov. 1547. *Ahinadad;* codd. E, G, U, Bibl. Compl., Reg., Ven. 1479. 1480. *Abinadab;* item cod. 187. Kennicotti; cod. B *Ahianaas.* Pro *Manaim,* cod. B *Maiam;* Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535., Basil. 1544., Paris. 1573., all. *Mahanaim;* hebraeus מחנימה; cf. ad Ios. XIII, 26.

15. *Basemath*—Codd. F, G, H, I, T, U, Bibl. Bas. 1530. *Basmath;* Hieronym. III, 61. et Petrus Com. *Basamath;* cod. B *Bathmath;* codd. R, S, Bibl. Lugd. 1522. 1524., Norimb. 1529., all. *Bathsemath.*

16. *Baana*—Cod. H *Bana,* ut supra v. 12.; codd. F, G, M, R, S, T, U, veron., Bibl. Arg. 1497., Ven. 1511., Compl., all. *Banaa.* Mox pro *filius Husi,* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. *filius Husai;* conf. ad II Reg. XV, 32.; Bibl. Lugd. 1524. *filius Chusi;* codd. F, G, I, U, V, Bibl. Ven. 1476. *filius Susi.* Cod. veron. pro *Aser,* legit *Asar.* Pro *Baloth,* codd. G, M, R, S, U *Balod;* Hieronymus l. c. cum graeco *Baaloth;* huius oppidi nomen occurrit Ios. XV, 24.; at vero hoc loco ב in voce בעלות videtur potius esse praefixum; hinc Isidorus Clarius interpretatur *in Aloth;* conf. Gesenii *Thesaur. p. 226.;* cod. V et Bibl. Ven. 1476. *Abalod.*

19. *Gaber* — Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535., cum hebraeo *Geber;* cf. vers. 13. Pro *filius Uri,* codd. I, M, R, S, T, antiquiores editiones, Hugo *filius Suri;* et pro *in terra Galaad,* codd. C, F, G, I *in terram Galaad;* addunt *et* codd. L, M, R, S, T, V 2. m., antiquiores editiones; item arabs. Pro *Amorrhaei,* cod. B *Amorrhaeorum;* item graecus Complut. Mox cod. H notat hebraeum pro *super omnia quae erant in illa terra,* legere *et praefectus unus erat super terram;* atque sic legit Pseudo-Hieronymus col. 786., cui accedit Isidorus Clarius; pro *super,* cod. B *insuper;* cod. Cas. 1. *et super;* pro *in illa terra,* codd. M, R, S, Abulensis *in terra illa.*

20. *innumerabiles*—Cod. H notat hebraeum legere *plurimi;* codd. R, S, Cas. 1. addunt *sunt.*

21. *omnia regna*—Cod. Cas. 1. addit *simul;* Sixtus, codd. B, F, G, L, V, fere omnes veteres editiones, Hugo, Tostatus, Dionysius carthus. addunt *secum;* codd. A, C, D, K, R, S, U, Cas. plures, veronen., Thomas. I, 115. addunt *sicut* vel *sicuti.* Huiusmodi additamentum a sixtinis et gregorianis expunctum fuit; his vero suffragantur codd. E, H, I, L 2. (seu Q), T 2. m., mediol.; unde Toletus de eodem scribit: « Hebraeus, graecus, Compl., » Reg., manuscripti et utraque Congregatio » non legunt. » Vallarsius profitetur se ignorare undenam antiquarius excuderit illud *sicut,* quod profecto incommode interponitur; at fortasse Hieronymus posuerat *simul,* ac dein librarii corrupte scripserunt *secum* vel *sicut;* quae quidem voces a romanis correctoribus merito reiectae fuerunt, prout easdem in suis prioribus editionibus expunxerat Rob. Stephanus. At praeterea, etsi omnes codices consentiant in iis quae immediate sequuntur, nempe *a flumine terrae Philisthiim,* eadem

tamen nonnullis suspecta sunt, aut saltem declarationem aliquam merentur, ne perperam accipiantur. In primis audiamus Bukentopium qui p. 38. scribit: « Si punctuationem » modernam hebraici textus sequamur, illud » *terrae* in Vulgata non est genitivus singu» laris, qui regatur a voce *flumine,* sed no» minativus pluralis. Insuper ante *terrae* de» bet in Vulgata mente suppleri copula *et,* » aut saltem comma unum. Itaque sic se ha» bent hebraea *a flumine, terram Philisthiim,* » *usque ad terminum Aegypti.* Nam *camets,* » sive *a* longum sub ultima syllaba vocis » נהר, indicat istud *flumine* non regere vo» cem ארץ, atque adeo illam non esse in » genitivo, sed in accusativo; aut si in geni» tivo sumatur in Vulgata, subintelligi vocem » *regna,* quae praecessit, quasi diceret *et re*» *gna terrae Philisthiim.* Itaque sic commu» niter exponunt interpretes: Salomonem ha» buisse saltem sub tributo *omnia regna a* » *flumine,* nempe Euphrate, qui ab hebraeis » antonomastice vocatur *flumen;* itemque *ter*» *ram Philisthiim,* seu *terrae Philisthiim* re» gna omnia, quinque scilicet satrapias, et » hoc usque ad ipsam Aegyptum, ubi nempe » Aegyptus est contermina terrae Chanaan. » Ita etiam intellexit et legit s. Augustinus » quaest. XXI. in Iosue: *Salomon erat domi*» *nans in omnibus regibus a flumine usque ad* » *terram Philisthiim, et usque ad fines Aegy*» *pti.* Ecce (subdit Augustinus) ubi imple» tum est quod in Genesi (XV, 18.) Deus ad » Abraham loquens promittensque praedixe» rat; *a flumine* quippe hic intelligitur *ab* » *Euphrate.* » Ad verba sacri textus ab Augustino prolata perperam notat Sabatierius illa apud LXX. non legi nisi infra X, 26.; immo in graeca editione Complut. eadem praetermitti. Leguntur enim in graeca versione vel ad III, 46. vel hoc ipso loco, at diversa ratione; nam priori loco cum Augustino fere consentit graecus interpres Καὶ ἦν ἄρχων ἐν πᾶσι τοῖς βασιλεῦσιν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἕως γῆς Ἀλλοφύλων, καὶ ἕως ὁρίων Αἰγύπτου. Altero autem loco propius accedit ad hebraeum et Vulgatum legens Καὶ Σαλωμὼν ἦν ἐξουσιάζων ἐν πᾶσιν τοῖς βασιλείοις, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ γῆς Ἀλλοφύλων, καὶ ἕως ὁρίου Αἰγύπτου. Nam hebraicus testus habet ושלמה היה מושל בכל-הממלכות מן-הנהר ארץ פלשתים ועד גבול מצרים: Fere omnes enarratores autumant supplendum esse עד ante ארץ, uti est in II Paral. IX, 26. atque suppletur a chaldaeo; attamen, auctore Maurero, verba sacri textus reddi possunt *Imperabat Salomon omnibus regnis inde a fluvio* (Euphrate), *terrae Philistaeorum, atque usque ad fines Aegypti.* Haec sententia conferri potest cum iis quae leguntur Deut. XI, 24 et Ios. I, 4. Apud Vulgatum vox *terrae* accipi nequit pro nominativo plurali; sed si prior admitteretur Bukentopii expositio, legendum foret *terram* vel *terras.* Mariana et Sanctius praeferre videntur *a terra.* Rabanus alteram Bukentopii expositionem sequi videtur dum verba transponit hac ratione *habens omnia regna terrae Philisthiim a flumine usque ad terminum Aegypti.* Pro *ad terminum,* codd. R, S, Cas. 2. *ad extremum.*

Ibid. *offerentium* — Cod. U *et offerentium;* item syrus et arabs; cf. graecus ad III, 46.; Bibl. Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., all. *offerentes.* In Bibl. Ord. ed. Lugd. 1590. desiderantur verba *et servientium ei cunctis diebus vitae eius;* Bibl. Ven. 1476. tacent *ei;* codd. F, I, V legunt *vitae suae.*

22. *cibus*—Cod. H inepte notat hebraeum legere *panis.* Pro *per dies singulos,* cod. U, Bibl. Ordin., Lugdun. 1569., Angelomus *per singulos dies.* Petrus Com. mendose habet *septuaginta,* pro *sexaginta;* armenus *quadraginta.* Adversus eos qui contendunt omnem fidem excedere ea quae de quotidiani commeatus copia heic traduntur, recte animadvertit Ghiringhello *(De libris histor. antiqui foed. p. 312.):* « Commeatus quotidianus Sa» lomonis non eius mensae dumtaxat, sed » et *eius domus* (v. 7.), immensae nimirum » uxorum, aulicorum, ministrorum, praeser» tim vero frequentis satellitii, corporisque

» custodum multitudini alendae inserviebat; » quod tum ex varia ciborum qualitate, vi» liori aut altiori eorumdem conditioni res» pondente, tum ex antiqua et recenti prin» cipum orientalium consuetudine conficitur, » quos maiores diurnos sumtus fecisse, et » aula numerosiore usos fuisse legimus. »

23. *arietes, excepta venatione cervorum, caprearum, atque bubalorum* — Cod. H notat hebraeum legere *oves, omissis cervis, capreis, bubalis;* at hebraeus nexum interponit *et capreis et bubalis*, cui consentiunt codd. D 1. m., G, I, Angelomus, Petrus Com., Abulensis; cod. mediol. 1. m. omittit *caprearum, atque bubalorum;* alii legunt *bubulorum;* cf. ad II Reg. VI, 19.

24. *a Thaphsa* — Sixtus, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, Cas. omnes, mediol., veron., veteres fere omnes editiones, Angelomus, Dionysius carth. *quasi a Thaphsa* (vel *Thapsa*); quid sibi velit istud *quasi* quod ab omnibus fere latinis libris interponitur, haud facile dixeris. Quamvis autem latini testes quos excitavimus, illud a Hieronymo additum fuisse demonstrare videantur, tamen a sixtinis et gregorianis expunctum fuit. Ratio affertur a Toleto, qui scribit: « Tacent *quasi* hebraeus, graecus, Complut., » Reg., manuscripti et utraque Congregatio.» Favent ex nostris codd. H, L (seu Q); ex editionibus accedunt Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., Norimb. 1529., Lugdun. 1531. 1533. 1535., Ven. 1538. 1544., Ant. 1537., Abulensis. At profecto romanis correctoribus non modo superflua, sed et incommoda illa vox visa fuit, quae orationem quodammodo impeditam reddebat. Si autem in re critica coniecturam proponere liceret (scimus enim vix rarissime coniecturas ferendas esse), diceremus Hieronymum scripsisse *quae*, unde librariorum vitio ortum est *quasi*. Pro *ad Gazan*, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, V, Cas. plures, gothic. legion., Bibl. Ven. 1476., Abulensis *Gazam*; conf. Deut. II, 23. Iudic. I, 18.

25. *Habitabatque* — Rabanus et Angelomus *Habitavitque*. Plures pro *Iuda*, legunt *Iudas;* conf. ad Gen. XXXV, 23. Cod. H notat hebraeum pro *absque timore ullo*, legere *confidenter*. Pro *Bersabee*, Bibl. Ordin., Lugdun. 1542., all. *ad Bersabee.*

26. *quadraginta millia praesepia equorum currilium* — Mittimus quaestionem quae numerum spectat; etsi enim quamplures, critici apud De-Rossi et Ugdulena censeant legendum *quatuor millia*, uti habet textus hebraicus ad II Paral. IX, 25., quum tamen instituti nostri sit puram germanamque Hieronymi interpretationem, quoad licet, instaurare; quumque nemo dubitare possit illum posuisse *quadraginta millia*, prout habent hoc loco veteres omnes cum sacro textu, non est cur hanc quaestionem pertractemus, quae ad criticam hebraici textus pertinet. Hoc unum monuisse sufficiat, *praesepiorum* nomine, seu ארות, non modo stabula et equilia capaciora, sed et loculos unde iumenta pabulum carpunt, et equorum iuga designari; cf. Ghiringhello l. c. In voce *currilium* discrepant codices; et quidem haec vox latinis nostris lexicographis ignota est; alii legunt *curilium* ut Bibl. Rom. 1471., Ven. 1476. Scoti, 1480. 1483., Paris. 1541. aliaque; legunt *currulium* Sixtus, codd. A, mediol., Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535., Paris. 1573., Rabanus, Dionysius carthus., Isidorus Clarius. At magis latine habent *curulium* (curulis, ad currum pertinens, licet unico *r* scribatur; conf. Forcellini) praeter paucos codices, Biblia Rob. Steph. 1546. 1555. 1557., Lugd. 1556., Basil. 1578., Heidelb. 1586., itemque ex hentenianis editt. Bibl. Franc. ad M. 1566., Ven. 1576. 1578. 1583., Ant. 1569. 1580.; a gregorianis autem et Toletus hodierna lectio praehabita fuit, quippequae magis vulgata erat.

27. *Nutriebantque eos supradicti regis praefecti: sed et necessaria mensae regis Salomonis cum ingenti cura praebebant in tempore suo* — Cod. H notat hebraeum legere *Nutriebantque supradicti praefecti regem Salomonem, et omnes convivas Salomonis cum ingenti*

cura in tempore suo; ante *tempore* tacent *in* Rabanus et Angelomus.

28. *ubi erat rex, iuxta constitutum* — Cod. H notat hebraeum legere *ubi erat constitutum.*

29. *Dedit quoque* — Codd. K, U *Deditque.* Pro *quasi arenam,* codd. N, O, P, Bibl. Complut., Reg. *quasi arena;* cod. N notat: « Supplendum est quod dicitur *est,* iuxta graecum et antiquos; et melius dicitur, quam hoc *quasi arenam,* licet tunc posset suppleri quod dicitur *haberet.* Modo enim in accusativo ponitur sicut Psalm. LXXVII. (v. 27.) cum dicitur *sicut pulverem;* modo in nominativo cum dicitur *sicut arena maris volatilia.* »

30. *Et praecedebat* — Cod. B *Praecedebat;* Petrus Com. *Et praecellebat.*

31. *Ezrahita* — Sixtus et fere omnes codd. et editiones veteres *Ezrahitae* vel *Ezrahite;* mutarunt gregoriani et Toletus; cod. B *Ezràlite;* cod. U, Bibl. Ven. 1476. *Iezrahelite;* cf. Holmesius; cod. mediolan. *Israitae.* Pro *Heman,* alii minus apte *Eman,* uti Vulgatus habet I Paral. II, 6. II Paral. V, 12. Psalm. LXXXVII, 1.; alii mendose *Hemam,* uti legit Vulgatus I Paral. VI, 33. XV, 17. Pro *Chalcol,* plerique codd. et antiquiores editiones *Chalcal* vel *Calcal;* Vulgatus I Paral. II, 6. legit *Chalchal.* Pro *Dorda,* Bibl. Ven. 1533. et Pseudo-Hieronymus *Darda;* item hebraeus et veteres; I Paral. II, 6. *Dara;* Hieronymus III, 62. *Dardahe.*

32. *Locutus est quoque* — Codd. E, I, U *Locutus quoque est;* codd. R, S, Abulensis, Pseudo-Hieronymus *Locutusque est;* cod. B *Locutus est autem.* Pro *tria millia parabolas,* Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus *tria millia parabolarum;* Sixtus *parabolas, tria millia;* communem lectionem restituerunt gregoriani et Toletus.

Ibid. *quinque et mille* — Legunt *quinque millia* Sixtus, codd. B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T 2. m., U, V, veteres editiones, Isidorus V, 539., Beda IV, 446., Eucherius, Claudius taurin., Pseudo-Hieronymus, Rabanus, Angelomus, Petrus clun. CLXXXIX, 749., Petrus Com., Ioh. saresberien. CXCIX. 128.; item graecus et quae ex eodem prodierunt versiones. At emendarunt sixtini, gregoriani et Toletus qui ait: « Lege *et mille;* sic hebraeus, manuscripti et utraque Congregatio. Liranus testatur sic in hebraeo legi. » Consentiunt codd. A, H, goth. leg., mediol., veron., Bibl. Basil. 1530., Isidorus Clarius; pro hac autem lectione Bukentopius p. 177. scribit: « Sic etiam est in hebraeo חמשה ואלף; sed LXX. πεντακισχίλιαι, quod sequuntur Biblia Sixti V. et lovaniensium, qui non notant ullum Vulgatae manuscriptum aliter legere. Sed hoc non satis exacte, cum in uno bibliothecae nostrae, quod est in forma 8. expresse habeatur *quinque et mille.* Ego puto ex πέντε καὶ χίλιαι, quomodo habet editio Vatabli, per inadvertentiam amanuensium in graecum irrepsisse unicum verbum simile πεντακισχίλιαι. Siquidem etiam Iosephus Flavius *(Antiq. lib. VIII, 2.)* legit *quinque et mille,* quod pariter est in chaldaeo, in quo, et hebraeo, non est tanta affinitas vocum, ut pro una facile scribatur altera. » Ad graecum quod spectat, nullam lectionis varietatem protulit Holmesius, nec ullam nos vidimus editionem a communi lectione graeca recedentem. Immo Biblia polyglotta *Vatabli* nuncupata, seu *sanctandreana,* quae Heidelbergae anno 1586. prodierunt (ac rursum ex officina commeliniana anno 1599. et 1616.) receptam lectionem non deserunt.

33. *disseruit* — Tacent codd. Cas. 2.

34. *et ab universis regibus* — Cod. veron. tacet nexum; item hebraeus et chaldaeus; cod. T et Rabanus mendose legunt *et ab universis regionibus;* et mox *et audiebant,* pro *qui audiebant.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. IV. (Ea quae absque versiculorum numero sequuntur, derivata sunt ex additamento, quod graeci habent III, 46.) *Azarias filius Sadoc sacerdotis, et Ornia filius Nathan*

princeps adstantium (graecum τῶν ἐφεστηκότων); *et Esdras* (cf. Holmesius) *super domum eius; et Susa scriba, et Barac* (item graeci codd.) *filius Acastobi memoria* (graecus Ἀχιθαλὰμ ἀναμιμνήσκων), *et Eliab* (item codd.) *filius Ioab dux militiae; et Achicam* (item codd.) *filius Aza* (graeci Ἐδραΐ vel Θαράκ) *super sarcinas* (ἄρσεις), *et Abaneu filius Ioiadae super atrium regium et super lateres* (καὶ Βαναίας υἱὸς Ἰωδαὲ ἐπὶ τῆς αὐλαρχίας καὶ ἐπὶ τοῦ πλινθίου); *et Zachur filius Nathan inter consiliarios* (item codd.).

2. *filius Sadoc*, 3. *Eliab et Achia filius Susa scribae; et Iosaphat filius Achia a memoria;* 4. *et Baneas filius Ioiadae dux virtutis; et Sadoc, et Abiathar sacerdotes;* 5. *et Ornias filius Nathan super constitutos; et Zabuta filius Nathan amicus regis;* 6. *et Achia dispensator; et Elia filius Ioab super patrias* (πατριᾶς); *et Adoniram filius Esdram* (ita graeci codd.) *super tributa*. . . 22. *Haec sunt quae necessaria erant Salomoni in una die: XXX. coros similaginis, et LX. coros farinae expolinatae* (numquid *expolitae?* graecus κεκοπανισμένου); 23. *et X. vituli electi; et XX. boves ex pascua* (Tertullianus quoque et Hieronymus et vetus itala usurpant nomen *pascua*, pro *pascuum*) *et oves C., exceptis cervis, et dorcadibus, et volatilibus saginatis* (vide infra). . . 31. *et disputavit super Ethan Israelita, et Eman, et Chalcal, et Zecri* (hoc nomen superfluit) *et Darde filii* (videtur legendum *filios* aut *filium;* cf. Holmesius) *Malaa*. . . 32. *et erant cantica eius quinque millia*. . . . (Quae sine numeris sequuntur pertinent ad graecum additamentum superius excitatum) *Et Salomon coepit aperire quae occulta erant* (graecus τὰ δυναστεύματα vel δυναστεύοντα) *Libani; et ipse aedificavit Thermai in deserto. Et hoc prandium erat Salomonis diurnum: XXX. coros similaginis; et LX. coros farinae electae* (codex *ecctae*); *et X. vituli electi; et XXX.* (lege *viginti*) *vaccae de pascua; et C. oves;* . . . *capriolas, et dorcadas, et gallinas electas matrices, et volatilia electa saginata* (cf. Holmesius ad IV, 23.). . . . *Et erant Salomoni XL. millia equarum parientium, in quadrigis, et duodecim millia equitum.*

Cap. V, 1. *quoque Hiram* — Bibl. Basil. 1530. *quoque et Hiram*. Post verba *unxissent regem* addunt *super Israel* cod. L, antiquiores editiones, Hugo. Pro *patre eius*, codd. R, S, aliique memorati in cod. M *patre suo*. Biblia Rob. Steph. 1532., Ven. 1538. 1544., all. pro *David*, legunt *Davidi*.

2. *autem Salomon* — Interponunt *et* sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, K, R, S, T, U, Cas. plures, goth. leg., mediol., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Hugo, Abulensis.

3. *voluntatem David*—Tacent *David* codd. N*, O, R, S; item cod. 71. Holmesii; sed cod. N notat: « Hebraeus et antiqui interponunt nomen *David*. » Ante *quia* codd. E 1. m., K tacent *et;* nec obstant hebraeus et veteres. Pro *potuerit*, codd. I, R, S, Bibl. Rob. Steph., all. *potuit;* codd. G, Cas. 3., antiquiores editiones *poterat;* graecus ἠδύνατο. Cod. H notat hebraeum legere *Tu scis quod David pater meus non potuit aedificare domum*.

4. *dedit Dominus Deus meus mihi*—Cod. I *mihi dedit Dominus Deus meus;* cod. E *mihi dedit Deus meus;* Abulensis *dedit mihi Dominus*, ut cod. 1. Kennicotti; praeterea tacent *Dominus* codd. A, B, C, D, F, K, O, T, V, veteres editiones fere omnes; addiderunt sixtini, quibus suffragantur codd. G, H, I, L (seu Q), R, S, U, Cas. 8., mediol., Bibl. Ordin., Hugo; Toletus notat: « In Compl., Reg., Lov. » non habetur *Dominus;* tamen est in he» braeo, graeco, manuscriptis et multis im» pressis. » Tacent *meus* codd. C, G, Bibl. Ordin., Hugo; cf. Holmesius. Post *per circuitum* tacent *et* sixtini, codd. A, B, K, U, Cas. 2., veron. et Tostatus; item hebraeus et veteres.

5. *Domini Dei mei*—Tacent *Domini* codd. Cas. 1., veron., Bibl. Lugdun. 1522. 1524., Abulensis. Mox pro *Dominus David*, cod. G cum graeco *Dominus Deus David;* omittunt *Dominus* antiquiores editiones; at cod. N no-

tat: « Hebraeus et antiqui habent *Dominus.* » Post *dabo* addunt *tibi* codd. R, S, aliique apud M.

6. *ut praecidant mihi servi tui* — Codd. Cas. 2., Dionysius carth. *servis tuis ut praecidant mihi;* tacent *servi tui* sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L 8., Q, R, S, T, U, Cas. plures, goth. leg., veron., mediolan., Bibl. Ven. 1476., Beda II, 740., Abulensis; non inconsulto, ait Lucas Brugensis, videtur a multis omitti *servi tui.* « Istud » enim, subdit Bukentopius p. 177., nec est » in variis latinis, nec in ullis hebraeis, » chaldaeis, graecis: manifeste tamen in o» mnibus illis subintelligitur quod in Vulgata » moderna exprimitur. » Denique Toletus adnotat: « Non legunt *servi tui* hebraeus, grae» cus, manuscripti quidam: legunt tamen » Compl., Reg., Ordin., Lovan. et fere omnes » impressi ac multi manuscripti. Prior Con» gregatio expunxit. » Immo et altera, uti ex autographo patet. Utrum autem revera multi codices id legant, nos, habita nostrorum codicum ratione, vehementer dubitamus.

Ibid. *petieris*—Legunt *praeceperis* codd. A, B, E 1. m., F, H, I, K, T, U, V, Cas. 14., veron., Bibl. Ven. 1476.; hanc quoque lectionem optimis libris confirmari asserit Lucas Brugensis; cod. H notat hebraeum legere *dixeris.* Pro *quomodo* (Sixtus *quo modo*), sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, Cas. plures, veron., Bibl. Ven. 1476., margo Ord., Hugo, Tostatus *quoniam;* Toletus scribit: « Quidam ma» nuscripti et prior Congregatio legunt *quo» niam;* sed impressi omnes et plures manu» scripti ut in textu (Sixti V.), et positum » est loco *quod*, vel particulae declarativae. » Eucherius et Beda l. c. habent *quod;* codd. B, U, mediol. *quia.* Pro *non est in populo meo vir,* codd. C, D, F, G, Abulensis *in populo meo non est vir;* codd. Cas. 3. et Bibl. Ven. 1479. tacent *vir;* cod. H notat hebraeum legere *non est in nobis vir.*

7. *Dominus Deus* — Tacent *Deus* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, Cas. plures, gothic. legion., veron., Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugd. 1535., all.; accedunt hebraeus et veteres.

8. *omnem voluntatem* — Omittunt *omnem* codd. G, K; item cod. 30. Kennicotti, et duo graeci cum edit. Compl.; at perperam omittitur in latina versione Ephraemi I, 456.

9. *deponent* — Cod. B *deponant.* Pro *significaveris,* quamplures ex antiquioribus editionibus *significaberis;* et pro *ibi,* eaedem editiones *tibi.* Pro *et tu tolles,* codd. R, S, Cas. 3. *ut tollas;* codd. A 1. m., G tacent *tu.*

10. *Itaque Hiram* — Vere notat cod. H in hebraeo hoc loco legi *Hirom,* חירום. Pro *et ligna abiegna,* codd. E, F, I, Cas. 13., Bibl. Ven. 1476. *et abiegna;* item habet, sed contra fidem sui textus, latinus interpres Ephraemi; cod. B tacet; Liranus animadvertit alios legere *et ligna abiena.*

11. *coros tritici, viginti millia* — Sixtini, codd. A, C, E, F 1. m., K, U, V, Cas. 2., mediolan. *viginti millia cororum tritici;* reliqui autem omnes codices et veteres editiones et expositores habent *viginti millia coros tritici;* Sixtus ordinem verborum mutavit. Pro *domui eius,* codd. H, K *domus eius.* Pro *viginti coros,* cod. P, Dionysius carthus., locus parallelus II Paral. II, 10. *viginti millia coros;* accedunt graecus (excepta ed. Compl.), syrus, arabs, Symmachus; haec lectio probatur editori Bibl. Paris. 1837.; in margine Bibl. Lugd. 1513. 1526. notatur: « Subintel» ligitur *millia,* uti apud Titum Livium in» venitur: *Erant in exercitu viginti millia pe» ditum, et duo equitum;* id est, duo millia » equitum. » Calmetus dicit hanc esse communem plurium scriptorum sententiam. Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. pro *purissimi,* legunt *purissimos.* Pro *singulos annos,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, R, S, T, U, Bibl. Ven. 1476., Angelomus *annos singulos.*

12. *Dedit quoque* — Codd. B, C, G, K, mediol., Bibl. Ven. 1482., Abulensis *Deditque.* Post *locutus est* tacent *ei* codd. D, veronen. Pro *ambo foedus,* sixtini, codd. A, C, D, F, G,

H, K, T, U, veronen., Bibl. Ven. 1476., Abulensis *foedus ambo*.

13. *Elegitque* — Sixtini, gregoriani, codd. A, mediol., Rabanus *Legitque*. Mox tacent *rex* codd. K, V 1. m., Beda l. c.; item arabs. Pro *operarios*, sixtini, codd. A, B, C, D, E 1. m., F, H, K, U, mediol. *operas;* gregoriani inter utramque lectionem incerti haeserunt. Ad vocem quae sequitur *indictio* Petrus Com. adnotat: « *Indictio*, id est summa eorum, qui» bus haec indicebantur; vel forte *indictio* » est determinata hominum collectio, sicut » *cohors* et *legio*. » Item ex glossa habet Hugo; cf. Tostatus. Verum latine *indictio*, itemque hebraice מס dicitur genus tributi extra ordinem solvendi, ac publice indicti. Quum autem heic agatur de servitio quod ob publicum opus subditi praestare cogebantur, latine *angaria* dici potest.

14. *in Libanum* — Codd. A, U *in Libano*. Post *duobus mensibus* codd. F, R, S, V, Cas. 6., Bibl. Ven. 1476., Paris. 1541. 1566. iterum addunt *vicissim*, quod correctoria M, O expungunt. Ad nomen *Adoniram* cod. M notat: « Alii *Oniram* vel *Aduram*. » Conf. ad IV, 6. Pro *indictione*, Sixtus, codd. B, C, D, F, I, O, R, S, V, veteres editiones, Beda II, 742., Rabanus *indictionem;* emendarunt sixtini et gregoriani.

15. *Fueruntque* — Codices fere universi, antiquiores editiones, Eucherius, Beda l. c., Claudius taurin., Rabanus, Angelomus, Martinus legion. CCIX, 68. *Fuerunt itaque*. Pro *millia eorum qui*, codd. K, V, Cas. 3. *millia virorum qui;* cod. F et Bibl. Ven. 1476. *millia virorum qui eorum;* codd. C, D, E 1. m., P, veronen. *millia equorum qui;* cod. O notat alios legere *eorum*, alios vero *equorum;* epanorthotes in cod. N scribit: « Multi antiqui » pro *eorum*, habent *equorum;* sed in II. Pa» ral. II. (v. 18.) dicitur quod septuaginta » millia erant eorum, qui propriis onera por» tabant humeris; et hebraeus, et Biblia Gre» gorii Magni, qua utebatur, habent *eorum*, » non *equorum;* et historia scholastica con» cordat, et etiam Rabanus habet *eorum;* sed » nec LXX. de equis faciunt mentionem. » At vero auctor *historiae scholasticae*, seu Petrus Comestor, in nostris editionibus legit *equorum*, quod scioli glossatoris ingenio Vallarsius tribuit.

Ibid. *latomorum* — Glossa interlinearis *lapidum caesores;* cod. K *lapidariorum;* eorum nempe qui in latomiis aut lapicidinis operam suam collocabant. Petrus Com. interpretatur *lapidicaesorum; latomus* enim graece λατόμος, est *lapicida*, non *faber murarius* uti vult Maius in glossar. edito in *Spicil. rom. t. IX*. Recte autem ex Hieronymi testimonio hoc nomen latinis lexicis adiecit Furlanettus; conf. Martene *ampliss. collect. II, 1392.* et Maius *Spicil. rom. III, 684.*

16. *numero* — Codd. C, D *numerum*. Ante *trecentorum* tacent *et* Eucherius, Claudius taur., Rabanus, Angelomus et cod. 71. Holmesii. Pro *et his*, cod. K *de his;* margo Ord. et Isidorus Clarius expungunt *et his;* cod. H notat hebraeum non legere *et;* Dionysius carthusian. animadvertit legi *et* pro *id est;* cf. Ioach. de Azevedo p. 450.; duo codices Kennicotti nexum addentes cum Vulgato faciunt.

17. *Praecepitque*—Codd. A 1. m., I *Praecepit*. Pro *lapides grandes, lapides pretiosos*, Beda et Claudius taurin. cum graeco *lapides grandes, pretiosos;* Angelomus cum armeno interponit *et;* Bibl. Ordin. ed. Lugdun. 1590. et Ant. 1634. tacent *lapides grandes;* cod. S omittit *lapides pretiosos*.

18. *Giblii*—Legunt *Biblii* vel *Byblii* codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., antiquiores editiones, Eucherius, Rabanus, Petrus Com., Martinus leg. l. c., all.; « *Byblos*, ait Hieronymus III, 179., est civitas Phoenicis, pro qua in hebraico continetur *Gobel*. » Conf. Beda II, 745. Nam graeci Βύβλος aut Βίβλος dixere oppidum גבל. Cod. H notat hebraeum legere *et Giblim*, idque recte interpretatus est Ephraemus I, 457. ܓܒܠܐ ܦܣܘܠܐ, quamquam syrus cum chaldaeo et arabe legat ܐܦܣܘܠܐ *lapicidae*. Apud alexandrinum interpretem hic locus reperi-

tur initio sequentis capituli, ac perperam redditur καὶ ἔβαλαν αὐτούς; sed cf. Holmesius. Cod. B 1. m. omittebat verba *porro Giblii praeparaverunt ligna et lapides ad aedificandam domum;* cod. F et Martinus leg. l. c. habent *paraverunt;* cod. H notat hebraeum praemittere *et;* pro *aedificandam*, multi codd. et antiquiores editiones *aedificandum*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. V, 1. *Et misit Chiram rex Tyri pueros suos ungere Salomonem regem pro David patre suo; quoniam diligebat Chiram David in omnibus diebus.* . . . 4. *et non est insidiator.* . . 8. *ligna cedrina et pinea.* . . 11. *quotquot annis.* . . . 14. *per menses demutantes.* . . . 18. *praeparabant lapides et ligna tribus annis.*

Cap. VI, 1. *Factum est ergo*—Sixtini, codd. A, E, F, H, I, K, O, T, U, V; Thomas. I, 102., Bibl. Ord., Ven. 1476., Lugd. 1522. 1524., all., Beda l. c., Eucherius, Rabanus, Rupertus, Hugo *Factum est igitur;* codd. C, D, G, R, Thomas. I, 85. 115., Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Martinus legion. l. c. *Factum est autem;* cod. B tacet *ergo*. Cod. F mendose omittit *et octogesimo*. Notissima est quaestio, quam ex collatione Iudic. XI, 26. et Act. XIII, 20. hoc loco chronographi instituunt, a qua nos consulto abstinemus, praesertim quia omnis verae antilogiae suspicio nuper a Ghiringhello *(op. cit. p. 113. seqq.)* egregie depulsa fuit, omnisque difficultatis ratio probe explanata. Ceterum diserte fatetur Sulpicius Severus XX, 120. graecorum lectionem quae habet *CCCCXL.* vitiosam esse, atque ab oscitantibus librariis invectam.

Ibid. *mense Zio*—Cod. F 1. m., Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535., Rupertus, Dionysius cath. *mense Ziph;* Pseudo-Hieronymus *mense Zib;* cod. veron. *mense Zoi;* hebraeus בחדש זו; Thomas. I, 115. mendose *mense decimoquarto*. Pro *regni Salomonis*, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, N, O, P, T, U, V, goth. leg., mediol., veron., Beda l. c., Eucherius, Rabanus, Angelomus, Rupertus, Richardus a s. Vict. CXCVI, 223., Martinus legion. l. c., Hugo *regis Salomonis;* cod. N notat: « Hebraeus et antiqui habent *regis*, non habent *regni*. » At hebraeus legit לַמֶּלֶךְ, non לְמֶלֶךְ; graecus utrumque connectere videtur βασιλεύοντος τοῦ βασιλέως Σαλωμών. Pro *aedificari coepit domus Domino*, nostri codices universi, et veteres editiones, necnon auctores superius laudati minus commode legunt *aedificare coepit domum Domino;* cod. Cas. 1. *in quo aedificare coepit Salomon domum Domino;* cod. B cum graeco *Domini*. Hodierna lectio a Sixto V. invecta fuit; silent enim pontificii correctores.

2. *aedificabat*—Codd. C 1. m., G, R, S, T, Martinus leg. l. c. *aedificavit*. Mox Eucherius tacet *rex;* item syrus, arabs et cod. 60. Kennicotti. Cod. B omittit *et viginti cubitos in latitudine*, at in eius marg. suppletur *latitudine XX.;* hebraeus quoque tacet *cubitos;* at conf. De-Rossi. Cod. mediol. scribit perpetuo *cubita*, quod aeque latinum est. Beda II, 721. 749. 754. aliique plures veteres scriptores diserte nituntur componere quae heic narrantur de altitudine templi, cum iis, quae habentur II Paral. III, 4. At quum numerorum notationes vehementer in lubrico versentur, probabilis videtur illorum sententia, qui asserunt locum Paralipomenon mendosum esse.

3. *ante templum*—Cod. H notat hebraeum addere *domus*. Pro *decem cubitos*, codd. S, Cas. 1. *viginti cubitos;* item armenus et cod. 96. Kennicotti.

4. *Fecitque in templo fenestras obliquas*—Rupertus *Fecit et fenestras obliquas in templo;* Vallarsius hoc loco notat: « In albo veronensis manuscripti haec adponitur nota: *In LXX. ianuas absconsas reticulatas*. Nempe latinam versionem quae ante hieronymianam obtinebat, vocat LXX. quippe quam ad eorum exemplar expressam: aliis placuit vocare italam. Porro interpretati sunt LXX. θυρίδας διακυπτομένας (vel πα-

» *ρακυπτομένας* vel *δεδικτυωμένας*) *κρυ-* » *πτάς*; id est, *fenestras prospicientes* (vel » *oblique prospicientes*, vel *cancellatas*) *oc-* » *cultas*. Hieronymus Comm. in Ez. lib. XII. » (tom. V, col. 476.) refert Septuaginta ver- » tisse *fenestras absconditas*. Fenestrae, in- » quit, erant obliquae, quas LXX. *abscon-* » *ditas*, Symmachus *τοξικάς* vocat. Et in » cap. XLI. (col. 501.) Fenestrae quoque, in- » quit, iuxta LXX. erant *factae in modum* » *retis* instar cancellorum . . . pro quibus in » hebraico *obliquas fenestras* habet. » Cf. Gesenii *Thes. p.* 77., Ugdulena in h. l. et quae ad calcem huius capituli proferimus ex cod. gothico legionensi.

5. *super parietem* — Codd. G, V, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476., Rupertus *super parietes;* item chaldaeus, syrus et arabs. Eucherius ante *in parietibus* addit *et;* item arabs et non pauci codd. hebraici. Vocem *latera* Petrus Com. interpretatur: « *loriculas*, tamquam *appodiationes;* IV Reg. I, 2. dicuntur *cancelli.* »

6. *quod subter erat*—Codd. A, S, Bibl. Ven. 1476., Beda l. c., Eucherius, Rabanus *quod super erat;* de hac lectionis varietate fuse agit Petrus Com., itemque Hugo; codd. N, P *quod subtexerat*. Mox cod. B omittit verba *et medium tabulatum sex cubitorum latitudinis;* conf. Holmesius; pro *cubitorum*, Rabanus et Rupertus *cubitos;* et pro *in domo*, legunt *in domum*. Pro *ut non haererent*, Bibl Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. *ut haererent;* accedunt syrus et arabs.

7. *de lapidibus dolatis* — Legunt *lapidibus dedolatis* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, O, T, U, V 1. m., goth. leg., Gregorius M. IV, 162. prout legit Paterius et Spic. solesm. III, 178., itemque Isidorus V, 538., Beda IV, 445., Angelomus, Petrus Com. et Richardus a s. Vict. loc. cit., qui praeterea scribit: « Quando aliquid satis pro modo consuetu- » dinis dolatum, subtilius adhuc supra con- » suetudinem dolatur, quasi de eo quod do- » latum est, *dedolatum* efficitur. Vel *dedola-* » *tum* quasi de omni parte dolatum. Nam » omnes lapides illius templi per omnes sex » superficies erant dolati. » Conf. Forcellini. Attamen hebraeus et graecus exprimunt *lapides integros*, seu non dolatos; conf. Gesenii *Thes. p. 892*. Cod. mediol., Bibl. Ven. 1476. et Rupertus *lapidibus dolatis*. Quod autem subiicitur neque mallei, neque securis, nec alterius ferramenti ictus in templi aedificatione exauditos esse, hyperbolica locutio est (genus tropi orientalibus frequentissimum), qua singularis artificum peritia significatur, qui lapides et ligna multo antea quam suo quaeque loco collocarentur, ita adamussim ceciderant, perpoliverant, ut ad unguem quadrarent; quin ullo instrumento iis aptandis opus esset; uti animadvertit post Estium Ghiringhello.

8. *lateris medii in parte* — Sixtus *lateris, medii in pariete;* item, sed expuncto commate, legunt quoque codd. B, C, D, E, F, I, O, R, S, T, V, Cas. 7., gothic. leg., veteres fere omnes editiones, Angelomus (sed in ipso Comment. cum Vulgato facit), Rupertus, Petrus Com., Richardus a s. Vict. l. c., Hugo. Hodierna lectio praehabita fuit a sixtinis et gregorianis, quibus favent reliqui codices, priores editiones Rob. Steph., all.; unde Toletus: « Legendum *parte;* sic manuscripti et Congregatio. » Pro hac lectione stat quoque Beda qui saepius hunc locum excitat, uti II, 90. 722. 753. 853. V, 119. Mox pro *domus dextrae*, Bibl. Basil. 1530., Rupertus, Isidorus Clarius *domus dextro;* adiectivum enim referunt ad *parietem* vel *latus;* at quum nunc legamus *parte*, recte adnotavit Lucas Brugensis: « Ablativum *dextera*, qui ad *parte* re- » feratur, praeferunt quidam genitivo *dexte-* » *rae*, qui ad *domus*. » Id enim consentaneum est hebraeo antiquisque interpretibus; conf. Mariana. Pro *cochleam*, Angelomus *cochleas;* item hebraeus, chaldaeus et syrus Pocockii; sed fortasse adiective sumitur atque subintelligitur *scalas*. Animadverte nomen *cochlea* hoc sensu apud probatos auctores alibi non occurrere. Pro *ascendebant*, codd. F, G, Bibl. Ven. 1476., Basil. 1544. 1557. *ascendebat;* Eucherius *ascendebatur*.

9. *Et aedificavit* — Tacent *Et* codd. S, Cas. 3. Pro *texit quoque domum*, cod. K, Theutmirus CIV, 625. et Eucherius *texitque domum;* codd. B 1. m., Cas. 1. tacent *domum;* cf. Holmesius. Pro *laquearibus*, cod. V, Theutmirus l. c. *laqueariis;* Isidorus enim et Servius agnoscunt *laquearium*.

10. *quinque cubitis altitudinis, et operuit domum* — Haec deerant in cod. B; pro *cubitis*, Eucherius *cubitorum;* pro *domum*, cod. E *eam*.

12. *Domus haec*, etc. — Hugo: « Quaeritur » a quo regatur haec dictio *Domus;* et dici» mus quod a nullo, sed ponitur hic tantum » ut sequens relatio habeat locum. Vel est » locutio ecliptica, et perficitur sic: Domus » haec quam aedificas mihi, erit accepta, » vel consummabitur. » De hac quaestione ample disserit Sanctius, ex quo pauca damus: « Ordo litterae non parum obscurus et » implexus est. Neque enim apparet quid il» lud *Domus haec* in hac clausula sibi velit, » aut quae sit horum verborum accommo» data syntaxis, cum partem illam suspen» sam videamus, neque vocem subesse ul» lam, a qua regatur. Ego illum nominati» vum absolute hic positum intelligo, quod » esse apud hebraeos in usu aliis saepe in » locis a me dictum est. . . . Sensus est: In » domo hac, quam aedificas, habitabo, et non » derelinquam populum meum Israel, dum» modo mandata mea religiose servaveris. »

15. *Et aedificavit* — Cod. veron. addit *Salomon;* item duo codices holmesiani. Ante *operuit* addunt *et* codd. L, R, S, antiquiores editiones, armenus et graecus Complut. sed contra fidem graecorum codicum; perperam autem additur nexus in latina versione chaldaei. Interpungendi ratio, quam sequuntur nostrae Vulgati editiones, nexum requirere videtur; at si hebraeum et graecum contuleris, facile tibi suadebis legendum esse *Et aedificavit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis; a pavimento domus usque ad summitatem parietum et usque ad laquearia operuit lignis cedrinis intrinsecus*. Post verba *operuit lignis* tacent *cedrinis* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, N, O, T, U, V 1. m., mediol., veron., Cas. plures, Bibl. Ven. 1476., Beda II, 756., Eucherius, Rabanus, Richardus a s. Vict. l. c., Martinus leg. l. c.; Sirletus notat hanc vocem ab Angelomo non exponi; consentiunt hebraeus et veteres, excepto chaldaeo. Ex his vero aestimanda sunt ea quae scribit Toletus: « Aliqui manuscripti » non habent *cedrinis;* sed tamen legitur in » omnibus impressis, et plurimis manuscri» ptis. Prior Congregatio expunxerat. » Mox post *pavimentum* tacent *domus* Beda l. c., Eucherius et Rabanus; conf. *Spicil. solesm. III, 190.;* item slav. ostrog. Pro *tabulis abiegnis*, cod. F et Eucherius *tabulatis abiegnis*.

16. *Aedificavitque* — Beda l. c., Eucherius, Rabanus, Angelomus *Aedificavit quoque*. Eucherius pro *cubitorum*, habet *cubitos;* item vers. 23. Pro *domum oraculi*, legunt *domum tabernaculi* sixtini, codd. A, Cas. 3. et Hugo, qui tamen notat aliquos libros habere *oraculi*. Pro *in sanctum Sanctorum*, rectius cum Lov., aliisque Sixtus *in Sanctum sanctorum;* codd. I, S, V *in Sancta sanctorum;* cf. Flaminius Nobilius et Holmesius; item margo cod. goth. legion.; Rabanus *in Sancto sanctorum*.

17. *pro foribus* — Cod. F, Bibl. Norimb. 1501., Ven. 1484. 1492. 1494., Lugd. 1524., Paris. 1534., all. *prae foribus;* cf. Flaminius Nobilius.

18. *tornaturas, et iuncturas suas* — Codd. A, B, C, E, F 2. m., H, I, K, O, T 1. m., U, Cas. plures, mediol., Eucherius, Rabanus, Angelomus, Abulensis *tornaturas suas, et iuncturas;* codd. F 1. m., G, R, S, Bibl. Ven. 1476. *tornaturas suas, et iuncturas suas*. Nota vocem *tornatura* alibi non legi; atque ex hoc loco additam merito fuisse in lipsiensi editione Lexici Forcellini. Mox cod. H notat hebraeum non legere *in pariete*.

19. *fecerat* — Cod. H notat hebraeum legere *praeparaverat*. Pro *ut poneret ibi arcam*, cod. E *ubi poneret arcam;* codd. F, G, I, V, Bibl. Ven. 1476., Richardus a s. Vict. l. c. *ut poneretur ibi arca*.

20. *et viginti cubitos altitudinis* — Tacet cod. mediolan.; conf. II Paral. III, 8. Cod. H notat hebraeum pro *auro purissimo*, legere *auro obrizo*, uti est II Paral. III, 5.; Dionysius carthus. *auro mundissimo;* cod. B 2. m. addit *et affixit laminas clavis aureis*, ut versiculo seq.; cf. Holmesius. Pro *sed et altare*, Bibl. Ven. 1479. *sed altare;* nec repugnant hebraeus et veteres.

21. *Domum quoque* — Cod. F *Domum autem*. Pro *et affixit*, Beda loc. cit., Eucherius *et fixit*.

22. *Nihilque* — Cod. S, Bibl. Arg. 1497., Complut., Reg., Norimb. 1501., Ven. 1511., Lugd. 1513., all. *Nihil*. Pro *texit auro*, Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. *ex auro texit*.

23. *duos cherubim* — Sixtini, gregoriani prima manu, Toletus, codd. A, C, D, F, H, I, K, T, U, V, Cas. plures, mediol., veron., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Paris. 1541., all., Eucherius, Rabanus, Rupertus, Abulensis *duo cherubim*. Ne quis censeat hanc lectionem favere iis, qui autumant *cherubim* generis quoque neutri esse (conf. infra ad vers. 25.), animadvertimus *duo* pro *duos* apud optimos auctores usurpari.

24. *alae unius usque*—Legunt tantum *alae, usque* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., antiquiores plures editiones, Rabanus, Hugo. Pro *alae alterius*, codd. G, H *alterius alae;* codd. I et veron. tacent *alae*.

25. *cherub secundus* — Cod. H *cherub secundum;* Martianaeus ad h. l. notat: « Nomen » *cherub* singulari numero, et *cherubim* in » plurali, duplex genus obtinet apud inter» pretes, masculinum videlicet, ac neutrum.» Idque probare nititur ex eo quod Hieronymus I, 58. testatus sit Aquilam, Theodotionem et Septuaginta *seraphim* neutro genere transtulisse, contra ac fecerit Symmachus, qui masculino genere utitur. Vallarsius idem asserit scribens: « Recte utriusque generis di» citur *cherub*, masculini ac neutri. » Plura de hac quaestione nos protulimus ad Exod. XXV, 18. Verum recte animadvertit Vallarsius haud esse credibile Hieronymum ita parum sibi constare, ut eodem versiculo utrumque genus usurpaverit. Addere debuisset idem Vallarsius Hieronymum V, 94. et 334. diserte docuisse *cherubim* apud latinos nonnisi masculini generis esse: « Et quamquam, inquit, » plerique τὰ χερουβείμ neutrali genere, » numeroque plurali dici putent, nos scire » debemus singulari numero esse *cherub*, ge» neris masculini, et plurali eiusdem generis » *cherubim*. »

Ibid. *in mensura pari*—Tacent *in* sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, D, E, F, I, K, T, U, V, Cas. plures, mediol., Rabanus, Angelomus, Abulensis; mendose apud Eucherium *mensura parietis*.

26. *unus cherub* — Codd. D, F, I *unus cherubim;* Forcellini notat: « Videtur Hierony» mus in cap. LXV. Isaiae (IV, 794.) dixisse » *cherubim* in singulari, quod et Augustinus » fecit Enarrat. in Psal. LXXIX. (IV, 850. cf. » ibid. cod. 1061. et I, 679.) Vide ad Exod. XXV, 19. XXXVII, 8. et versic. sequenti.

27. *in medio*—Rabanus addit *pariete*. Post verba *ala una parietem* codd. R, V 2. m., Cas. 1. addunt *alterum*. Mox pro *cherub*, legunt *cherubim* codd. D, E, Rupertus, Hugo de s. Victore CLXXV, 107. Post verba *alae autem* tacent *alterae* Bibl. Complut., Reg., Heidelb. 1586.; Brugensis notat hebraeum et graecum legere *alae autem eorum*. Pro *in media parte*, Beda II, 765., Eucherius *in medio pariete*.

29. *sculpsit*—Sixtini, codd. A, D, E, F, K, O, P, V 2. m., veron. *scalpsit;* item vers. 32. et 35.; epanorthotes in cod. N animadvertit: « Antiqui non habent *sculpere*, sed *scalpere* » per *a* vocalem in prima syllaba, et *scal*» *ptura;* inde *scalprum* quo scalpitur, id est » *celtis* (Iob XIX, 24.), et inde *scalpellus* » Ier. XXXVI. (v. 23.) Tamen LXX. habent » *sculpere* et *sculpturas* per *u* in prima syl» laba, et taliter infra. » (Ex hoc nostri epanorthotae loco habes palmare argumentum, quo demonstratur id quod saepe monuimus, nempe ipsum veterem italam sub nomine

LXX. excitare.) Vallarsius quoque notat: « Constanter pro *sculpo* habet veronensis manuscriptus *scalpo*, quod est quidem elegantius; nam illud grammatici, quos inter Diomedes, negant esse latinum. »

Ibid. *et fecit in eis* — In canone, inquit Martianaeus, erasa sunt haec verba quia non habentur in hebraeo; exstant tamen in manuscriptis latinis. Ad ea quae sequuntur, nempe *palmas, et picturas*, quum Beda l. c. scripserit: « Palma manus victricis ornatus est; » (idem ex Beda habent Rabanus, qui tamen legit *victoris*, Angelomus, Eucherius, Walafridus, Martinus legion. l. c.) Hugo de s. Vict. l. c. legit *palmas manuum et alias figuras*; et Hugo de s. Charo: « *Palmas*, id » est, manus hominum apertas. » Id vero quam sit alienum a sacri textus sensu, nemo non videt. Cod. H notat hebraeum legere *intrinsecus et extrinsecus*, pro eo quod Vulgatus habet *quasi prominentes de pariete, et egredientes*.

30. *auro* — Cod. Cas. 1. addit *purissimo*.

31. *Et in ingressu* — Bibl. vaticana 1593. et Ant. 1599. mendose *Et ingressu*; cf. Bukentopius p. 478. et Lucas Brugensis. Pro *fecit ostiola*, codd. L, R, S, Cas. 6., antiquiores editiones, Petrus Com., Martinus leg. CCIX, 76., Dionysius carth. *fecit duo ostiola*; cod. P *fecit duo officiola*, quod neque latinum est; correctoria M, N, O notant hebraeum et antiquos non interponere *duo*, quod non heic sed infra legitur. Cod. H notat hebraeum non legere *angulorum*. Ad *quinque* Petrus Com. dicit quosdam subaudire *cubitorum*; eisque favet arabs. At cf. Gesenii *Thesaur. p. 44*.

32. *de lignis olivarum* — Bibl. Ordin. addunt, quod supra legitur, *postesque angulorum quinque*; sed glossa interlinearis notat: « Vacat in plerisque. » Pro *picturam*, cod. T *picturas*, ut vers. 29., nec male. Cod. H notat hebraeum non legere *species*. Bibl. Lugd. 1522. 1524., Basil. 1530., all. tacent *et* ante *anaglypha*; pro hoc autem cod. H notat hebraeum habere *picturas varias*; et mox omittere *cetera*. Cod. veron. *valide*, pro *valde*.

33. *Fecitque in introitu* — Cod. A, Bibl. Ven. 1476. *Fecitque in introitum*; Rupertus *Fecit et in introitu*. Pro *quadrangulatos*, Petrus Com. et Richardus a s. Vict. l. c. *quadrangulos*.

34. *et utrumque* — Tacent *et* codd. G, mediol.; item hebraeus. Pro *et se invicem*, Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1579. *et se ipsum*. Pro *tenens aperiebatur*, cod. veron. *tenentes aperiebantur*.

35. *palmas, et caelaturas* — Cod. Cas. 1. *palmas, et caelatas*; Eucherius tacet *et*; cod. H notat hebraeum legere *palmas et picturas varias*; dein pergit *operuitque auro aequaliter super sculpturas*. Pro *opere quadro*, codd. I, goth. leg. *opere quadrato*. Eucherius ex itala habet *Expandit per eas bracteas, et deauravit eas auro inducto per sculpturam*; *διαπεπετασμένα πέταλα, καὶ περιεχόμενα χρυσίῳ καταγομένῳ ἐπὶ τὴν ἐκτύπωσιν.*

37. *Anno quarto* — Ab hisce verbis incipiunt caput VII. Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541., all. Pro *Zio*, apud Angelomum mendose *tertio*; cf. vers. 1.

38. *et in anno* — Tacent *et* codd. E 1. m., I, graecus et cod. 150. Kennicotti. Cod. Cas. 1. *duodecimo*, pro *undecimo*. Pro *mense Bul*, codd. Cas. 6. *in mense Ebul*; legunt quoque *Ebul* codd. C 1. m., E, G, P, R, S, T 2. m., V, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Paris. 1541. 1566. et, in nostris editionibus, Rabanus; at vero codd. N, O notant: « Iuxta hebraeum, et antiquos, et Rabanum, et Uldaricum, et graecum non est » ibi *Ebul*, sed *Bul*. » Quoad graecum, legunt Βοὺλ codex alexandrinus et editio Complut.; reliqui Βαάλ vel Βουάλ, vaticanus Βαάδ. Legunt *mense Elul* codd. F 2. m., N*, Bibl. Compl., Reg., Ven. 1494. 1498., Arg. 1497., Norimb. 1501., Lugd. 1513. 1522., all.; at vero Liranus animadvertit: « Aliqui » corrigunt *Elul*, dicentes quod unus mensis » apud hebraeos sic nominetur. Sed haec » correctio est magis corruptio, quia ille men-

» sis, qui apud hebraeos vocatur *Elul*, est » sextus mensis, scilicet September. Iste au» tem, in quo perfecta est domus, est men» sis octavus, qui vocatur *Bul* vel *Bol*, ubi » alias communiter habetur *Ebul*. » Abulensis damnat eos qui praeferunt *Elul* vel *Ebul*; Petrus Com. legit *Ebul* atque ad mensem Octobris refert. Eucherius ad *domus* addit *Domini*. Pro *et in universis*, codd. C, S, Rupertus *et universis*. Post *utensilibus* tacent *suis* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, Cas. plures, goth. legion., veron., antiquiores editiones, Eucherius, Rabanus, Rupertus, Angelomus, Richardus a s. Vict., all.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. VI, 4. *Et fecit domui ianuas* (legerit θύρας, pro θυρίδας? cf. Schleusneri Lex. V. T. III, 91.) *prospicientes, absconsas*. 5. *Et fecit in pariete domus . . . rematia* (fortasse *solaria* vel *lacunaria*, aut quid simile; nec enim nobis satis perspicua est codicis lectio; graece μέλαθρα) *in circuitu templi*. . . . 6. *Intervallum dedit domui in circuitu a foris domus, ut non tangerentur parietes domus*. . . 7. *dum aedificata est*. . . . 9. *et contignavit eam in cedrinas trabes*. 10. *Et fabricavit catenas per totam domum; quinque cubitorum altitudinem earum* (graecus αὐτοῦ); *et collocavit alligamenta* (nota verbum: graece ἐνδέσμους) *earum cum lignis cedrinis*. . . . 15. *Circumdedit interiora domus in lateribus cypressinis* (lege *cupressinis*). 16. *usque ad cameram; et fecit ex dabir* (graecus δαβίρ; est ipsa vox hebraica דביר, de qua Hieronymus VII, 584. « *Dabir*, inquit, quod nos » *oraculum* sive *responsum* possumus appel» lare, et ut contentiosius verbum exprima» mus e verbo, λαλητήριον, id est *locuto*» *rium*, dicere. ») *parietem in Sancta sanctorum* (cf. Holmesius). 17. *Et XL. cubitorum erat ipsum templum ante faciem dabir*. . . . 20. *Et fecit sacrarium* (θυσιαστήριον; *cf. infra ad XIII, 3*.) *cedrinum* (item codices addunt κέδρινον) *ante faciem dabir*. . . . 23. *duos cherubim ex lignis cypressinis* (item graeci codd.) *decem cubita*. . . . 27. *et pinnae eorum, quae erant in media domu tangebant pinnam ad pinnam*. . . . 31. *et ad ostia dabir fecit ostia de lignis iuniperi, et limina quinquiplicia* (nota verbum: graecus στοαὶ τετράπλως). . . . 34. *et duas valvas ex lignis pineis*; 35. *et sculptilia in eis sculpta super cherubim, et palmas, et expansa spathalia, et descendentia super cherubim*. . . 38. *Anno XI., mense Bal, hic mensis est VIII., consummata est domus in omnem rationem suam, et omnem constitutionem suam*.

Cap. VII, 1. *tredecim* — Richardus a s. Victore CXCVI, 231. *decem et tribus*; accedit graecus.

2. *Aedificavit quoque* — Bibl. Ven. 1476. *Aedificavit autem*; pro *quoque*, margo Ordin. ponit *igitur* vel *scilicet*. Quamvis enim plures olim domum saltus Libani de qua hoc loco sermo est ab ea regali domo, quam superiori versiculo aedificasse Salomon dicitur, prorsus distinxerint, tamen recentiores plerique interpretes autumant illam nil aliud esse praeterquam anticam huius partem, quae templum spectabat, multisque columnis ornabatur. Pro *quinquaginta cubitorum latitudinis, et triginta cubitorum altitudinis*, cod. E *quinquaginta cubitorum altitudinis, et XXX. cubitorum latitudinis*; cf. v. 6. Cod. H notat hebraeum pro *quattuor deambulacra inter columnas cedrinas: ligna quippe cedrina exciderat in columnas*, legere *super quattuor columnarum* (cedrinarum) *ordines, lignaque cedrina super columnas*; accedit Isidorus Clarius, qui hoc in capite non hieronymianam versionem, sed novam ex hebraeo derivatam sub Vulgati nomine temere intrudit; nec tamen meliora dedit. Nam etsi Hieronymus ab hebraici textus verbis recedere videatur, tamen eiusdem sacri textus sensum egregie expressit, prout Ugdulena et Azevedo demonstrant. Pro *deambulacra*, codd. F 2. m., N, R, S, V, Cas. plures, antiquiores editiones, Rupertus, Petrus Com., Hugo *deambulatoria*; idque modernis codicibus tribuitur in correctoriis M, O; Robertus de Sorbona in glossis

utrumque agnoscit. Animadverte *deambulatorium* substantive legi apud Apponium in *Spicil. rom. V, 20.* Pro *ligna quippe*, codd. K, R, Bibl. Ven. 1495. *ligna quoque.*

3. *tabulatis* — Rupertus *tabulis*. Beda I, 128. pro *cameram*, vult scribi *camaram;* cui consentit graecum etymon χαμάρα, idque alii plures apud Forcellini probant. Pro *quadragintaquinque*, cod. U cum hebraeo et graeco *quadraginta et quinque;* Maurerus suspicatur vel heic cum arabe legendum esse *sexaginta*, vel in superiori versiculo cum graecis pro *quattuor*, legendum *tria;* at vero Thenius aliique censent sanam esse lectionem, sed numerum referri ad conclavia, non ad columnas; conf. Ugdulena. Pro *sustentabatur*, cod. veron. *sustinebatur*. Mox cod. H notat hebraeum non legere *Unus autem;* Bibl. Mog. 1462. et Rom. 1471. mendose tacent *ordo*.

5. *se respicientes* — Codd. D 2. m., K *se invicem respicientes;* cod. R tacet *se*.

6. *in facie* — Codd. C, E, F, G, R, S, T, V, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1495., Paris. 1541. 1566. 1573., Hugo *in faciem*. Ad verba *super columnas* addunt *fecit* codd. B, C, F, G, I, L, R, S, T 2. m., V, Cas. 11., antiquiores editiones, Rupertus; at recte Lucas Brugensis: « Non addas *fecit*, sed sub» audias e proximo. »

7. *tribunal est* — Tacent *est* Hugo a s. Victore et Petrus Com.; cod. H notat hebraeum legere *iudicabat*.

8. *domuncula* — Codd. E 1. m., S, U *domunculam;* cod. H notat in hebraeo legi *domus*. Pro *sedebatur*, sixtini, codd. A, B, veron. *sedetur;* gregoriani prima manu, codd. E 1. m., F, H, I, K, U 1. m., Cas. 5., Bibl. Ord., Rob. Steph., Lugd. 1522., Ven. 1533.; all., Hugo *sederetur;* codd. U 2. m., Cas. 1., Bibl. Basil. 1530., Lugd. 1541., all. *sederet;* codd. S, Cas. 2., gothic. legion., Bibl. Paris. 1566. 1573. *sedebat*. Mox cod. H notat hebraeum non legere *ad iudicandum;* et pro *in media porticu*, legere *in atrio alio;* plures ex antiquioribus editionibus minus recte *in medio porticu*.

9. *a fundamento* — Cod. B *a fundamentis;* multi graeci codices ἐκ τῶν θεμελίων; his accedit margo cod. goth. legion. Pro *extrinsecus usque*, Sixtus, codd. B, D, E, F, G, I, K, O, R, S, U, V; veron., veteres fere omnes editiones, Rupertus *intrinsecus usque;* at recte emendarunt sixtini et gregoriani; Bellarminus quoque, in dissertatione *de Vulgata*, communem latinorum exemplarium lectionem mendosam esse adnotaverat; hinc Toletus: « Lege *extrinsecus;* sic hebraeus, graecus, » Compl., Reg. et manuscriptus Montisamati (seu noster cod. A). » Cf. Lucas Brugensis et Bukentopius pag. 177.

10. *de lapidibus* — Cod. B tacet *de;* conf. Holmes.

11. *Et desuper* — Cod. Cas. 1. omittit *Et;* accedit syrus. Pro *aequalis mensurae*, cod. E *aequali mensura*. Cod. H notat pro *similiterque de cedro*, hebraeum legere *et cedri;* nimirum tabulis cedrinis vestiebantur parietes qui magnis lapidibus exstructi erant.

12. *de dolata* — Tacent *de* codd. A, C, D, E, F, G, K, O, S, U, V, Cas. plures, gothic. legion., mediol., veron.; alii vero cum Bibl. Paris. 1566. 1573. legunt *dedolata;* alii cum cod. H, Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496. *de dolato*. Pro *et in atrio*, cod. V *et atrio;* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. *in atrio;* et pro *interiori*, codd. K, S *in interiori;* alii *interioris*. Pro *porticu*, cod. A *portico;* cod. C *porticum*. Rursum post *domus* addunt *Domini* codd. R, S, Cas. 4., alii memorati in codd. M et O, Bibl. Ven. 1476., Richardus a s. Vict. l. c., Abulensis.

13. *Misit quoque* — Cod. V, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541., all. *Misitque;* Bibl. Lugd. 1522. 1524. *Misit ergo*.

14. *de tribu* — Rabanus *et ex tribu*, cui accedit graecus; Angelomus *ex tribu*. Tirinus in *Contr. fid. c. 2.* pro *Nephthali*, ex II Paral. II, 14. vult legi *Dan;* at perperam; multiplici enim ratione utrumque locum interpretes componunt, uti apud Calmetum videre est; profecto fieri potuit ut haec mulier ad tribum Nephthali pertineret, etsi in urbe tribus Dan

orta sit. Ante *plenum* tacent *et* Bibl. Ven. 1476., Rabanus, Angelomus, Rupertus; item ante *intelligentia* omittunt *et* antiquiores editiones. Post verba *omne opus* non legitur *eius* in Bibl. Ordin., nec in graeco et syro.

15. *Et finxit* — Mendose cod. G, Rabanus, Abulensis *Et fixit*. Pro *decem et octo*, apud Rabanum mendose *decem et septem;* scriptorum vitio tribuenda etiam videtur lectio II Paral. III, 15. *triginta et quinque*. Pro *columnam unam*, codd. B, goth. leg. *columnarum;* graecus τοῦ στύλου; Rabanus et Angelomus *columnam utramque;* quod enim de una in sacro textu dicitur, ad alteram quoque referendum est. Pro *duodecim cubitorum*, cod. F *viginti duo cubitorum;* graecus habet τεσσαρεσκαίδεκα; Bibl. Ven. 1476. addunt *altitudinis*.

16. *fusilia ex aere*—Codd. A, B, K, et apud Martianaeum cod. regius et canon hebraicae veritatis *fusili aere;* codd. U, V, mediolan., veron., Angelomus *fusilia aere*. Capitelli altitudo heic dicitur *quinque cubitorum*, sed IV Reg. XXV, 17. legitur *trium cubitorum*; quod vel ex librariorum vitio irrepsit, vel ad inferiorem tantum partem refertur.

17. *miro opere* — Cod. veron. *pro opere*, quod Vallarsio probatur. Ad verba *septena versuum* Richardus a s. Victore l. c. notat: « Planius forsitan esset si *septenorum versuum* dixisset. » In sacro textu haud satis constat cuinam referatur שבעה, pro quo graeci legisse videntur שבכה, nam habent δίκτυον. Codd. Cas. 2. rursum addunt *versuum* post alterum *septena*.

18. *Et perfecit*—Beda et Rabanus *Et fecit*. Ante *duos* tacent *et* codd. D, F; accedunt veteres interpretes, excepto chaldaeo, et codex 170. Kennicotti; cf. Houbigantius. Omittunt *singulorum* cod. B 1. m., Bibl. Paris. 1541. 1566. 1573., all.; at Bibl. Lugdun. 1541. legunt *singulos*. Pro *malogranatorum*, codd. F, G, R, goth. leg., mediol., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ord., Ven. 1476., priores editt. Rob. Steph., all., Beda, Petrus Com. *malorum granatorum;* alii *malagranatorum;* item infra ad v. 20. et 42.; cf. ad Ex. XXXIX, 23. Mox pro *et capitello*, codd. Cas. 2. *in capitello*.

19. *fabricata* — Cod. V *fabrefacta*. Pro *in porticu*, cod. C *in porticum;* et pro *quattuor cubitorum*, codd. R, S, Bibl. Ordin. *cubitorum quattuor*.

20. *mensuram columnae* — Rabanus tacet *columnae*. Pro *contra retiacula*, cod. K *iuxta retiacula;* et pro *ordines*, Bibl. Ord. *ordinis*.

21. *statuit duas columnas* — Cod. K *duas columnas statuit*. Pro *cumque*, Beda et Rabanus *cum*. Ad *Iachin* addunt *firmitas* codd. A, B 1. m., Eucherius, Rabanus, glossa interlinearis; addunt *id est firmitas* codd. E, F 2. m., G, K, U, V, Cas. plures, Bibl. Ven. 1476., Beda, Rupertus, Petrus Com. « Ita legunt intra textum, inquit Martianaeus, manuscripti duo codices, regius et corbeiensis n. 13., quod ob oculos lectoris ponere voluimus, ut exploratum habeat multa huiusmodi scholia marginalia in contextum sacrum fuisse translata librariorum aut emendatorum incogitantia et errore. » Item post *Booz* addunt *in robore* cod. A, Bibl. Ven. 1476., Eucherius, Rabanus, Rupertus, glossa interlinearis; addunt *id est robore* codd. E, F 2. m., K, U, Cas. plures; addunt *id est in robore* codd. G, V, duo mss. Martianaei et Beda; cod. B habet *id est a robore;* Petrus Com. notat: « *Booz* vel *Boz* sonat *robur* vel *in robore*. » Dionysius carthus. « *Booz* vel, ut aliqui dicunt, *Booth* aut *Bez*, quod significat *robur*. » Hanc autem interpretationem duorum nominum יכין et בעז, quam recentiores nonnulli evertere nituntur, praeclare confirmat Ephraemus syrus I, 460. dum animadvertit *Iachin* vocem esse optantis aedificii stabilitatem; *Booz* vero significare *in fortitudine;* adeo ut haec simul adiuncta integram efficiant orationem petentis diuturnam templi stabilitatem.

22. *Et super capita* — Codd. U, Cas. 14. *Et super capitella*.

23. *quoque mare*—Cod. T *quoque et mare*. Pro *resticula*, mendose Bibl. Lugdun. 1522. 1524., Basil. 1530. 1544., Norimb. 1529.,

all. *retiacula;* codd. G, Cas. 1. *reticula;* et pro *cingebat,* codd. S, V, Bibl. Compl., Reg. *cingebant;* quod Lucas Brugensis merito respuit.

24. *Et sculptura subter labium circuibat illud* — Tacent prima manu codd. D, F; item tres codd. holmesiani; pro *sculptura,* sixtini cum optimis codicibus *scalptura;* item in sequentibus locis ubi hoc verbum occurrit; cf. ad VI, 29.; pro *subter,* codd. Cas. 1., veron., Bibl. Ven. 1476. *super;* cod. G, Rupertus *per;* tacent *illud* cod. S et Bibl. Norimb. 1529. Pro *striatarum,* Sixtus, codd. A, B, E, F 2. m., G, N, R, S, T, U, V, mediol., goth. leg., veteres fere omnes editiones, Beda, Rabanus, Rupertus, Angelomus *histriatarum;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus praeiverant Robertus Stephanus (in marg. Bibl. 1540.) et Sirletus; hinc Toletus scribit: « Lege *stria*» *tarum;* sic manuscripti et utraque Congre» gatio. Dicuntur autem *striatae* quae habent » veluti canales quosdam, ut videre licet Ro» mae in multis columnis. » Haec si agnovisset editor Bibl. Paris. 1837. numquam adnotasset vocem *striatarum* corrupte positam fuisse, eo quod ignota esset vis alterius vocis, quam latini codices plerique retinent. Nam etsi huic sententiae ante peractam pontificiam correctionem ferme accesserit Lucas Brugensis, tamen post illam correctionem aperte declaravit romanos patres recte censuisse legendum *striatarum,* quod est striis ornatarum, non *histriatarum* aut *ystriatarum.* Vallarsius dicit codicem veron. legere *histriarum,* idque idem esse vult ac *striarum:* « Sol» lemne est enim, inquit, in antiquis libris » addi *hi* aut *y* verbis quae ab *st* incipiunt: » ac fallitur Lucas Brugensis qui *histriatum* » putat esse *striati* oppositum. » Immo Vallarsius qui doctissimo viro hanc sententiam tribuit, minus scite loquitur. En eius notatio: « *histriatarum* aut *ystriatarum* legunt plerique libri, quam, quia vox est ignota, multi corrupte scripserunt. Quidam autem *striatarum* legendum putant; atque ita habent Biblia Rob. Steph. an. 1557., Colon. 1529., Paris. 1573. (adde Norimb. 1529., Ven. 1533., Heidelb. 1586.) *Striatae* autem *sculpturae* sunt quae striis exornatae sunt. *Histriatas sculpturas* Rupertus exponit sculpturas prostantes sive prominentes, ad spectandum videlicet, inquit, *apo tou historin* (ἱστορεῖν), quod graece *videre* vel *cognoscere* dicitur. Rabanus, Eucherius, Angelomus, Tostatus, Carensis, Magdalius, Richelius et ordinariae glossae auctor *histriatas sculpturas* dicunt eas, quibus aliquae exprimuntur historiae; ita ut sit *histriatum* per syncopen pro *historiatum.* Hinc duo manuscriptorum nostrorum habent *sculptarum historiarum,* Hunnaei unum, Plantini alterum (his duobus consentiunt codd. F 1. m., I et Petrus Com., cf. et auctor Mamotrecti). Verum ex II. Paral. IV, 3. videntur non historiarum, sed boum sculpturae fuisse. » Pergit dein Brugensis contenditque hebraicum textum nil aliud habere nisi *sculpturas fusiles;* ex quo suspicatur vocem qua de agimus ab interprete additam esse; eadem in cod. nostro K desideratur. Richardus a s. Victore CXCVI, 236. *striatas sculpturas* dicit fuisse delectabiles quasdam et iocosas caelaturas. At recentiores plerique cum chaldaeo vocem פקעים non de sculpturis in genere interpretantur, sed de illo ornamento in architectura, quod figuram ovorum (italice *uovoli*) prae se fert.

25. *Et stabat* — Sixtus, codd. B, C, D, E, F, G, I, K, T 2. m., U, V, plures veteres editiones, Rupertus *Et stabant;* emendarunt sixtini et gregoriani, unde Toletus: « Lege *Et* » *stabat,* sic hebraeus, graecus, manuscripti » et utraque Congregatio, quia refertur ad » mare quod stabat super duodecim boves. » Idque confirmatur II Paral. IV, 4. At vero graecus oppositae potius favet lectioni; nam pro eo quod Vulgatus habet mare *stabat super duodecim boves,* legit δώδεκα βόες ὑποκάτω τῆς θαλάσσης. Pro hodierna lectione Lucas Brugensis novem codices, praeter Eucherium, Rabanum et Abulensem, excitat, quibus alios non paucos addere possumus, neque desunt editiones, uti Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. Ienson 1476. 1482., prio-

res editiones Rob. Steph., all. Cod. B pro *super*, legit *desuper*. Mox pro *e quibus*, Eucherius *quorum*, uti habet Vulgatus in Paral. l. c.; alii *ex quibus*. Vallarsius mendose posuit *aspiciebant*, pro *respiciebant*. Tacent *desuper* cod. mediol. et Dionysius carth.; *universa* Rupertus.

26. *Grossitudo*—Magis latine apud Eucherium, Rabanum, Hugonem a s. Victore, aliosque *Crassitudo*. At receptam lectionem, quam optimi codices retinent, improbare non audemus, etsi antiquis librariis unam pro altera voce scribere pronum fuerit (cf. *Spicil. soles. IV, 582.*), atque illam Forcellini inter barbaras voces amandaverit; rursum enim legitur apud Vulgatum ad Ier. LII, 21. et apud Solinum, ex quo adiecta fuit in ed. lipsiensi lexici Forcellini; eademque vox occurrit in novo glossario edito a Maio *(Spicil. rom. IX, 27.)* sub verbo *grossesco*. Pro *luteris*, codd. K, veron., Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., Ven. 1533., Paris. 1534. 1541., all. *lateris;* hebraeus et veteres, excepto arabe, pronomen ponunt, quod ad *mare* seu *luterem* refertur. Interim nota verbum *luter* a Hieronymo, praeeunte veteris italae auctore, ex graecis ad latinos transvectum; conf. Du Cangii *Gloss.* et *Spicil. solesm. III, 398.* Mox Vulgatus habet *trium unciarum*, hebraeus טפח *palmus*, quod Exod. XXV, 25. Vulgatus interpretatur *quattuor digiti;* haec autem omnia unam eamdemque mensuram denotant; cf. Gesenii *Thesaur. p. 553.*

Ibid. *duo millia batos capiebat* — Sixtus, codd. D 2. m., S 2. m., V, Cas. plures, veteres fere omnes editiones, Richardus a s. Victore l. c. addunt *et tria millia metretas;* idem additamentum, sed expuncta particula *et*, habetur in codd. B, C, E, F, G, N, R, S 1. m., T 2. m. aliisque plurimis apud Lucam Brugensem; ex his autem non pauci pro *metretas*, legunt *metretae*. Epanorthotes in cod. N scribit: « Interpres hoc expositorium apposuit, ut credo. Require II Reg. I. (v. 26.) » super illud *Sicut mater* etc. quod totum apponit interpres, et eodem II Reg. require » XIII. (v. 21.) Quanto magis pauciora potuit apponere ad maiorem evidentiam? » Hugo a s. Victore addit *luter, et tria millia metretas;* Petrus Com. *id est tria millia metretas*. At vero huiusmodi additamentum expunxerunt sixtini et gregoriani, quibus favent codices A, D 1. m., H, I, K, L 4., M, O, Q, U, Cas. 5., goth. legion., mediol., veron.; unde Toletus scribit: « Non legunt haec verba » hebraeus, graecus, Compl., Reg. et manu» scripti. Liranus dicit adiecta esse ab ali» quo, qui explicare voluit mensuram bato» rum per metretas. Utraque Congregatio ex» punxit. » Praeter Liranum Toleto consentiunt Sirletus, Dionysius carthus., Magdalius et Abulensis, quorum postremus diserte scribit: « Aliquae Bibliae habent *duo millia ba*» *tos, tria millia metretas;* sed ista littera est » superabundans, quia nec in hebraeo nec in » Bibliis nostris correctis communiter habe» tur, sed erat glossa interlinearis magistra» lis super litteram istam posita, et imperi» tia librariorum textui inserta est. Motivum » autem fuit quia II Paral. IV, 5. ubi ponitur » ista figura maris, dicitur quod capiebat » mare metretas tria millia. » Cf. Bukentopius pag. 177. At plura de hac quaestione profert Lucas Brugensis, ex cuius notationibus ea quae ad rem nostram magis facere videntur delibanda sunt: « Viginti sex nostrorum manuscriptorum cum epanorthote nostro, ait, legunt *tria millia metretas* (vel *metretae*) praetermisso *et*. Cod. K signatum indicat quibusdam non legi *et tria illa metretas;* alter lobiensis ad marginem dumtaxat haec adscripta habet; cod. O notatum ista omnino non legit; sed et regia Biblia tollunt; Hentenii quoque exemplar unum, parisiensium duo confodiunt; nec Eucherius, Rabanus atque Angelomus agnoscunt; nec in graeco, chaldaeo aut hebraeo leguntur. Coniiciunt plures alicuius fuisse commentarium, qui quantum duo millia batorum continerent exponere voluerit. Epanorthotes autem ab ipso nostro interprete, exponendi gratia, adiecta putat. Sed ut epanorthotes procul dubio fallitur, ita il-

lorum coniectura non solide omnino fundata est. Non enim batus metretam sesquialteram continet, ita ut tantum capiant batorum duo, quantum metretarum tria millia; sed metreta eadem est cum bato mensura, id quod Roberti Cenalis, qui libro *de mensuris et pond.* accuratissime scripto id testatum reliquit, auctoritate probare non necesse est. Nam ubi hebraeus legit בתים II Paral. IV, 5. tum graecus posuit *μετρητάς*, tum Vulgatus *metretas*. Non ergo cum vertisset in tertio Regum *duo millia batorum capiebat*, addidit exponendi gratia latinus interpres *tria millia metretas*, neque quisquam alius doctus id fecerit. Porro ex illo loco Paralipomenon haud dubium est desumtum esse, et aut ab arcanarum litterarum studioso, conferendi gratia, in margine adscriptum; aut ab imperito textui additum. Verum enimvero sic unum solvimus nodum, ut fortius nectamus alium. Nam quod in tertio Regum dicitur mare accepisse duo millia batorum, et in posteriori Paralipomenon tria millia metretarum, si batus et metreta eiusdem rationis mensurae sunt, quomodo conciliabis? » Ad hanc difficultatem paucis respondemus: Vel luteris capacitas pro varia illum replendi aut dimetiendi ratione, alia atque alia dici potuit; vel scriba librarius in alterutrius numeri notatione, ut alias saepe, erravit. Cf. Ghiringhello p. 327. et Ugdulena in h. l.

27. *decem bases*—Legunt *bases decem* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Ordin., Paris. 1541., all., Rabanus, Richardus a s. Vict. l. c. Pro *aeneas*, multi codices *aereas*, quod idem est. Cod. veronen. mendose *latitudinis*, pro *altitudinis*.

28. *sculpturae*—Cod. E *sculptura erat*.

29. *plectas*—Nonnulli legebant *plectulas*; auctor Mamotrecti notat: « *plecta* dicitur quilibet nexus ex virgultis et ex papiro vel carecto; et *plectula* diminutivum; hic dicuntur quasi coronulae sive circuli quidam. » Item Hugo; at Abulensis animadvertit: « *Plectae* secundum aliquos vocantur ipsae coronae, et dicuntur *plectae* a plectendo, id est complicando, quia istae coronae complicabant alias sculpturas, scilicet copulando eas inter se. Sed magis videtur dicendum quod plectae sint aliquae sculpturae in modum ramorum vel foliorum extendentes se, et copulantes alias sculpturas, sicut fieri videmus in picturis et in sculpturis. » Neutram vocem habet Forcellini; at *plectas* ex graeco *πλεκτή* derivavit Hieronymus, eademque vox legitur apud Apponium aliosque; conf. Maii *glossar.* in *Spic. rom. IX, 52.* et *Class. Auctt. VIII, 441. 477.*, Cassianus XLIX, 1116., Vitae Patrum LXXIII, 429. 865. et Du Cangii *glossar.* Quoad vocis vim animadverte in hebraico textu legi שלבים (*iuncturae* vel potius *taeniae*), quod alexandrinus interpretatur *ἐξεχομένων*, Iosephus vero *Antiq. VIII, 3.* *κιονίσκους*. Weitenauer in *lex. bibl.* ad h. v. notat: « Interpres noster ipse eodem hoc versu vocabulum hebraicum quod *plectas* verterat, interpretatur *iuncturas*; eodemque modo explicant LXX. » Cf. Sanctius in h. l. et Vespasianus Giordani in *Dizion. della Bibbia Vulg.* His adstipulantur veteres enarratores Beda, Eucherius, Rabanus, Angelomus, aliique; quorum sententiam, quum hebraico textui, graecoque vocis etymo consentanea videatur, amplectimur, respuentes Roberti de Sorbona, Papiae aliorumque figmenta, qui volunt *plectam* esse calicem duplici ansa instructum, seu craterem. Pro *et in iuncturis*, codd. B, C, F, G, I, Q, V, Cas. 2., Hugo a s. Victore *et inter iuncturas;* Beda et Rabanus *et iuncturas*. Pro *et subter leones*, codd. B, G, I, mediol., Cas. 14., goth. leg., Beda, Eucherius, Rabanus, Abulensis *et super leones*.

30. *et per quattuor*—Tacent *et* codd. Cas. 2. et Eucherius. Pro *quasi humeruli*, cod. G, Bibl. Lugd. 1535. *quasi humerali;* item infra v. 34. Forcellini *Lexicon* non habet hoc nomen; Du Cangius illud exponit pro *axe;* Papias et Robertus de Sorbona notant: « *Humeruli* qui in extremitatibus axis fiunt ne de eo rota labatur. » Verum כתפות proprie *humeros* significat, unde et graeci posuerunt

ὠμίαι; translate autem sumitur pro *cardinibus* axis, quos Hieronymus *quasi humerulos* dixit. Pro *fusiles*, Bibl. Lugd. 1522. 1524., all. mendose *fusibiles;* et pro *se invicem respectantes*, codd. B, I, T 1. m., Cas. 3., Abulensis *se invicem respicientes;* cod. G *invicem se respicientes;* codd. K, U tacent *se*.

31. *luteris* — Cod. K, Bibl. Rob. Steph. 1528., Lugd. 1531. *lateris;* cf. v. 26. In hebraico textu habetur pronomen, quod tamen ad bases potius quam ad luteres referendum videtur. Pro *totum rotundum*, sixtini, gregoriani, codd. A, C, Cas. plures, Bibl. Ven. 1476. *et totum rotundum;* florentini quoque correctores notant praemittendum esse nexum; dein subdunt: « Adverte quod locus » iste corruptus esse videtur, cum omnino » aliter se habeat in hebraeo. » Re quidem vera difficile est in hac descriptione Vulgatum cum sacro textu omni ex parte conferre atque componere; sed omnes fatentur heic in hebraeo multa esse, quae vel ob vocum *technicarum* difficultatem, vel ob errores amanuensium nobis maxime implexa involutaque sunt. Bibl. vaticana an. 1592. ex mendo habent *celaturae*, pro *caelaturae*. Pro *intercolumnia*, codd. D, F, G, R, S, Bibl. Ven. 1476., all. *inter columna* vel *intercolumna;* hanc lectionem memorat et Petrus Com.; alii cum cod. V *inter columnas;* cod. M notat: « *intercolumnia* una dictio est, et pluralis numeri. » Item Abulensis. Post verba *non rotunda*, cod. Cas. 1. addit *erant*.

32. *cohaerebant sibi* — Tacent *sibi* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Cas. 15., gothic. leg., mediol., veron., Bibl. Ven. 1476., Richardus a s. Victore l. c., Abulensis; nec obstant hebraeus et veteres. Pro *subter basim*, sixtini, gregoriani, codd. A, T 1. m., mediol. *subter basi;* et pro *altitudinis*, cod. mediol. *altitudinem*. Pro *cubitum et semis*, codd. E, R, S, Cas. 5., Bibl. Ven. 1476., Ord., Lugd. 1522. 1524. 1541., Ven. 1533., Paris. 1541. 1566. 1573., all. *cubitum unum et semis;* cod. I *cubitum unum et semissem;* codd. K, U, Bibl. Rob. Steph. 1528., Lugd. 1531. *cubitum semis;* de qua locutione conf. ad Exod. XXXVII, 1.

33. *in curru* — Cod. veron. *in curribus*.

34. *ex ipsa* — Codd. F, I *et ipsa*.

35. *rotunditas dimidii cubiti* — Sixtus, codd. B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas., goth. legion., veteres editiones, Beda, Eucherius, Rabanus, Angelomus, Hugo a s. Victore *rotunditas unius et dimidii cubiti;* verum tacent *et* cod. D et Bibl. Ven. 1484.; cod. H notat hebraeum non legere *unius et;* idque expunxerunt margo Ordin., Caietanus, Isidorus Clarius, sixtini, gregoriani et Toletus, qui notat: « Hebraeus, graecus, manu» scripti et utraque Congregatio habent *ro» tunditas dimidii cubiti*. » Cf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 177. Pro *posset*, codd. E, F, I, T, V *possit*. Pro *variasque sculpturas*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, O, T, U, V, Bibl. Ordin., Ven. 1476., Abulensis *et sculpturas varias;* cod. G *et sculpturas*. Pro *ex semetipsa*, sixtini, codd. A, C, D, O, R, S, U, V, Cas. plures, veron., Hugo, Abulensis *ex semetipso*.

36. *in tabulatis* — Sixtini cum cod. A *et in tabulatis*. Pro *hominis stantis*, sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, I, K, T, Abulensis *stantis hominis;* cod. U *stantes homines*. Verba sacri textus כמער איש, pro quibus Vulgatus habet *quasi in similitudinem hominis stantis*, reddi possunt *pro spatio vacuo singularum taeniarum*.

37. *fusura* — Codd. F 2. m., U *et fusura*.

38. *decem luteres* — Codd. F, G, V, Bibl. Ven. 1476. *luteres decem*. Rursum pro *aeneos*, multi legunt *aereos*. Cod. veron. mendose *cubitos*, pro *batos*. Pro *singulos quoque*, sixtini, codd. C, D, E, F, G, I, K, R, T, U, mediol., antiquiores editiones *singulosque*. Mox cod. B 1. m. tacet *posuit*. *Et constituit decem bases;* pro quibus hebraeus legit tantum ויתן.

39. *et quinque* — Tacent nexum cod. K, Beda et Rabanus. Cod. H notat hebraeum pro *templi*, legere *domus;* item vers. sequenti.

40. *Fecit ergo* — Codd. L 2. (seu Q), R, Cas. 1., Bibl. Ven. 1495., priores editt. Rob.

Steph., Paris. 1566. 1573., all., Abulensis, Dionysius carth. *Fecit quoque*. Cod. H notat hebraeum hoc loco legere *Hirom*, pro *Hiram;* at cf. De-Rossi. Pro *lebetes*, sixtini et codices complures *lebetas*, de quo cf. ad Exod. XXVII, 3. XXXVIII, 3.; cod. O notat: « Se» cundum graecum nominativus pluralis in » *es* facit accusativum in *as*. » Pro *hamulas*, Sixtus, codd. et editt. plures *amulas;* emendarunt gregoriani et Toletus; cod. M notat: « *hamulas*, id est vasa ad offerenda vina; vel » *hamulas*, id est fuscinulas ad extrahendas » carnes de lebete. » Item Glossa, Hugo et Dionysius carthus.; plura de hac quaestione habet Tostatus, qui vult *hamulas* ab *hamus* dictas esse, atque significare *forcipes* vel *fuscinulas;* at Robertus de Sorbona, Ugutio, aliique plures apud Du Cangium (ad v. *Ama*) demonstrant *hamulam* esse *phialam* vel *urceolum*, quod sane latinis optimis scriptoribus probatur.

41. *capitellorum* — Sixtini, gregoriani, codd. A, K, U, mediol., veron. *capitulorum;* Varro negat vocem *capitellum* in latina consuetudine esse; apud Plinium alii legunt *capitella*, alii *capitula;* priorem autem vocem a Hieronymo usurpatam fuisse v. 16-20. dubitare non possumus. In Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. desiderantur verba *super capitella columnarum duos: et retiacula duo, ut operirent duos funiculos, qui erant;* pro *super capitella*, sixtini, cod. A *subter capitella;* codd. R, S, Cas. 2. *super capita illa;* Bibl. Ven. 1495. *super capitella illa;* cod. Cas. 1., Bibl. Ven. 1533., Paris. 1534. 1541. 1566., Lugdun. 1542., all., Richardus a s. Victore *super capita;* cod. H notat hebraeum post *duos funiculos* addere *capitellorum;* pro *qui erant*, Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., all. *quae erant*.

42. *Et malogranata* — Alii non pauci codices manuscripti et editi *Et malagranata;* cf. supra ad v. 18. Pro *quadringenta*, codd. C 1. m., S, V, Cas. 12., veronen., Bibl. Ven. 1476. 1495., Lugd. 1513. 1526. 1533., all. *quadraginta;* at margo codicis V notat alias legi *CCCC*. Richardus a s. Vict. CXCVI, 239. pro recepta lectione scribit: « Sciendum pro » certo, quod hoc loco legendum sit *quadrin*» *genta*, non *quadraginta* secundum quod ha» bent codices multi vitio scriptorum depra» vati. Quod facile convincitur ex eo quod » superius legitur, ubi dicitur *malogranato*» *rum autem ducenti ordines erant in circuitu* » *capitelli secundi* (v. 20.). Cui ista attesta» tio non sufficit, per hebraeos hebraicam » veritatem consulat, et quod dicimus verum » esse inveniet. » Conf. II Paral. IV, 13. Mox codd. E, F tacent *duos versus malogranatorum in retiaculis;* alii rursum habent *malorum granatorum;* et pro *qui erant*, legunt *quae erant* Bibl. Ven. 1476., Hugo, all. In fine huius versiculi codex Cas. 1. iterum legit *Mare autem posuit ad dexteram partem templi contra orientem ad meridiem*, quae ad vers. 39. pertinent.

44. *subter mare* — Codd. D, F, I *super mare;* Bibl. Ven. 1476. *sub mare*, ut II Paral. IV, 15.

45. *lebetes* — Sixtini *lebetas;* conf. dicta ad vers. 40., ubi et de voce *hamulas* disseruimus. Cod. H notat hebraeum pro *omnia vasa*, legere *omnia haec vasa*. Pro *in domo*, priores editt. Rob. Steph., all. *in domum*. Pro *aurichalco*, codd. C, D, F, O *orichalco;* quod idem est; Hieronymus significare voluisse videtur metallum quod auri splendorem, et aeris duritiem possidet; hebraeus legit נחשת ממרט, quod syrus et arabs interpretantur de *aere corinthio* vel *graeco*, sed II Paral. IV, 16. legitur נחשת מרוק, *ex aere mundissimo*.

46. *In campestri regione* — Codd. N*, P, R, S, V, Cas. 2., Dionysius carth. praemittunt *Et;* at cod. N notat: « Hebraeus et antiqui » non praeponunt *et*. » Cod. H notat hebraeum non legere *regione;* at vero Eucherius, Rabanus, Angelomus tacent *campestri;* hebraeus habet בככר *in tractu* vel *regione*. Pro *in argillosa terra*, in veteri opusculo Maius (*Spic. rom. IX, 73. glossar.*) adnotatum legit: « Alia editio *in vastitia terra*. » Sed quid sit *vastitia terra*, aut undenam haec interpretatio mana-

verit, incompertum nobis est. Suspicamur tamen argillam significari qua ad vasa conficienda utuntur figuli, quae olim *vasaria terra* dicta fuit. Vulgati lectio egregie reddit sensum sacri textus במעבה האדמה; nam intelligendae sunt formae ex humo densa scilicet argilla factae, quibus metallum infunderetur. Graecus ἐν τῷ πάχει τῆς γῆς. Pro *Sochoth et Sarthan*, in II Paral. IV, 17. *Sochot, et Saredatha;* de priori nomine cf. ad Gen. XXXIII, 17.; de altero monemus quaedam exemplaria habere *Zarthan*, alia mendose *Sartham*.

47. *omnia vasa*—Codd. L, V, Cas. plures, antiquiores editiones addunt *in domo Domini;* cod. M notat: «*posuit*, id est disposuit in lo» cis suis; unde quidam addunt *in domo Do*» *mini.*» At vero alium esse huius loci sensum ex contextu colligitur; nam sermo est de immensa aeris quantitate in vasis conflandis insumpta, quo factum est ut Salomon summam neglexerit, seu a recensendo numero et pondere abstinuerit.

48. *altare aureum* — Codd. C, D, F, I, R, S, T, Cas. 4. *altare autem aureum;* accedunt slav. ostrog. et quinque codices Kennicotti; cf. II Paral. IV, 19. Quae hoc loco in syriaca versione exciderunt, ex Ephraemo I, 461. restitui possunt.

49. *et candelabra aurea* — Tacent *aurea* (nam infra legitur) cod. L (seu Q), priores editiones Rob. Steph., all.; Martianaeus notat ab emendatore in canone hebraicae veritatis erasum fuisse *aurea;* nec legitur in hebraeo (excepto unico codice derossiano) antiquisque interpretibus; fallitur enim De-Rossi, qui syrum et arabem Vulgato consentire dicit. Pro *ex auro puro*, sixtini, codd. A, C, D, F, Q, T, mediolan., veron., cod. Martianaei 2. m., posteriores editt. Rob. Steph., all., Rabanus, Abulensis *ex auro primo;* Toletus notat: «Aliqui manuscripti et prior Congrega» tio habent *primo;* sed codices fere omnes » *puro.*» Codd. I, U, V, Cas. 1., Eucherius *ex auro purissimo*. Pro *forcipes aureos*, cod. G *forcipes duas aureas;* nam מֶלְקָחַיִם dualis numeri est; cod. E *forcipes aureas;* utriusque enim est generis *forceps;* cod. H notat hebraeum non legere *aureos*, idque verum est si referatur ad nomen *aureas* quod praecedit.

50. *domus templi* — Cod. Cas. 1. tacet *domus;* item graecus et arabs, sed conf. Holmesius.

51. *Salomon* — Codd. H, L (seu Q), priores editiones Rob. Steph., all., Angelomus *rex Salomon;* item hebraeus et veteres, excepto graeco, de quo cf. Holmesius. Pro *David pater suus*, Beda et Eucherius *David pater eius;* tacent *David* Bibl. Lugdun. 1522. 1524., Basil. 1530., all.; nec legit Ephraemus I, 461. etsi in eius latina versione exprimatur. Pro *reposuitque*, Bibl. Lugd. 1522. 1524. 1541., Basil. 1530., all., Eucherius *reposuit;* consentiunt hebraeus et veteres; hanc si admittas lectionem, expuncto commate, scribendum erit *et vasa reposuit;* cf. II Paral. V, 1. Cod. Cas. 1. addit *congregavit quae aurea aurea, et quae argentea argentea;* conf. IV Reg. XXV, 15. Ier. LII, 19. Pro *in thesauris*, cod. B *thesauris*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. VII, 2. *Et aedificavit domum ex materia saltus Libani . . . et umbones* (graec. ὠμίαι) *cedrini in columnis. . . .* 6. *Et aelam* (graecus αἰλάμ, quod est hebraicum nomem אולם, pro quo Aquila πρόδομον vel προστάς, Symmachus προπύλαιον vel πρόπυλον; cf. Hieronym. V, 89. 470. et Theodoretus in h. l.) *columnarum quinquaginta cubitorum longitudo. . .* 9. *a fundamentis usque ad arcaturam* (nota verbum; graecus τῶν γεισῶν). . . 15. *et grossamen* (nota verbum; pro *crassamen;* vide adnotata ad v. 26. Quae de spissitate columnarum heic habet alexandrinus interpres derivata sunt ex Ierem. LII, 21.) *instructurae columnae IIII. digitorum cavationes; et similiter columna secunda.* 16. *Duas impositiones sphaericas fecit super duo capita columnarum. . .* 21. *Et erexit columnam dexteriorem* (τὸν δεξιόν quatuor codices cum edit. Complut.). . . 27. *Et fecit decem Mechonoth aenea* (Μεχωνώθ est vox

hebraica מכנות quam servavit alexandrinus; Aquila posuit ὑποθέματα; Symmachus; quem sequitur Hieronymus, βάσεις; conf. Theodoretus et Append. Holmesii) . . . 35. *et manus eius* (quatuor graeci codd. cum edit. Complut.) *et conclusiones eius;* 36. *et aperiebatur super cymatia* (? graecus τὰς ἀρχάς) *manuum eius.* . . 38. *et mensuravit unum cantharum* (graecus χυτρόκαυλον, Symmachus λουτῆρας) *in unum Mechonoth. in totas X. Mechonoth.* . . . 40. *Et fecit Hiram ollas tres* (cf. Holmes.) *et caldarias et phialas; et consummavit.* . . 46. *inter Sochoth et inter Seira.* . . . 49. *et lampadia* (graec. λαμπάδια) *et lucernas et eparystridas tres* (conf. Holmes.) *aureas.*

Cap. VIII, 1. *Tunc congregati sunt* — Sixtini; codd. A, B, E, K, T 1. m., veron. *Tunc congregavit;* cf. II Paral. V, 2.; Toletus notat: « Hebraeus et graecus habent *Tunc congregavit rex Salomon;* in quodam manuscripto » *Tunc congregavit.* » Pro *natu Israel,* cod. U *natu de Israel* (cf. infra v. 3.); et pro *deferrent,* codd. D, F, goth. leg. *adferrent.* Cod. H notat hebraeum legere *Tunc congregavit Salomon maiores natu Israel, omnes principes tribuum, duces familiarum filiorum Israel in Ierusalem ut deferrent.*

2. *Ethanim* — Sixtus, codd. D, F, G, N*, R, S, V, Cas. plures, veteres complures editiones *Bethanim;* pauci scribunt *Hethanim;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus optimi codices et correctoria consentiunt, unde Toletus: « Lege *Ethanim;* sic hebraeus, graecus, manuscripti, Ord. et utraque Congregatio. Est mensis septimus. » Pro *in sollemni,* cod. K *in ipso sollemni.*

3. *cuncti senes* — Tacent *cuncti* Bibl. Complut., Reg., Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., all. Pro *de Israel,* codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, mediolan., Bibl. Ven. 1476., Claudius taurin. CIV, 733., Abulensis *ex Israel.* Pro *arcam sacerdotes,* sixtini, codd. A, C, D, F, H, K, R, S, T, U, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Claudius taurin. l. c., Hugo *sacerdotes arcam.*

4. *et portaverunt arcam* — Cod. Cas. 1. tacet; accedit graecus. Mox cum eodem graeco omittunt *Domini* Bibl. Ven. 1479. Pro *et tabernaculum,* codd. F, Cas. 3. *in tabernaculum;* huc faciunt quae leguntur in Miss. Mozar. pag. 280. *Venerunt omnes seniores ex Israel, et tulerunt arcam Domini, et portaverunt in tabernaculum testimonii; et omnia vasa sanctuarii, quae erant in tabernaculum. Sacerdotes Domini et Levitae et omnis Israel, qui convenerant ad Dominum, ambulabant ante arcam, et immolabant victimas Domino.* Nicolaus de Lira notat: « Aliqui libri habent *ad* » *tabernaculum,* quia per imperitiam aliquo» rum correctorum positum est *ad* pro *et.* » Non enim arca tunc fuit portata ad taber» naculum, sed intra templum quod fecerat » Salomon. » Item Magdalius. Post verba *erant in tabernaculo* addunt *Domini* codd. G, V, Cas. 1. Pro *sacerdotes,* cod. F *sacerdos.*

5. *multitudo Israel* — Cod. V *multitudo filiorum Israel;* item cod. 614. Kennicotti. Pro *convenerat,* cod. V, Bibl. Ven. 1476. *convenerant;* favent hebraeus et veteres; cf. II Paral. V, 6.; et mox pro *gradiebatur,* cod. G, Petrus Com., Dionysius carthus., Abulensis, Sirletus *gradiebantur;* cod. A *egrediebatur;* Petrus Com. dicit alios legisse *gratulabantur;* in hebraico textu verbum reticetur; chaldaeus, syrus et arabs supplent *stabant.*

6. *templi* — Cod. H notat hebraeum legere *domus;* item infra ad vers. 48. et 63.

7. *Siquidem* — Cod. F *Et quidem.* Post *expandebant alas* addunt *suas* Bibl. Ven. 1476. Ienson, et 1479., Claudius taur. l. c., Hugo a s. Victore, Dionysius carth., quibus suffragantur chaldaeus, syrus, arabs et Vulgatus in loco parallelo II Paral. V, 8. Pro *super locum,* hebraeus אל-מקום, Bibl. Arg. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511., Lugdun. 1513. *subter locum.*

8. *eminerent* — Codd. C, D, V, Theutmirus CIV, 626. *imminerent;* cod. F *imponerent.* Ad verba *foris Sanctuarium,* cod. E addit *foederis.*

9. *non erat aliud* — Legunt *non est aliud*

sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T 2. m., U, V, Cas. omnes, goth. legion., mediol., apud Martianaeum praeter canonem hebraicae veritatis codex colbertinus aniciensis et corbeiensis num. 13., Bibl. Ven. 1476., Claudius taurin. CIV, 822., Abulensis, Sirletus. Petrus Com. post *tabulae* addit *testamenti*, cui favet graecus. Ad verbum *posuerat*, pro quo nonnulli legebant *posuit*, Sirletus notat: « In graeco » ἔθηκε indefinitum tempus est, quod significat *olim posuit*, cui cum latinum verbum » unum praeteritum perfectum respondere » non posset, posuit interpres plusquam per» fectum; legendum ergo *posuerat*. » Pro *Horeb*, codd. A, C, D, veronen., all., Bibl. Ven. 1476. *Choreb*; conf. ad Exod. XXXIII, 6. Pro *Dominus foedus*, sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, R, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Claudius taurin. l. c., Rabanus, all. *foedus Dominus*; cod. F mendose tacet *Dominus*. Pauli testimonium Hebr. IX, 4. non repugnat iis quae ab historico scriptore hoc loco narrantur; nam ille de tabernaculo, non autem de templo verba facit; hic autem, hoc ipso quod nil praeter tabulas lapideas in arca repositum memorat, notat oblique alia olim inibi fuisse, quae cur eius aetate desiderarentur, cum multae rationes esse potuerunt, post tot tantasque arcae et tabernaculi vices, nullae a nobis reddendae sunt. Conf. Ghiringhello *op. cit. pag.* 327.

10. *nebula* — Cod. H notat hebraeum legere *nubes*, prout habet Vulgatus II Paral. V, 13.; at vero apud latinos horum nominum distinctio non ita perpetuo servatur, ut unum pro altero apud optimos auctores numquam occurrat.

11. *et ministrare* — Tacet Eucherius et cod. 181. Kennicotti. Pro *impleverat enim*, cod. B *impleverat ergo*; et pro *gloria Domini domum Domini*, cod. V et Bibl. Ven. 1476. *domum Domini gloria Domini*; cod. gothic. leg. *Domini gloria domum Domini*; Bibl. Ven. 1482. tacent *domum Domini*.

12. *ut habitaret* — Bibl. Ven. 1495. *ut inhabitaret*; Bibl. Ven. 1480. Scoti, 1494. 1498. *ut non habitaret*.

13. *aedificavi* — Bibl. Rom. 1471. *aedificavit*. Pro *domum in habitaculum*, plures ex antiquioribus editionibus *domum et habitaculum*; codd. R, S *domum in tabernaculum*; codd. Cas. 2. *tibi domum, o Domine, in tabernaculum*; cod. E tacet *in*. Pro *firmissimum solium*, cod. S et Felix IV. P. M. in epist. ap. Hard. II, 1091. *fortissimum solium*; cod. B *firmissimum thronum*; Abulensis *firmissimum, et solium*; plures enim veteres editiones interpunctionis notam non ante sed post *firmissimum* collocant; graecus Complut. καὶ ἕτοιμον, καὶ τῇ καθέδρᾳ σου.

14. *Convertitque rex* — Codd. Cas. 3. et duo Kennicotti *Convertitque Salomon rex*; Bibl. Ven. 1495. tacent *rex*. Pro *ecclesiae Israel*, codd. S, Cas. 2. *ecclesiae in Israel*. Cf. ad II Reg. VI, 18.

15. *Et ait Salomon* — Non legunt *Salomon* sixtini, codd. A, B, C, D 1. m., E, F, K, L 6., Q, T, U, Cas. plures, gothic. legion., veron., priores editiones Rob. Steph., all., Felix IV. l. c.; Toletus autem notat: « Non habent *Sa*» *lomon* hebraeus, graecus, manuscripti qui» dam et prior Congregatio; tamen est in im» pressis, et subintelligi debet, nisi exprima» tur. » Conf. II Paral. VI, 3. Mox post verba *locutus est* addunt *in* cod. S, Bibl. Norimb. 1501., Ven. 1511., Lugd. 1513., all., quibus favent hebraeus et graecus. Pro *in manibus eius*, cod. L (seu Q) et margo Bibl. Lugd. 1550. *in manu sua*; ita habet, inquit Martianaeus, canon emendatus; hebr. ובידו; margo Ordin. *in manibus suis*; Lucas Brugensis in libello, quo profert optimas lectionum varietates, animadvertit: « Quidam libri habent *in* » *manu sua* vel *manibus suis*, quod videtur » esse congruentius, quia de manibus Dei » sermo est, ut constat infra vers. 24. »

16. *qua eduxi* — Cod. C *qua duxi*. Cod. B tacet *meum Israel*; conf. II Paral. VI, 5. Post *aedificaretur* codd. Cas. 3. addunt *mihi*; accedit arabs; cod. V addit *mihi in ea*.

17. *David pater meus* — Tacent *David*

cod. F, graecus et cod. 680. Kennicotti; sed conf. Holmesius.

18. *ait Dominus* — Cassianus XLIX, 927. addit *Deus*. Mox Bibl. Paris. 1566. 1573. tacent *David;* et pro *mente tractans*, codd. K, U, V, Abulensis *mente pertractans*.

19. *Verumtamen tu non* — Cod. V et Cassianus l. c. *Verumtamen non tu;* Bibl. Ven. 1479. 1495. tacent *tu;* conf. Holmesius. Pro *aedificabis mihi domum*, sixtini, codd. A, B, L (seu Q), T, U, mediol., veron., priores editt. Rob. Steph., all., Felix IV. l. c., Isidorus Clarius *aedificabis domum;* item hebraeus et graecus; conf. II Paral. VI, 9.; codd. E, I, K *aedificabis domum mihi;* Cassianus l. c. *aedificabis domum nomini meo*, item syrus et nonnulli graeci codices. Pro *egredietur*, cod. C, et alius cod. apud Sirletum *egreditur;* hebraeus היצא, graecus ὁ ἐξελθών; alius apud Sirletum *egressus est*.

20. *Confirmavit* — Cod. Cas. 1. addit *autem;* nexum habent hebraeus et veteres. Pro *stetique*, codd. F, G 1. m., I, U, Bibl. Ven. 1476. 1482. 1483., Ant. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569. *stetitque*. Pro *thronum Israel*, codd. E, I *thronum eius;* accedit cod. 181. Kennicotti. Mox tacent *nomini* cod. K, Bibl. Paris. 1566. 1573., et cod. 52. Holmesii; cod. Cas. 1. tacet *Domini*.

21. *Domini est* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Abulensis *est Domini*. Cod. H notat hebraeum pro *egressi sunt*, legere *eduxit eos*.

22. *in conspectu ecclesiae* — Cod. H notat hebraeum legere *coram omni ecclesia*. Pro *manus suas*, cod. G *manum suam;* Rupertus tacet pronomen, quod perperam omittitur in latina versione syri et arabis.

23. *et super terram* — Codd. U, Cas. 13. *neque in terra;* item Fulgentius apud Sabatierium; cod. B *et sub terra;* Abulensis *nec in terra*. Pro *servis tuis*, cod. K *cum servis tuis*, uti II Paral. VI, 14. Biblia vaticana anni 1593. ex mendo typographico habent *ambulabant*, pro *ambulant;* illud porro mendum a Luca Brugensi (cui reliquae editiones vaticanae ignotae fuerunt) inter romanas correctiones relatum, ab editoribus Bibliorum dein propagatum fuit; hinc Vallarsius illud pro legitima Vulgati lectione habuit; at vero conf. Bukentopius pag. 177. Pro *coram te*, codd. K, T *in viis tuis;* et pro *corde suo*, Bibl. Ord. *corde tuo*.

24. *Qui custodisti* — Cod. T praemittit *Et;* accedit slavon. ostrog.; cod. B *Qui custodis;* cod. V et Bibl. Ven. 1476. *Qui dedisti*. Pro *quae locutus*, cod. B *quaecumque locutus;* cf. Holmesius et II Paral. VI, 15. Ante *manibus* tacent *et* codd. A 1. m., I; et pro *ut haec dies*, codd. A, K, U, Cas. 13., Abulensis *ut et haec dies;* cf. Paral. l. c. Cod. H notat hebraeum legere *Ore tuo locutus es, et manu fecisti; sicut dies haec*. Theodoretus in h. l. apte animadvertit Salomonem de Deo more humano loquutum fuisse, quum ceteroquin ipse incomprehensibilem eiusdem naturam praedicaverit.

25. *famulo tuo David* — Cod. I tacet *David;* item cod. 247. Holmesii; Felix IV. l. c. legit *David famulo tuo;* eadem exstat varietas apud graecos. Pro *de te vir*, codd. G, R, S, U, Bibl. Ven. 1476., Abulensis *vir de te;* et pro *viam suam*, codd. R, S, Cas. 3., margo V *viam tuam;* at obstant correctoria M, N, O; vide supra ad II, 4. Mox cod. H tacet pronomen *tu*, cui hebraeus et veteres consentiunt.

26. *Domine Deus Israel* — Tacent *Domine* sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, B, D, F, L 3. (seu Q), T, U, goth. legion., Cas. 15., mediol., veron., Felix IV. l. c.; quibus favent hebraeus et chaldaeus; verum multi hebraici codices cum graeco, syro et arabe pro communi lectione faciunt; unde Toletus: « Non » legunt *Domine* hebraeus, manuscripti ali» quot et prior Congregatio; tamen est apud » LXX. et in impressis omnibus. » Cod. F et Abulensis omittunt *Israel*. Pro *verba tua*, cod. Cas. 1. *verba haec tua;* cod. S cum chaldaeo omittit pronomen. Pro *servo tuo David*, Felix IV. l. c. *David servo tuo*.

27. *habitet* — Codd. Cas. 13. *habitat*. Cod. H

notat hebraeum pro *si enim caelum*, legere *ecce caelum*. Post verbum *aedificavi* addunt *tibi* codd. G, O, R, S, V, Cas. 8., Bibl. Ord., Ven. 1476. 1480. 1482. 1483. 1484., Lugd. 1522. 1524. 1535., Paris. 1541. 1566., all.; graecus addit τῷ ὀνόματί σου.

28. *audi* — Felix IV. l. c. addit *Domine*.

29. *nocte ac die* — Sixtini, codd. D, F, G, H, U, V, gothic. legion., Bibl. Ven. 1476., Felix IV. l. c. *nocte et die*; cod. B addit *et*. Cod. H notat pro *super domum, de qua dixisti: Erit nomen meum ibi. ut exaudias orationem*, hebraeum legere *super locum de quo dixisti: Erit nomen meum ibi ad audiendam orationem;* Bibl. Ven. 1476. post *domum* rursum legunt *hanc;* post *orationem* Bibl. Arg. 1497. addunt *meam;* codd. F, S omittunt *ut exaudias* etc. usque ad finem versus. Dein varius est in antiquis exemplaribus verborum ordo; nam pro eo quod legimus *quam orat in loco isto ad te servus tuus*, cod. R, Bibl. Ord., Abulensis *quam servus tuus orat ad te in loco isto;* codd. C, D, E, G, H, I, V, Bibl. Ven. 1476., Alcuinus I, 721. *quam orat ad te servus tuus in loco isto;* item codd. B, K, U, goth. legion. excepto *te*, pro *ad te;* item cod. veron. excepto quod tacet *ad te* ut hebraeus et veteres; sixtini, codd. A, T, mediolan. *qua orat te servus tuus in loco isto*. Nullus igitur ex nostris codicibus exhibet lectionem quae in Vulgati editionibus recepta est. II Paral. VI, 21. legitur *quam servus tuus orat in eo*.

30. *oraverint* — Codd. R, S, T, V, antiquiores editiones, et Paral. l. c. *oraverit*. Pro *et exaudies*, codd. O, R, S, T, U *et exaudias;* codd. E, I, N tacent nexum. Pro *in loco habitaculi;* cod. P *in loco tabernaculi;* cod. N *in locum tabernaculi;* « variat, inquit epanorthotes, constructio casualium; require Exod. IV. (v. 27.) » codd. C, E, G, al. P *in locum habitaculi;* hanc lectionem ex hebraeo אל־מקום infert Winerus, adstipulante Maurero. Sixtini dein scribunt *Caelo* cum priori littera maiuscula; item v. 39. et 42. et alibi. Pro *exaudieris*, Alcuinus l. c. *audieris*.

31. *propter iuramentum* — Cod. S addit *suum*, quod in cod. O expungi iubetur; Bibl. Ven. 1495. addunt *tuum*. Cod. H notat hebraeum pro *domum tuam*, legere *domum hanc;* cf. II Paral. VI, 22.

32. *iustum* — Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498. *iusto*.

33. *inimicos suos* — Cod. H notat hebraeum legere *inimicum suum;* at habet אויב. Pro *peccaturus est*, cod. veronen. *peccaturi sunt;* cf. II Paral. VI, 24. Pro *agentes poenitentiam, et confitentes*, codd. E, I, Cas. 4., goth. leg. *agens poenitentiam, et confitens*. Cod. H notat in hebraeo non legi *venerint*. Pro *oraverint*, codd. F, G, R, S, T, V, antiquiores editiones, Alcuinus l. c., Hugo *adoraverint;* et pro *deprecati te fuerint*, cod. G et Bibl. Ven. 1476. *deprecati fuerint te;* omittunt pronomen codd. C 1. m., F, Abulensis et graecus; cf. Paral. l. c. Pro *in domo hac*, codd. Cas. 2. *in domo tua hac*.

Augustini *Spec.* ed. Maii c. XXIII. singulare fragmentum veteris italae nobis servavit, quod heic interponere placet: 33. *Tu enim solus, Domine, qui cadentem populum tuum Israhel in conspectu inimicorum suorum erigas dextera tua. Quoniam si peccaverint tibi, revertentur iterum et confitebuntur nomini tuo, et orabunt, deprecabunt in hac domo.* 34. *Et tu exaudies de caelo, et propitiaberis peccatis populi tui Israhel.* ... 37. *Et si humiliaverit inimicus quamlibet unam civitatem eorum, tu aderis tuis in omnem occursum, et mitigabis omnem dolorem:* 38. *quoniam in omnem orationem et deprecationem paratus es Dominus: ut si conversus fuerit homo, et cognoverit unusquisque admissa cordis sui, statim ut expanderit manus suas in domum hanc,* 39. *tu exaudies ex praeparata habitatione, et propitiaberis et facies iustificationem secundum omnes vias rogantium te, et secundum quod cognoveris cor hominis: quoniam tu solus scis corda filiorum hominum.* 40. *Ut timeant te omnibus diebus quibus vixerint super terram.*

34. *peccatum* — Codd. D, F, I, V, Cas. 3. *peccata;* item veteres interpretes. Pro *reduces*, codd. B, G, V *reduc;* item II Paral. VI, 25.

35. *propter peccata*—Felix IV. l. c. *propter peccatum*. Cod. H notat hebraeum pro *poenitentiam egerint nomini tuo*, legere *confitentes nomini tuo*.

36. *exaudi eos*—Codd. B, D, E, F, K *exaudies;* item hebraeus et graecus; cf. II Paral. VI, 27. Post *dimitte* cod. F addit *Domine*. Cod. veron. pro *ostende*, legit *ostendes*. Tacent *tuam* post *terram* codd. B, R, S, Cas. 9., antiquiores editiones, Alcuinus l. c., Felix IV. l. c., Hugo et Paral. l. c.; item graecus, syrus et arabs; sed cf. Holmesius.

37. *oborta*—Cod. V et Paral. l. c. *orta;* codd. E 1. m., F, G, alii apud O, Bibl. Arg. 1497., Norimb. 1501., Paris. 1566., all. *aborta*. Pro *aut aerugo, aut locusta, vel rubigo*, sixtini, codd. B, C, D, E, F, G, H, I, K, U, V, Cas. plures, goth. legion., Abulensis *aut aerugo, locusta, rubigo;* codd. A, mediol. *aurugo, locusta, robigo;* cod. T *aut aerugo, locusta, vel rubigo;* hebraeus ירקון ארבה חסיל, quae verba egregie Vulgatus II Paral. VI, 28. interpretatur *aurugo, locusta* et *bruchus;* alias quoque pro ירקון Vulgatus habet *aurugo*, uti Ier. XXX, 6. Am. IV, 9. Agg. II, 18. numquam vero *aerugo*. Alexandrinus quoque in Paral. l. c. pro חסיל ponit βροῦχος; at alibi ἐρυσίβη, quod minus ad rem facere videtur. Mox pro *afflixerit*, codd. G, S, U, V, Bibl. Ven. 1476. *afflixerint;* concinunt chaldaeus, syrus et arabs. Ante *inimicus* addunt *et* codd. A, B, C, D, E, F, G, K, O, R, S, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., Bibl. Ordin., Ven. 1476., Lugdun. 1522. 1524., Hugo. Dein Vallarsius perperam tribuit Vulgato *omnia*, pro *omnis*. Ante *universa* praemittunt *et* Bibl. Basil. 1530., Lugd. 1541., syrus, arabs, armenus multique codices hebraici apud De-Rossi; conf. Paral. l. c.

38. *cuncta devotatio, et imprecatio, quae acciderit omni homini de populo tuo Israel: si quis cognoverit plagam*—Cod. H notat hebraeum legere *cunctam orationem et deprecationem, quae fuerit omni homini de populo tuo Israel, quum cognoverint plagam;* codd. N, P notant quoque hebraeum legere *oratio et deprecatio;* at pro *devotatio*, codd. H, I, R, S, Bibl. Ven. Ienson 1476. 1479. 1492. 1494. 1497. 1498. 1501., Brix. 1496., Lugd. 1513. 1522. 1524., Paris. 1566., Abulensis *devoratio;* cod. G *devastatio;* cod. F, Bibl. Ven. 1476., Basil. 1530. 1544. 1557., Lugdun. 1531. 1533. 1535., Ord., Alcuinus l. c. *devotio*. Verbum *devoto* apud Ciceronem occurrit, *devotamentum* apud Tertullianum; at *devotatio* nonnisi hoc loco legitur; sumitur autem, perinde ac *imprecatio*, in utramque partem. In glossario Maii, *Spicil. rom. IX.*, exponitur: « maledictio, cum aliquis mala alicui imprecatur. » Verum hebraeus et graecus duo hic habent precationis synonyma, quae optime graecus accusandi casu extulit πᾶσαν προσευχὴν, πᾶσαν δέησιν, ut referantur ad εἰσακούσῃ commatis sequentis, ut sensus sit: omnem precationem obsecrationemque tu exaudies; cf. Mazochius *Spicil. bibl. II, 160*. Pro *imprecatio*, alii apud Abulensem *increpatio*. Cod. E post *de populo* tacet *tuo;* et pro *cognoverit*, Felix IV. l. c. *agnoverit;* et pro *expanderit*, cod. R *extenderit;* Miss. Moz. p. 991. *expanserit*.

39. *tu exaudies*—Cod. A *tu audies;* cod. B *tu audias*. Miss. Moz. l. c. tacet *in* ante *loco*. Pro *videris*, cod. veronen. *videns*. Ante *nosti* tacent *tu* Bibl. Norimb. 1501., Ven. 1511., Lugdun. 1513., all. Mox tacent *filiorum* Bibl. Ordin., syrus et arabs; cf. Holmesius.

40. *timeant te*—Cod. D tacet pronomen.

41. *audietur enim*—Tacent *enim* cod. V et Bibl. Ven. 1476.

42. *extentum ubique*—Bibl. Compl., Reg., Argent. 1497., Ven. 1511., all. *extentum ubicumque;* cod. H notat hebraeum non legere *ubique*. Pro *et oraverit*, cod. F, Bibl. Ven. 1476. et II Paral. VI, 32. *et adoraverit*. Pro *in hoc loco*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Hugo, Rupertus, Felix IV. l. c., Abulensis *in loco hoc;* cod. H notat hebraeum legere *in domo hac;* sed graecus εἰς τὸν τόπον τοῦτον. Animadvertit Ephraemus I, 463. Salomonem non modo pro populo suo orasse,

sed etiam pro extraneis atque alienigenis, ab israelitarum gente dissidentibus, eidemque frequenter infestis.

43. *tu exaudies* — Cod. B *tu exaudias;* et pro *invocaverit te alienigena*, idem codex B *invocaverint te alienigenae.*

44. *inimicos suos*—Cod. H notat hebraeum legere *inimicum suum;* sed pluralem numerum exprimunt graecus, syrus, chaldaeus et duo codd. Kennicotti. Pro *quocumque*, codd. I, veron., Concil. Paris. VI. edit. Harduini IV, 1349. *quamcumque.*

45. *et exaudies*—Cod. K et Alcuinus l. c. *tu exaudies;* item II Paral. VI, 35.; graecus quoque praemittit pronomen, sed cf. Holmesius; codd. C, G, Cas. 1. tacent *et;* item arabs. Pro *orationes*, sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, K, O, T, U, V, mediolan., Felix IV. l. c., Concil. Paris. l. c., Abulensis *orationem;* concinunt hebraeus et veteres. Item pro *preces*, codd. B, H, consentientibus hebraeo antiquisque interpretibus, *precem.*

46. *peccaverint*—Codd. B, R, V, Bibl. Arg. 1497., Ven. 1519. *peccaverit.* Mox tacent *enim* codd. A 1. m., R, S; item Tichonius apud Sabatierium. Pro *et captivi*, codd. A, mediol. *et capti.* Cod. H notat hebraeum legere *inimici*, pro *inimicorum;* codd. B, I, Concil. Paris. l. c. addunt *suorum;* his accedit chaldaeus. Biblia Ordin. legunt *prope vel longe*, pro *longe vel prope.*

47. *et egerint* — Bibl. Ven. 1479. 1492. *et egerit.* Cod. H notat hebraeum pro *in loco captivitatis*, legere *in terra captivantium eos.* Pro *deprecati te fuerint*, Alcuinus l. c. *te deprecati fuerint;* Felix IV. l. c. *deprecati fuerint te;* codd. R, S, U, veron., Abulensis tacent pronomen.

48. *et tota*—Codd. H, K, T 2. m., U, Abulensis et II Paral. VI, 38. *et in tota.* Dein pro *captivi ducti fuerint*, sixtini, codd. A, B, E, G, H, K, T 1. m., Cas. 3., veron. *captivi ducti sunt;* cf. Paral. l. c.; cod. U *capti sunt ducti;* Felix IV. l. c. *captivi ducti fuerant.* Cod. Cas. 1. pro *et civitatis*, legit *et viam civitatis.* Cod. H notat hebraeum pro *templi*, habere *domus.* Bibl. Lugd. 1550. *aedificavit*, pro *aedificavi;* in hebraeo textu praeferendum esse Kerì בניתי nemo dubitat.

49. *solii tui* — Cod. F *solii gloriae tuae.* Pro *orationes*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, I, T, V, Cas. 5., Concil. Paris. l. c., Felix IV. l. c., Hugo *orationem;* item hebraeus et veteres, excepto graeco, de quo cf. Holmesius; codd. R, Cas. 3. *et orationes.* Mox post *preces* tacent *eorum* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., veronen., Bibl. Ven. 1476., Concil. Paris. l. c.

50. *peccavit* — Codd. R, S, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476. *peccaverit;* et pro *praevaricati sunt*, cod. F *praevaricati fuerint;* pro *habuerint*, codd. D, S *habuerunt.*

51. *tuus est*—Tacent *est* codd. D, G. Cod. H notat hebraeum pro *de Terra Aegypti*, legere *de Aegypto.* Cod. veron. habet *de domo*, pro *de medio.*

52. *oculi tui aperti* — Codd. F, V, Bibl. Ven. 1476. addunt *super domum hanc et.* Cod. veron. tacet *tui* post *servi.* Pro *et exaudias*, codd. B, E, F, G, I, R, S, V, mediolan., antiquiores editiones, Alcuinus et Felix IV. ll. cc. *et exaudies.*

53. *per Moysen servum tuum*—Cod. V *per manum Moysi servi tui;* atque ita legi in hebraeo adnotat codex H; item infra vers. 56. Pro *de Aegypto*, Bibl. Ven. 1495. 1533., Lugd. 1522. 1524. 1541., Paris. 1534. 1541., all., Felix IV. l. c. *de terra Aegypti;* item graecus. Codd. E, I post *Domine Deus* addunt *meus;* pauci graeci codices habent Κύριε μου Κύριε; Bibl. Lugd. 1541. *Dominus Deus.*

54. *altaris Domini*—Cod. E paucique graeci codices tacent *Domini.* In indiculo correctorio adnexo Bibl. Rom. 1671. pro *expanderat*, legitur *extenderat.* Pro *in caelum*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, gothic. leg., antiquiores editiones, Rupertus, Felix IV. l. c. *ad caelum.*

56. *Benedictus Dominus* — Codd. F, G, R, S, Cas. 7., plures ex antiquioribus editt. addunt *Deus;* item syrus, arabs, georg., slav.

paucique graeci codices; cod. V addit *Deus Israel.* Pro *ne unus,* codd. G, R, S, V, Bibl. Ven. 1476., Abulensis *nec unus;* et pro *ex omnibus bonis,* cod. U et Felix IV. l. c. *de omnibus;* cod. G et Abulensis *de omnibus bonis.*

57. *neque proiiciens*—Singularis est cod. V qui addit verbum *despiciat.*

58. *in universis*—Codd. F, G, U, Bibl. Ven. 1476. et Augustinus apud Sabatierium *in omnibus.* Post *ceremonias* tacent *eius* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, mediol., veron., antiquiores editiones, Felix IV. l. c.

59. *appropinquantes*—Addunt *coram* codd. C, D, F, G, N, O, V, Cas. 3., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566. 1573., Ord.; epanorthotes in cod. N notat: « Quod dicitur » *coram,* nullatenus delendum, quia multum » sententiosum est. » Accedit cod. 70. Kennicotti. Pro *ac nocte,* codd. A, C, D, E, F, V *et nocte;* et pro *ut faciat,* cod. B *ut fiat;* cod. F *et faciat;* Bibl. Ven. 1495. *ut faciant.* Pro *servo suo, et populo suo,* Bibl. Arg. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. *servo tuo, et populo tuo;* cod. veron. tacet alterum pronomen, ut graecus, at cf. Holmesius et Tischendorfius *Monn. sacra ined. II, 315.* Vallarsius perperam notat Vulgatum legere *cum servo suo* etc.; in Bibl. Paris. 1541. desiderantur verba *et populo suo.*

60. *ut sciant* — Sixtus, codd. A, B, E, F, H, I, K, O, R, S, U, V, mediol., plures veteres editiones, Felix IV. l. c., *et sciant;* codd. C, D, G *et scient;* emendarunt sixtini et gregoriani ad fidem codicis L (seu Q); Toletus notat: « Lege *ut sciant;* sic hebraeus, grae- » cus, Compl., Reg. et utraque Congregatio. »

61. *Sit quoque cor nostrum perfectum cum Domino Deo nostro, ut ambulemus in decretis eius, et custodiamus*—Cod. H notat hebraeum legere *Sit quoque cor vestrum perfectum cum Domino Deo nostro, ad ambulandum in decretis eius, et custodiendum;* praeterea habent *cor vestrum* Bibl. Basil. 1530., Isidorus Clarius et veteres interpretes, excepto graeco; legunt *ut custodiamus* Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. Pro *sicut et hodie,* cod. E, ut supra ad III, 6. *sicut est hodie;* Bibl. Basil. 1544. 1557. *sicut hodie.*

63. *Mactavitque*—Cod. B *Mactavit quoque.* Legunt *ovium,* pro *et ovium,* sixtini, codd. A, B, D, F, H, K, U, V 1. m., Cas. plures, goth. legion., II Paral. VII, 5. et graecus; sed cf. Holmesius. Cod. H notat hebraeum pro *templum,* legere *domum,* uti habet Vulgatus ad Paral. loc. cit. Dein sixtini scribunt *Rex* cum priori littera maiuscula, ut alibi saepe. Pro *et filii,* cod. L (seu Q), Bibl. Ordin., priores editiones Rob. Steph., all., item hebraeus et veteres legunt *et omnes filii;* conf. Paral. l. c. Hostiae, quae in templi dedicatione mactatae fuerunt, non una die, sed per duas hebdomades, toto scilicet festivitatis tempore; non tantum a Salomone, sed a rege una cum populo; neque in holocaustum, sed in epulare sacrificium oblatae sunt. Conf. Ghiringhello *op. cit. pag. 321.*

64. *fecit quippe* — Cod. K *fecit quoque;* Felix IV. l. c. *fecit autem.* Pro *holocaustum ibi,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, V, mediolan., Bibl. Ven. 1476., Rabanus, Angelomus, Felix IV. l. c., Abulensis *ibi holocaustum;* et pro *quoniam altare;* iidem testes, excepto cod. H, legunt *quia altare;* cf. II Paral. VII, 7. Cod. mediol. tacet *quod erat coram Domino.* Pro *poterat holocaustum,* codd. A, B, C, E, F, I, T, U, V, Cas. 2., goth. leg., mediol., veronen., Bibl. Ven. 1476. et Paral. l. c. *poterat holocausta;* cod. Cas. 1. *poterat holocausta ista.*

65. *in tempore* — Bibl. Ordin. Lugd. 1590. *tempore.* Pro *celebrem,* cod. Cas. 1. *magnam;* et pro *Emath,* alii scribunt *Hemath,* de quo conf. ad Ios. XIII, 5. et Hieronym. III, 147. 207. 211.; pro *Rivum Aegypti,* alii scribunt *rivum Aegypti,* uti habet Vulgatus IV Reg. XXIV, 7.; alibi Vulgatus ponit *fluvius* aut *torrens Aegypti.*

66. *Et in die octava*—Cod. veron. cum hebraeo tacet nexum; alii codd. et antiquiores editiones habent *Et in die octavo.* Pro *populos,* codd. H, V, Cas. 2., Petrus Com., Diony-

sius carthus. *populum;* hebraeus את־העם; item veteres interpretes. Pro *et alacri*, codd. R, S, Bibl. Ord. *alacrique;* cod. G, Bibl. Basil. 1530. *alacri.* Pro *fecerat Dominus*, codd. C, D, F, G, R, S, T, V, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476. 1495. *fecerat Deus.* Quum auctor sermonis editi inter augustinianos a Maio in *nova patrum biblioth. I, 313.* hunc versiculum ex Vulgato proferat, argumentamur illum sermonem ab Augustino conscriptum non fuisse; nam alioqui veterem italam recitaret.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. VIII, 1. *Et descendebant* (graecus ὑπερεῖχον) *sanctificata, et parebant capita sanctificatorum de sanctis ante faciem dabir* (cf. ad VI, 16.)... 31. *ante faciem sacrarii* (graecus θυσιαστηρίου) *tui.* ... 37. *erusibae* (graecum est ἐρυσίβη; vide adnotata ad h. l.)... 47. *nocuimus* (graec. ἡμάρτομεν). ... 53. *Tunc loquutus est Salomon pro domo, quam consummavit aedificans: Solem statuit* [Alias *stare fecit*] *in caelo Dominus; et dixit commorare in dedicationem domus* (vere singularis haec est interpretatio; at codex subdit: Alias *in nebula aedificationis domus meae;* graec. ἐν Γνόφῳ· οἰκοδόμησον οἶκόν μου): *aedifica mihi domum pulcherrimam in habitare in novitate. Nonne haec scripta sunt in libro Cantici?* ... 65. *ab introitu viae Emath.* (Holmesius nullam habet varietatem ad verba ἀπὸ τῆς εἰσόδου, at codex editus a Tischendorfio, Monn. sacra ined. II, 316. legit ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, eademque lectionis varietas exstat in Concordantiis Trommii graecae versionis LXX. et ad IV Reg. XIV, 25. in edit. Complut.) ... 66. *hilaris et bonus corde.*

Cap. IX, 1. *et aedificium regis* — Cod. D 2. m., Thomasius I, 85., alii apud cod. O *et aedificium domus regis;* cod. H notat hebraeum legere *et domum regis;* atque sic habet Dionysius carth. et II Paral. VII, 11. Mendose pro *voluerat*, codd. F, K, veron. *voverat.*

2. *ei Dominus*—Sixtini, codd. A, D, F, H, K, T, U *Dominus ei;* et pro *apparuerat ei*, cod. F, Bibl. Ven. 1476. *ei apparuerat.*

3. *Exaudivi* — Sedulius in *Spicil. rom. VIII, 6.* et II Paral. VII, 12. *Audivi;* graecus Ἤκουσα. Bibl. Ven. 1479. omittunt *et deprecationem tuam;* tacent pronomen Sedulius l. c. et Dionysius carthus., quibus accedunt plures graeci codices. Mox pro *quam deprecatus*, codd. D, F, Cas. 12. *qua deprecatus;* et post *domum* cod. B tacet *hanc;* item armenus et duo graeci codices; et post *aedificasti* addunt *mihi* cod. Cas. 1. et Bibl. Ven. 1476.

4. *Tu quoque si ambulaveris coram me, sicut ambulavit pater tuus, in simplicitate cordis, et in aequitate* — Cod. mediol. legit tantum *Si tu quoque ambulaveris coram me;* post *ambulavit* addunt *David* codd. L 2. (seu Q), priores editiones Rob. Steph., all., II Paral. VII, 17.; item hebraeus et veteres, excepto arabe; ante *aequitate* tacent *in* Bibl. Ven. 1476., Dionysius carth. et pauci codices holmesiani. Pro *et legitima mea et iudicia mea servaveris*, cod. R, antiquiores plures editiones *et iudicia mea servaveris et legitima mea;* cod. S, Bibl. Ven. 1476. 1495., Lugd. 1510. 1522. 1524., Basil. 1530., Ord., all. *et iudicia mea et legitima mea servaveris;* post *iudicia* tacent *mea* codd. V, Cas. 12., II Paral. VII, 17.

5. *ponam*—Cod. H notat hebraeum legere *firmabo.* Pro *thronum regni tui*, cod. F *regni tui thronum;* et pro *vir de genere tuo*, sixtini, codd. A, C, D, E, G, I, K, N, O, T, U, Bibl. Ven. 1511., Lugd. 1513., all., Sedulius l. c. *de genere tuo vir;* conf. II Paral. VII, 18.; cod. B praemittit *tibi;* hebraeus legit tantum לך איש; item veteres omnes, excepto arabe; conf. Mariana.

6. *nec custodientes* — Bibl. Ven. 1476. *neque custodientes.* Mox post *ceremonias* tacent *meas* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. legion., mediol., veron., antiquiores editiones. Nonnulli libri mendose legunt *praeposui*, pro *proposui.* Cod. veronen. *si abieritis*, pro *sed abieritis.*

7. *templum* — Cod. H notat hebraeum legere *domum.* Cod. B 1. m. omittit *proiiciam a conspectu meo.*

8. *erit in exemplum* — Codd. F, G *erit in exemplo;* hebraeus legit יהיה עליון; alexandrinus interpretatur ἔσται ὁ ὑψηλός; plures autem codices tacent ἔσται; his consentit margo codicis goth. leg. qui habet *altissima;* at vero hanc lectionem cum Vulgati interpretatione connectit graecus Complutensis in quo legitur ὁ ὑψηλὸς ἔσται εἰς παράδειγμα, quae quidem lectio, etsi in graecis Holmesii codicibus non occurrat, aliquod tamen habet praesidium in armeno interprete, qui legisse videtur ὑψηλὸς εἰς τὸ παράδειγμα; et in nonnullis Vulgati exemplaribus, qui in loco parallelo II Paral. VII, 21. legunt *quae erat excelsa, erit in proverbium;* nec longe abest chaldaeus, qui ponit דהוה עלאי יהי חריב *quae fuit excelsa erit diruta;* unde Houbigantius temere suspicatur aliquid in hebraeo excidisse, atque proponit legendum esse אשר היה עליון יהיה חרב; chaldaeo autem propius accedunt graeci codices qui in Paral. l. c. legunt ὃς ἦν ὑψηλὸς ἐρημωθήσεται. Verumtamen non dubitamus illud εἰς παράδειγμα alius interpretis esse pro עליון; nam quae *in loco edito* conlocata omnibusque conspicua sunt, quodammodo *in exemplum* proposita dici possunt; hinc Vulgati interpretatio non displicuit Gesenio, *Thes. p. 1030.*, cf. Schleusneri *Lexic. V. T., IV, 189.* Item ex alia interpretatione ortum censemus verbum ἐρημωθήσεται, cui, praeter chaldaeum, favet syrus qui habet ܢܗܘܐ ܚܪܒܐ, et arabs qui ponit يكون خرابا; immo et Lactantius qui legit *erit deserta;* nam isti legisse videntur לעיון aut לעיין (cf. Ierem. XXVI, 18. Mich. III, 12.), quod et Schulzio probatur. Recentiores perinde ac veteres interpretes in alias atque alias sententias concedunt; cf. Malvenda, Scheidus, Maurerus, Ugdulena.

9. *et adoraverunt eos, et coluerunt eos* — Codd. R, S, antiquiores editiones *et coluerunt eos, et adoraverunt eos;* post alterum verbum tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., Bibl. Ven. 1476., Abulensis et II Paral. VII, 22. Pro *super eos omne malum hoc,* codd. F, V, Bibl. Ven. 1476. *omne malum hoc super eos;* cod. K cum graeco, arabe et cod. 253. Kennicotti tacent *omne;* sed cf. Holmesius.

11. *praebente Salomoni* — Interponunt *regi* codd. G, I, R, S, Cas. 3., Bibl. Ordin., Lugd. 1510. 1522. 1541., all., Abulensis, Dionysius carthus. et arabs. Pro *dedit Salomon,* codd. H, L (seu Q), Bibl. Lugd. 1550. 1567., Ven. 1558., Rabanus *dedit rex Salomon;* accedunt hebraeus et veteres, praeter arabem; Bibl. Ordin. addunt *ipsi.*

12. *Et egressus* — Sixtini, codd. A, C 2. m., D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Rabanus, Angelomus, Abulensis *Egressusque;* codd. R, Cas. 14., Bibl. Ven. 1479. *Egressus.* Pro *dederat,* cod. B *dedit;* item Claudius taurin., conf. ad calcem huius capituli.

13. *Haecine* — Minus recte plures codices et editiones scribunt *Haeccine,* quod mendum irrepsit in principem editionem Clementis VIII. an. 1592.; at emendatur tum in correctorio vaticano edito an. 1598., tum in romanis editionibus Bibliorum an. 1593. 1598. 1618.; verum tamen illud vitium denuo revixit in aliis multis editionibus, quas inter numeramus romanas ann. 1624. 1671. 1765. 1768. 1784.; ex quo patet Bukentop. p. 478. imprudenter scripsisse veteres omnes et novas editiones, excepta vaticana anni 1592., legere *Haecine.* Cod. H notat hebraeum pro *frater,* legere *frater meus.* De voce *chabul,* כבול, missis aliorum veterum ac recentiorum opinionibus, quas profert Gesenius in Thes. p. 656., nobis arridet Iosephi *(Antiq. VIII, 5.)* sententia, quam sequitur Petrus Comestor: Χαβαλὼν κατὰ Φοινίκων γλῶτταν οὐκ ἀρέσκον σημαίνει.

14. *Misit quoque* — Antiquiores editiones *Misit ergo.* Mox tacent *Salomonem* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, I, K, L 3., N, O, Q, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., Abulensis; notat Toletus: « Non habent *Salo-* » *monem* hebraeus et aliqui manuscripti et

» prior Congregatio; legunt tamen LXX. et » impressi omnes. »

15. *Haec est summa expensarum, quam obtulit* — Cod. D tacet *est;* verba sacri textus וזה דבר־המס אשר־העלה reddi possunt *Haec ratio indictionis* (vide supra ad V, 13.), *quam imposuit.* Pro *rex Salomon*, codd. R, S, antiquiores editiones *Salomon rex;* et pro *aedificandam*, multi manuscripti et editi libri *aedificandum.* De *Heser* conf. ad Ios. XI, 1. I Reg. XII, 9. et Martianaeus ad h. l.; de *Gazer* cf. ad Ios. X, 33.

16. *Pharao* — Codd. Cas. 13. *Porro Pharao;* Bibl. Paris. 1573. *Pharao enim;* nexum addunt syrus, arabs et cod. 247. Holmesii. Cod. T pro *habitabat*, legit *erat;* pro *in dotem*, cod. A *in dote;* et pro *uxori*, codd. N, P, alii apud O *uxoris.*

17. *Bethoron*—Multi scribunt *Beth-horon;* cf. ad Ios. X, 10.

18. *Baalath* — Alii plures praeferunt *Balaath;* cf. ad Ios. XIX, 44. et II Paral. VIII, 6. Ad nomen *Palmiram* epanorthotes in cod. N notat: « Quod dicitur *Palmiram* latinum est » a *palma.* » Cod. H notat hebraeum legere *Tadmor,* ubi vide eruditam animadversionem Martianaei, et Gesenii *Thes. p. 345. 1510.* eiusque *additamenta p. 82.*

19. *et erant absque muro, munivit*—Cod. H notat ista in hebraeo non legi; at vero in sacro textu legitur המסכנות, quod Vulgatus alias interpretatur de urbibus *firmissimis* aut *muratis* (conf. II Paral. VIII, 4. 6. XVI, 4. XVII, 12.), quodque et graeci plus semel reddiderunt ὀχυράς; conf. Schleusneri *Lex. V. T. IV, 153.* Fatemur tamen praeferendam esse versionem, quam idem Vulgatus habet II Paral. XXXII, 28. ubi posuit *apothecas;* nam המסכנות, perinde ac אוצרות, significat *promptuaria;* graeci autem codices qui h. l. habent σκηνωμάτων, exhibent versionem interpretis qui legebat המשכנות, quemadmodum legisse videtur cum Aquila et Symmacho Vulgatus Ex. I, 11. ubi posuit *urbes tabernaculorum*, pro *urbes promptuariorum.* Pro *et erant*, codd. G 2. m., V, Cas. 1., Rabanus, Angelomus *et qui erant;* pro *munivit, et civitates*, cod. R, Bibl. Ordin., Ven. 1495. *et munivit civitates.* Pro *et in Libano*, codd. E, I; Bibl. Ven. 1476., Augustinus apud Sabatierium *et Libano.*

20. *et Hethaeis* — Cod. T, antiquiores editiones, Rabanus, Angelomus *et de Hethaeis;* de huius nominis varietatibus conf. ad Gen. X, 15. Pro *et Pherezaeis*, Bibl. Compl., Reg., Argent. 1497., Ven. 1511., Lugd. 1513., all. *et de Pherezaeis.*

21. *potuerant* — Codd. A, E, U, Hugo, Rabanus, Angelomus *poterant.* Pro *in diem*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, gothic. leg., Bibl. Ven. 1476., Hugo, Abulensis *ad diem.*

22. *Salomon* — Legunt *rex Salomon* codd. R, S, V 2. m., Cas. 4., Bibl. Ven. 1476. 1533., Lugd. 1510. 1522. 1524. 1541., Basil. 1530., Paris. 1534., Ord., all.; at vero cod. O notat hebraeum, graecum et antiquos non addere *rex.* Cod. H legit *bellatores viri*, pro *viri bellatores;* et notat hebraeum pro *equorum*, legere *equitum,* atque ita habet cod. I et Cas. 1. qui praeterea addit *eius* uti II Paral. VIII, 9.

23. *Erant autem* — Bibl. Ordin. tacent *autem;* item hebraeus et veteres, excepto arabe. Pro *quingenti*, cod. Cas. 1. *ducenti;* item II Paral. VIII, 10. sed cf. Ghiringhello op. cit. p. 398. Cod. A legit *temporibus*, pro *operibus.*

24. *aedificaverat ei Salomon* — Tacent *Salomon* sixtini, codd. A, B, H, K, L (seu Q), T, U, Cas. 14., mediol., veron.; item II Paral. VIII, 11.; Toletus autem notat: « Non » habent *Salomon* hebraeus, graecus, ma» nuscripti et prior Congregatio; est tamen » in omnibus impressis. » Vulgato concinunt syrus et arabs.

25. *quoque Salomon* — Interponunt *rex* codd. E, H, Rabanus, Angelomus. Cod. B pro *Domino, et adolebat thymiama coram Domino,* legit tantum *Domino Deo suo;* cod. H notat hebraeum pro *perfectumque est templum*, legere *perfectaque est domus.*

26. *rex Salomon* — Tacent *rex* Rabanus, Dionysius carth., cod. 1. Kennicotti et arabs.

*

De *Asiongaber* cf. ad Num. XXXIII, 35. Pro *Ailath,* codd. B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, goth. leg., mediol., antiquiores editiones, Hugo, Angelomus *Ailam;* cod. H notat hebraeum legere *Eloth,* atque ita habent Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535., Isidorus Clarius; legunt *Ailoth* Bibl. Basil. 1530., Lugd. 1541., all.; reliquas huius nominis varietates vide sis ad Deut. II, 8. Sixtini scribere malunt *maris Rubri*, pro *Maris rubri*. Pro *Idumaeae,* codd. plerique, Bibl. Ven. 1476. 1495., Rabanus *Idumaea;* II Paral. VIII, 17. *Edom,* quod idem est; cf. II Reg. VIII, 14.

27. *viros* — In cod. veron. desideratur.

28. *Ophir* — Vallarsius mendose *Ophis;* utrum autem Ophir, quod nobilissimum mercaturae emporium fuit, in India, an vero in Arabia, aut in australi Africae ora fuerit sita difficillimum est definire. Hieronymus I, 384. III, 258. 267. 275. priorem sententiam amplectitur, eidemque, praeter Iosephum, Eusebium, Theodoretum, plures ex recentioribus favent; conf. Roedigerus p. 72. *Additamenta ad Gesenii Thes.;* graecis autem qui scribunt Σωφιρά, accedit copticum ⲥⲟⲫⲓⲣ quod *Indiam* significat; conf. Peyron, *Lexic. copt. p. 218.*

Ibid. *quadringentorum viginti talentorum* — In II Paral. VIII, 18. *quadringenta quinquaginta talenta;* hanc numeri varietatem aliis atque aliis rationibus componere nituntur enarratores; cf. Buxtorfii *Anticr. p. 407.*, Calmetus et Malvenda; at fortasse melius alii ex librariorum vitio ortam fuisse asserunt; cf. Cappelli *Crit. sacr. I, 10.*, Houbigantius et Ugdulena. Apud graecos mendosius hoc loco legitur ἑκατὸν καὶ εἴκοσι (sed conf. Holmesius); et in italica versione Diodati ad Paral. l. c. *trecencinquanta.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. IX, 7. *Extirpabo Israel . . . proiiciam ab ante faciem meam. Et erit Israel exterminium et improperium omnibus plebibus: 8. et domus haec altissima. . . 13. et cognominavit eas Finis, usque in hodiernam diem.* [Alias: *et cognominavit eas Orium*] (graecum est Ὅριον, finis seu terminus). . . 15. *Et haec erat praeparatio* (πραγματεία, operatio), *quam praeparavit* (ἀνήνεγκεν) *rex Salomon aedificare domum Domini, et domum regis, et murum Ierusalem, et usque ad summum, et circumseptum* (καὶ τὴν ἄκραν, τοῦ περιφράξαι τὸν φραγμόν) *civitatis David, et Asod, et Mageddo* (codd. Ἀσσοὺδ, καὶ τὴν Μαγεδδώ)... 27. *nauticos*... 28. *in Sophira.*

Antequam progrediamur, nonnulla heic sunt animadvertenda. In primis verba quae in gothico legionensi codice versiculo 15. adsignantur, in vaticana graeca editione, ac fere universis graecis codicibus ad versiculum 22. sequentis capituli amandantur. Dein rursum cum eiusdem legionensis codicis lectione consentit, eamdemque cumulat fragmentum veteris italae adiiciendum Sabatierio ex Claudio taurinensi, quod insuper in singularibus lectionibus adstipulantes habet holmesianos codices 19. 82. 93. 108., quemadmodum adnotavimus supra ad pag. 436. et 455. Scribit enim Claudius CIV, 823. « In » antiquis translationibus aliter scriptum re» peritur; taliter enim illic scriptum est: » 11. *Tunc dedit Solomon* (laudati codd. cum edit. Compl. Σολομών, quod in aliis desideratur. Mox pro *regi*, putamus legendum *rex*) *regi Hiram viginti civitates in terra Ga» lilaeae.* 12. *Et exivit Hiram de Tyro civi» tate sua* (item codd.), *et abiit in Galilaeam, » ut videret civitates, quas dedit illi Salomon, » et non placuerunt ei.* 13. *Et dixit: Quae » sunt* (item codd.) *hae civitates, quas dedi» sti mihi, frater? Et cognominavit eas Finis, » usque in hodiernum diem.* » Denique haud dubie ad nostri codicis lectionem revocandus est Claudius, ubi ex mendo legitur p. 736. « Septuaginta interpretes derivato vocabulo, » non *Ophir,* sed *Ophira* transtulerunt. » Nam profecto ipse ex veteri itala cum legionensi codice legebat *Sophira*, consentanee graeco Σωφιρά; idemque dicendum est alio loco apud Claudium p. 824. ubi mendose legitur *et Sephoram,* pro *ex Sophira.*

Cap. X, 1. *Sed et Regina Saba* — Mendose Bibl. Ordin. edit. Lugd. 1590. *Sed et Saba;* nam שבא nomen est regionis in Arabia felice, quod praeter testes a Gesenio excitatos in *Thesauro pag. 1351.* praeclare insinuant Ephraemus I, 464. et Hieronymus IV, 722.; cod. B cum cod. holmesiano 245. *Sabaa;* item deinceps. Post *venit* margo codicis V et Abulensis addunt *a finibus terrae,* quae ex Matth. XII, 42. et Luc. XI, 31. petita sunt.

2. *multo cum comitatu* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, K, U, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron. *multo comitatu;* codd. G, I, T, V, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., all., Eucherius, Claudius taurin. CIV, 736., Rabanus, Angelomus *cum multo comitatu;* codd. R, S, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Petrus Com. *cum comitatu multo.* Pro *camelis,* Eucherius, Claudius taurin. l. c. *cum camelis;* codd. F, V, Bibl. Ven. 1476. *camelis quoque;* codd. I, S, Bibl. Ven. 1489. et II Paral. IX, 1. *et camelis;* item graecus et syrus; chaldaeus vero nexum tacet, ac in eiusdem latina versione perperam exprimitur.

Ibid. *ad regem Salomonem*—Tacent *regem* sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, K, L 5., N, O, Q, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., veron., mediol., Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., Lugd. 1529. 1531. 1533. 1537. 1546.; Ant. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544., Eucherius, Claudius taurin. l. c., Rabanus, Angelomus, Abulensis; item locus parallelus II Paral. IX, 1., hebraeus et veteres interpretes, excepto syro; at vero quum non desint hebraici et latini codices addentes המלך, *regem,* epanorthotes in cod. N adnotat: « Hebraei antiqui, et la- » tini antiqui non interponunt *regem.* » Toletus autem si animadvertisset Biblia Compl. contra fidem graecorum codicum addere τὸν βασιλέα, atque nonnullas latinas editiones istud additamentum respuere, non scripsisset: « Non legunt *regem* hebraeus, manuscri- » pti et prior Congregatio; habent tamen » LXX. et impressi omnes. » Bibl. Ven. 1476. legunt *ad Salomonem regem.* Rupertus post *locuta est* tacet *ei.*

3. *Et docuit eam*—Cod. H notat hebraeum legere *Et nunciavit ei.* Mox fere omnes veteres editiones, et codd. R, S legunt *proposuit,* pro *proposuerat,* quod ad fidem priscorum codicum sixtini restituerunt; item Bibl. Ord. et priores editiones Rob. Stephani. Pro *regem posset,* codd. E, I *possit regem;* alii plures habent *regem possit;* cf. supra ad VII, 35.; et pro *et non responderet,* codd. G, H *ut non responderet;* sensus est: nulla fuit quaestio quam non solveret rex.

5. *cibos* — Cod. H ex hebraeo *cibum.* Pro *ordines,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, S 2. m., U, V, Cas. plures, mediol., Bibl. Ven. 1476., Petrus Com., Abulensis *ordinem;* nec obstant hebraeus et veteres; Vulgatus II Paral. IX, 4. interpretatur *officia.* Cod. K pro *vestesque,* legit *vestes quoque;* pro *offerebat,* codd. R, S, U *offerebant;* cod. E *offerebantur.* Ex recentioribus complures hunc locum interpretantur non de oblatione holocaustorum, sed de clivo quo ascensus ad templum patebat, idque ex Paral. l. c. confirmari autumant. At quum veteres omnes Hieronymo suffragentur, non est cur ab eius interpretatione recedamus. Pro *in domo,* cod. F et Claudius taurin. l. c. *in domum;* et pro *habebat,* codd. U, Cas. 12., Abulensis *habuit.*

6. *audivi* — Claudius taurin. l. c. et II Paral. IX, 5. *audieram.*

7. *sermonibus tuis*—Tacent pronomen Bibl. Ven. Ienson 1476. 1479. et Paral. l. c. Pro *sapientia,* Rabanus *prudentia;* item Ambrosius et Iulianus toletan. (de quo vide ad calcem huius capituli) ex graeco. Post *narrantibus* tacent *mihi* Claudius taurin. l. c. et locus parallelus; item hebraeus, chaldaeus et syrus. Eucherius pro *veni, et vidi,* legit *veniens vidi;* pro *mihi nunciata,* Bibl. Ven. 1476., Eucherius et Claudius taur. l. c. *nunciata mihi;* pro *non fuerit,* codd. E, F, R, S, T, Cas. 3., Bibl. Ven. 1495. *non fuerat;* Eucherius et Claudius taurin. *non fuisset;* dein Claudius *maiora sunt,* pro *maior est.* Demum pro *sapientia et opera tua,* codd. C 1. m., I, R, S, T, U, V, Cas. 5., Bibl. Ven. 1476. 1482.

1489., Ord., Rabanus, Angelomus *sapientia tua et opera tua;* cod. E et Eucherius *sapientia tua et opera;* codd. B, G, Abulensis legunt tantum *sapientia tua;* hebraeus חכמה וטוב.

8. *et beati servi tui* — Tacent *et* Bibl. Ven. 1476.; item hebraeus et veteres in polyglottis; at habent nexum armenus, georg., slav., non pauci codd. hebraici apud De-Rossi, nonnulli graeci apud Holmesium, Ambrosius, targum leirense 1494. et antuerpiens., item II Paral. IX, 7. Pro *qui stant,* veteres codices et fere omnes editiones ante sixtinam *hi* (vel *ii*) *qui stant;* his consentiunt Alcuinus I, 262., hebraeus et veteres; Bibl. Lugdun. 1510. 1522. 1524., Norimb. 1529., Basil. 1530., all. *qui hic stant;* hodierna lectio habetur in Bibl. Paris. 1558. 1566. 1573.; at tamen dubitare possumus utrum pronomen data opera abiecerit Sixtus.

9. *benedictus*—Bibl. Ven. 1476. addunt *in secula.* Mox pro *complacuisti*, sixtini, codd. A, B, D, E, H, K, T 1. m., mediol., veron., Rabanus *placuisti;* et pro *dilexerit,* cod. R, Bibl. Ord. *dilexit;* codd. G, I, Bibl. Ven. 1476. addunt *te.* Pro *Dominus Israel,* codd. G, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., Dionysius carthus. *Dominus Deus Israel;* cf. Holmesius; cod. U addit *usque.*

10. *Saba regi Salomoni* — Cod. mediolán. legit tantum *Salomoni;* cod. V *Saba Salomoni regi;* tacent *regi* syrus, arabs et cod. alexandrinus.

11. *attulit ex Ophir* — Cod. M, Bibl. Ven. 1476. et II Paral. IX, 10. *attulit de Ophir.* Vocem *thyina,* quae sequitur, perperam Forcellini inter reiectas amandavit; nam recte Hieronymus ex *thya* derivavit *thyina,* Symmachum sequutus, qui habet θύϊνα, quae interpretatio Gesenio in *Thes. p. 93.* probatur. In codicibus autem multis, antiquioribusque editionibus alii aliter istud nomen corrumpunt; nam alii *tina* aut *thina,* alii *thiina* vel *thinia* scripsere; cod. F habet *sethina.* Hinc cod. M notat per duplicem *i* scribendum esse; item cod. O, qui addit primum esse graecum, alterum latinum; cod. N* monet tres habere syllabas. At singularis est eruditio quam profert epanorthotes in cod. N: « *ligna thiina,* pro quibus habet hebraeus *almigim* (אלמגים), graecus *apelekita* (ἀπελέκητα), quod etiam supra VI. (v. 36.) » graecus pro *lapidibus* ponit ubi nos legimus *de tribus ordinibus lapidum;* et *Perus* » (פרוש) id est *explanatio* hebraeorum dicit » esse *corallia.* Require II Paral. II. (v. 8.) » De hac hebraeorum expositione plura dabit Gesenius l. c., quem miramur non animadvertisse Ephraemum I, 467. syriacae versionis lectionem emendare, atque interpretari « *ligna Kesuto* (ܩܝܣܐ ܕܟܣܘܬܐ) quoddam acaciae genus. » Hanc sententiam multis rationibus confirmare nititur Calmetus, qui tamen de Ephraemo alte tacet. Ad graecos autem quod pertinet, alii legunt πελεκητά, alii ἀπελέκητα, quae duo nomina quum saepius apud LXX. permutentur, inter se opposita censeri nequeunt; et fortasse α praemissum alterius significationem intendit, ut significet *valde edolatum, elaboratum;* conf. Schleusneri *Lex. V. T. I, 339.;* attamen margo nostri codicis gothic. legion. consentiente Claudio taurin., interpretatur *non dolatum.* Cod. veron. legit *ligna pinea thyina;* ad quam lectionem Vallarsius notat: « Robertus de Sorbona in Glossis divinorum librorum ad » hunc locum, *ligna,* inquit, *thiigna* incognita sunt; nam et alia editio habet *pinea.* » Ex quibus suspicari licet geminam interpretationem temere huc intrusam; nam et » vox *thyina* sonat ligna citrina vel suaveolentia; et quod in hebraeo est אלמגים, » LXX. alibi (II Paral. II, 8. IX, 10. 11.) » transtulerunt *pinea,* quos et ipse Hieronymus in Paralipomenon libris (II, 8.) sequutus est. » His consentit Iosephus *Antiq. VIII, 7.;* Bielius vix dubitat Aquilam quoque posuisse πεύκινα, etsi Montfauconius ei tribuat σούχινα.

12. *fulcra domus* — Mendose codd. R, Cas. 3. *fulcra et domus;* codd. D, F *pulchra et domus;* codd. B, Cas. 1. et Claudius taur. CIV, 824. *pulchram domum;* et mox prosequi-

tur Claudius *et domum reginae;* item cod. D 1. m. pro *regiae,* legit *reginae*. Mox pro *allata*, Bibl. Ven. 1511. 1519. *illata;* et pro *huiuscemodi ligna thyina*, Bibl. Ven. 1476. *ligna thiina huiuscemodi;* alii cum Bibl. Lugdun. 1522. 1524. et Rabano *huiusmodi ligna thyina*. Cod. veron. tacet *visa*.

13. *munere regio* — Cod. E 1. m. *munera regia;* cod. Cas. 1. *in munere regio*. Pro *in terram suam*, Bibl. Lugd. 1510. 1522. 1524. *in regionem suam*.

14. *afferebatur*—Codd. G, R, S, U, veteres fere omnes editiones *offerebatur;* hanc lectionem retinet mendosa Calmeti editio, unde falsus est Vallarsius qui illam Vulgato hodierno adscribit. Emendarunt ad fidem veterum codicum sixtini, quibus praeiverat Robertus Stephanus; cf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 178. Mox pro *per annos singulos*, codd. G, R, S, V, Bibl. Ordin. et II Paral. IX, 13. *per singulos annos*. Verba sacri textus בשנה אחת, ἐν ἐνιαυτῷ ἑνί, innuere videntur pondus auri sexcentorum sexaginta sex talentorum adlatum fuisse Salomoni *illo anno* quo classis ei attulerat quadringenta viginti talenta auri, et regina Saba centum viginti; ex vectigalibus autem aliisque reditibus reliqua centum viginti sex talenta ei obvenerant. Non enim eamdem auri vim per singulos annos Salomoni obtigisse asserit hagiographus.

15. *afferebant* — Codd. B, D, E 2. m., F, K, R, U, V, veron., antiquiores editiones *offerebant*. Pro *universique*, Bibl. Ven. 1476. *et universi;* et pro *scruta*, codd. A, F, G, I, R, S, T 2. m., U, V, Cas. plures, antiquiores editiones *scuta;* codd. E, goth. leg. *scrutamina*, fortasse eodem sensu quo *scruta;* cod. B pro *vendentes*, mendose *videntes*. Toletus notat: » In hebraeo pro *universique scruta vendentes*, unicum est nomen הרכלים, quod est » numeri pluralis sicut II Esdr. III, 30., cu- » ius singulare est רכל, quod habetur Cant. » III, 6. Interpres varie vertit; nam hic et in » libro Esdrae *scruta vendentes* posuit, id » est negotiatores rerum vilium et parvi mo- » menti. At vero in Cantico legit *pigmentarium: omnis*, inquit, *pulveris pigmentarii*. » Nam hoc nomen רכל utrumque significat » et *negotiatores rerum vilium*, et *aromatarium* seu *pigmentarium;* quamvis LXX. » (iuxta ed. Compl.) hic et in libro Esdrae » verterint *negotiatores* simpliciter, non vi- » lium rerum tantum, quae dicuntur *scruta*. » Et re vera hoc loco difficile est intelligere » quomodo Salomon magnos reditus colligere » potuerit ex scruta vendentibus, cum parvi » momenti sint, et ipsi ex iis parum lucren- » tur: ex aromatariis potius eos collegisse » credendum est, aut ex negotiatoribus sim- » pliciter. Locus tamen Esdrae indicat magis » significare *scruta vendentes*, qui solent fre- » quenter simul commorari in aliqua urbis » via. Unde hoc in loco magis quadrabat si- » gnificatio *pigmentariorum* vel *aromatariorum*, qui plurimi erant, et aromatum mer- » ces tunc temporis abundantissimae erant » in Ierusalem, ut colligitur ex textu. » Verissima sunt quae Toletus tradit de duplici notione vocis רכלים, pro qua Hieronymus, quemadmodum et graeci, alibi saepius posuit *negotiatores* aut *institores* (conf. Ezech. XVII, 4. XXVII, 13. seqq.), alibi vero *pigmentarios;* graeci quoque in Cant. l. c. habent μυρεψοῦ, et syrus eodem sensu Nehem. l. c. ܪܟܠܐ. Quod si heic Hieronymus interpretatur *scruta vendentes*, alius graeci interpretis, fortasse Symmachi, exemplum imitatus est, qui legit τῶν ῥωποπωλῶν.

16. *rex Salomon*—Angelomus cum graeco tacet *rex;* sed conf. Holmesius. Cod. H notat hebraeum pro *ducenta scuta*, legere *ducentas hastas;* item habet margo Ordin., graecus et in II Paral. IX, 15. Vulgatus; at perperam; exploratissimum quippe est hebraicam vocem צנה denotare *scutum*, non vero *hastam*. Pro *de auro purissimo*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, K, T, U, V, Cas. plures, mediolan., Isidorus IV, 387.; Theutmirus CIV, 632., Claudius taurin. p. 824., Rabanus, Rupertus, Angelomus, Abulensis *de auro puro;* minus recte Gesenius post Eichhornium af-

firmavit זהב שחוט esse *aurum mixtum*, seu alio metallo temperatum; nam veteres interpretes, quos sequitur Roedigerus, docent esse *aurum ductile,* seu malleo diductum. Apte Pineda *de rebus Salom. V, 6*. ait: « Quod vero » ad materiam scutorum attinet, in lectione » vulgata dicuntur fuisse de *auro purissimo* » aut *probato*. LXX. vero de *auro ductili;* Io» sephus dicit fuisse *fusilia ex auro;* alii ex » hebraeo legunt fuisse ex *auro tracto,* quod » alii dicunt de *auro malleato* aut extenso » malleis; nos dicimus *de oro de martillo;* » nam aurum quo magis obedit malleo arti» ficis atque facilius se praebet ad tractan» dum, eo melius et probatius est: perinde » ergo fuerit dicere *aurum purissimum,* aut » *aurum ductile*. Utrumque coniunxit Vata» blus, vocans aurum *optimum et sequax,* » quod ductum mallei et artificis sequitur, » atque eius bonitatis inter alia metalla hoc » argumentum praebet Plinius XXXIII, 4. » quod nec aliud metallum laxius dilatatur, » aut numerosius dividitur. » Cod. H notat hebraeum pro *auri siclos,* seu, uti habet idem cod. H, *siclos auri,* legere *aureos;* item margo Ordin.; e contrario Claudius taur. l. c. tacet *auri*. Pro *dedit in laminas*, plures ex antiquioribus editionibus *dedit laminas;* cod. I *dedit in laminis;* codd. R, S, Cas. 4., Bibl. Ven. 1558., Lugdun. 1567., Claudius taurin. l. c., glossa interlinearis *dedit in lamina*.

17. *trecentas peltas* — Cod. H notat hebraeum legere *trecenta scuta;* at rursum perperam; nam מגן ita distinguitur a צנה, de quo in superiori versiculo, ut istud sit scutum maioris molis et ambitus, illud minoris. Rectissime igitur Hieronymus posuit *peltas,* quo genus parvi scuti significaretur. Vulgati verba quae sequuntur *trecentae minae*, vexatissima sunt; hodierna lectio a sixtinis et gregorianis invecta consentientes habet codd. A, B, C, D, E, F, H, I, aliosque fere universos. Reliquorum testium paucorumque codicum, nec non loci paralleli discrepantias expendemus. Codd. G, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476. *trecentae laminae;* Bibl. Ven. 1480. 1483. 1484. 1487. *trecentaeque laminae;* Rabanus et Angelomus *trecentae enim minae;* codd. K, T *et trecentae eminae;* fortasse huc respiciebat Glossa Roberti de Sorbona notans: « *hemina* appendet libram unam, quae gemi» nata sextarium facit. » Sixtus et reliquae veteres editiones *trecentaeque minae;* cod. N* et Hugo *et trecentae mnae*. In primis adnotamus nexum addi in graeco (sed cf. Holmesius), syro, arabe et duobus codd. Kennicotti. Dein ad postremam quam protulimus lectionem animadvertimus codicem O recte adnotare Vulgatum legere *mna* apud Luc. XIX, 13. seqq., sed in reliquis locis habere *mina,* quod latinis auctoribus magis probatur. Qua de re epanorthotes in cod. N scribit: « *trecentae minae;* hebraeus habet *manim* » (מנים); antiqui *minae;* unde nullatenus » est ibi *mnae;* quia, sicut dicit Papias, *mina* » latinum, *mna* graecum est: *mina* tantum » continet libram et semiunciam; *mna* conti» net duas libras et semis. Vide quantus error » unum pro alio ponere. In sacro tamen ca» none *mna* in graeco, et *mina* in latino pro » eodem pondere accipiuntur. Corrige I Esdr. » II. (v. 69.) Nehem. VII. (v. 71. 72.) Ezech. » XLV. (v. 12.) I Mach. XIIII. (v. 24.) et » XV. (v. 18.) Sed et ipse Rabanus super » Reg. habet *minas;* antiqua etiam translatio » in II Esdr. habet *minas*. » In margine codicis V eadem fere leguntur: « *mina* latine, » graece *mna* secundum Papias; *mina* tantum » continet libram et semiunciam; *mna* conti» net duas libras et semis. Unde multus er» ror est ponere unum pro altero. » His conferenda sunt quae habet Plinius N. H. XXI, 109. « *Mna*, quam nostri *minam* vocant, » pendet drachmas atticas centum. » At gravior est quaestio circa numerum; nam cod. H notat hebraeum legere *tres minae* auri שלשת מנים; eique consentiunt chaldaeus תלתא מנן, et graecus καὶ τρεῖς μναῖ, quem sequitur Iosephus *Antiq. VIII, 7.;* pro quo margo cod. goth. leg. ponit *tres aurei*. Hinc plures autumant in Vulgato legendum esse *tres,* pro *trecentae*. Mendi occasio, inquiunt,

orta videtur ex loco parallelo II Paral. IX, 16., ubi hebraeus, graecus itemque Vulgatus ponunt *trecentorum aureorum*, quod de siclis accipiendum est. Quum enim *mina* pondus centum siclorum habere probabile sit, *tres minae* in libro Reg. memoratae respondent *trecentis aureis* vel siclis de quibus in Paral. Idque confirmari potest ex eo quod syrus et arabs in Paral. pro *trecentorum aureorum*, posuerint *tres minas*. At vero ipsemet Gesenius qui in *Thesauro p. 797.* hanc sententiam amplexatus fuerat, in *additamentis* a Roedigero editis asserit *minam* pondus habuisse quinquaginta siclorum. Nos, hac missa quaestione de *minae* pondere, quod pro temporum atque locorum varietate varium fuit, animadvertimus Vulgati versionem aliquod habere in antiquis interpretibus praesidium. Nam syrus et arabs legunt *et trecentas minas;* et gemina vetus latina ex graeco interpretatio apud Claudium taur., quam ad calcem huius capituli damus, *trecentas minas auri*, vel *trecenteni aurei* praefert. Denique hieronymianam versionem egregie tuetur cl. Cavedoni *(Numismatica biblica, Modena, 1850. p. 141.)* animadvertens potuisse s. Doctorem scribere *trecentae minae*, pro *tercenti aurei*, eo quod exploratum sit persarum *aureum* appellatum fuisse *minam (cf. Schimko, P. 1. p. 21. 22.)*.

Ibid. *posuitque eas* — Codd. A, E, F, H, I, T, V, Theutmirus l. c., Claudius taurin. l. c., Rabanus, Richardus a s. Vict. CXCVI, 231. *posuitque ea;* item in Paral. l. c. sed ibi praecedit *scuta*, non *peltas*. Pro *in domo saltus*, codd. A, B, G, K, U, Cas. 4., mediol., veron., Theutmirus, Claudius taur. ll. cc., Rabanus, Angelomus *in domo silvae*.

18. *Fecit etiam*—Cod. U, Angelomus *Fecit ergo*. Cod. A *grande*, pro *grandem*. Cod. H notat hebraeum pro *auro fulvo*, legere *auro obryzo*.

19. *rotunda erat*—Bibl. Ord. *erat rotunda*. Mox cod. H notat hebraeum non habere *duae* et *singulas*.

20. *leunculi*—Bibl. Antuerp. 1559. 1563., Lugd. 1569., Paris. 1566., all. *leonculi;* neutram vocem admittit lexicon Forcellini; at ex notis tironianis habetur *leunculus*, quod et Hieronymus plus semel usurpavit. Bibl. Ven. 1476. *gradus sex*, pro *sex gradus*.

21. *quibus potabat* — Bibl. Ven. 1479. *in quibus potabat;* reliquae veteres editiones et codices omnes, itemque Rabanus et Angelomus *de quibus potabat;* Sixti editio, quam sequuti sunt clementini editores, particulam *de* praetermisit. Cod. H notat hebraeum pro *supellex*, legere *vasa*.

22. *ibat in Tharsis, deferens*—Codd. D, F 2. m., U, Cas. 15. *ibant in Tharsis, deferentes;* conf. II Paral. IX, 21. Gesenius in *Thesauro p. 1315.* non modo vult Hieronymum hoc loco errasse, eo quod classem Salomonis ad Tharsum appulisse dicat, dum in hebraico textu legitur tantum אני תרשיש למלך בים *navem tartessiam rex habebat in mari;* sed praeterea ipsum auctorem Paralipomenon l. c. et XX, 36. qui de navibus Tharsum petentibus aperte loquitur, turpiter lapsum esse temere affirmat. Si Tharsis, sic enim argumentatur, apud Iberos sita erat, prout docet Eusebius, cui recentiores omnes consentiunt, fieri non poterat ut Tharsum peterent naves ex portu Asiongaber in sinu Aelanitico solventes. Gesenio prope accedit Drach in *Lexico hebr., Paris. 1848. pag. 651.* ubi scribit: « Paralipomenon scriptor hunc lo» quendi usum (quo nempe *tartessiae* dice» bantur onerariae naves maiores) vel igno» rasse vel non agnovisse videtur. » Verum isti arroganter praesumunt notitiam usus loquendi hebraeorum se magis quam hagiographum callere. Ad Hieronymum quod spectat facilis est responsio. Nam eius versionis sensus tum plerisque antiquis interpretibus et maxime auctori Paralipomenon consentit, tum a sacri textus verbis non reiicitur. Hieronymus exprimit regiam classem ivisse in Tharsis. Hebraeus vero praeter verba a Gesenio prolata habet: לשלש שנים תבוא אני תרשיש; quae profecto accipi possunt de navi e Tharsis redeunte, prout habet graecus in-

terpres *διὰ τριῶν ἐτῶν ἤρχετο τῷ βασιλεῖ ναῦς ἐκ Θαρσίς*; item syrus ܒܬܠܬ ܫܢܝܢ ܐܬܝܐ ܣܦܝܢܬܐ ܡܢ ܬܪܫܝܫ; chaldaeus eadem habet excepto quod legit אפריקא *Africa*, pro *ex Tharsis*; at vero arabs ponit من الهند *ex India*. Ephraemus vero I, 467. scribit: « Classis Salomonis quo- » vis triennio semel ibat *Tharsis*, quo nomi- » ne veniunt maritimae regiones Africae, et » insulae adiacentes. » Etsi porro non desint auctores qui classem ab Asiongaber profectam, Africam circumnavigando, putent Tartessum in Baetica devenisse, id tamen non asseruit Hieronymus, qui optime noverat Tartessum in Hispania fuisse locatam (cf. *Hieronym. VII, 427.*), atque de *Tharsis* incertus haerens variorum opiniones protulit. Nam tradit 1°. ex hebraeorum testimonio *Tharsis* nuncupatum fuisse *mare;* atque ita interpretatur Vulgatus infra XXII, 49. et Isa. LXVI, 19. (cf. *Hieronym. I, 170. IV, 40. 816. 912. VI, 393.*); 2°. Iosephum pro *Tharsis,* prima littera commutata, intellexisse urbem Ciliciae, quae *Tarsis* nuncupatur (cf. *Hieronym. III, 286. 318. IV, 816. VI, 393.*); 3°. alios existimare *Tharsis* esse *Carthaginem;* atque hanc sententiam sequitur Vulgatus Ezech. XXVII, 12. (cf. *Hieronym. III, 286.* qua de re plura habet Ephraemus l. c. et Augustinus IV, 418.); 4°. denique nonnulli, ait, *Indiam* esse putaverunt; et alibi: « Quantum in Pa- » ralipomenon libris intelligi datur, quidam » locus Indiae vocatur *Tharsis.* » (cf. *Hieron. I, 170. III, 286. IV, 816. 912. VI, 393.*) Habemus itaque ex Hieronymo variorum opiniones, qui vel in occidentis regionibus, vel in australibus locum Tharsis statuerunt. Neque enim in sacro textu aut in hieronymiana versione affirmatur heic agi de classe in Erythraeo potius quam in Mediterraneo mari versante. Integrum igitur nobis est vel dicere classem Salomonis ex Erythraeo ad Ophir aut ad Tharsis in India appulisse; vel Tartessum ex mediterraneis phoenicum portibus navigasse. Si vero nomine תרשיש genus navium intelligatur quae ad longiorem navigationem a phoenicis adhiberi solebant, quod Gesenio aliisque probatur, haud absurde naves Tharsis velificaturae dici poterant quae Ophiram proficiscebantur. Qua de re plura dabit Ghiringhello op. cit. p. 316., qui concludit: « Ex allatis porro sententiis, quae cui- » que libuerit, hanc ipse amplectatur, nos » interim, ut omnes probabiles, et, ad rem » nostram quod attinet, ab adversariorum » oppositionibus satis tutas pronuntiamus, » ita in tanta rei ambiguitate nullam certam » dicere audentes, iudicium doctioribus aut » audacioribus libenter permittimus. »

Ibid. *et dentes*—Tacent *et* sixtini, codd. A, C 1. m., D, K, N, U, Cas. 15., goth. legion., voronen., Abulensis; epanorthotes in cod. N notat: « Hebraeus et antiqui non praemittunt *et.* » Pro *pavos*, Bibl. Norimb. 1529., Basil. 1530., Lugd. 1535. *pavones,* quod apud latinos magis receptum videtur.

23. *super omnes* — Cod. A 1. m. *omnes super.*

24. *desiderabat*—Addunt *videre* codd. G, M, N* 1. m., P, R, S, V, Cas. 5., Bibl. Ven. 1476., Rabanus, Angelomus, Abulensis, margo codicis I, et locus parallelus in Vulgato II Paral. IX, 23.; accedunt chaldaeus, syrus, arabs, armenus, georg., slav. et duo codices holmesiani; at correctoria N, O notant illud verbum in hebraeo et antiquis non legi. Pro *dederat Deus,* codd. C, Cas. 2., Bibl. Ord. et graecus *dederat Dominus;* codd. F, V, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476. *dederat Dominus Deus.*

25. *munera, vasa*—Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498. *munera et vasa;* item chaldaeus in polyglottis antuerpiensibus; cf. Holmesius. Pro *argentea et aurea,* codd. H, R, S, Bibl. Ord. *aurea et argentea;* item syrus, arabs, georg., slavon. paucique graeci codices.

26. *quadringenti currus* — Bibl. Paris. 1566. addunt *et equites;* mox pro *duodecim,* codd. S, Cas. 1. *viginti.* Cod. H notat hebraeum pro *munitas,* legere *quadrigarum,* Vulgatus ad IX, 19. posuit *curruum.* Cod. B tacet *in Ierusalem.*

27. *quanta et lapidum*—Sixtini, codd. A,

C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Cas. plures, gothic. legion., Bibl. Ven. 1476., Eucherius, Claudius taurin., Rupertus *quanta lapidum*. Pro *sycomoros*, alii legunt *sycamina;* cf. Sabatierius ad Amos VII, 14.; Lexicon Forcellini neutram habet vocem, sed tantum *sycaminus;* attamen *sycomorus* pluries occurrit in veteri itala, et apud Ambrosium, Augustinum, Hieronymum, aliosque; cf. Sabatierius ad Luc. XIX, 4. Eadem varietas in graeco occurrit; nam ubi LXX. habent συκάμινον vel συκάμινος, alii cum Aquila et Symmacho legunt συκόμορος; cf. Isa. IX, 10. Maius in *Spicil. rom. t. IX. glossar. p. 81.* ex Opusc. vet. ms. notationem profert huiusmodi: « *Sy-* » *comorus*, hanc latini *celsam* appellant, ab » altitudine, quia non est brevis ut morus. » Eadem habet idem codex ad Luc. l. c. In antiqua Galeni translatione legitur *celsa,* id est *mora*. Opusculum vetus ms., quod saepe laudat Maius, exstat in cod. vaticano 1469., atque fere idem est ac glossa edita ad calcem *tomi 2. Commentariorum Menochii, edit. Ven. 1743.* sub nomine Roberti de Sorbona, ubi legimus: « *Sycomorus, sycus* et *morus* graeca » nomina sunt; dicitur autem *sycomorus* eo » quod sit folio similis moro: hanc latini » *celsam* vocant ab altitudine, quia non bre- » vis, ut morus; morum vero *rubum* vocant » eo quod fructus vel virgulta eius rubent. »

28. *Et educebantur*—Codd. B, I *Et adducebantur;* locus parallelus II Paral. IX, 28. *Adducebantur autem;* Vallarsius mendose *Et aducebantur;* Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535., Abulensis *Et ducebantur*. Pro *Salomoni*, codd. I, R, S, et laudatae edd. Biblior. *Salomonis*. Hebraeus pro *et de Coa*, legit ומקוה, graecus ἐκ Θεκουέ; Gesenius in *Thesauro p. 1202.* interpretatur de *agmine* mercatorum et equorum; alias veterum translationes recitat Bochartus in *Hieroz. tom. 1. p. 171.* At vero Maurerus haud contemnendam dicit eorum opinionem qui cum Vulgato nomen proprium subesse autumant. Cod. B 1. m. tacet verba *Negotiatores enim regis emebant de Coa;* pro *enim*, cod. F *autem*. Hunc et sequentem versiculum iuxta lectionem Vulgati profert Verecundus in *Spic. soles. IV, 81.*

29. *siclis argenti*—Cod. H notat hebraeum legere *argenteis;* cf. ad vers. 16.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. X, 1. *in quaestionibus*. 2. *et venit in Ierusalem in virtute gravi valde*... 8. *Et* (ita codd. cum edit. Compl.) *felices mulieres tuae* (graeci enim pro אנשיך, legerunt נשיך)... 11. *trabes multas valde non dolatas* (cf. supra ad h. vers.), *et lapidem*.... 13. *praeter omnia, quae dederat ei de manu sua rex Salomon*.... 16. *et fecit rex Salomon CCC. hastas aureas ductiles; et CCC. aurei inerant in lancea una:* 17. *et CCC. scuta aurea ductilia; tres aurei inerant in scuto uno*.... 18. *auro optimo probato*... 20. *et duodecim leones*.... 25. *et odores, et stactem* (item codd. καὶ ἡδύσματα καὶ στακτήν).... 26. *Et erant Salomoni XL. millia* (ita plures codd.) *equarum in quadrigis foetantium* (codd. τοῦ τίκτειν), *et XII. millia equitum*.... 28. *et ex Thecua et ex Damasco* (item codd.) *erant negotiatores regis*.

Alia veteris italae fragmenta, quae apud Sabatierium desiderantur, quaeque vel supplent vel confirmant laudati codicis gothici legionensis lectionem, subnectimus. Ac primo Iulianus toletanus, qui priorem capituli partem habet, accedat; is igitur tom. XCVI, 719. legit: 1. *Regina Saba, audita fama sapientiae Salomonis, venit in Ierusalem tentare eum in parabolis.* 2. *Et cum ea cameli portantes onera: et attulit secum aurum multum, et lapidem valde pretiosum. Ingressaque est ad Salomonem, et locuta est ei omnia, quaecumque erant in corde suo.* 3. *Et enuntiavit ei Salomon omnia verba sua, et non fuit verbum quod rex omiserat et ei non indicaverat.* 4. *Et vidit regina Saba omnem sapientiam* (in Comm. addit *et prudentiam*) *Salomonis, et domum quam aedificavit;* 5. *et cibos eius, et sedem puerorum eius, et ordinem* (in Comm. legit *ordines*) *ministrorum eius, et vestes eius, et vini fusores eius, et holocausta eius, quae*

offerebat in domo Domini; et obstupuit (in Comm. habet *admirata est super eius responsis atque prudentia*), *et dixit: Verus est sermo, quem in terra mea* 7. *de verbo tuo et de prudentia tua audivi; et ecce nec dimidia pars enuntiata est mihi. . .* 10. *Et dedit Salomoni centum viginti talenta auri, et odoramenta multa, et lapidem valde pretiosum.*

Iulianum excipit Claudius taurinen., qui tom. CIV, 824. seq. scribit: « In Septuaginta » autem interpretibus taliter scriptum reperi: » 11. *Et navis Hiram, quae attulerat aurum » ex Ophyr, attulit etiam trabes non dolatas » multas valde, et lapides pretiosos.* 12. *Et » fecit rex ex trabibus non dolatis his firma» menta domus Domini, et domus regis, et na» blas* (graec. νάβλας; in notis tironianis » habetur *nablum*, pro *nablium*) *et cynniras* » (κινύρας, vel κιννύρας) *cantoribus. Non » sunt inventa talia ligna non dolata in ter» ris, neque visa usque in diem hanc.* Alia » vero translatio ita dicit: 11. *et navis Hi» ram, quae attulit aurum et Sephoram* (lege » ἐκ Σουφίρ), *attulit trabes multas valde » non dolatas, et lapides pretiosos.* 12. *Et fe» cit rex de lignis non dolatis inflaturam* (ita » corrupte, ut videtur; graecus ὑποστηρίγ» ματα) *domus Domini, et domus regis, et » nablas et ambucos* (lege *sambucas*) *in can» ticis. Non exierunt talia ligna usque in hunc » diem.* » Et paullo post: « In Septuaginta ita » scriptum est: 16. *Et fecit Salomon trecen» tas hastas aureas ductiles: trecenti aurei in» erant in hasta.* 17. *Et trecenta scuta aurea » ductilia: trecentas minas auri habebat in uno » scuto.* Alia vero translatio ita dicit: 16. *Et » fecit rex Salomon trecentas lanceas aureas » ductiles: ducenti quinquaginta aurei inerant » in lancea una.* 17. *Et trecenta scuta aurea: » trecenteni aurei in scuto uno.* »

Cap. XI, 1. *adamavit* — Cod. B *amabat;* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, N, O, T, U, V, goth. leg., Thomas. I, 85. 102. 115., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Paris. 1541. 1558., all., Eucherius, Claudius taurin., Rabanus, Angelomus, Petrus Com. *amavit;* cod. N notat: « LXX. habent *Salomon » muliebrarius erat.* » Vide utrum legendum sit *mulierarius* vel *muliebrosus;* nam utrum recte dici possit *muliebrarius* dubitamus. Codices non pauci ex antiquioribus pro *Ammonitidas*, legunt *Ammanitidas;* graec. Ἀμμανίτιδας; Vulgatus quoque infra XIV, 21. 31. et alibi habet *Ammanitis;* cf. ad I Reg. XI, 1. Mox ante *Idumaeas* addunt *et* codd. F, I, N*, V, Bibl. Ven. 1476., Rabanus, Rupertus, Abulensis; item graecus, syrus et arabs; at correctoria N, O notant antiquos et hebraeum non habere coniunctionis particulam. Pro *Hetthaeas*, Sixtus et veteres fere omnes editiones *Cethaeas* vel *Cetthaeas;* conf. ad Gen. X, 15.; hodierna lectio a sixtinis et gregorianis ad fidem codicum illata fuit, unde Toletus: « Hebraeus, graecus, manuscripti et » utraque Congregatio *Hetthaeas.* » Cf. Lucas Brugensis et Bukentopius pag. 407. Attamen animadvertendum vaticanas editiones istud nomen alias extulisse per simplicem litteram *t*, *Hethaeus*, unde Waltonus aliique hoc loco in textum Vulgati *Hethaeas* invexerunt, quod et nonnulli veteres retinent; alii codices praeferunt *Ethaeas;* at graecus Χετταίας.

2. *de gentibus, super quibus* — Cod. U *de quibus*. Bibl. Basil. 1530. tacent *filiis*. Pro *ingrediemini*, cod. E 1. m., Bibl. Lugd. 1510. 1514. 1535. 1541., Norimb. 1529., Basil. 1530., all. *ingredimini;* Eucherius et Claudius taurin. *ingrediamini;* et pro *ingredientur ad vestras*, codd. R, S, Eucherius *ingredientur ad vos;* accedunt hebraeus et graecus; at mendose cod. F 1. m., Bibl. Ven. 1476. *egredientur ad vestras*. Pro *certissime*, cod. A *certissimo*, quod ex *certo* recte derivatum videtur. Mox pro *Salomon*, codd. R, S, Cas. 2., Bibl. Ordin. *rex Salomon*. Cod. H notat hebraeum non legere *ardentissimo*, nec habet Isidorus Clarius; sed cf. De Azevedo in h. l. Pro *amore*, cod. E *animo et amore*.

3. *uxores quasi reginae* — Tacent *quasi* codd. L, Q, Isidorus Clarius; item hebraeus et veteres; cf. Bukentopius p. 178., qui tamen perperam dicit Iosephum *septuaginta*,

pro *septingentis* uxoribus Salomonis numerasse (cf. Iosephus *Antiq. VIII, 7.*); quamquam haud inepte Ugdulena aliquod vitium in hoc numero irrepsisse suspicatur. Cod. H notat hebraeum pro *mulieres cor eius*, legere *mulieres eius cor eius*.

4. *cor eius per mulieres*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Rupertus *per mulieres cor eius*. Pro *cum Domino*, cod. veronen. *coram Domino*. Mox cod. Cas. 1. et duo Kennicotti tacent *cor*. Pro *patris eius*, codd. F, V, Bibl. Ven. 1476., Abulensis *patris sui*.

5. *Sed colebat Salomon Astarthen deam Sidoniorum* — Cod. H notat hebraeum legere *Sed sequebatur Salomon Asthoreth deum Sidoniorum;* nomen *Astarthen* variis modis effertur in latinis exemplaribus; alia enim legunt *Asterten* vel *Astherten* vel *Astherthen;* alia vero *Astarten* aut *Astharthen;* alia denique *Astaroth* vel *Astharoth;* hodierna lectio a sixtinis (nam Bibl. Ant. 1583. all. legebant *Astarthem*) ad fidem plurimorum codicum inducta fuit; conf. ad Deut. I, 4. Nomen huius idoli muliebris a graeco scribitur Ἀστάρτη (unde latini habent *Astarte*), et num. plurali ad normam hebraeorum, Ἀσταρώθ; cf. infra vers. 33. et IV Reg. XXIII, 13. Ad ea quae de Astartes figura habent Gesenius in *Thes. p. 1082.* et Roedigerus *Additam. pag. 106.* adiicies marmor nuper Romae effossum, in quo eius caput gestans calathum conspicitur, cui adnexa est graeca inscriptio ACTAPTH. Conf. *Annali dell' instituto di corrisp. archeol. vol. XXXII. pag. 425., tav. d' agg. R.* Nota laudatum cod. H ex hebraeo habere *deum;* cui accedunt cod. B et Isidorus Clarius. At vero אלהי dicitur quoque de dea seu idolo femineo, qualis fuit *Astarte;* siquidem hebraei peculiari forma feminea in illo nomine carent.

Ibid. *Sidoniorum*—Addunt *et Chamos deum Moabitarum* Sixtus, codd. B, G, N*, R, S, T 2. m., U, V, Cas. plures, veteres fere omnes editiones, Brev. goth. p. 338., Petrus Com.; notat ad h. l. Martianaeus: « Addunt hoc loco » nonnulli manuscripti codices *et Chamos* » *deum Moabitarum;* quae verba non legun» tur in hebraeis voluminibus, sed tantum » apud LXX. quos sequuntur syrus et arabs. » Huc translata videntur e vers. 33. sequenti. » Confer utrumque locum; sed perturbatum » ordinem versiculorum huius capituli in » LXX. ne sequaris. » Verum quoad LXX. fallitur Martianaeus; nam illud additamentum e graeco abest; neque legitur in plerisque atque melioris notae latinis codicibus; hinc correctoria N, O notant: « Quod in novis » sic interponitur *et Chamos idolum Moabi*» *tarum*, nec hebraeus nec antiqui habent » hic, sed infra. » Sixtini quoque et gregoriani illud expunxerunt, unde Toletus: « Hebraeus, graecus, Complut., Reg., manu» scripti decem et utraque Congregatio non » habent illa verba; sed tamen habentur in» fra vers. 33. » Cf. Lucas Brugensis et Bukentopius pag. 178. Cod. H notat hebraeum pro *Moloch idolum Ammonitarum*, legere *Melchom abominationem Ammonitarum;* Abulensis notat: « Istud *Moloch* aliquando vocatur *Melchom.* » Codd. Cas. 11., Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540. *Malchom.* Nomen idoli Ammonitarum alias saepius scribitur מֹלֶךְ, pro quo Vulgatus, Aquila, Symmachus et Theodotio ponunt Μολόχ; at vero heic scribitur מִלְכֹּם, itemque IV Reg. XXIII, 13. ubi Vulgatus legit *Melchom*, prout legit etiam Ier. XLIX, 1. 3. ubi hebraeus habet מַלְכָּם. Rursum alibi Vulgatus retinet *Melchom* pro מַלְכָּם *rex eorum;* conf. I Paral. XX, 2. Amos I, 15. e contrario alexandrinus pro idolo *Melchom*, pluries habet τῷ βασιλεῖ αὐτῶν; cf. infra vers. 7. et 33. Sunt qui cum Moversio, Keilo et Thenio censeant idolum *Moloch* aliud esse a *Melchom;* at vero Gesenius *Thes. p. 795.* et Ugdulena pro una eademque re habent. De his qui legunt *Ammanitarum* cf. ad vers. 1.

6. *Fecitque Salomon quod non placuerat coram Domino* — Cod. H notat hebraeum legere *Fecitque Salomon malum in oculis Domini;* pro *Domino*, Bibl. Ven. 1476. *Deo.* Mox

tacent *David* codd. A, B, F, U, Cas. 1., goth. legion., mediol., veron., Gildas LXIX, 356., slavon. ostrog.

7. *fanum* — Sixtus et plures veteres editiones mendose *phanum;* cf. ad Iudic. IX, 4.; cod. H notat hebraeum legere *excelsum*. Brev. gothic. l. c. tacet *qui est*. Cod. H notat hebraeum pro *Moloch idolo,* legere *Moloch contaminationi;* melius supra v. 5. interpretatus est *abominationem,* scilicet rem abominandam, quod maxime de ipsis idolis dicitur.

9. *Salomoni, quod* — Codd. G, I, R, S, V, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476. *Salomoni, eo quod.* Cod. H notat pro *mens eius,* hebraeum legere *cor eius*. Pro *qui apparuerat,* cod. H *quia apparuerat.*

11. *Dixit itaque* — Cod. F *Dixit quoque;* cod. G *Dixitque*. Pro *disrumpens,* codd. et editt. multae *dirumpens;* cf. ad Num. XVI, 31.

12. *de manu* — Gregorius M. III, 327. *sed de manu;* item arabs et armenus.

13. *auferam* — Cod. H notat hebraeum legere *scindam*. Pro *et Ierusalem,* cod. Cas. 1., margo Ordin., Tichonius apud Sabatierium *et propter Ierusalem;* item hebraeus et veteres; Bibl. Ven. 1479. *in Ierusalem.*

15. *ad sepeliendum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, O, U, V, gothic. leg., vatic. (hoc capite proferimus ex cod. *vatic.* varias lectiones fragmenti vaticani editi a Blanchinio in *Vindic. p. CCCXLI.*), Bibl. Ven. 1476. *ad sepeliendos*. Pro *occidisset,* cod. veron. *occidissent,* ut graecus; et pro *omne masculinum,* codd. E, R, S, vatic. *omnem masculinum;* cod. veron., Brev. gothic. l. c. *omnem masculum;* utramque lectionem memorat cod. O; eademque varietas occurrit in sequenti versiculo, ubi accedunt Biblia Ven. 1476.

16. *interimeret* — Codd. A, C, D, E, F, I, K, O, R, S, U, V, mediol., vatic., Bibl. Ven. 1476., Abulensis *interimerent;* codd. G, veron. *interficerent;* item arabs, chaldaeus in polyglottis antuerpiensibus (mendosa autem est latina interpretatio apud Waltonum) paucique graeci codices.

17. *ingrederetur* — Bibl. Ord., Hugo, Abulensis *ingrederentur;* accedit graecus, sed cf. Holmesius; cod. vatic. et Bibl. Ven. 1476. addunt *in;* item versic. sequenti.

18. *surrexissent* — Cod. Cas. 1. addit *mane.* Brev. gothic. l. c. *venere,* pro *venerunt.* Pro *dedit ei,* codd. G, H, Bibl. Ven. 1476. *dedit eis*. Cod. H notat hebraeum pro *cibos,* legere *panem.*

19. *Adad gratiam* — Bibl. Ven. 1476. *gratiam Adad.* Pro *coram Pharaone,* codd. A, C 1. m., F, N, T 1. m. *coram Pharao;* istud enim nomen olim quibusdam indeclinabile fuit. Brev. gothic. l. c. pro *valde, in tantum,* legit *valde intimam;* cod. G *valde, et in tantum.* Mox cod. D tacet *ei.*

20. *Genubath* — Codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, gothic. legion., Cas. plures, mediol., veron., vatic., antiquiores editiones, Brev. goth. l. c. *Genebath;* graec. Γανηβάθ; Bibl. Ven. 1482. 1489. *Genabath.*

21. *Dimitte me, ut vadam* — Cod. H notat hebraeum legere *Mitte me, et vadam;* legunt quoque *et vadam* Bibl. Basil. 1544. 1557.

22. *Dixitque ei* — Tacent pronomen codd. T, Cas. 2. Pro *Qua enim re apud me indiges,* cod. vatic. *Quam enim rem indiges apud me;* et mox *Nullam.* Pro *ad terram,* cod. I, Bibl. Lugd. 1510. 1514. 1522. 1524., Paris. 1519. *in terram,* ut vers. superiori; cod. S *ad domum.* Tacent *te,* post *obsecro,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, I, K, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., vatic., Abulensis. Cod. H rursum ex hebraeo praefert *mittas,* pro *dimittas.*

23. *adversarium* — Cod. E addit *alterum.* Nomen *Razon* pauci scribunt *Rason,* alii corrupte *Zaron.* Pro *Eliada,* antiquiores plures editiones, paucique codices *Eliadam;* alii *Heliadam.* De nomine *Adarezer* cf. ad II Reg. VIII, 3. X, 16.; nam heic rursum fere omnes codices et antiquiores editiones prae se ferunt *Adadezer,* quod nonnulli seiungunt, legentes *ad Adezer* vel *Adad Ezer;* hebraeus הדדעזר, item chaldaeus in polyglottis londinensibus, arabs et graecus cod. alexandrinus (cf. quoque graecus ad vers. 14.); at vero

pro recepta lectione, praeter nonnullos latinos codices ac recentiores editiones, faciunt syrus, targum in polyglottis antuerpiensibus, complures hebraici codices apud De-Rossi, paucique graeci apud Holmesium. Pro *Soba*, cod. vatic. et antiquiores editiones *Saba*; cod. U cum graeco (v. 14.) *Suba*; conf. ad I Reg. XIV, 47.

24. *abieruntque Damascum*—Cod. A *abieruntque Damasco*; cod. vatic. interponit *in*. Post *constituerunt* tacent *eum* Bibl. Lugdun. 1550. 1567., Ven. 1558. Cod. mediol. pro *in Damasco*, legit *Damasci*.

25. *adversarius Israeli* — Fere omnes codices et antiquiores editiones *adversarius Israel*.

26. *Nabat* — Quamvis heic editiones clementinae praeferant *Nabath*, tamen legitimam lectionem existimamus esse *Nabat*, tum quia hanc ipsae clementinae editiones alias perpetuo exhibent, tum quia eadem consentanea est hebraeo, graeco ac latinis codicibus. Attamen Holmesius tacere non debuisset graecum codicem vaticanum heic legere Ναβάθ. Pro *Ephrathaeus*, codd. B, E, K, R, S, plures ex antiquioribus editionibus, Brev. goth. l. c. *Euphrathaeus* vel *Eufrathaeus*; cf. ad Iudic. XII, 5.

Ibid. *servus Salomonis, cuius mater erat nomine Sarua, mulier vidua* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, V, mediol. *cuius mater erat nomine Sarua, mulier vidua, servus Salomonis*; cod. U tacet *nomine*; pro *Sarua*, plures codd. et veteres editiones *Serua*; cod. B *Saraa*; codd. C, gothic. leg. *Sarba*; at in cod. M et in margine codicis I adnotatur: » *Serua* tres habet syllabas. » Re quidem vera hebraeus legit צרועה, cod. alex. Σαρουά. Hinc patet minus recte legi in recentioribus editionibus, quod et nobis excidit in Bibl. Rom. 1861., *Sarva*.

27. *Et haec est causa*—Tacent *est* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, S, T, U, V, Cas. plures, vatic., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Paris. 1541. 1558., all. Pro *aedificavit Mello*, Bibl. Ordin. *Mello aedificavit*; in glossis Roberti de Sorbona legitur: « Alia translatio *aedificavit locum excelsum.* » Huic autem consentit vetus latina interpretatio ex graeco in nostro codice goth. legion.; nam graecus pro מלוא, quod est *castellum* seu pars arcis hierosolymitanae, posuit τὴν ἄκραν. Hugo de s. Victore ad h. l. adnotat: « In hebraeo sic habetur: *aedificavit Mello,* » *et clausit aperturam civitatis David patris* » *sui*; quod sic intelligi potest, quod Mello » aedificavit et extulit in altum, et per hoc » exitum, qui prius erat in civitate David » patris sui clausit, hanc fabricam contra » portam civitatis extruens. »

28. *vir fortis* — Cod. Cas. 1. tacet *vir*. Pro *tributa universae*, cod. F cum hebraeo *tributa universa*; graecus tacet adiectivum.

29. *tempore illo* — Bibl. Lugd. 1535. *tempore isto*. Pro *inveniret*, Angelomus *invenit*; item Lucifer calar. ex graeco; et pro *Ahias*, codices non pauci cum Rabano, Lucifero calar., all. *Achias*. Mox pro *opertus*, codd. F, I, Bibl. Ven. 1476. *coopertus*; et pro *duo tantum*, cod. V et Bibl. Ordin. *tantum duo*; cod. K omittit *tantum*.

30. *Ahias*—Codices plures hoc loco *Ahia*. Cod. H notat hebraeum non legere *suum* post *pallium*. Pro *coopertus*, sixtini, codd. B, C, G, I, K, R, S, T, U, goth. leg., vatic., Bibl. Ven. 1476., Lugd. 1522. 1524., Eucherius, Rabanus, Rupertus, Angelomus, Abulensis *opertus*, ut superiori versiculo. Pro *erat*, Bibl. Ven. 1489. *fuit*; Angelomus *fuerat*.

31. *Dominus Deus Israel* — Tacent *Israel* cod. vatic. et Bibl. Ven. 1476. Mox antiquiores plures editiones et Brev. goth. l. c. omittunt *Ecce*.

32. *et Ierusalem civitatem* — Roberti Stephani priores editiones, aliaeque inde petitae *et propter Ierusalem civitatem*; item hebraeus et veteres; cod. R *et Ierusalem et civitatem*; Eucherius et Claudius taur. l. c. *et alia tribus propter Ierusalem*.

33. *dereliquerit me, et adoraverit*—Sixtini, gregoriani, codd. A, K, mediol., vatic. (mendose editus a Blanchinio l. c.), margo Ord.

dereliquerint me, et adoraverint; Vallarsius notat: « Rectius ad hebraei codicis fidem ms. » veronensis legit plurium numero *dereliquerunt me, et adoraverunt.* » Item chaldaeus. Cod. H notat hebraeum pro *Astarthen*, legere *Astoreth;* codd. A, B, veron. *Astharoth;* cf. supra ad v. 5.; rursum cod. B pro *deam*, legit *deum;* et pro *Moab*, codd. F, I *Moabitarum*. Pro *Moloch*, omnes vaticanae editiones heic mendose *Moloc*, quod alii non pauci editores perperam imitati sunt; codd. A, E, H, I, K, T, U, goth. leg., Bibl. Ven. 1476. *Melchom;* de quo cf. supra ad vers. 5. Pro *ambulaverit in viis meis, ut faceret*, sixtini, gregoriani, codd. A, mediolan. *ambulaverint in viis meis, ut facerent;* cod. veron. *ambulaverunt in viis meis, ut facerent;* accedunt hebraeus et chaldaeus. Pro *iustitiam*, cod. F, Bibl. Ven. 1476. *iudicium*. Ad *iudicia* addunt *mea* codd. E, G, R, S, V, Cas. 1., Bibl. Ord., Abulensis; item hebraeus et veteres, excepto graeco, de quo cf. Holmesius.

36. *in Ierusalem civitate*—Codd. C 1. m., F, Bibl. Ven. 1479. *in Ierusalem civitatem*.

37. *anima tua*—Vallarsius non vidit apud Martianaeum (qui hoc loco integrum folium recudere coactus fuerat) nonnisi ex typorum mendo legi *anima mea;* ac propterea eidem frustra succenset quod pro arbitrio lectionem meliorem mutaverit, nec de mutatione lectorem monuerit.

38. *Si igitur*—Codd. R, S, V, Bibl. Ordin. *Si ergo*. Codd. E, goth. legion. *praecipio*, pro *praecepero*. Cod. H notat hebraeum pro *coram me*, legere *in oculis meis*. Post *mandata* tacent *mea* codd. B, R; perperam id reticetur in latina versione syri et arabis. Pro *aedificavi David domum*, codd. C, D, E, F, G, I, T 2. m., V, Bibl. Ven. 1476. *aedificavi domum David;* sixtini, codd. A, H, K, T 1. m., U, Cas. 14., mediolan., veronen. tacent *domum;* consentiunt hebraeus et veteres; at Toletus notat: « Hebraeus, graecus, manuscripti quidam et prior Congregatio non legunt *domum;* sed impressi et alii manuscripti habent, et posterior Congregatio retinuit. » Bibl. Lugdun. 1522. 1524. *aedificavit*, pro *aedificavi*.

39. *semen David* — Codd. B, E 2. m., V *domum David*. Pro *super hoc*, codd. Cas. 2. *propter hoc;* idque Bukentopio pag. 40. probatur.

40. *ad Sesac* — Codd. A, C, D, E, F, I, K, N*, O, S, U, V, goth. leg., mediol., Thomas. I, 102., Hugo *ad Susac;* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540., all. *ad Sisac;* hebraeus quoque שִׁישַׁק, sed infra XIV, 25. שׁוּשַׁק, graec. Σουσακίμ utrobique; corrupte cod. B *ad Sar;* cod. veronen. *ad Susam;* iste Pharao fuit conditor dynastiae XXII. iuxta Manethonem; aegyptiaca monumenta quae eius nomen et imaginem referunt, non pauca supersunt; cf. Gesenii *Thes. p. 1399.*

41. *Reliquum* — Codd. Cas. 14., Eucherius, Petrus Com. *Reliqua*. Pro *sapientia*, Bibl. Ven. 1476. *sapientiam*. Mox tacent *dierum* codd. A, B, C, D, F, H, I, K, L 9., M, N, N*, O, Q, T, U, V, goth. leg., mediol., veron., Bibl. Ven. 1476., Compl., Reg., priores editiones Rob. Steph., all., Brev. goth. l. c., Eucherius, Hugo de s. Victore; item hebraeus et veteres, quorum lectionem laudat Lucas Brugensis; at vero Toletus notat: « Hebraeus, » Compl., Reg. non legunt *dierum;* sed LXX., » Ordin., et plurimi impressi et manuscripti » habent. Prior Congregatio expunxit: posterior retinuit. » Ad graecum quod spectat, Toletus inspexit ed. Compl., quae cum paucis codd. holmesianis illud nomen habet. Sixtini autem, seu prior Congregatio, vocem tamquam dubiam subnotarunt, non expunxerunt. Gregorianis quoque aliquod dubium subortum fuisse exinde patet, quod in ipsorum autographo vox *dierum* primo deleta, mox restituta fuit. Petrus Com. ait legendum vel *in libro verborum*, vel *in libro dierum*.

42. *omnem Israel*—Tacent *omnem* cod. B, arabs et tres codd. Kennicotti. Mendosam Iosephi supputationem cum certissimo Scripturarum testimonio componere studet Walafridus, ex quo scholiastes in cod. M adnotat: « Iosephus dicit Salomonem regnasse annis

» LXXX., vixisse XCIV. Scriptura eos tantum » annos exprimit, quibus regnavit antequam » praevaricaretur. » At perperam; cf. Bengel *Ordo tempp. p. 95.*

43. *et sepultus* — Codd. D, F, R, S, Bibl. Ven. 1476. 1495. *sepultusque*. Cod. H notat hebraeum pro *Roboam*, legere *Rehabam;* Hieronymus sequutus est graecos qui habent Ῥοβοάμ.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XI, 1. *et Amorrhaeas,* 2. *ex gentibus his, quas vetavit Dominus filiis Israel. . . .* 6. *Et fecit Salomon malignum* (graece τὸ πονηρόν, pro quo item ponunt *malignum* Lucifer calar. et vetus Irenaei interp. apud Sabatierium) *ante conspectum Domini. . . .* 14. *Et suscitavit Dominus satanam. . .* (24.) *regnavit* (codd. ἐβασίλευσεν) *in Damascum;* (25.) *et erat satan in Israel omnibus diebus Salomonis. . . .* 27. *Aedificavit locum excelsum, et circumduxit sepem civitati David patris sui. . . .* 29. *et utrique singulares erant in campo.*

Ex veteris italae fragmentis hoc in capite Sabatierio adiiciendis tria memoramus; quorum primum legitur in Augustini *Speculo cap. 29.* ed. Maii: 1. *Et rex Solomon erat diligens mulieres.* 4. *Et per haec factum est ut in tempore senectutis eius non esset cor illius directum a Domino.* 9. *Et iratus est Dominus super Solomonem, quoniam declinaverat cor suum a Domino Deo Israhel.* 14. *Et suscitavit Dominus satanan super Solomonem, et erat satanas super Israhel omnibus diebus Solomonis.* Alterum habetur in *Altercat. inter Theoph. christianum et Simonem iudaeum* (apud Gallandi IX, 255.): 6. *Et fecit Salomon malum, et non ambulavit in via David patris sui:* 7. *sed aedificavit excelsum Chamos, idola Moab, et regi eorum, idola filiorum Ammon, et Astaron, idola abominationis Sidoniorum.* 14. *Et excitavit Deus satanam ipsi Salomoni Ader Idumaeum.* Hunc versiculum 14. Sabatierius profert ex Lucifero calaritano; sed eius lectio castiganda est ad normam editionis Venet. 1778. p. 33. et seq.; nam ubi Sabatierius legit *adversarios, Adad, Soba, adversarii,* Lucifer habet *satan, Ader, Saba, satanae.* Tertium denique fragmentum, quod prae reliquis mendosum videtur, exstat apud auctorem anonymum *de genealog. Patriarcharum,* LIX, 542. ubi ex vers. 26. legitur: *Tunc accepit regnum Ieroboam filius Nabath, ex uxore nomine Sorum, quae vidua mansit.*

Cap. XII, 1. *illuc* — Codd. S, V, Bibl. Lugdun. 1510. 1514. 1535., Paris. 1519., Basil. 1530., all., Dionysius carth. *illic*. Pro *congregatus erat,* Bibl. Ven. 1476. *erat congregatus;* et pro *omnis Israel,* cod. L, antiquiores editiones, Brev. goth. p. 339. *omnis populus Israel;* Toletus notat: « Compl., Reg. et ma» nuscripti addunt *populus;* sed hebraeus, » graecus, Ordin., Lov. et multi alii codices » non legunt. »

2. *At vero Ieroboam* — Codd. A, B, F, H, K, T 1. m., U, V, Cas. 14., mediol., Thomas. I, 85. 102. *At Ieroboam.* Pro *regis Salomonis,* cod. R, antiquiores editiones *Salomonis regis;* eamdem varietatem ex hebraicis codd. profert De-Rossi; cod. F tacet *regis;* item graecus (apud quem est XI, 43. ubi cf. Holmesius) et arabs.

4. *nunc imminue* — Bibl. Ordin. *imminue nunc;* cod. V tacet *nunc* ut armenus, et cod. 176. Kennicotti. Cod. H notat hebraeum legere *servitute,* pro *imperio;* cod. Cas. 1. addit *regis.*

5. *ad tertium diem* — Codd. U, V *ad diem tertium.* Cod. C 1. m. *revertemini,* pro *revertimini.*

6. *cum senioribus* — Sixtini, codd. A, E, H, I, K, T 1. m., U, mediol. *cum senibus;* item II Paral. X, 6. Mox pro *cum adhuc viveret,* codd. A, veron. *dum adviveret;* conf. ad Ios. IV, 14.; cod. E *dum viveret;* legunt quoque *dum* plerique codices, paucae editt. et Paral. l. c. Dein ad verbum *ait* addunt *eis* plures ex antiquioribus editionibus, Brev. goth. l. c., syrus et arabs. Pro *datis mihi,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, R, S, T, U, V, gothic. leg., Bibl. Ven. 1476., Ord., Hugo, Abulen-

sis *mihi datis;* tacent pronomen antiquiores plures editiones, Brev. gothic. l. c. et Paral. l. c.; item hebraeus et veteres. Demum non legunt *huic* codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, O, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., veronen., antiquiores editiones, Brev. goth. l. c., syrus, armenus, cod. 144. Kennicotti et Paral. l. c.

7. *dixerunt ei*—Tacet pronomen codex B. Post *servieris* codd. N*-1. m., Cas. 2. addunt *ei;* hebraeus et veteres habent pronomen, sed numero plurium; cod. R addit iterum *populo huic.* Cod. F *concesseris*, pro *cesseris.*

8. *dederant* — Cod. K *dederunt*. Cod. H notat hebraeum legere *parvulos*, pro *adolescentes;* itemque pro *iuvenes* vers. 10. et 14.

9. *dixitque* — Cod. B *dixit*. Pro *datis consilium*, codd. R, S, Bibl. Ord. *consilium datis.*

10. *nutriti fuerant* — Bibl. Lugdun. 1522. 1524. tacent *nutriti*. Pro *loquéris populo*, veteres codices et editiones habent *loquere populo*, excepta edit. Ven. 1476. et cod. A ex quo hodiernam lectionem sixtini derivarunt. Mox Biblia Sixti tacent *Sic loquéris ad eos*, quae verba a gregorianis restituta fuerunt; unde Toletus: «Repone *Sic loquéris ad eos*, » sic hebraeus, graecus, Compl., Reg., Ord., » Lovan.; Sixtus abstulit, at posterior Con» gregatio restituit.» Bukentopius pag. 407. censuit verba illa ex mendo typographi in sixtina editione excidisse; nulla enim suberat caussa, propter quam prudenter expungerentur. Nomen quod sequitur *grossior* ignorat Forcellini, at eius Lexici editores lipsienses addiderunt *grossus*, pro *crassus*, ex testimonio Sulpicii Severi; habemus autem et Hieronymi auctoritatem in eiusdem Comm. ad Ezech. XLI, 25.; cf. supra ad VII, 26. Cod. H notat hebraeum pro *dorso*, legere *lumbis*; atque ita habet Vulgatus II Paral. X, 10.

11. *cecídit vos* — Codd. A 2. m., F, goth. legion. *caedit vos;* cod. B *cecídit super vos;* Bibl. Ven. 1476. *cecídit vobis*. Pro *ego autem*, sixtini, codd. A, V *et ego;* conf. Holmesius. Dein tacent *vos* codd. B, K, T, Cas. 13., mediol., veron. Quod sequitur *scorpionibus* accipiendum est de asperrimo flagelli genere; Isidorus enim inter instrumenta quibus sontes caeduntur, ponit virgas aculeatas vel nodosas, quae, inquit, *scorpiones* rectissime vocantur; cf. Ephraemus I, 471.

12. *ad Roboam die tertia*—Codd. A, C, G, R, S, V, gothic. leg., II Paral. X, 12. *ad Roboam die tertio*.

13. *ei dederant* — Cod. H *dederant ei;* cod. B tacet pronomen.

14. *locutus est eis*—Tacent pronomen Bibl. Ven. 1476. et II Paral. X, 14. Rursum pro *cecídit*, codd. A 2. m., F, G, goth. leg. *caedit;* et pro *ego autem caedam vos*, codd. A, E, T *et ego caedam;* codd. B, C, G, Hugo de s. Victore, Petrus Com. *ego caedam vos*.

15. *aversatus* — Codices et editiones non paucae praeferunt *adversatus;* saepius enim duo ista a librariis permiscentur. Pro *fuerat eum*, sixtini, codd. A, F, T, V, Bibl. Ven. 1476. *eum fuerat*. Mox post verba *locutus fuerat* addunt *Dominus* codd. R, aliique apud O; item hebraeus, chaldaeus, syrus et cod. alexandrinus. Pro *Silonitae*, alii legunt *Silonitis*, uti habet Vulgatus infra XV, 29. et II Paral. X, 15.

16. *populus* — Cod. H notat hebraeum legere *omnis Israel*. Tacent *eos* post *noluisset* Bibl. Ven. 1476. Pro *Vade in tabernacula*, codd. B, F, T 1. m., U, Hugo de s. Victore CLXXVI, 1142. et II Paral. X, 16. *Revertere in tabernacula;* accedunt graecus et arabs; tacent *Vade* sixtini, codd. A, L 3., Q, mediol., veron., Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., Lugd. 1529. 1531. 1533. 1537., Ant. 1537. 1538., Ven. 1538., all.; item hebraeus, chaldaeus, syrus; Lucas Brugensis pro hac varietate scribit: « Quamquam supplendum sit *Vade*, » vel, quod alii libri habent, *Revertere;* ma» iori tamen cum gratia in quibusdam codi» cibus hebraeo consentientibus videtur sub» audiri quam exprimi, ita ut sit *ἀποσιώ» πησις* iratorum. » Conf. dicta ad II Reg. XX, 1. At vero Toletus notat: « Manuscripti » tres, et prior Congregatio non legunt *Vade;* » tamen est apud LXX. et in Compl., Reg.,

» Ord. et reliquis codicibus. In hebraeo non » legitur, sed ex phrasi subintelligitur. » Pro *vide*, mendose Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., all. *video;* dein cod. F tacet *Israel.*

17. *quicumque* — Cod. H notat in hebraeo non legi. Bibl. Paris. 1566. *habitant,* pro *habitabant.*

18. *Misit ergo* — Codd. C, E, F, H, I, K, T, U, Bibl. Ven. 1476., Hugo *Misit igitur;* cod. R *Misit quoque.* Pro *rex Roboam,* Bibl. Ven. 1476. *Roboam rex;* tacent *rex* Bibl. Lugdun. 1510. 1514. 1522. 1524., Paris. 1519., Basil. 1530.; item cod. 21. Kennicotti. Pro *Aduram,* Bibl. Ordin. *Adoram;* consentit hebraeus; graecus habet Ἀδωνιράμ (edit. Complut. Ἀδωράμ); nam אדרם, auctore Gesenio in *Thes. p. 529.,* dicitur contracte pro אדנירם de quo cf. supra ad IV, 6. Pro *tributa,* sixtini, codd. A, D, E, F, K, O, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., Bibl. Ven. 1476, *tributum;* item hebraeus et graecus. Pro *omnis Israel,* codd. R, S, Bibl. Ord. *omnis populus;* Dionysius carthus. *omnis populus Israel.* Ante *Ierusalem* tacent *in* codd. D, F, goth. legion.

20. *audisset* — Hugo *audissent;* item chaldaeus; codd. R, S *vidisset.* Pro *congregato coetu, et,* Eucherius et Claudius taurin. *congregatoque coetu;* cod. R *congregato exercitu, et.* Tacent *eum* post *constituerunt* codd. A, B, C, D, F, O, T, Cas. 15., gothic. leg., veron.; mendose reticetur in latina versione syri. Pro *omnem Israel,* codd. R, S *omne regnum Israel;* cod. B, Eucherius, Claudius taur. tacent *omnem;* item graecus et duo codd. Kennicotti. Pro *quisquam,* quod sixtini, gregoriani et Toletus ad codicum fidem intulerunt, Sixtus et fere omnes veteres editiones *quispiam;* Bibl. Lugd. 1510. 1514. 1522., Paris. 1519. *quippiam.* Ab hoc versiculo Claudius taur. et Eucherius incipere videntur librum IV. Regum; arabica versio librum tertium absolvit ad finem cap. XI.

21. *Roboam Ierusalem* — Codd. G, H, Abulensis *Roboam in Ierusalem.* Cod. F pro *octoginta,* legit *octo;* graecus autem εἴκοσι. Pro *virorum bellatorum,* Sixtus, codd. A, D, E, F, G, I, K, O, R, S, T 2. m., U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., veteres editiones, Brev. gothic. p. 340. *virorum et bellatorum;* particulam *et* expunxerunt sixtini et gregoriani, quibus suffragantur codd. B, C, H, T 1. m., Cas. 2., veronen.; hinc Toletus: « Hebraeus, » graecus, manuscripti et Congregatio non » legunt *et.* » Cf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 408.; cod. H notat hebraeum non legere *virorum;* cf. II Paral. XI, 1. Mox pro *pugnarent contra domum Israel, et reducerent,* codd. A, C, F, K, N, P, T, U, mediol., veron. *pugnaret contra domum Israel, et reduceret;* pro hac lectione epanorthotes in cod. N scribit: « Antiqui iuxta hebraeum, » quod est *ad pugnandum* et *reducendum* » (להלחם להשיב), habent in singulari; et » LXX. similiter. Sed et de eodem hebraeo » II Paral. XI. (v. 1.) hoc dicitur in singu- » lari; neque enim turbae reductio populi » debebat attribui. Sed nec obstat quod Ro- » boam cum tot millibus dicitur reducere re- » gnum Roboam: hoc enim idioma est he- » braicum, sicut et infra XIII. (v. 29.) *Tulit* » *ergo prophetes,* et mox *intulit in civitatem* » *prophetae senis.* » Conf. ad Iudic. XIX, 11. Pro *domum Israel,* cod. B *regem Israel;* idem cod. B pro *filio,* legit *filii,* ut pauci graeci apud Holmesium; cod. F *ad filium.*

22. *Factus est autem* — Codd. A, B, G *Factus est vero;* codd. E, goth. legion., mediol. *Factus est ergo;* cod. K *Factus est igitur.* Pro *sermo Domini,* sixtini, codd. A, C, H, Q, veronen., Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugdun. 1535. 1540. *sermo Dei;* hinc notat Toletus: « Hebraeus, Complut., Reg. et prior » Congregatio legunt *Dei;* at LXX., Ordin. et » multi impressi *Domini.* » Vulgato favent, praeter graecum, syrus, chaldaeus et pauci codd. hebraici apud De-Rossi.

23. *et reliquos* — Codd. Cas. 14. et Abulensis *et ad reliquos.*

24. *neque bellabitis* — Codd. E, F, G, H, I, K, S, T, U, plures ex antiquioribus editionibus *nec bellabitis;* mox cod. F tacet *fratres*

vestros; et pro *verbum hoc*, legit cum Bibl. Ven. 1476. *hoc verbum*. Post *Audierunt* cod. K addit *enim;* cod. Cas. 1. *itaque;* nexum praemittunt hebraeus et veteres. Cod. H notat hebraeum pro *sicut eis praeceperat Dominus*, legere *secundum verbum Domini;* codd. I, V, Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540. *sicut praeceperat eis Dominus*.

27. *cor populi huius* — Cod. B 2. m. *populus iste;* accedit cod. 224. Kennicotti. Pro *revertentur*, Bibl. Ven. Ienson 1476. 1479. *revertetur*.

28. *ascendere in Ierusalem* — Tacent *in* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, I, K, O, T, U, V 1. m., goth. leg., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1558., all., Hugo. Pro *te eduxerunt*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1495., Petrus Com. *eduxerunt te*.

30. *verbum hoc* — Addunt *Israel* codd. I 2. m., R, S, Cas. 2.; item pauci graeci codices; at correctoria M, O istud additamentum reiiciunt. Pro *usque in Dan*, cod. F et Lucifer calarit. *usque Dan*.

31. *fana*—Sixtus et plerique veteres *phana*, quod recte emendarunt sixtini et gregoriani; cf. supra ad XI, 7. Pro *sacerdotes de extremis populi*, cod. F *de extremis populi sacerdotes;* cf. infra ad XIII, 33. ubi Vulgatus pro iisdem verbis posuit *de novissimis populi*.

32. *quintadecima*—Bibl. Ven. 1495., Lugdun. 1535. 1540., all. *quindecima*. Pro *celebrabatur*, sixtini, codd. A, C 1. m., E, F, T, Cas. 3., goth. legion., veron., plures ex antiquioribus editionibus *celebratur;* in hebraeo et graeco verbum plane reticetur, sed commodius praesens subintelligitur. Pro *altare*, codd. E, I *ad altare;* et pro *fabricatus fuerat*, codd. B, E, H, K, T, goth. leg. *fabricatus erat*.

33. *quem finxerat*—Codd. C, E, F, T 1. m., Cas. 14., Bibl. Ven. 1479. 1495. 1558., Lugdun. 1550. 1567., all. *quem fixerat;* cod. B et Abulensis *quae fixerat;* Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1540. *quem finxerant*. Pro *de corde*, codd. F 1. m., G, R *in corde;* cf. Sabatierius. Cod. veron. *adoleretur*, pro *adoleret*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XII, 10. *Pusillitas mea vastior est quam lumborum* (sic) *patris mei*. . . . 15. *Et non obaudivit rex plebem, quoniam erat perversum* (μεταστροφή, Augustinus *conversio*) *a Domino: ut constitueret Dominus* (item codd. addunt Κύριος) *verbum suum*. . . . (Quae sequuntur pertinent ad additamentum quod est apud graecos post v. 24. ubi multa sunt repetita, transposita, confusa, male cohaerentia, ut ait Flaminius Nobilius) *Et erat homo de monte Ephraem, servus Salomonis, et nomen illi erat Hieroboam, et nomen matris illius erat Sarisa* (cod. vatic. Σαρεῖσα), *mulier fornicaria* (concinit Lucifer calar. apud Sabatierium). . . *Et audivit Hieroboam in Aegypto quia mortuus est Salomon, et locutus est ad aures Sachim* (cod. 93. Σακεὶμ) *regis Aegypti, dicens: Dimitte me, et abibo ego in terram meam. Et dixit illi Susachim* (graecus Σουσακίμ): *Pete a me petitionem quam vis, et dabo tibi. Et dedit Susachim Hieroboae Anum sororem Technas seniorem* (graecus τῷ Ἱεροβοὰμ τὴν Ἀνὼ ἀδελφὴν Θεκεμίνας τὴν πρεσβυτέραν; graeci codices rursum addunt ἀδελφήν, pro quo in nostro cod. leg. est vox *nuham*, quam non intelligimus) *uxoris suae, illi in uxorem. Et haec erat maior inter filias regis; et peperit ex Hieroboam Abia filium eius*. . . 30. *Et antecedebat plebs ante unam baccam* (vaccam) *usque Dan. Et ante faciem secundae in Bethel* (item pauci graeci codd. καὶ πρὸ προσώπου τῆς ἄλλης εἰς Βαιθήλ): *et reliquerunt domum Domini*: 31. *et fecit domum in excelsis*.

Praeter ea quae habet Sabatierius, auctor *de genealogiis Patriarch. LIX, 542.* ex v. 28. et 29. haec memorat: « Ieroboam in primo » anno regni sui *fecit vaccas aureas duas*, » unam dedit in Dan, et unam posuit in Be- » thel. Tunc *dixit ad plebem: Sufficiat vobis* » *ascendere in Ierusalem; ecce dii tui Israel*, » *qui te eduxerunt de terra Aegypti*. »

Cap. XIII, 1. *Et ecce vir Dei* — Tacent *Et*

Thomasius I, 115. et Angelomus; codd. D, F, V addunt *propheta, cui Abdo nomen est, sicut in Paralipomenon fatetur;* idem legisse videtur Petrus Com. qui praeterea cum Hugone subdit alios id intellexisse de Gad propheta. At illud additamentum manifeste spurium est, atque ex glossa marginali in textum ab imperitis illatum. Praeterea scribendum fuisset *Addo,* uti habet Hieronymus VI, 778. ex II Paral. IX, 29., vel *Iaddo,* prout habet Pseudo-Hieronymus III, 811. ex eodem Paralipomenon loco iuxta hebraicum textum. Huic autem sententiae accedit Iosephus *Antiq. VIII, 8.* qui scribit *Iadon.* At vero Tertullianus *de ieiun. c. XVI.* et Ephraemus in h. l. tradunt fuisse *Semeiam.* Nos ignotum esse putamus nomen prophetae de quo heic sermo est. Mox interpunctionis nota minus recte in quibusdam exemplaribus, non post, sed ante verba *in Bethel* ponitur. Vallarsius autem pro more fallitur ex mendosa Calmeti editione, dum notat Vulgatum legere *faciente,* quod nullum aptum reddit sensum, pro *iaciente.*

2. *Et exclamavit* — Rabanus *Exclamavitque.* Cod. U tacet *contra altare.* Pro *Domini,* cod. E *Dei.* In polyglottis londinensibus pro *dicit,* mendose legitur *dixit.* Ad verbum *Dominus* Gregorius M. I, 236. addit *Deus.* Pro *super te incendet,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, V, Bibl. Ven. 1476., Hugo, Rabanus, Petrus cluniac. CLXXXIX, 706., Abulensis *incendet super te;* cod. U *incendunt super te;* habent pluralem numerum hebraeus, chaldaeus et arabs.

3. *in illa die* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, Bibl. Ven. 1476., Ord., Hugo, Petrus cluniac. l. c., Abulensis *in die illa.* Pro *altare scindetur,* Bibl. Ordin. *scindetur altare;* codd. A, U, mediolan. *altare scinditur;* graecus τὸ θυσιαστήριον ῥήγνυται (Holmesius adnotare debuisset codicem alex. aliosque legere ῥύγνυται); et pro *effundetur cinis,* codd. F, I, Bibl. Ven. 1476. *cinis effundetur;* codd. A, U, mediol. *effunditur cinis.*

4. *sermonem* — Cod. C 1. m. *sermones;* graecus τῶν λόγων. Pro *inclamaverat,* codd. R, veron. *exclamaverat;* conf. vers. 2. Ad verba *nec valuit* Petrus cluniac. l. c. addit *rex.*

5. *effusus est cinis* — Tacent *est* sixtini, codd. A, C, D, F, K, Cas. 3., gothic. legion., Bibl. Ven. 1476. Cod. H notat hebraeum pro *praedixerat,* legere *dederat.* Cod. B pro *Domini,* habet *Dei.*

6. *Oravitque* — Sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, D, F, G, K, O, U, Cas. 15., gothic. leg., mediol., antiquiores editiones, Gregorius M. I, 238., Petrus clun. l. c., Brev. goth. p. 342., Hugo *Oravit.* Pro *manus regis,* codd. E, G, I, Bibl. Ordin., Abulensis *manus eius;* item arabs; glossa interlinearis notat alios legere *manus regis.*

7. *ad virum Dei* — Addunt *dicens* cod. E, armenus, duo graeci codices et Lucifer calar. Pro *mecum domum,* cod. F, Bibl. Ven. 1476. *domum mecum;* cod. Cas. 1. tacet *domum.* Cod. veronen. cum arabe legit *prandeamus,* pro *prandeas.*

8. *nec comedam* — Brev. gothic. l. c. *neque comedam.*

9. *Non comedes* — Cod. V, Rupertus *Ne comedas;* cf. ad v. 17. Pro *neque bibes,* cod. V, Bibl. Rom. 1471., Ven. 1476., Paris. 1541., Rupertus *neque bibas;* codd. U, V addunt *in loco isto;* accedit chaldaeus; cf. v. 8. et 16. Pro *reverteris,* Bibl. Ven. 1476. et Rupertus *revertaris;* et pro *qua venisti,* codd. C 2. m., F, R, Bibl. Ienson. Ven. 1476. 1479. *quam venisti;* cod. mediol. *in quo venisti.*

11. *Prophetes* — Alii legunt *Propheta;* hunc verum fuisse prophetam, etsi in officii sui muneribus explendis non semper recte se gesserit, affirmant Ephraemus syrus, Augustinus, Theodoretus aliique plures ex christianis interpretibus; contra vero illum pseudo-prophetam vocant chaldaeus, arabs, Iosephus et plerique hebraeorum, quibus consentiunt non pauci ex nostris; cf. Calmetus. Margo cod. gothic. leg. utramque sententiam expressisse videtur. Nobis huius historiae seriem expendentibus visum est hunc homi-

nem modo falsi, modo veri prophetae partes sustinuisse; cf. Gregorius M. I, 760. 1180. « Neque tamen concludendum, inquit Ghi» ringhello pag. 338., prophetarum ministe» rium anceps atque ambiguum fuisse; quan» doquidem nulla nedum prophetae (Deut. » XIII, 1. 3.), sed et Angelo (Galat. I, 8.) » contra expressum Dei testimonium aliquid » asserenti fides habenda est: nec Deum de» decuit mendacium permittere, quod nul» lum nisi volentem in errorem inducere po» tuit, et divini eloquii veritatem deplora» bili, at perutili experimento confirmavit. »

Ibid. *quidam senex* — Cod. F, Bibl. Ven. 1476. *senex quidam;* et pro *venerunt filii sui, et narraverunt,* sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, C, D, F, H, K, L 10., N, O, P, Q, U, Cas. 13., mediol., Thomas. I, 86., priores editiones Roberti Steph., all. *venit filius suus, et narravit;* pro hac lectione stat epanorthotes cuius notationem inferius recitabimus; cod. veron. *venit filius eius, et narravit;* his accedunt hebraeus, chaldaeus et arabs; singularis est lectio quae habetur in Bibl. Ven. 1476. *venerunt filii sui, et narravit;* at pro hodierna Vulgati lectione faciunt, praeter reliquos codices, graecus, syrus, duo codices Kennicotti et Houbigantius; hinc Toletus: « Hebraeus et manuscripti decem legunt *fi» lius suus, et narravit;* at vero LXX., Com» plut., Reg., Ord. et multi codices impressi » et manuscripti legunt ut in textu (Sixti V.), » et sic utraque Congregatio. » Verum utriusque Congregationis sententiam Toletum mendose excitasse constat ex ipsarum autographis, quae nobis ante oculos obversantur. Mox tacent *opera* Bibl. Lugdun. 1542. 1551. 1556. 1558., Basil. 1544. 1557. In Bibl. Basil. 1530. desiderantur verba *illa die*, pro quibus codd. B, H, T habent *in illa die.* Pro *narraverunt patri,* cod. F *et narravit patri;* praemittunt quoque *et* codd. A, B, C, E, G, H, I, K, N, O, T, U, V, Cas. 14., mediol., Bibl. Ven. 1476., Rob. Steph. et Lovan., quibus consentiunt hebraeus et veteres; nexum abiecit Sixtus, nec legitur in plerisque ex antiquioribus editt. et in sex codd. hentenianis; conf. Lucas Brugensis. Epanorthotes in cod. N notat: « *venit filius suus, et narravit » ei omnia opera, quae fecerat vir Dei illa » die in Bethel, et verba quae locutus fuerat » ad regem: et narraverunt patri suo.* Notan» dum quod unus incepit, et duo narratio» nem consummaverunt. Unde qui in princi» pio pro hoc *venit filius suus, et narravit,* » posuerunt hoc *venerunt filii sui, et narra» verunt;* et infra ante *narraverunt* coniun» ctionem *et* deleverunt, litteram nostrae » translationis destruxerunt, et ibi litteram » LXX., ut patet tam in graeco, quam in la» tina translatione de graeco, posuerunt, sic» ut probatur per hebraicum et antiquos. » Rursum inde patet epanorthotem prae manibus habuisse veteris italae exemplaria. At vero eiusdem animadversio quoad graecum; referenda est ad prius hemistichium; nam in altero graecus, quo cum consentit vetus itala, legit *καὶ ἐπέστρεψαν* (vel *ἀπέστρεψαν* aut *ἐπέστρεψε*) *τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς αὐτῶν.* Ex quo Tychsenius coniectando suspicabatur illum pro ויספרום legisse ויסבו פנים.

12. *Ostenderunt*—Cod. L (seu Q) *Et ostenderunt;* cod. V *Ostenderuntque;* item hebraeus et veteres. Pro *viam, per quam abierat,* Bibl. Ven. 1476. *per quam viam abierat.*

13. *stravissent* — Codd. N, P addunt *asinum;* consentiunt hebraeus et veteres, prout animadvertit epanorthotes; at commode ex superiori membro subintelligi potest.

14. *Tune es* — Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496., all. *Tu es ne;* cod. F tacet *es.* Pro *qui venisti,* codd. D 1. m., veron., Bibl. Ven. 1476. *qui venit;* item cod. 2. Kennicotti; Vallarsius perperam notat Vulgatum omittere *qui.* Pro *Respondit ille,* codd. R, S *Respondit illi;* accedunt graecus et syrus; sed conf. Holmesius, cui addes Tischendorfii *Mon. sacra ined. I, 182.;* cod. H tacet *ille;* item hebraeus et reliqui veteres.

15. *Dixitque ad eum* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, K, L 9., Q, T 1. m., U, Cas.

plures, gothic. leg. *Dixit ad eum;* codd. E, I *Dixit ei;* cod. G *Dixitque ei.*

16. *neque bibam*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, S, T, U, V, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Ord., Paris. 1541., all., Hugo *nec bibam.*

17. *locutus est Dominus*—Cod. H notat hebraeum non legere *Dominus.* Pro *comedes*, codd. B, E, Bibl. Ven. 1484. 1511., Argent. 1497., Norimb. 1501., Compl., Reg., all. *comedas;* et pro *non bibes*, cod. H *neque bibes;* codd. B, F, Bibl. Ven. 1476. 1484. 1511., Argent. 1497., Norimb. 1501., Compl., Reg., all. *non bibas;* cf. ad vers. 9. Pro *aquam ibi*, codd. A, E, I, K, T, U, V, Abulensis *ibi aquam;* tacent *ibi* codd. B, F, G, et tres codices Kennicotti; graecus legit ἐκεῖ post ἄρτον; sed cf. Holmesius. Pro *revertéris*, Bibl. Ven. 1476. *revertaris;* et pro *qua ieris*, codd. C 2. m., E, Bibl. Ven. 1479., Lucifer calar. *quam ieris;* cod. T *per quam ieris;* cf. ad v. 9.

18. *Et ego*—Cod. mediol. *Ego;* item arabs. Pro *propheta sum*, codd. E, R, S, Abulensis *sum propheta.* Mox Brev. gothic. l. c. tacet *mihi*, pro quo cod. S legit *ad me;* et pro *ut comedat*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., Hugo, Abulensis *et comedat;* consentiunt hebraeus et graecus.

19. *et reduxit* — Addunt *eum* Bibl. Ven. 1476., item Lucifer calar. cum graeco, sed isti tacent *secum.*

20. *sederent*—Codd. G, R, S, Bibl. Ordin. *sederet;* cod. K *ederent.* Hugo et margo Ord. mendose *seduxerat*, pro *reduxerat.*

21. *non obediens*—Sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, C, E, G, H, I, K, U, V, goth. leg., alii apud O, Eucherius, Claudius taurin., Abulensis *inobediens;* item Augustinus VI, 521. et Gildas apud Gallandi XII, 212. et Vulgatus infra vers. 26.; hanc vocem Lexico Forcellini merito addiderunt editores lipsienses; occurrit enim in veteri itala et apud Tertullianum, Hieronymum, Ambrosium aliosque. Pro *ori*, cod. Cas. 1. *verbo;* accedunt veteres interpretes; et pro *praecepit*, codd. R, S, Cas. 2. *praeceperat;* cod. veron. et Gildas l. c. tacent *tibi*, cod. mediol. *Deus.*

22. *praecepit tibi*—Codd. A, F, I, R, S, alii apud O, Bibl. Ven. 1476., Abulensis *praecepi tibi;* cod. veron. *praeceperam tibi;* idem cod. veronen. *infertur*, pro *inferetur;* et pro *in sepulchrum*, cod. T et Claudius taur. *in sepulchro.* Apud Gildam l. c. hic versiculus partim ex Vulgato, partim ex veteri itala describitur; sic enim legimus: *et reversus es, et comedisti panem, et bibisti aquam in hoc loco in quo mandaveram tibi ne manducares panem, nec biberes aquam, non ponetur corpus tuum in sepulchro patrum tuorum.* Quae vero sequuntur ex vers. 23. et 24. derivata, Sabatierius praetermittere non debuisset: *Et factum est, postquam manducavit panem et bibit aquam, stravit sibi asinam suam, et abiit; et invenit eum leo in via, et occidit eum.*

23. *comedisset et bibisset*—Codd. C, D, E, F, I, N, O, T 2. m., V *comedissent et bibissent;* accedunt chaldaeus et syrus; at non desunt syriaci codices singularem numerum praeferentes; epanorthotes in cod. N notat hebraeum et antiquos habere numerum pluralem; verum aut in sacro textu aliter ipse ac nos legisse, aut errasse dicendus est. Ad verba quae sequuntur *stravit asinum suum prophetae, quem reduxerat*, plura sunt animadvertenda. Toletus minus accurate notat: « Hebraeus habet *stravit asinum prophetae,* » *quem reduxerat.* LXX. autem *stravit asinum* » *prophetae, et reversus est;* manuscripti et » prior Congregatio probaverunt lectionem » hebraici textus. Sed Compl., Reg., Ordin. » et fere omnes codices impressi ut in textu » Sixti *stravit asinum suum propheta, quem* » *reduxerat.* Congregatio posterior retinuit » *suum*, et legit *prophetae* cum duobus ma» nuscriptis; refertur autem vox *suum* ad » prophetam, loco *eius*, ut saepe fit in Scri» ptura. » Sacri textus verba sunt ויחבש־לו החמור לנביא אשר השיבו quorum sensus est: propheta senex ille qui habitabat in Bethel *stravit*, vel sterni mandavit, *ei asinum*

suum, nimirum *ei prophetae*, qui pedester venerat de Iuda, *quem* ipse *reduxerat*. Sixtini et gregoriani expunxerunt pronomen *suum*, quod non legitur in codd. A, K, L (seu Q), quibus hebraeus et veteres adstipulantur; at tamen subintelligitur. Veteres editiones et plures codices legunt *propheta*, quod servarunt sixtini et Biblia vaticana ann. 1590. 1592.; at vero quum gregorianis placuisset legere *prophetae*, prout habent praeter alios, duo codices a Roberto Stephano et a lovaniensibus laudati, altera lectio tamquam mendosa castigata fuit; et sane id consentaneum erat hebraeo antiquisque interpretibus. Cod. K et margo Ordin. *prophetae illi*. Cf. Lucas Brugensis et Bukentop. p. 178.

24. *Qui cum* — Bibl. Ven. 1476. *Cumque*. Pro *proiectum in itinere*, codd. E, I *in itinere proiectum*. Ad verba *iuxta cadaver*, cod. Cas. 1. addit *nec asinum contigit*.

25. *Et ecce* — Bibl. Ordin., Paris. 1558. 1566. *Ecce*. Pro *in civitate*, codd. K, R, S, veteres fere omnes editiones, Brev. gothic. pag. 343. *in civitatem*; emendarunt ad fidem priscorum codicum sixtini, quibus praeiverant Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. Mox alii scribunt *propheta*, pro *prophetes*; et pro *ille senex*, sixtini, codd. A, C, E, F, G, H, I, K, T, U, Hugo, Abulensis *senex ille*.

26. *Quod cum audisset propheta ille* — Haec desiderantur in Bibl. Ven. 1476. Post *occidit* addunt *eum* codd. E, I, R, S, Bibl. Ven. 1476.; item hebraeus et veteres; perperam tamen hanc lectionem Montfauconius in Hexaplis tribuit Vulgato.

28. *et ille abiisset* — Bibl. Ven. 1476. *et abiisset ille*. Pro *stantes iuxta*, codd. E, F, I *stantem iuxta*; Bibl. Ven. 1476. tacent *stantes*. Ante *non comedit* addunt *et* codd. C 2. m., N*, P, R, S, V, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476.; item graecus et quatuor codices Kennicotti; at cod. N notat: « Hebraeus et antiqui non interponunt *et*. »

29. *Tulit ergo* — Bibl. Ven. 1484. 1492. 1494., Ord., priores editt. Rob. Steph., all., Brev. gothic. l. c. *Tulit quoque*. Pro *posuit*, cod. U *imposuit*; et post *intulit*, codd. B, I cum hebraeo et graeco addunt *illud*. Pro *prophetae senis*, Sixtus, codd. B, H, L 4. (seu Q), U, goth. leg., Bibl. Ordin., priores editiones Rob. Steph., all. *prophetes senex*; sixtini, codd. I, Cas. 14., censores florentini *propheta senex*; Bukentopius p. 408. notat: « LXX. nominativo ὁ προφήτης; hebraea indifferenter transferri possunt *propheta senex*, et *prophetae senis*, quamvis pro hoc ultimo suffragium ferant accentus hebraeo textui per rabbinos appositi. » Optima videtur hodierna lectio a gregorianis invecta, cui consentiunt plerique codices et editiones; unde Toletus scribit: « Lege *prophetae senis;* sic hebraeus, graecus, Compl., Reg., manuscripti et utraque Congregatio. » Ad graecum quod pertinet Toletus inspexit editionem Complut. quae cum paucis codicibus habet τοῦ προφήτου τοῦ πρεσβυτέρου; at quoad sixtinos, certum est illos legisse ut supra docuimus. Incerta autem videtur lectio codicis A *prophetae senes*, et codd. G, R, S *prophetes senis*. Pro *plangeret*, codices nostri et veteres fere omnes editiones legunt *plangerent*, nec sixtini mutarunt; at Sixtus singularem numerum praetulit cum Bibl. Ven. 1495. 1511., Compl., Reg., all.; idque Lucae Brugensi probatur.

30. *planxerunt eum* — Tacent pronomen codd. F, G, N, P; et pro *Heu heu mi frater*, codd. N, P *Heu mi, heu frater;* cod. H notat hebraeum legere *Heu frater mi;* alterum *heu* omittunt sixtini, codd. A, K, L (seu Q), U, mediol., veron., Dionysius carthus.; Toletus vero notat: « Hebraeus, graecus et prior Congregatio non legunt alterum *heu;* habetur tamen in impressis omnibus. » Immo vero non in omnibus; nam excipienda erant Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532. 1557., Lugd. 1529. 1531. 1533. 1537. 1546., Ant. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544., Heidelb. 1586. Animadverte vetustissimos codd. A, mediolan., all. praeferre *Eheu*, pro *Heu*. Tacent *mi* codd. A, B, E, F, H, K, U, mediol.; item graecus.

31. *planxissent* — Cod. H notat hebraeum

legere *sepelissent*. Ante verba *iuxta ossa* quidam apud cod. O praemittunt *et;* item syrus et arabs; in Bibl. Mog. 1462. deest *ossa*.

32. *quem praedixit in sermone*—Bibl. Ord. edit. Lugd. 1590. et Ant. 1634. mendose ista praetermittunt; cod. H notat hebraeum pro *praedixit*, legere *vocavit*. Pro *fana*, Sixtus *phana;* conf. ad XI, 7.

33. *Post verba haec* — Codd. C, E, I, V, Thomas. I, 103., Bibl. Ven. 1476.; Agobardus apud Gallandi XIII, 436., Abulensis *Post haec verba;* cod. H notat hebraeum legere *Post verbum hoc*. Pro *de novissimis populi*, codd. E 1. m., F, K, R, S, U, V, antiquiores editiones *de novissimis populis;* margo Ord. *de populo;* etsi enim hebraica verba מקצות העם a plerisque redduntur *ex infima plebe*, tamen Maurerus intelligit *ex universo populo*, nimirum ex omnibus sine discrimine; conf. Gesenii *Thes*. p. 1227.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XIII, 3. *Ecce sacrarium* (graece θυσιαστήριον, pro quo itala apud Luciferum calarit. constanter ponit *sacrarium*, alii vero *altarium*) *rumpetur, et effundetur pinguedo quae est in eo*. . . . 11. *Et pseudo-propheta alius senior erat commorans in Bethel* [Alias non habet *pseudo*, sed simpliciter *propheta*] . . . *et converterunt faciem patris sui*. . . . 14. *sub arbore ilice*. . . . 18. *et ementitus est ei*. . . . 20. *Factum est verbum Domini ad pseudo-prophetam, qui reduxerat eum*. . . . 21. *Haec dicit Dominus: Propter quod exacerbasti verbum Domini*. . . 23. *straverunt ei asinam* (item Lucifer calarit.). . . . 24. *et erat corpus eius proiectum in via: et asina stabat ante eum; et leo ad corpus eius* (Lucifer calarit. *ipsius;* graecus tacet pronomen). . . . 26. *Hic est qui exacerbavit verbum Domini*. . . . 28. *leo non tetigit corpus illius, nec insiluit in asinam* (rursum consentit Lucifer calarit. ubi tamen mendose legitur *insilivit*). . . 31. *Secus ossa eius ponite me, ut salva sint ossa mea cum ossibus eius*. . . . 33. *qui enim volebat allebabat* (lege *allevabat;* item habet Lucifer calarit.) *manum suam* [Alias: *replebat manum suam*]. . . 34. *Et factum est hoc verbum in peccato domui Hieroboam, et in interitum, et in exterminium a facie terrae*.

Cap. XIV, 1. *In tempore illo*—Codd. R, S, Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498., Ordin., Hugo *In illo tempore*.

2. *habitum*—Addit *tuum* cod. Cas. 1. Pro *ne cognoscaris*, cod. E *ne forte cognoscaris;* et pro *Ahias*, codd. A, R, S, mediolan. *Ahia;* alii *Achia*, consentanee hebraeo et graeco; cf. ad XI, 29. Pro *populum hunc*, codd. R, S *hunc populum;* cod. K *populum Israel;* accedit arabs; cod. Cas. 1. *populum hunc Israel*.

3. *in manu tua*—Tacent pronomen codd. R, S, Bibl. Ordin. edit. Lugd. 1590. et Ant. 1634. Pro *crustulam*, cod. R *crustulas;* codd. A, O, mediol. *crustula;* Robertus de Sorbona «*crustula*, inquit, sunt panes oleo conspersi.» Bukentopius autem p. 178. scribit: «Multi legunt plurali numero *crustulas*, aut in neutro *crustula*.» Lucas Brugensis animadvertit: «Coniiciunt quidam legendum *crustula* neutro genere pluralis numeri; nam et hebraeum plurale quidam *gauferas* (placentarum species) vertunt. *Crusta* seu *crustula* genere feminino, longe aliud significat.» Cf. ad Ex. XXIX, 2. Hebraeus habet נקדים, pro quo graecus interpres posuit σταφυλήν (XII, 24.) vel σταφίδας (XIV, 3.), uti ex Ephraemo I, 480. comprobatur; nam is notat graecos posuisse ܥܢܒ̈ܐ, *uvas*, pro eo quod syrus habet ܟܣܢ̈ܐ (targum כסנין), quod Castelli et Michaëlis interpretantur *fructus aridos*, sed Buxtorfius pag. 1064. *placentas siccas*. Hinc suspicamur alteram vocem, quae apud graecos additur, nimirum κολλύρια vel κολλυρίδα, geminam graecorum eiusdem vocis interpretationem esse. Pro *ad illum*, codd. E, G, I *ad eum*. Mox tacent *enim* sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, I, K, O, T, U, Cas. plures, goth. legion., Abulensis; accedunt hebraeus, chaldaeus et graecus; at multi codices hebraici paucique graeci cum syro et arabe nexum habent. Pro *puero huic*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S,

T, U, V, Bibl. Ord., Ven. 1476., Hugo, Dionysius carthus. *huic puero*.

4. *uxor Ieroboam* — Codd. D, F, G, N, O, R, S, V, gothic. legion., Bibl. Rom. 1471., Ven. 1476., Ord., Paris. 1541. 1558. 1566., Hugo *Ieroboam, uxor;* cod. N notat: « Sic ordinatur textus ad deceptionem amphiboliae » tollendam. » Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1522. 1524. 1526., Dionysius carth. *Ieroboam, uxor eius;* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540. *uxor eius Ieroboam*. Pro *caligaverant oculi eius*, codd. E, G, I *oculi eius caligaverant;* cod. veronen. *caligaverunt oculi eius;* cod. U, Abulensis *oculi eius caligabant*.

5. *Ahiam* — Cod. H notat hebraeum hoc loco legere *Ahiau;* item ad v. 18.; et re quidem vera legitur אחיהו, pro eo quod in superioribus scriptum erat אחיה. Pro *ingreditur*, Bibl. Ven. 1476. *ingredietur;* et pro *qui aegrotat*, codd. A, B, E, F, I, V, Cas. 15., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Norimb. 1529., Paris. 1541. 1558. 1566., all. *quia aegrotat;* item hebraeus et graecus; cod. H *qui et aegrotat;* cod. G *qui aegrotavit*. Pro *intraret, et dissimularet*, codd. G, K, R, S, V, margo Ord. *intrasset, et dissimulasset;* et pro *se esse*, cod. H *esse se*.

6. *Ingredere* — Cod. Cas. 1. aliique apud O geminant vocem *Ingredere, ingredere*. Pro *aliam te esse*, sixtini, codd. A, E, I, U, Abulensis *aliam esse te;* codd. G, R, S, Bibl. Ven. 1476. *te aliam esse*. Mox cod. H notat hebraeum non legere *nuncius*.

7. *de medio* — Bibl. Lugdun. 1513. 1535. 1540. *in medio;* et post *populi* Bibl. Ven. 1476. addunt *tui*.

8. *placitum esset* — Codd. B, Cas. 11., goth. leg. *placitum est*. Codex H notat hebraeum pro *in conspectu meo*, legere *in oculis meis*.

9. *mala* — Codd. B, D, F, G, K, O, T, V, veteres editiones fere omnes *male;* codd. E, I, R, S, Cas. 14. *malum;* hodierna lectio a sixtinis inducta fuit maxime ad fidem cod. A. Pro *fuerunt*, codd. E, G, R, S, Bibl. Ordin. *fuerant*. Cod. H notat hebraeum pro *et fecisti*, legere *et ambulasti et fecisti*. Ante *conflatiles* cod. mediolan. tacet *et;* item graecus cod. alexandrinus. Pro *post corpus*, codd. K, N*, R, S, Cas. 4., alii apud O, Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all., Petrus Com. *post tergum*.

10. *idcirco ecce ego* — Codd. B, veronen., Bibl. Ven. 1476., Abulensis *idcirco ego;* accedunt arabs et nonnulli graeci codices. Pro *de Ieroboam*, codd. B, F, V, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., Verecundus in Spicil. solesm. IV, 25. *de domo Ieroboam;* codd. R, S, Cas. 2. addunt *usque*, quod in cod. O expungi iubetur. Ante *clausum* tacent *et* Bibl. Arg. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511., Compl., Reg., all.; item hebraeus et graecus; legitur tamen in graeco Compl. et in margine cod. goth. leg. Cod. H notat hebraeum pro *et novissimum*, legere *et derelictum;* varias interpretum sententias in exponendis vocibus עצור ועזוב profert Ugdulena; in eo tamen conveniunt plerique istam locutionem significare omnes ac singulos masculos. Pro *solet*, cod. A *potest;* Dionysius carthus. mendose legebat *fumus*, pro *fimus*.

12. *puer* — Cod. H notat hebraeum legere *parvulus*.

13. *planget eum omnis Israel, et sepeliet* — Codd. F, U, veronen. *plangent eum omnis Israel, et sepelient;* item hebraeus et veteres. Pro *inferetur*, cod. B *ingredietur;* et pro *de Ieroboam in sepulchrum*, codd. A, D, F, V, Petrus Com. *in sepulchro de Ieroboam;* et pro *super eo sermo bonus*, cod. H *sermo bonus super eum;* idemque cod. notat hebraeum legere *in eo sermo bonus;* alia littera, ait Hugo, habet *super eum sermo bonus;* et ita legunt codd. R, S et Abulensis. Pro *a Domino Deo*, sixtini, gregoriani 1. m., codd. C, D, K, L 9., M, O, Q, T 1. m., Cas. 7., mediol., veron., margo I et gothici leg., alii apud Hugonem *ad Dominum Deum;* Toletus notat: « Manu» scripti quidam habent *ad Dominum Deum*, » et sic prior Congregatio. LXX. *de Domino* » *Deo* (περὶ τοῦ Κυρίου Θεοῦ). Complut. » vero, Reg., Ordin. et ceteri impressi *a Do-*

» *mino Deo:* in hebraeo ambiguum est; nam » praepositio אל significat *ad, a, de.* »

14. *Constituet*—Codd. H, I, T 1. m. *Constituit;* hanc lectionem perperam Waltonus exhibet tamquam Vulgato propriam, quod mendum sequuti sunt Montfauconius et Drach in *Hexaplis.* Bibl. Ven. 1479. mox tacent *super Israel.* Pro *percutiet,* codd. C, G, R, S, T, mediol., Abulensis, Dionysius carth. *percutiat;* et pro *in hoc tempore,* Bibl. Ven. 1476. *hoc in tempore.*

15. *Dominus Deus*—Tacent *Deus* sixtini, codd. A, E, H, K, U, Cas. 16., veron.; item hebraeus et veteres.

16. *Et tradet* — Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. mendose *Et radet.* Pro *Dominus Israel,* codd. G, R, S, V, Cas. 2., antiquiores editiones *Dominus Deus Israel;* cod. M recte notat: « *Israel* est in quarto casu. » Hebraeus legit tantum *Israel,* sed cum Vulgato faciunt graecus, arabs, chaldaeus in polyglottis antuerpiensibus et quatuor codices Kennicotti.

17. *Thersa* — Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541., all. *Tharsa;* item Eusebius apud Hieronymum III, 285. Pro *illa ingrederetur,* codd. G, V, Bibl. Ven. 1476. *ingrederetur illa.*

18. *planxit eum*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, I, K, R, S, T, U, Bibl. Ven. 1476. 1495., Abulensis *planxit illum.*

19. *quomodo pugnaverit, et quomodo regnaverit*—Codd. C, D, F, G, I, N, P, V, Bibl. Ven. 1476., Hugo, Abulensis *quomodo regnaverit, et quomodo pugnaverit;* pro hac lectione epanorthotes in cod. N scribit: «Sic ordinant » antiqui, quoniam prius erat regnare, quam » pro regno pugnare; sic et interpres infra » XVII. (v. 15.) *ipse, et illa* propter reve- » rentiam prophetalem sic ordinat, cum he- » braeus habeat e converso. Hic autem qui- » dam adhaerentes hebraeo, prius ponunt » *pugnaverit.* » Cod. E tacet *et quomodo regnaverit.* Sixtinis placuit scribere *in libro Verborum,* pro *in Libro verborum.*

20. *viginti duo*—Codd. E, H, I, Bibl. Ven. 1476. *viginti et duo;* item hebraeus et graecus. Cod. H notat hebraeum non legere *sunt.* Post *dormivit* addunt *Ieroboam* codd. B, G, M, R, S, Cas. 1., antiquiores editiones et syrus; at cod. O notat id non legi in antiquis et hebraeo.

21. *Quadraginta et unius*—Quidam tacent *et* apud Thomas. I, 86. « Mendosum esse, ait » Houbigantius, istum numerum annorum » probat in *Critica sacra* Lud. Cappellus. » Nos eidem eatenus assentimur, ut nume- » rus *XLI.* mendum sit manifestum, non au- » tem ut numerus germanus sit *XXII.* vel » *XII.* aut, ut lib. 1. cap. 10. eiusdem *Criti-* » *cae sacrae, XXI.* quia nulla auctoritas est » talis emendationis. » Et sane neque hebraici, graeci aut latini ulli codices, neque veteres interpretes (quos et Hieronymus I, 434. hebraeo consentire adnotavit) huic emendationi suffragantur. Notat quidem Ugdulena nonnullos codices legere *XXI.* sed quales sint huiusmodi codices non docet; neque Cappellus, Grotius, Clericus, Ludolfus qui eidem sententiae subscripserunt, ad codices provocant, sed coniecturis nituntur. Unica lectionis varietas est in additamento apud graecos cap. XII. post v. 24. ubi legitur ἑξκαίδεκα, quod sequitur Sulpicius Severus XX, 120. Dein Hieronymum carpit Ugdulena animadvertens illum hagiographo adscripsisse notitiam, quam a rabbinis acceperat. At vero s. Doctor l. c. diserte profitetur se in re obscura diversas ponere opiniones; et iudaicas fabulas contemnens concludit annorum seriem ita esse confusam, ut huiusmodi haerere quaestionibus non tam studiosi quam otiosi hominis esse videatur.

Ibid. *decem et septem*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E 2. m., F, G, I, K, N, R, T, U, V, mediol., Bibl. Ven. 1476., 1511., Ord., Compl., Reg., all. *et decem et septem;* cod. M et margo cod. I notant: « In Paralipomenis dicitur » quod *regnavit XVIII. annis.* » At epanorthotes in cod. N recte animadvertit: « Notu- » lam, quae super istum locum stat, quod in » II Paral. dicitur quod *regnavit decem et*

*

» *octo annis*, falsam esse convinces ex II Paral. XII. (v. 13.) et per graecum, et per » hebraicum, et per antiquos. » Codd. R, S legunt *et XVIII.*; apud Petrum Com. *et viginti sex;* arabs in Paral. l. c. *et viginti septem*. Mox pro *annos*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, M, N, O, R, S, T, U, V, goth. legion., plures ex antiquioribus editionibus *annis;* et cod. B 1. m. tacet *regnavit*. Pro *civitate*, complures codices *civitatem;* et pro *Ammanitis*, codd. A, B, G, K, T, U, Cas. 15., veronen. *Ammanites*, uti habet Vulgatus II Esdr. II, 10. 19. IV, 3.; alii codd. et fere omnes antiquiores editiones *Amanites;* Bibl. Ven. 1476., Ord., Basil. 1530. 1544., Lugd. 1535. 1540., all. *Ammonitis* vel *Ammonites;* item hebraeus et graecus; sed graeci codices eamdem ac latini varietatem habent; cf. ad I Reg. XI, 1. Hodierna lectio a Roberto Stephano inducta fuit; item infra vers. 31.

22. *coram Domino*—Cod. H notat hebraeum legere *in oculis Domini*. Pro *quae peccaverunt*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Rabanus, Abulensis *quae peccaverant;* cod. I *quibus peccaverunt;* pauci habent *qui*, pro *quae*.

23. *Aedificaverunt enim*—Rabanus *Aedificaverunt autem*. Cod. H notat hebraeum pro *aras, et statuas*, legere *excelsa, et titulos*. Pro *subter*, cod. A et Rabanus mendose *super*.

24. *et effeminati*—Tacent *et* codd. E, R, S, V, Bibl. Ven. Ienson 1476. 1479. De effeminatis praeclare Hieronymus VI, 41. « Verbum קדשות, quod Aquila *ἐνηλλαγμένων*, Symmachus *ἑταιρίδων*, LXX. *τετελεσμένων*, Theodotion *κεχωρισμένων*, » interpretati sunt, nos *effeminatos* vertimus, » ut sensum verbi nostrorum auribus pan» deremus. Hi sunt quos hodie Romae *Matri*, non *deorum*, sed daemoniorum servien» tes, *gallos* vocant, eo quod de hac gente » romani truncatos libidine, in honorem Atys » (quem eunuchum dea meretrix fecerat) » sacerdotes illius manciparint. » Cf. et Gesenii *Thes. p. 1196*. Pro *feceruntque*, cod. B cum hebraeo *fecerunt;* at Houbigantius animadvertit omnes veteres, praeter chaldaeum, coniunctionem legere.

25. *Sesac*—De hoc nomine cf. ad XI, 40. Aegyptiorum monumenta a Paravey, Champollion, Rosellini, Leemans, Bunsen et Robinson nostra aetate illustrata, mire consentiunt iis, quae hoc loco de Sesac narrantur.

27. *rex Roboam*—Cod. H *Roboam rex;* item margo codicis goth. legion.; cf. Holmesius; Angelomus tacet *rex;* item georg. Pro *in manum*, sixtini, codd. A, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, antiquiores editiones, Hugo, Rabanus *in manu*. Pro *excubabant*, codd. R, S *excubant*.

28. *in domum*—Codd. B, E, F tacent *in*. Post *reportabant* codd. D, G, K, V, Bibl. Ven. 1476. addunt *ea;* item hebraeus et veteres. Pro *scutariorum*, cod. F *scutatorum* eodem sensu; nam *scutati* vel *scutarii* dicti sunt milites scutis instructi, qui principem stipare solebant.

29. *et omnia*—Codd. B, F, H *et omnium*. Cod. H notat hebraeum legere *nonne scripta*, pro *ecce scripta*. Pro *in Libro sermonum*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, gothic. leg., veron., mediol., Bibl. Ven. 1476., Petrus Com., Abulensis *in Libro verborum;* Vulgatus interpretes utramque locutionem indifferenter usurpat.

30. *Fuitque*—Bibl. Lugdun. 1535. 1540. *Fuit*. Pro *Roboam et Ieroboam*, codd. D 2. m., F *Ieroboam et Roboam;* item duo codices holmesiani.

31. *Dormivitque*—Codd. A, C, E, F, G, I, K, T, U *Dormivit itaque*. Mox Hugo cum graeco et syro praetermittit verba *nomen autem matris eius Naama Ammanitis;* quae verba ex vers. 21. repetita sunt. Pro *Abiam*, codices fere universi et antiquiores editiones *Abia;* et ita habet Vulgatus in libris Paralipomenon; eadem autem lectionis varietas occurrit in hebraico textu; nam in libris Regg. legitur אבים, et in Parall. אביה; at postremam hanc lectionem in libris Regum exhibent non pauci codices hebraici, quibus accedit syrus, et targum in cod. 154. Kennicotti; conf.

Bruns. in *Repert. Orient. XV, 173.*; graecus legit Ἀβιού, sed codices Ἀβιά cum edit. Compl., georg. et slav.; Sixtus posuit *Abias;* uti legitur Matth. I, 7., quod gregoriani emendarunt; unde Toletus: « Lege *Abiam;* sic he-» braeus, Ordin., manuscripti, et utraque » Congregatio; et sic infra XV, 1. et alibi in » omnibus casibus. » Hodierna lectio, quam sixtini intactam dimiserunt, ex editionibus Rob. Stephani a lovaniensibus derivata fuit.

Margo codicis gothici legionensis.

Quicumque conferre voluerit quae ex prioribus versiculis huius capituli mox proferentur, cum iis quae ex Lucifero calaritano recitat Sabatierius, fatebitur utriusque lectionem ita consentire, ut manifestum sit ex eodem prorsus archetypo esse petitam. Attamen non pauca sunt in quibus alterutrius lectio ex altero castigari vel suppleri potest. Sunt enim quaedam apud Luciferum aperte vitiosa, uti e. g. in ipso exordio ubi legit *exilis,* pro *ex Silo;* et *Achiabeth,* pro *Achiab, et;* alia infra adnotabuntur. Sunt et in cod. goth. leg. nonnulla, quae cum graeco minus concordare videntur. At alia plura occurrunt quae codicem gothicum a Luciferi testimonio non pendere demonstrant. Quoad graecum, partim ista leguntur in cod. alexandrino, partim in additamento ad XII, 24., quibus accedunt ea quae sub asterisco in Hexaplis servantur.

Cap. XIV, 1. *ad Anon uxorem suam* . . . *et hic erat annorum LX., et verbum Domini cum eo.* . . . 2. *Et dixit Hieroboam ad uxorem suam: Surge,* 3. *et accipe in manu tua homini Dei panes et collyridam* (praeferendus videtur pluralis numerus) *filiis eius, et uvas, et vasum* (conf. Forcellini; nisi scribendum sit *vasculum*) *mellis.* . . 5. *Et dixit Achia* (mendose apud Lucifer *Achiab*) *puero suo: Exi nunc in obviam Ano* (graecus Ἀνώ, non *Annae* uti legit Lucifer et auctor de genealog. Patriarch. LIX, 542.) *uxori Hieroboam, et dices ad eam: Intra, et noli stare;* 6. *quoniam haec dicit Dominus: Dura ego immittam in te. Et introivit Ano ad Achiam* (graecus tacet *Achiam*) *hominem Dei; et dixit ad eam Achia: Ut quid* (mendose Sabatierius *quod*) *mihi attulisti panem, et uvas* (graecus XII, 24. ἄρτους, καὶ σταφυλήν, sed XIV, 3. σταφίδας), *et collyrida, et vasa mellis?* . . . 7. *Vadens nuncia Hieroboam: Haec dicit Dominus.* . . 8. *Rupi regnum de domo David.* . . 9. *et mihi proiecisti posteriora carnis tuae* (graecus ὀπίσω σου; cod. alex. interponit σώματος). . . 10. *mingentem ad parietem, et dispersum, et derelictum in Israel.* . . 13. *ad Dominum Deum nostrum* (graecus Ἰσραήλ, pro *nostrum*). . . . 15. *Sicut movetur canna super aquam.* . . . 23. *Et aedificaverunt sibi excelsa* (adde καὶ στήλας) *et lucos super omnem collem altum, et* (subter) *omne lignum umbrosum.* 24. *Et colligatio facta est in terra.* . . . 27. *Et fecit Roboam rex scuta aerea pro eis, et posuit super ea principes praecursorum, qui custodiebant ianuam domus Domini* (graecus βασιλέως, sed codices tres Holmesii Κυρίου).

Cap. XV, 1. *in octavo decimo* — Bibl. Ven. 1476., Ordin., all. *in decimo octavo.* Sixtus rursum legit *Abias,* de quo vide ad XIV, 31.

2. *regnavit*—Tacent codd. Cas. 2. et syrus. Post *nomen* addunt *autem* cod. mediol., hebraeus et veteres. Pro *Maacha filia Abessalom,* in II Paral. XIII, 2. legitur *Michaia filia Uriel de Gabaa;* hanc lectionem in hunc locum intrudunt codd. Cas. 2. et cod. 541. Kennicotti; sed cf. Houbigantius. Pro *Abessalom,* antiquiores plures editiones et non pauci codices habent mendose *Abessalon;* cod. C, Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540. cum hebraeo (quod et cod. H notat) *Abisalom;* codd. A, E, H, glossa interlinearis et II Paral. XI, 20. *Absalom;* alii plures codices cum Bibl. Ven. 1495. *Absalon;* codd. M, I ex Pseudo-Hieronymo III, 812. notant: « Iste » *Absalon* non fuit filius David. » Epanorthotes in cod. N scribit: « Iste *Abessalon* non est » filius David, ut dicit Hieronymus; quod si, » sicut videtur sentire Magister in historiis, » fuerit ille, una littera accrevit nomini eius

» hic post mortem, quia melior erat mor- » tuus, quam vivus. Unde miror quod occa- » sione verborum Hieronymi unam litteram » abstulerint, quam hebraeus concesserat, et » de tetrasyllabo, trisyllabum reddiderint. » De eadem quaestione diserte agit Alfonsus Tostatus inquiens: « In hebraeo non ponitur » *Absalom,* sed *Avisalom;* et littera nostra, » secundum modum scribendi latinum, de- » bebat dicere *Abisalom;* sed vitio scripto- » rum ablata fuit una littera, et dicitur *Ab-* » *salom.* Caussa autem potissima erroris fuit » similitudo nominis, et quia ipsi scripto- » res, qui a principio transtulerunt, repe- » rientes *Abisalom,* putaverunt litteram cor- » ruptam esse, et volentes corrigere, corru- » perunt eam. » Cf. Dionysius carth. Duplex igitur distinguenda est quaestio, critica nempe et hermeneutica. Ad primam quod spectat vix dubitamus latinum interpretem expressisse illam varietatem, quae in sacro textu reperitur, in quo heic legitur אבישלום, et in Paral. l. c. אבשלום, quamvis graeci utroque loco Ἀβεσσαλώμ extulerint. Utrum autem iste distinguendus sit a filio Davidis incertum est. Non enim constat Iosephum *Antiq. VIII, 10.* ex probatis documentis tradidisse Maacham ortam fuisse ex Thamar, quae Absalomi filia fuit. At si conferatur hic locus cum sequenti vers. 10. alia oritur difficultas; nam quae heic dicitur mater Abiam, eadem infra asseritur mater Asa filii Abiam. Quidam suspicantur mendum scriptorum subesse. Verum plerique interpretes post Ephraemum I, 482. censent Maacham fuisse *aviam* Asa, atque hoc sensu accipiendum esse *matris* nomen vers. 10. Ita Petrus Com., Liranus, Michaelis, Schulzius, Keil, Ewald, Gesenius.

3. *cum Domino* — Cod. Cas. 1. *coram Domino.* Pro *David patris eius,* codd. R, S, Bibl. Ven. 1495., Paris. 1566. *David patris sui.*

4. *ut suscitaret filium eius post eum, et statueret Ierusalem* — Haec primo deerant in cod. B; pro *statueret Ierusalem,* Bibl. Roberti Steph. 1528., Lugd. 1529. 1531. 1533. *statueret in Ierusalem;* codd. A, C, D, E, F, K, R, S, T 2. m., U, V, Cas. 15., veron., Bibl. Ordin. *staret Ierusalem;* codd. I, T 1. m., Cas. 2., plures ex antiquioribus editionibus, Hugo, Abulensis, Dionysius carth. *staret in Ierusalem;* accedunt syrus et slav. ostrog.

5. *diebus vitae suae* — Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. *diebus suis vitae suae.*

6. *bellum fuit* — Bibl. Ven. 1476. *fuit bellum.* Pro *Roboam, et Ieroboam,* codd. A, C, D, E, F, I, N, O, T 1. m. *Roboam, et inter Ieroboam,* item hebraeus et graecus codex alexandrinus (nam alii graeci codices versiculum 6. praetermittunt, quemadmodum syrus ista in sequenti versiculo reticuit; ne scilicet bis continenter posita viderentur); codd. R, S, T 2. m., V, Cas. 15., antiquiores editiones *Abiam, et Ieroboam;* cod. G *Abiam, et inter Ieroboam;* suffragantur syrus, arabs, XV. codices hebraici apud De-Rossi, targum in cod. 737. derossiano et duo codd. graeci apud Holmesium; hanc autem lectionem praeferunt Houbigantius et Brunsius. Epanorthotes in cod. N etsi pro recepta lectione pugnet, tamen hebraica exemplaria sua aetate אבים legisse testatur: « Notandum, inquit, quod » hebraeus in praecedenti clausula (v. 6.), » sicut in secunda (v. 7.) dicit fuisse bel- » lum *inter Abiam et Ieroboam.* Si itaque ab » antiquo fuit in hebraeo utraque clausula, » cum paene continue idem bis diceretur, et » inutilis repetitio videretur, propterea anti- » quiores interpretes, videlicet LXX. in grae- » co, de prima clausula nullam fecere men- » tionem. Latinus vero interpres multa refe- » rens ad sensum, pro *Abia* (quod in hebraeo » fuisse supponitur) patrem *Roboam* posuit, » cuius praelium filius exercebat, quasi or- » tum propter contumeliam illatam patri; » unde Ezech. XXXIIII. (v. 24.) *servus meus* » *David princeps in medio eorum,* id est Chri- » stus, qui est filius David; et Eccli. XXX. » (v. 4.) *Mortuus est pater eius, et quasi non* » *est mortuus, reliquit* etc.; maxime quia su- » pra paene immediate (XIV, 30.) de Ro- » boam patre fecerat mentionem, cuius pec-

» cata filius fuerat imitatus. Unde litteram » antiquorum hic sustineo et praefero. » Cf. Sanctius et Calmetus. Epanorthotae nostri sententiam ideo nos amplectimur, quia, uti bene inquit Schulzius; « comma hoc, quod » iam cap. XIV, 30. adfuit, repetitum est ob » connexionem cum versu sequenti, ubi bel» lum cum Ieroboamo et Roboami filio con» tinuatum fuisse discimus. » Cod. H notat hebraeum pro *omni tempore*, legere *omnibus diebus*.

7. *sermonum Abiam* — Sixtus, codd. F, G, R, S, all., antiquiores editiones *sermonum Abiae;* codd. B, E, H, I, K, O, T, U, V, goth. leg., Abulensis *sermonum Abia;* cf. ad XIV, 31. Pro *et omnia*, codd. D, F, gothic. leg. *et omnium;* et pro *verborum*, cod. F *sermonum;* cf. ad XIV, 29. Mox rursum pro *inter Abiam*, alii codices *inter Abia*. Pro *et inter Ieroboam*, codd. R, S, Cas. 2., veron., Bibl. 1483. sine loco, Ven. 1495., Hugo *et Ieroboam*, Vallarsius hanc lectionem perperam tribuit Vulgato.

8. *Et dormivit* — Cod. V, Bibl. Ven. 1476. *Dormivitque*. Pro *Abiam*, rursum alii *Abia*, Sixtus *Abias*. Ad verba *in civitate David* cod. T et cod. 86. Kennicotti addunt *patris sui;* graecus denuo ponit *μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ*. Pro *regnavitque*, cod. U, Bibl. Ven. 1476., Petrus Com. *et regnavit*.

9. *In anno ergo* — Codd. R, S *In anno vero;* Thomasius I, 103. *In anno autem*.

10. *et uno anno* — Tacent *et* codd. A, B, D, E, F, G, H, I, K, S, T, U, Thomas. I, 86. 103., Bibl. Ven. 1476., Abulensis. Rationem qua series annorum regum Israel componitur cum annis regni Asa, vide sis apud Bengel *Ordo tempp. p. 114*. De *Maacha* et *Abessalom* cf. ad vers. 2.

11. *ante conspectum Domini* — Cod. H notat hebraeum legere *in oculis Domini*.

12. *de terra, purgavitque universas sordes* — Codd. D, V, Bibl. Ven. 1476. *de universa terra, purgavitque sordes;* tacent *universas* septem codd. Kennicotti; legunt *omnes* cod. F et Hieronym. VI, 41.; cod. H notat hebraeum non legere *idolorum;* nimirum pro *sordes idolorum*, legit הגללים. Pro *fecerant*, codd. R, S, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513., all., Dionysius carth. *fecerunt;* et pro *patres eius*, cod. E *patres eorum*.

13. *Maacham* — Codd. G, O, mediol., Petrus Com. *Maacha*. Pro *et in luco*, cod. veron., Bibl. Ven. 1480. 1483. 1487. 1494. 1498., Lugdun. 1540. 1550., all. *et in loco;* tacent nexum codd. D, G, O, T 2. m.; item hebraeus et veteres. Gesenius in *Thesauro p. 162*. vult אשרה significare *Astartem*, quod habet Vulgatus Iudic. III, 7. IV Reg. XVII, 10.; sed et *luci* seu *nemoris* significationem veteres omnes tuentur, et ipsemet Ewaldus inter recentiores propugnavit. Quod vero Hieronymus pro מפלצת posuit *in sacris Priapi* et *simulacrum turpissimum* doctissimis viris probatur. Cf. Bochartus *Chan. 1, 18.*, Thenius in h. l., Roedigerus in *Addit. p. 107*. et Ugdulena. Pro *Torrente*, codd. D, F, all. *Torrentem*.

14. *cum Domino* — Codd. B, E, G, I, N*, R, S, antiquiores editiones addunt *Deo suo;* item syrus et duo codd. Kennicotti; legunt *cum Deo* codd. C, F, N, O, Cas. 6., gothic. leg. et Hieronymus l. c.; ad hanc lectionem notat cod. N: « Hebraeus et antiqui non in» terponunt *Domino*, nec *suo*. » Cod. veron. habet *coram Domino;* item slav. ostrog. Pro *diebus suis*, codd. E, F, I, goth. leg., Hieronymus l. c. *diebus vitae suae;* item georg., cod. 182. Kennicotti et cod. 44. Holmesii; cod. G *diebus suis, vel vitae suae*.

15. *sanctificaverat* — Cod. R et Bibl. Ord. *sacrificaverat;* mendose.

17. *posset* — Codd. A, F, T, Bibl. Ven. 1476. 1484., Argent. 1497., Norimb. 1501., Lugd. 1510., Paris. 1519., Compl., all, *possit;* cf. ad X, 3. Mox tacent *vel ingredi* codd. B, F; item non pauci graeci codices. Pro *regis Iuda*, plerique codices et fere omnes veteres editiones *regis Iudae*.

18. *remanserat* — Bibl. Ven. 1476. *remansit*. Codd. G, mediol. tacent *in thesauris domus Domini, et;* item arabs et cod. XI. Holmesii. Mox legunt *et dedit* omnes editiones

vaticanae et Bibl. Rom. 1618. 1624. 1671. 1768. 1861.; at vero codices et veteres editiones tacent *et;* hinc auctor schedae adnexae codici vatic. 6879. adnotat: « Lovan. non » legunt *et*, quod superfluum est. Nescio quis » apposuit, et male. » Lucas Brugensis videtur hanc coniunctionem adscripsisse vitio typographi; nam in libello *romanarum correctionum* adnotavit: « Non est praeponenda coniunctio *et;* » perinde ac si ex romanorum correctorum sententia expungenda fuisset. Ex hac autem Brugensis adnotatione factum est ut plerique editores particulam illam praetermitterent, uti videre est in Bibliis Ant. 1603. 1608., Lugdun. 1620., Colon. Agr. 1647., Rom. 1765. 1784., Franc. ad M. 1826., Paris. 1837., Lond. 1843., Taurin. 1851. Bukentopius pag. 178. recte animadvertit: « Ex contextu patet non satis congrue » positum esse in Vulgata istud *et* ante *de-* » *dit,* quae fortasse fuit causa, quod Brugen- » sis textum sine illo adducat, et subdat: » Non est praeponenda coniunctio *et*. Hoc ve- » rum iudico si retineatur participium *Tol-* » *lens,* et accedat consensus Ecclesiae. Alias » in Bibliis Sixti V. et Clementis VIII. prout » et in Bambergensibus 1693. expresse ha- » betur *et dedit;* immo etiam in hebraeo; sed » ibi est alia constructio, nam pro *Tollens* » *itaque,* sic est *Et tulit.* Interim propter no- » tam Francisci Lucae et plantiniana omnia » (excepta edit. anni 1599.), et alia passim » recentiora omittunt istud *et,* quo etiam ca- » rent Biblia lovaniensium. »

Ibid. *Benadad* — Codd. C, E, N*, R, S, U, V, antiquiores editiones *Benadab;* epanorthotes in cod. N scribit: « Nota de nomine isto, » quod sonat *filius Adad,* quod fuit nomen » primi hostis Salomonis, et cuiuscumque » personae sit, semper terminatur in *d*. Sed » et Glossam, quae est super Amos (I, 4.), » in illa parte qua de nescio quo *Benadar* » loquitur, non esse Hieronymi scias. Sed » sicut graecus illum *Adad* vocavit *Ader,* ita » singulum quemque vocavit *filium Ader*. Sci- » licet ratio diversitatis hebraeis nota est, » quod propter multam, ut dicit Hierony- » mus, similitudinem litterarum *res*, et *da-* » *leth,* hoc est *r* et *d,* LXX. *Adar* sive *Ader* » legerunt; sed interpres noster legit *Adad;* » quocirca sicut in hebraeo et in pluribus » antiquis legimus, per *d* terminari debet no- » men *Benadad.* » Haec verissima sunt; nam in Glossa Ordin. l. c. plura, quae admitti nequeunt, verbis Hieronymi adiiciuntur, atque nomen *Benadar* comminiscitur. Hieronymi (VI, 226. seq.) verba sunt ista: « Ubi in he- » braico habetur *Benadad,* et unum nomen » est, LXX. interpretati sunt *filii Ader* (υἱοῦ » Ἄδερ), *res* et *daleth* elementorum falsi » similitudine. » Azael successerat Benadad, » a quo omnes postea reges Aram, id est » Syriae et Damasci, *Benadad* vocabulum » possederunt. » Idque a Keilo diserte comprobatur.

Ibid. *filium Tabremon.* — Cod. K tacet *filium;* cod. B, Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535. 1540. mendose *filium Trabemmon;* at *Tabremmon* habent plures codices et antiquiores editiones, itemque Hieronymus III, 65.; idque melius videtur; nam ad Ios. XV, 32. docuimus scribendum esse *Remmon,* non *Remon.*

19. *et inter patrem* — Cod. E tacet *et;* item hebraeus; sed complures hebraici codices apud De-Rossi et veteres interpretes cum Vulgato consentiunt. Pro *ideo,* codd. R, S, alii apud O *et ideo;* item cod. 246. Holmesii. Pro *argentum et aurum,* codd. R, S, Bibl. Ordin. *aurum et argentum.*

20. *in civitates* — Codd. A, V, mediol. *in civitate.* Pro *Ahion,* Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535. 1540. *Ion;* hebraeus עיון; alii scribunt *Aion* prout habet Vulgatus IV Reg. XV, 29. Eusebius in *Onomast.* Ἀιάν. Pro *Abeldomum Maacha,* Vulgatus IV Reg. XV, 29. legit *Abel Domum, Maacha;* at codices plures et antiquiores editiones *Abel, domum Maacha;* hebraeus אבל בית-מעכה; in II Paral. XVI, 4. scribitur *Abelmaim;* cf. ad II Reg. XX, 14. 15. Pro *Cenneroth,* cod. H *Cheneroth;* alibi Vulgatus *Ceneroth* vel *Cenereth;*

conf. ad Num. XXXIV, 11. et Ios. XI, 2. ubi alias huius nominis varietates excitavimus.

22. *nuncium misit*—Codd. G, R, S, V, Bibl. Ord. *misit nuncium*. Pro *dicens: Nemo*, codd. C, T, Cas. 1. *ut nemo;* tacent *dicens* sixtini, codd. D, I, K, U, mediol., veron.; concinunt hebraeus et veteres; unde cod. N notat: « Hebraeus et antiqui non interponunt *dicens*. » Ante *Rama* tacent *de* sixtini, codd. A, C, D, K, M, R, S, veron.; item hebraeus et veteres; et post *ligna* cod. Cas. 1. omittit *eius*. Pro *de eis*, codd. C, D, E, G, R, S, T, V, Cas. 5., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Paris. 1541. 1566., Hugo *de eisdem*.

23. *omnium sermonum* — Cod. K, Bibl. Ven. 1476. *sermonum omnium;* tacent *omnium* codd. B, E 1. m., V 1. m., Bibl. Ven. 1495.; item graecus, syrus, arabs et duo codices Kennicotti. Pro *fortitudines*, codd. C, Q, R, S, Bibl. Ordin., priores editiones Rob. Steph., all. *fortitudinis;* et pro *in Libro verborum*, codd. F, V *in libro sermonum*.

24. *Et dormivit*—Addunt *Asa* codd. L 2., Q, R, priores editiones Rob. Steph., all.; consentiunt hebraeus et veteres.

26. *in conspectu*—Cod. H notat hebraeum legere *in oculis;* et pro *in peccatis eius*, legere *in peccato eius;* Bibl. Ven. 1476. *in peccatis suis;* nonnulli codd. Cas. tacent *eius*.

27. *filius Ahiae* — Codd. complures *filius Ahia*, uti habet Vulgatus infra XXI, 22. IV Reg. IX, 9.; item vers. 33. Pro *Gebbethon*, Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540. *Gabbethon;* alias Vulgati lectiones vide ad Ios. XIX, 44. XXI, 23.

28. *Interfecit ergo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Hugo *Interfecit igitur*.

29. *ne unam*—Antiquiores editiones, paucique codices *nec unam*. Pro *de semine eius*, cod. H notat hebraeum legere *de Ieroboam*.

30. *quae peccaverat* — Nonnulli codices praeferunt *qui peccaverat;* nec obstat hebraeus. Pro *peccare fecerat*, cod. veron., Bibl. Ven. 1476. *peccare fecit*. Mox ante *propter* tacent *et* Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., all.; accedit hebraeus; item apud Holmesium pauci codices cum graeco Complut.

31. *in Libro verborum* — Codd. F, V *in Libro sermonum;* cf. ad XIV, 29.; Bibl. Ven. 1495. tacent *verborum*.

32. *et Baasa*—Cod. B addit *filium Achia*, ex vers. sequenti.

33. *vigintiquattuor* — Cod. Cas. 1. *viginti tribus*.

34. *coram Domino*—Cod. H notat hebraeum legere *in oculis Domini*. Pro *in via*, Sixtus, codd. B, G, N*, R, S, veronen., veteres fere omnes editiones *in viis;* emendarunt sixtini et gregoriani ad fidem optimorum codicum; nam recte cod. N adnotat: « Hebraeus et antiqui habent *in via*, singulari numero. » Pro *peccare*, cod. T 1. m. *peccavit et peccare;* accedit targum; cf. supra v. 30. et XIV, 16.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XV, 12. . . . *titulos* (codd. στήλας) *a terra, et exterminavit omnes adinventiones patris eius*. 13. *Et Anam matrem suam transtulit ut non esset regina concilii, quia faciebat congregationem in luco suo, quod excidit de loco suo ipse Asa*. . . 19. *Testamentum esto* (codd. et edit. Compl. ἔστω) *inter me et inter te*. . . . 22. *Et aedificavit ex ipsis Asa omnem collem in Beniamin et omnem speculam* (graecus πᾶν βουνὸν Βενιαμὶν καὶ τὴν σκοπιάν).

Cap. XVI, 1. *Iehu*—Bibl. Ven. 1495., Basil. 1509., Lugd. 1510. 1514., all. *Hieu;* et pro *Hanani*, alii plures minus recte *Anani* vel *Annani*. Pro *contra Baasa*, codd. B, G, H, all. *contra Baasam;* item vers. 7.

2. *posui te* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B (quod Blanchinius non expressit), C, D, F, G, H, I, O, T, U, goth. legion., mediol., veron., Bibl. Ven. 1476., Hugo, Rabanus, Angelomus. Mox cod. V tacet *populum meum;* et pro *in via*, Petrus Com. *in viis;* item syrus et arabs; cf. ad XV, 34. Pro *peccare fecisti*, cod. V, Bibl. Ven. 1476. *fecisti peccare*.

3. *demetam* — Codd. F, I, O *dimittam*.

4. *de Baasa in civitate* — Codd. E, I *in civitate de Baasa;* particula *in* mendose reticetur in Bibl. Lovan. 1547., Lugdun. 1550. 1565., Ven. 1558., Ant. 1561. 1569. 1570. 1572. Cod. H notat hebraeum pro *in regione,* legere *in agro,* et ita habent cod. Cas. 1., Isidorus Clarius, margo Ordin. et Vulgatus ad XIV, 11.

5. *proelia* — Cod. H notat hebraeum legere *fortitudo;* et ita habent Isidorus Clarius et margo Ordin.

6. *Dormivit ergo* — Bibl. Ven. 1476. *Dormivit autem.* Pro *sepultusque*, Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519. *sepultus.*

7. *Cum autem . . . factum esset* — Cod. H notat hebraeum legere *Et etiam . . . factum fuit.* Pro *coram Domino,* cod. F *contra Dominum;* cod. H notat hebraeum legere *in oculis Domini;* item ad vers. 19. et 25.; et pro iis quae sequuntur *ob hanc causam occidit eum, hoc est, Iehu filium Hanani, prophetam,* idem scholiastes notat hebraeum legere *propter quod occidisset eum;* tacent autem verba *hoc est, Iehu filium Hanani, prophetam* sixtini, gregoriani, codd. A, L 3., Q, mediol., veron., Bibl. Roberti Stephani 1557., Heidelb. 1586. (mendose Rob. Steph. in marg. Bibl. 1540. 1546. addit editionem Compl.), margo Ord., hebraeus et veteres; at Toletus notat: « Hebraeus et graecus non habent, nec aliqui » manuscripti; sunt tamen in omnibus impressis. Prior Congregatio expunxit; posterior retinuit. » Verum ex cod. columnensi patet gregorianos quoque ad illa verba adnotasse: *delenda.* De ipsa autem critica quaestione bene Vallarsius: « Glossatoris haec esse, non interpretis verba, clamat res ipsa. » Non adeo in hebraeo solum archetypo, sed » et graeco, caeterisque versionibus desiderantur: et cum soli sint, qui ea retineant » latini libri, certe eo pluris facienda est veronensis manuscripti omnium praestantissimi castitas (idem dicere possumus de aliis quos supra laudavimus codicibus), qui » cum alia multa, quae hactenus adnotata » sunt, sacri textus additamenta, tum hoc » plane respuit ac nescit. Quamquam et scimus Estio olim alios eiusmodi, qui eo carerent, innotuisse (Estius codices in Bibl. Lovan. laudatos novit). Ad haec scimus et » doctissimis criticis rem ipsam minus probari, minimeque veram videri hanc prophetae Iehu necem. Nam, inquiunt, sub » Iosaphato, qui post Baasam regnavit, idem » ipse propheta Iehu filius Hanani missus » legitur II Paral. XIX, 2. ad principem illum redarguendum, quod impio Achabo » auxilium praebuisset. Verba autem illa *ob* » *hanc causam occidit eum,* vel ad Deum referunt, qui Baasam tot scelerum reum morte punivit, vel ad Baasam ipsum, qui Nadabum Ieroboami filium interfecit, totamque eius familiam delevit ut regnum invaderet. » Vallarsio consentiunt, ex iis qui ante romanam Vulgati correctionem scripserunt, Nicolaus de Lira, Magdalius, Caietanus, Vatablus, Sixtus Senensis; Abulensis quoque diserte scribit: « Ista est expositio » litterae praecedentis, et non est in hebraeo, nec in libris correctis; sed fuit » glossa interlinearis expositiva; et imperitia librariorum textui mixta est: ideo non » debet credi esse de textu. » Ex iis autem qui post romanam correctionem scripserunt, accedunt Lucas Brugensis, Estius, Basilius Poncius in *quaestt. expositivis, C. IV.,* Calmetus, Tornielli *Annal. sacri, ad an. 3095. §. 8.,* De-Rossi *de praecip. causs. pag. 99.,* Ugdulena in h. l. et Bukentopius pag. 179. qui scribit: « Omnino censeo cum pluribus » auctoribus ista verba non esse de textu; » sed vel irrepsisse ex indocto marginali » scholio, vel ad summum esse explicationem interpretis putantis illud *occidit eum* » intelligi de Iehu. » Ex his patet Sanctium et La Haye in h. l. temere affirmare nullum iam quaestioni locum esse homini pio, dum Ecclesiae summa intercessit auctoritas; « illud enim improbare, inquiunt, quod probatum videmus ab Ecclesia, audacis est ingenii et parum pii. » At alias saepe docuimus

Vulgati lectionem ita fuisse probatam, ut in quaestionibus ad rem criticam unice spectantibus, Ecclesia numquam non commendaverit eruditorum conatus atque industriam, dum veritatem assequi nituntur ope argumentorum, quae criticae artis propria sunt. Quin immo confidenter asserimus auctoritati Ecclesiae illos perperam consulere, qui librariorum vitia, quae in Vulgato adhuc offendimus, eiusdem testimonio confirmata existimant. Ecclesia enim leviora nonnulla sacrarum Scripturarum menda ab hominibus illata, quae sanae doctrinae non adversantur, necessario atque innocue patitur; at numquam vel levissimum errorem suprema sua auctoritate comprobavit. Hinc Ioachimus de Azevedo *Pro Vulgata Biblior. ed. p. 469.* ad Sanctium animadvertit: « Huius religio in » Vulgatam versionem nimia in hac parte » non nemini videbitur, cum constet non- » nulla additamenta in Vulgatam aliena manu » irrepsisse, quae additamenta Ecclesiam au- » ctoritate sua comprobasse censendum non » est, in quorum additamentorum numero » haberi possunt verba, quae prae manibus » habemus. »

9. *Zambri* — Codices non pauci cum hebraeo *Zamri;* ita Vulgatus I Paral. II, 6. VIII, 36.; cod. mediol. *Iamri;* conf. ad Num. XXV, 14. Mox cod. H notat hebraeum pro *equitum*, legere *curruum;* quod sequitur Isidorus Clarius; at רכב dicitur quoque de equitibus; unde graecus τῆς ἵππου. Pro *Arsa*, codd. E, U, Bibl. Paris. 1504., Lugd. 1509. *Asa;* graecus Ὠσᾶ vel Ἀσά.

11. *dereliquit* — Sixtini, codd. C, D, F, G, N, O, P, U, V, Bibl. Ven. 1476., Abulensis *reliquit;* cod. K *dimisit.* Pro *ex ea*, codd. A, B, F, G, H, I, K, O, T 1. m., U, veron., Bibl. Ven. 1476., Abulensis *ex eo;* cod. P *ei;* cod. N notat: « *ex ea*, domo scilicet; hebraeus ha- » bet *non reliquit ei*, quia de domo sua nul- » lum reliquit; hic est *ex ea*, sicut habent » antiqui. » Ante *propinquos* tacent *et* Bibl. Paris. 1541. 1549. 1552., all.

12. *Delevitque* — Cod. A 1. m. *Delevit.* Mox tacent *ad Baasa* codd. B, S; item cod. 112. Kennicotti, et 44. Holmesii; arabs pronomen substituit.

13. *propter* — Cod. H *et propter;* item cod. 120. Holmesii. Pro *Baasa*, cod. B *Baasae;* cf. ad vers. 1. Pro *Ela*, Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Paris. 1504., Lugdun. 1509. *Helam;* alii plures *Hela.*

14. *dierum* — Tacent codd. E, I, Bibl. Ven. 1476.; item cod. 74. Holmesii.

15. *septimo* — Legunt *et septimo* codd. A, C, D, F, H (nam mendose Vallarsius tacet nexum), I, V, mediol., Thomas. I, 86.; accedunt hebraeus et veteres. Pro *obsidebat*, codd. A, I *obsidebant*, ut vers. 17.; item hebraeus. De *Gebbethon* cf. ad XV, 27.

16. *Amri* — Nonnulli codices, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Beda I, 531. *Ambri;* concinit graecus Ἀμβρί; de hoc autem nomine cf. Luciferi Opp. edit. Ven. 1778. pag. XIII.

17. *Ascendit . . . et obsidebant* — Cod. B *Ascendens . . . obsidebant;* codd. R, S, V, Abulensis legunt *obsidebat*, ut supra vers. 15.

18. *succendit se cum domo regia* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, N, O, P, T, U, V, Cas. plures, Bibl. Complut., Reg., Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540., Abulensis *succendit secum domum regiam;* cod. G *succendit se in domo regia;* cod. N notat: « Antiqui secun- » dum hebraeum *succendit secum domum re-* » *giam*, quod eloquentius dicitur quam si » diceretur *se cum domo regia.* » Cod. O notat hodiernae lectionis ortum dicens: « Qui- » dam *secum* dividentes in *se* et *cum*, neces- » se habuerunt dicere *domo regia* propter » praepositionem *cum.* » Toletus vero animadvertit: « Hebraeus, graecus, Reg., Compl. » legunt *secum domum regiam.* Ordin., Lov. » et plures impressi ac etiam manuscripti ut » in textu (Sixti V.); et idem est sensus. » Prior Congregatio priorem lectionem am- » plexa est; posterior alteram, quae est in » textu. »

19. *quae peccaverat* — Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Abulensis *qui peccaverat.* Pro *ambulans*, codd. C, D, G, V, Hugo *ambulavit;*

*

et pro *quo fecit peccare,* codd. E, I *quod fecit peccare;* Hugo et Abulensis *quo peccare fecit;* Bibl. Arg. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511., all. *quae fecit peccare.*

20. *regum Israel*—Codd. F, U *regum Iuda;* in Bibl. Ordin. desideratur *regum.*

21. *populus Israel* — Cod. mediolan. tacet *Israel;* item arabs et cod. 242. Holmesii. Cas. codd. 2. post *media* addunt *autem.* Pro *Thebni,* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535., Dionysius carth. cum hebraeo *Thibni;* codd. G, N, P, R, S *Thebin;* cod. N notat: « Lege » *Thebin* per *i* post *b* secundum hebraeum et » antiquos. » At nostra exemplaria hebraica legunt תבני. Nomen *Gineth* multis modis corruptum est; nam codd. G, P habent *Gimeth,* codd. R, S, veronen. *Geneth;* cod. mediolan. *Zineth.* Pro *constitueret,* codd. C, D, F, K, V, Hugo, Abulensis *constituerent.*

22. *Praevaluit autem* — Codd. B, Cas. 1. *Praevaluitque.* Pro *qui erat cum Amri,* codd. C, D, F, V, Bibl. Ven. 1476. *qui sequebatur Amri;* et pro *mortuusque est,* codd. D, F, T, V, gothic. legion., Bibl. Ven. 1476. *mortuus est autem.*

23. *Anno trigesimo primo Asa* etc. — Versiculis 15. et 29. collatis, non pauci librariorum mendum in numeris annorum latere suspicati sunt. Verum haec facile componuntur. Quamvis enim Amri post obitum Zambri, per annos quatuor, nimirum a vigesimo septimo ad trigesimum primum Asa de imperio adversus Thebni certaverit, nec, nisi sublato aemulo, regnum omnino libere adeptus sit, tamen anni duodecim eiusdem regni ab obitu Zambri supputantur, videlicet ab anno vigesimo septimo Asa (v. 10. et 15.) ad trigesimum octavum eiusdem (v. 29.). Cf. Richardus a s. Victore CXCVI, 243. qui de hisce quaestionibus diserte agit.

24. *Emitque* — Cod. Cas. 1. *Emit quoque.* Pro *a Somer duobus,* cod. Q, Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *a Semer duobus;* item ex mendo habet Waltonus in polyglottis. Pro *talentis argenti,* Rabanus *argenti siclis;* et pro *aedificavit eum,* codd. D, F, I, T, V, Beda I, 531., Rabanus, Abulensis, Dionysius carth. *aedificavit eam;* at hebraeus et veteres *aedificavit montem,* nimirum aedificiis complevit hunc montem, urbem in eo exstruxit. Cod. B *vocavitque,* pro *et vocavit.*

Ibid. *nomine Semer domini montis Samariam* — In primis adnotamus pro *Semer* legere *Somer* ut supra, sixtinos, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, N, O, R, S, T, U, V, mediol., goth. leg., antiquiores editiones, Rabanum, Angelomum, all.; Nicolaus de Lira reiicit ut mendosam lectionem *Semar.* Rationem derivati nominis conditae urbis expressit graecus ἐπὶ τῷ ὀνόματι Σεμὴρ τοῦ κυρίου τοῦ ὄρους Σεμηρών. Mox pro *domini montis,* codd. G, R, S, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476. legunt *id est, montem domini, vel montem;* de hac autem lectione Martianaeus scribit: « Imperitum istud glos» sema positum reperimus in sacro contextu » regii codicis manuscripti (num. 3563.). » Quod hic adnotare operae pretium duxi, ut » exploratum habeant omnes, multa huius» modi glossemata in Scripturae contextum » cum graecum, tum latinum, librariorum » imperitia et temeritate antiquitus fuisse in» ducta: quamquam haec auctores scholio» rum ad margines librorum apposuissent » pro lectorum eruditione. » Liranus et Magdalius idem additamentum diserte respuunt. Bibl. Rob. Stephani 1557., Heidelb. 1586. *montis domini;* Hugo *montem domini;* codd. Cas. 2. *domini montem.* Vaticanis editionibus ann. 1590. 1592. 1593. quae habent *Domini,* praetulimus editionem vaticanam an. 1598. quae posuit *domini.* Denique pro *Samariam,* Sixtus, codices fere universi, plures veteres editiones, Rabanus, Angelomus *Samariae;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus non paucae ex antiquioribus editionibus suffragantur; Toletus notat: « Lege *Samariam;* sic » hebraeus, graecus, Reg., Complut., manu» scripti (?) et utraque Congregatio. » Lucas quoque Brugensis inquit: « Hic praeferendus » est casus accusativus *Samariam,* rectus a

» verbo *vocavit*, genitivo *Samariae*, recto ab » altero nominum substantivorum proximo» rum. » Bukentopius item pag. 408. « Con» gruentius, ait, legitur accusativo quam ge» nitivo. »

25. *qui fuerunt*—Sixtini, gregoriani, codd. A, C, D, E, F, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1481., Abulensis *qui fuerant;* cod. B *qui erant;* cf. ad vers. 33.

26. *fecerat* — Codd. R, Cas. 13. *fecit.*

27. *et proelia eius* — Cod. F *et omnia;* graecus, syrus et multi codd. hebraici utrumque exprimunt; cod. H notat hebraeum legere *et fortitudo eius;* conf. ad vers. 5. Pro *quae gessit,* codd. E, F, I, U *quae fecit;* et pro *nonne haec,* Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1566., all. *haec nonne.* Sixtini rursum scribunt *in libro Verborum.*

28. *Dormivitque* — Sixtini, codices veteres fere omnes, Bibl. Ven. 1476., Abulensis *Et dormivit.* Multi codices scribunt *Ahab* pro *Achab.*

29. *Achab vero* — Codd. E, I, Bibl. Ven. 1476. *Achab autem.* Ante verba *in Samaria* cod. U tacet *super Israel.* Post *viginti* omittunt *et* cod. U et Bibl. Ordin. Pro *duobus annis,* cod. H notat hebraeum legere *quattuor annis;* ad haec autem prudentissime Martianaeus: « Unde expiscatus sit noster scholia» stes Ahab sive Achab viginti et quattuor » annis regnasse in Samaria, adhuc igno» ramus: in polyglottis enim universa ad » numerum viginti et duorum consona repe» riuntur. Tria quoque exemplaria hebraica » manuscripta, quae cum editis contulimus, » viginti et duos annos renuntiant. Tabulae » demum chronologicae apud historiogra» phos nihil differunt in annis regni Ahab. » Itaque hic suspensi haeremus, ne lapsum » aliquem memoriae diligentissimo scholia» sti impingentes, variantem forte lectionem » quorumdam antiquorum hebraeorum codi» cum temere reprehendamus. » Re quidem vera quatuor sunt codices Kennicotti qui legunt וארבע, pro ושתים; ex quo patet Vallarsium temere scripsisse: « Ex hoc loco col» ligere est non hebraeum archetypum, sed » latinum quodpiam apographum laudari a » scholiaste. Quamquam non hebraeus so» lum, sed et caeteri libri omnes quot su» persunt, viginti duos tantum regni annos » Achabo tribuunt. » Praeterea consentit quidem graecus cum reliquis in numero annorum regni Achabi, at hos annos enumerat ab anno secundo Iosaphati, non a trigesimo octavo regis Asa. Demum adnotamus Petrum Com. mendose apud Iosephum legisse *duobus mensibus.*

30. *qui fuerunt* — Codd. F, T, Bibl. Ven. 1476. *qui fuerant.*

31. *suffecit*—Bibl. Ven. 1481. 1495. 1501., Brix. 1496., Lugd. 1509. *sufficit;* Hugo *sufficiebat;* Eucherius et Claudius taurin. *satis fuit;* cf. Sabatierius. Pro *duxit,* cod. E, Bibl. Ven. 1476. *et duxit.* Cod. H notat hebraeum pro *Iezabel,* legere *Isabel;* item Magdalius. Nomen *Ethbaal* ante editiones Roberti Stephani variis modis corruptum erat in libris latinis; nam codd. G, R, S, antiquiores plures editiones legunt *Methaal;* codd. E, I, K, N*, O, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Complut., Reg., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1522., all., Hugo, Rupertus *Methabaal;* alii non pauci cum cod. veron. et Claudio taur. *Methbaal;* cod. N notat: « *Ethabaal* secundum hebrae» um sonat *fortis Baal;* antiqui legunt *Me*» *thabaal,* sed timeo concidentiam litterae *m* » in fine praecedentis dictionis. » Martianaeus quoque animadvertit: « *Ethbaal* legit canon » emendatus. Caeteri ad unum manuscripti » codices *Methbaal* aut *Methabaal* habent; et » proclivi certe lapsu propter *m* immediate » praecedens in voce *filiam.* Quis nesciat cen» ties ac millies idem contigisse antiquariis, » ut elementa verborum praecedentium cum » sequentibus verbis copularent? » Cf. Vallarsius. Cod. P *Ethabaal;* hebraeus אתבעל; graecus Ἰεθεβαάλ sed Iosephus Ἰθόβαλος, de quo conf. Gesenius *Monn. phoen. pag. 408.*

32. *in templo Baal* — Eucherius et Claudius tacent *Baal,* pro quo cod. B legit *Baali.*

33. *plantavit . . . irritans* — Eucherius et Claudius taur. *plantavit illic . . . irritare*. Pro *qui fuerunt,* sixtini, gregoriani, codd. C, E, F, K, T, U, Claudius taur., Rabanus, Angelomus, Abulensis, all. *qui fuerant;* cf. ad v. 25. et 30.

34. *In diebus eius*—Codd. G, R, S, V 2. m., Bibl. Ordin. *In diebus autem eius;* accedunt graecus, syrus et arabs, sed cf. Holmesius; cod. O notat veteres non legere *autem;* cod. U habet *In diebus illis*. Mox pro *Hiel,* codd. B, F, G, H, I, R, S, T, V, Cas. 10., gothic. leg., mediol., antiquiores editiones, Hugo, Beda I, 531. II, 726., Angelomus *Ahiel;* alii codices, Eucherius, Claudius taurin., Rabanus *Achiel;* graecus Ἀχιήλ; at hebraeus היאל; syrus in polyglottis legit ܐܚܝܠ, quod ex Ephraemo castigandum videtur. Pro *Abiram,* Bibl. Ord. mendose *Ahiram;* alii cum graeco *Abiron,* de quo cf. ad Num. XVI, 1. Cod. H notat hebraeum pro *primitivo,* legere *primogenito,* et sic habent codd. U, Cas. 14., Beda II, 726., Eucherius, Claudius taurin., Rabanus, Angelomus, aliique.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XVI, 18. *et abiit in speluncam domus regis. . . . 20. et comprehensiones, quas comprehendit* [Alias: *factiones eius, quas molitus est*] (τὰς συνάψεις αὐτοῦ, ἃς συνῆψεν) . . . 22. *Et populus, qui erat cum Amri, obtinuit populum, qui erat cum Thamenni* (graecus Θαμνί; cod. 108. Θαμεννει) *filio Gonath. Et mortuus est Thebenni* (cod. 93. Θαβεννει) *et Ioram frater eius erat in illo tempore. . . 25. et malignatus est super omnes . . . 31. Ethbaal* (cf. Holmesius).

Cap. XVII, 1. *Elias Thesbites de habitatoribus* — Cod. H notat hebraeum legere *Elias advena de advenis;* sacri textus verba אליהו התשבי מתשבי Gesenius in *Thes. p. 1352.* interpretatur *Elias Thisbita unus ex inquilinis;* at a graeco interprete redduntur Ἠλιοὺ ὁ προφήτης Θεσβίτης ὁ ἐκ Θεσβῶν, quod Ugdulenae probatur. Mox tacent *Deus Israel* codd. E, S, Beda II, 160. 169.; cf. Holmesius et Sabatierius. Cod. H notat hebraeum pro *sto,* legere *steti*. Pro *si erit,* Eucherius, Claudius taur., Rabanus *si fuerit*.

2. *ad eum* — Codd. U, Cas. 14. *ad Eliam;* consentit graecus.

3. *abscondere* — Angelomus *absconde te.* Sixtini pro *in Torrente carith,* scribere maluerunt *in torrente Carith,* quos optimi editores imitantur; item v. 5.; pro *carith,* Hieronymus III, 194., vetus itala et graecus *Chorath.*

6. *ei panem* — Tacent pronomen codd. A, B, D, E, F, I, T, V 1. m., goth. leg., mediol., veron. et duo codices Kennicotti; Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471. mendose legunt *et panem;* cod. G, Eucherius cum graeco *ei panes;* contra vero pro *carnes,* cod. U *carnem,* ut hebraeus et veteres, excepto graeco, de quo cf. Holmesius. Pro *vesperi,* codices non pauci *vespere;* utraque ablativi positio in usu est; cf. ad Deut. XVI, 6.; et pro *bibebat,* Eucherius et Claudius taurin. *bibit.*

7. *Post dies autem* — Codd. R, S, Cas. 2., antiquiores editiones plures, Brev. gothic. p. 345., Angelomus addunt *aliquantos;* codd. F, G, V, Bibl. Ven. 1476. 1482., Ordin., all., Petrus Com., Hugo addunt *aliquot;* cod. D 2. m. *duos;* Beda IV, 453. *multos.* Post *pluerat* codd. E, G addunt *Dominus;* Bibl. Ven. 1481. habent *pluebat.*

8. *Factus est ergo* — Codd. A, C, E, F, H, T, U, V, Thomas. I, 86. 103., Bibl. Ven. 1476., Hugo, Rabanus, Angelomus *Factus est igitur;* cod. G *Factus est autem;* tacent *ergo* cod. K, Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Rupertus. Pro *ad eum,* codd. G, Cas. 3. cum graeco *ad Eliam.*

9. *Surge, et vade* — Tacent *et* cod. U, Thomas. I, 103., Bibl. Ven. 1495.; item hebraeus et veteres, excepto graeco. Pro *Sarephta,* plerique codices, et editiones non paucae, item Isidorus VI, 101. et antiquae editt. Missalis rom. fer. III. post Dom. II. Quadrag. *Sarepta* vel *Sareptha;* alii pauci scribunt *Sarephtha;* antiquiores plures editiones paucique codices *Sareptam* vel *Sareptham;* item Beda l. c., Eucherius, Claudius taurin., Rupertus, Brev.

gothic. l. c.; cod. H notat hebraeum legere *Sarphatha*, צרפתה; graecus Σάρεπτα, unde vetus itala *Sarepta;* et ita habet Vulgatus Abdiae vers. 20. et Luc. IV, 26.; at non desunt graeci codices (cf. Holmesius, et Tischendorfius *Monn. sacra, I, 184.*) qui cum Iosepho legunt Σάρεφθα; Hieronymus III, 278. *Sarefta;* Augustinus in *Spec. edit. Maii* c. 82. *Sarapta.* Pro *ibi mulieri viduae ut pascat te*, Bibl. Ordin. *mulieri viduae ibi ut pascat te;* tacent *ibi* codd. I, S, mediol., Hugo a s. Vict. CLXXV, 709.; item cod. 252. Kennic.

10. *Surrexit* — Isidorus l. c. *Et surrexit;* concinunt hebraeus et veteres; Beda l. c. *Qui consurgens.* Pro *in Sarephta*, antiquiores editiones, pauci codices, Beda l. c., Claudius taur., Rupertus, Brev. goth. l. c. *in Sareptam;* plures codices tacent *in;* praeterea codd. D 2. m., G, N*, R, S, Cas. 4., antiquiores editiones, Brev. goth. l. c. addunt *Sidoniorum;* codd. E, I *Sidoniae;* Augustinus l. c. *Sidonis;* cf. Holmesius. Pro *ad portam*, Rupertus *ad portas;* et post *dixitque* tacent *ei* sixtini, codd. A, K, mediol., veron.; item hebraeus et chaldaeus; cod. F legit *dixitque illi.* Beda l. c. pro *Da*, habet *Affer* ut vers. seq.; et pro *paululum*, Eucherius et Claudius taur. *pauxillum;* Augustinus l. c. *pusillum;* item v. 12.

11. *clamavit* — Bibl. Arg. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513., Complut., Reg. *clamabat.* Pro *obsecro, et buccellam panis*, Eucherius et Claudius taurin. *et buccellam panis, obsecro.*

12. *Quae respondit* — Beda l. c. cum graeco *Dixitque mulier.* Ad verba *Deus tuus* Eucherius addit *et vivit anima tua;* conf. I Reg. XX, 3. XXV, 26. IV Reg. II, 4. 6. Pro *capere potest*, codd. C, D, Beda l. c., Rupertus *potest capere.* Pro *in lecytho*, veteres libri complures *in lechito;* Forcellini lapsus est dum ad h. v. cum auctore Mamotrecti adnotavit mediam syllabam esse longam; nam ex ipso Homeri loco quem profert *Odyss. VI, 79.* (cf. v. 215.) constat brevem esse; hinc recte Magdalius Gaudensis scribit: « *Lecythus;* media corripitur; et putatur generis feminini; » unde quarto ethicorum in antiqua translatione legitur *lecythus pulcherrima;* Hieronymus tamen hoc in loco (v. 16.) in masculino usus est genere. » Aquila posuit ἐν τῇ ληκυθίᾳ; LXX. ἐν τῷ καψάκῃ, unde vetus itala *in capsace.* Pro *en colligo*, codd. B, I, Eucherius *et colligo;* hebraeus et graecus *et ecce ego colligo.*

Ibid. *illum mihi* — Codd. E, I, U *mihi illud;* reliqui codices et veteres editiones omnes ante sixtinam *illud mihi;* item Beda, Eucherius, Claudius taurin., Rupertus, Miss. rom. l. c., all.; quum autem pontificii correctores in hac lectione nil mutaverint, hodiernam lectionem ex typographorum mendo exortam esse suspicari quis posset. Attamen auctor schedae adnexae codici vat. 6879. adnotavit: « *illum;* sic mutavit Sixtus; sed omnes habent *illud.* » Lucas Brugensis a romanis correctoribus invectam fuisse hodiernam lectionem, eamque meliorem esse censuit; scribit enim: « Correctores merito mutarunt neutrum » *illud* in masculinum *illum*, ita ut referatur » ad panem. » Et in *additamentis ad romanas correctiones Francisci Lucae Brugensis* editis a Leandro a s. Martino ad calcem Bibl. Ord. Antuerpiae, 1634. asseritur latinam syntaxim pronomen masculinum postulare, etsi ab hebraeo ad farinam, a graeco ad oleum referatur. Nos vero veterem latinorum lectionem grammaticae legibus adversari non existimamus; neutrum enim genus complectitur omne id ex quo mulier dicit sibi paraturam esse cibum.

13. *mihi primum fac* — Bibl. Ven. 1476. *primum fac mihi;* cod. V *prius fac mihi;* tacent *mihi* cod. U, Claudius taur. et cod. 55. Holmesii; Beda l. c. omittit *primum*, et legit *ex ipsa*, pro *de ipsa.* Pro *farinula*, cod. U, Bibl. Ven. 1495., Rom. 1671. *farina;* illud nomen profert Forcellini ex unico Festi testimonio; cf. Maii *Class. Auctt. VIII, 215.* Pro *subcineritium*, alii plures scribunt *subcinericium*, de quo cf. ad Exod. XII, 39. Mox pro *ad me*, Claudius taur. *mihi*, ut supra v. 11.

14. *Haec autem* — Codd. E, U tacent *au-*

tem. Pro *minuetur,* codd. G, S, Rupertus *imminuetur;* et pro *ad diem,* cod. G, antiquiores editiones, Augustinus l. c., Beda et Brev. gothic. ll. cc., all. *in diem;* conf. Sabatierius. Ante *qua* tacent *in* codd. B, E, G, Bibl. Ven. 1495., Eucherius, Claudius taur. Pro *Dominus daturus est pluviam,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, V, Bibl. Ven. 1476., Hugo, Beda l. c., Eucherius, Claudius taurin., Rupertus, Miss. rom. l. c., Abulensis *daturus est Dominus pluviam;* Bibl. Ven. 1495. *daturus est pluviam Dominus;* in cod. U desideratur *Dominus,* ut in cod. 96. Kennicotti. Beda l. c. cum graeco habet *super terram,* pro *super faciem terrae;* cf. Augustinus l. c.

15. *et domus eius*—Codd. E, I, Bibl. Ven. 1476. addunt *tota;* Eucherius et Claudius taurin. legunt *et filius eius;* graecus *καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς*, unde Augustinus l. c. *et filii eius;* chaldaeus ואנש ביתא ; syrus ܘܒܢ̈ܝ ܒܝܬܗ. Cod. H notat hebraeum pro *et ex illa die,* legere *per dies;* item margo Ordin.; Bukentopius p. 180. « Mallem, inquit, particulam *et* omitti, atque sensum absolvi hisce verbis. » Nam hebraeus legit ימים, idque non sequentibus, sed iis quae praecedunt connectit. Graecus, excepto codice alexandrino qui Vulgato consentit, tacet; item Augustinus l. c.

16. *locutus fuerat* — Cod. T *locutus est;* mendose Bibl. Roberti Steph. 1545. *locutus fuerit.*

17. *post haec* — Sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, S, T, U, gothic. leg., mediol., veron., Thomas. I, 86., antiquiores editiones, Eucherius, Rabanus, Angelomus, Rupertus, Brev. gothic. l. c. *post verba haec;* cod. V, Bibl. Ven. 1476. *post haec verba;* accedunt hebraeus et veteres, excepto graeco, de quo cf. Holmesius; Toletus vero notat: « Hebraeus, Complut., Reg. et Ordin. » addunt *verba;* et sic prior Congregatio. At » LXX. et Lovan. non legunt. » Pro *matris familias,* codd. A, C, E, F 2. m., H, I, O, T, Thomas. V, 302., Eucherius, Claudius taur., Dionysius carthus. *matris familiae;* codex O notat utramque positionem secundum Priscianum in usu fuisse; et pro *languor fortissimus,* cod. L (seu Q), Bibl. Ordin., priores editiones Rob. Steph., all., Angelomus, Isidorus Clarius *languor eius fortissimus;* cod. H *languor eius fortis nimis;* accedunt hebraeus et veteres; codd. A, D, F, O, Cas. 2., veron. *languor fortis nimis.* Bibl. Compl. et Reg. legunt *anhelitus,* pro *halitus.*

18. *Dixit ergo* — Eucherius et Claudius taurin. *Quae dixit;* cod. V *Dixit autem;* cod. Cas. 1. addit *mulier;* item arabs et non pauci graeci codices. Rabanus pro *ingressus,* legit *ingressusne.* Pro *rememorarentur,* Rabanus, Rupertus, all. *rememorentur;* cod. U et Beda III, 440. *memorarentur;* nota verbum *rememoro,* quod ex veteri itala habent quoque Tertullianus, Augustinus, Chromatius aquil., Lucifer calar., Sedulius, all.; cf. Matth. V, 23. XXVI, 75. Luc. XXIV, 6. Hebr. X, 32. Pro *interficeres,* Beda III, 178. 440. *occideres.*

19. *Et ait ad eam Elias* — Bibl. Ordin. *Et ait Elias ad eam;* Eucherius et Claudius taurin. *Cui ait Elias;* tacent *Elias* sixtini, codd. A, B, D 1. m., E, F, G, H, K, L 5., Q, U, goth. leg., mediol., veron., priores editiones Roberti Steph., Bibl. Lugd. 1529. 1531. 1533. 1537. 1540. 1546., Ant. 1537. 1538., Ven. 1538., 1544., Rabanus, Angelomus, Isidorus Clarius; at vero Toletus: « Hebraeus, » manuscripti quidam et prior Congregatio » non legunt *Elias.* LXX. et impressi omnes, » ac multi manuscripti legunt. » Cod. O notat hebraeum non legere *Elias;* hebraeo consentiunt chaldaeus et arabs; at cum Vulgato praeter graecum facit syrus. Pro *Tulitque,* Bibl. Ven. 1492. 1501., Brix. 1496. *Tulit;* et pro *de sinu eius,* codd. A, C, D, E, F, G, T, V, Bibl. Ven. 1476., Rabanus, Angelomus, vetus Miss. rom. fer. VI. post Dom. IV. Quadr. *de sinu illius;* cod. I *de sinu suo.* Pro *et portavit,* Eucherius et Claudius taurin. *portavit;* codd. G, R, alii apud O, Bibl. Ordin. addunt *eum;* item hebraeus et veteres. Pro *in caenaculum ubi ipse,* Eucherius et Claudius taur.

in caenaculo in quo; et post verbum *posuit* addunt *eum* codd. B 2. m., S, Eucherius, Claudius taurin., hebraeus et veteres; at in cod. O pronomen expungitur. Demum pro *lectulum*, habent *lectum* codd. C, D, F, G, O, V, Cas. 2., veron., Bibl. Ven. 1476. 1482., Eucherius, Claudius taurin., Rabanus, Angelomus, Abulensis, Brev. goth. l. c.

20. *Et clamavit* — Sixtini *Clamavitque;* vix dubitamus sixtinos hanc lectionem in sequenti versiculo apponere voluisse, ubi eamdem codices prae se ferunt. Cod. veron. pro *utcumque*, legebat *huccumque*, quod, inquit Vallarsius, accipere malim pro *hucusque*, non *utquumque*, prout sequior amanuensis refixit. Etsi enim in hebraeo nihil sit quod alterutri voci proprie respondeat, consonat tamen illa magis sacro contextui; et graeco nescio cui hexaplari interpreti probatur, ἔτι, *adhuc* sive *huc usque*.

21. *puerum* — Cod. H hoc loco et infra notat hebraeum legere *parvulum*. Pro *et clamavit*, codd. A, C, E, F, G, H, I, K, O, T, U, Bibl. Ven. 1476., Hugo, Rabanus, Angelomus, Abulensis *clamavitque;* et pro *obsecro*, sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, goth. legion., Rabanus, Angelomus, Abulensis *oro;* cod. mediolan. tacet; at perperam Toletus: « Graecus, manuscripti quidam et prior Congregatio non legunt *obsecro;* sed est in hebraeo et fere omnibus impressis, et posterior Congregatio illud retinuit. » Nam sixtini cum antiquioribus codicibus posuerunt *oro;* graecus autem hebraicam voculam נא, *age, quaeso*, uti solet expressit per vocem δή, unde vetus itala habet *nunc*.

22. *Et exaudivit* — Sixtini, codd. A, B, D, E, F, G, I, K, R, S, T, goth. leg., Bibl. Ven. 1476., Abulensis *Exaudivit;* at vero Toletus notat: « Manuscripti et prior Congregatio non legunt *Et;* sed tamen est in hebraeo et fere omnibus codicibus. » Fortasse dicere voluit fere omnibus editionibus. Pro *reversa*, Eucherius et Claudius taurin. *conversa*.

23. *tradidit* — Codd. F, V *dedit*. Cod. H notat hebraeum pro *En*, legere *Vide*. Pro *vivit filius tuus*, codd. R, S, Bibl. Ordin., Eucherius, Claudius taurin. *filius tuus vivit;* eamdem lectionis varietatem prae se ferunt codices hebraici et graeci.

24. *Nunc, in isto cognovi* — Isidorus III, 331. et Rupertus cum graeco *Nunc cognovi;* cod. N notat: « *in isto*, supple *resuscitato;* quod per hebraeum patet, quod habet in genere masculino. » At vero זה hoc loco est adverbium temporis, unde redditur *Nunc iam intelligo;* cf. Maurerus et Gesenii *Thes. p. 405*. Pro *verbum Domini*, cod. R, Isidorus l. c., Claudius taur. *verbum Dei*. Cod. H notat hebraeum non legere *est*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XVII, 10. *Accipe mihi nunc pusillum aquae*... 11. *in manu tua*... 12. *si est mihi panificium* (ἐγκρυφίας).... 19. *Et sustulit eum in pergulam* (ὑπερῷον)... 22. *Et clamavit puer*. 23. *Et deposuit eum de pergula in domum*.

Praeterea hoc capite veteris italae fragmenta a Sabatierio coacervata cumulare poteris ex Augustini sermone edito a Maio in *nova patrum biblioth. I, 520. seq.* et ex eiusdem *Speculo, ed. Maii cap. 82.;* nonnulla dabunt quoque August. *tom. V. App. pag. 78.*, Isidorus *V, 542.* et Eucherius in h. l., praeter ea quae ex Beda et Claudio taurin. recitavimus.

Cap. XVIII, 1. *Post dies multos* — Codd. R, S, Bibl. Ord. *Post multos dies*. Pro *factum est verbum Domini*, sixtini, codd. A, C, D, F, H, I, K, T, U, V, Thomas. I, 86. 103., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Hugo, Rabanus, Angelomus *verbum Domini factum est;* et pro *te Achab*, Thomas. I, 103. *te ad Achab*. Augustinus in *Spec. edit. Maii, c. 54.* legit *Et factum est verbum Domini ad Heliam in anno tertio, dicens: Vade et appare ad Achab, et dabo pluviam super terram*.

2. *se Achab* — Cod. A *se ad Ahab*.

3. *Dominum* — Cod. G, antiquiores editiones, Brev. goth. p. 348. addunt *Deum;* codd.

R, S, alii apud O addunt *Deum Israel;* at hebraeus et veteres Vulgato consentiunt.

4. *tulit ille*—Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., all. *ille tulit.* Pro *quinquagenos et quinquagenos*, legunt tantum *quinquagenos* sixtini, codd. A, B, C, E, F, H, I, K, N, O, S, T, U, Cas. 4., veron., Bibl. Ven. 1495., Abulensis; Toletus notat: « Manuscripti et prior » Congregatio habent semel *quinquagenos.* » Hebraeus legit חמשים *quinquaginta;* at non pauci codices hebraici et syrus habent חמשים חמשים, prout habetur infra v. 13., quod per *quinquagenos* reddi potest; nimirum singuli quinquaginta in singulis cavernis abditi fuere, quod graecus expressit per κατὰ (vel ἀνὰ) πεντήκοντα. Pro *in speluncis*, cod. veronen. cum hebraeo et graeco *in spelunca;* sed cf. Holmesius.

5. *et in cunctas* — Tacent *in* Bibl. Ven. 1476. 1511. 1519., Lugd. 1513. all. Pro *possimus invenire*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Bibl. Ordin., Agobardus apud Gallandi XIII, 441., Abulensis *invenire possimus;* cod. veronen. *invenire possemus;* cod. R, Bibl. Ven. Ienson 1476. 1479. 1481. 1484. *possumus invenire.* Cod. H notat hebraeum pro *equos et mulos*, legere *equum et mulum.*

6. *regiones, ut circuirent eas* — Cod. H ex hebraeo *terram, ut circuirent eam.* Pro *per viam unam*, codd. I, R, S, Bibl. Ven. 1476., Abulensis *per unam viam;* cod. H notat hebraeum addere *solus;* cf. margo Ordin.

7. *Cumque esset* — Codd. D, goth. legion. *Cum abiisset.* Pro *Elias occurrit ei*, cod. H et Dionysius carthus. *occurrit ei Elias;* cod. F *Elias occurrit illi;* et pro *super faciem suam*, cod. mediolan. *super terram in faciem suam.* Pro *Num tu*, cod. V *Nonne tu;* Sixtus, cod. S, Bibl. Paris. 1504., Basil. 1509., Lugd. 1509. 1510. 1514., Roberti Steph. et Lov. *Non tu;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus codices et antiquiores editiones suffragantur; Toletus notat: « Lege *Num;* sic hebraeus, » graecus, Complut., Reg., manuscripti et » prior Congregatio. » Bukentopius qui omnes Sixti varietates proferre instituerat, hanc aliasque non paucas praetermisit.

8. *Cui ille respondit: Ego* — Tacent *ille* Biblia Paris. 1541. 1549. 1552. 1558. 1566. 1573.; accedit hebraeus; addunt *et dixit* codd. G, L, R, S, V, antiquiores editiones, Brev. goth. l. c.; at cod. O notat in antiquis codicibus non legi. Post *Vade* tacent *et* sixtini, codd. A, D, E, F, G, I, K, O, P, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., veron., Bibl. Ordin., Dionysius carth.; item hebraeus et veteres, excepto arabe paucisque graecis codicibus.

9. *Et ille* — Cod. veron. *At ille.* Pro *Quid peccavi, inquit*, cod. H *Quid, inquit, peccavi;* et pro *tradis*, codd. E, F, K, T 1. m., U, V, antiquiores editiones *trades;* cod. I *tradidisti;* et pro *in manu*, codd. Cas. 2., Bibl. Ordin., Hugo *in manus.*

10. *quia non est* — Tacent *quia* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Cas. 13., goth. legion., veron., mediol., Bibl. Ven. 1476., Ord., Abulensis, Hugo; nec obstant hebraeus et veteres. Mox pro *quo non miserit*, codd. R, S, antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c. *in quo non miserit;* Bibl. Paris. 1549. 1552. 1558. 1566. 1573. *in quod non miserit;* cod. O notat legendum *quo*, non *in quo*, et subdit: « hoc autem *quo* est » adverbium, quod patet per graecum οὗ. » Pro *reperireris*, codd. A, C, D, V, Hugo *repereris;* codd. F, S *repererereris;* Bibl. Rom. 1471., Ordin., Basil. 1509., all. *reperieris.*

11. *nunc tu dicis* — Tacent *tu* codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, V, Cas. 14., goth. leg., antiquiores editiones, Brev. goth. l. c.; item hebraicus cod. 16. bibliothecae taurinensis. Post *Vade* expungunt *et* sixtini; vide supra ad v. 8.; item hebraeus et veteres, excepto arabe; at quum hoc loco desideretur suffragium latinorum codicum, dubitamus amanuensem sixtinorum voluisse potius expungere pronomen *tu*, de quo mox diximus, quam particulam *et.*

12. *ego ignoro* — Codd. R, S, U, *ignoro ego;* cod. O notat hebraeum non legere *ego;* nec habetur in cod. V. Ante *ingressus* tacent *et*

codd. A, B, F, K, U. Pro *inveniens te*, legunt *inveniet te, et* codd. A, B, E, F, K, U, mediol., veron.; accedunt hebraeus et veteres.

13. *de prophetis Domini* — Codd. D, goth. legion. tacent *Domini*. Pro *quinquagenos et quinquagenos*, sixtini, codd. I, K, O, Cas. 1., margo Ordin. semel legunt *quinquagenos* (cf. ad v. 4.), quod et Toletus adnotavit; cod. H notat hebraeum non legere nexum, nec habetur in Bibl. Lugd. 1522. Pro *pane et aqua*, Bibl. Ven. 1476. *aqua et pane*.

14. *tu dicis* — Addunt *mihi* codd. U, Cas. 14.; item graecus et syrus, sed conf. Holmesius.

15. *Et dixit* — Tacent *Et* sixtini, codd. A, D, E, F, G, I, K, N, O, T, U. Cod. H notat hebraeum pro *sto*, legere *steti*; et post *quia* cod. Cas. 1. addit *ego*.

16. *et indicavit ei* — Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1549. 1552., all. *indicavitque ei*; cod. E addit *quod venisset Elias*. Pro *venitque*, cod. B *venit ergo*; cod. R *venit autem*.

17. *Tune es ille* — Bibl. Ven. 1476. *Tune ille es;* Gregorius Magnus I, 236. addit *vir*. Cod. H notat hebraeum pro *qui conturbas*, legere *conturbans*. Sabatierius ad hunc locum ex Lucifero calar. (Opp. pag. 75.) proferre debuisset sequentia *Si tu es ipse, qui evertis Israel?*

18. *Et ille ait* — Codd. E, I *At ille respondit;* Bibl. Ordin. *Et ait ille*. Mox pro *Non ego turbavi*, codd. A, H, K, mediolan., veron., Eucherius, Claudius taur. *Non turbavi;* item hebraeus et graecus; codd. E, I *Ego non conturbavi*. Pro *dereliquistis mandata*, codd. C 1. m., R, T, U, Bibl. Ven. 1494. 1498. *dereliquisti mandata;* cod. I, Bibl. Ven. 1476., Eucherius, Claudius taur. *dereliquistis mandatum*. Pro *Domini*, cod. veron. *Domini Dei tui;* conf. graecus. Petrus Com. cum Lucifero calar., syro, georg., et slavon. pro *Baalim*, habet *Baal*. Augustinus in App. tom. III, p. 21. ex hoc versu habet *Non enim ego conturbo Israel, sed tu et domus patris tui, quia dereliquisti legem Domini, et servis Baal*.

19. *in monte* — Codd. E, F, T, Bibl. Ven. 1476., Eucherius, Claudius taur. et Lucifer calar. *in montem;* cf. vers. sequenti. Cod. E post *lucorum* tacet *quadringentos*.

20. *Misit* — Eucherius et Claudius taurin. addunt *itaque;* accedunt hebraeus et veteres. Pro *in monte*, codd. A, F, Biblia Ven. Ienson 1476., Eucherius, Claudius taur. et Lucifer calar. *in montem*.

21. *ad omnem populum* — Codd. R, S, antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c. addunt *Israel;* quod cod. O notat in priscis exemplaribus non legi.

22. *rursus Elias* — Sixtini, codd. A, C, D, aliique plures, nonnullaeque editiones *rursum Elias;* codd. E, I *Elias rursum*. Pro *Domini*, cod. Cas. 1. *Dei;* et pro *Baal*, Eucherius et Claudius taur. *Baalim*, ut supra v. 18. Ad verba *quadringenti et quinquaginta viri sunt*, plura sunt adnotanda; in primis tacent *et* codd. F, H, U, Biblia Ven. 1480. 1481. 1494., all., Lucifer calar., Eucherius et Claudius taur.; praeterea omittunt *viri sunt* Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540.; ad haec autem cod. A cum graeco addit *et prophetae lucorum quadringenti;* codd. G, L, N*, R, S, V, Cas. 3., antiquiores editiones, Brev. goth. p. 349. post *quinquaginta* addunt *prophetaeque lucorum quadringenti* (pro *lucorum*, Bibl. Ven. Ienson 1476. 1479. 1480., Ord. legunt *locorum*); Hugo *prophetae autem lucorum quadringenti;* post *viri* Bibl. Paris. 1552. 1566. 1573. addunt *prophetaeque lucorum quadringenti viri;* cod. sangermanensis n. 7., corbeiensis n. 3. ad marg., corbeiensis n. 1. et sangermanensis n. 9. prima manu legunt cum Lucifero calarit. *et prophetae lucorum quadringenti;* codd. N, O recte notant: « Hebraeus et antiqui non ap» ponunt hic *prophetae autem lucorum qua« dringenti*, sed de LXX. acceptum est. » Graecus autem ex vers. 19. hoc additamentum, quod Lucas Brugensis et Bukentopius p. 180. reiiciunt, derivavit.

23. *Dentur* — Eucherius et Claudius taur. addunt *ergo;* item Lucifer calarit. cum he-

braeo; cf. Holmesius. Post *eligant* tacent *sibi* codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., veron., mediol.; Bibl. Ven. 1476., Eucherius, Claudius taur., Petrus Com., Abulensis; item cod. 96. Kennicotti. Pro *ponant*, codd. R, S, Bibl. Ven. 1476., Petrus Com. *ponent;* et pro *ego faciam,* Eucherius et Claudius taurin. *ego quoque faciam;* cod. T *ego faciam similiter;* Hieronymus hoc loco posuit *faciam* eo sensu quo apud Virgilium *Ecl. III, 77.* legitur: « Quum faciam vitula pro frugibus, ipse venito. » Pro *ignem autem non supponam,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, aliique fere universi, Bibl. Ven. 1476., Hugo, Eucherius, Claudius taurin. *ignemque non supponam.*

24. *nomina deorum* — Cod. H notat hebraeum legere *in nomine deorum;* item vers. sequenti. Pro *nomen Domini mei,* codd. R, S, antiquiores editiones plures, Brev. goth. l. c. *nomen Dei mei;* Lucifer calar. *in nomine Dei mei;* codd. E, G, I, P, Cas. 3., Bibl. Venet. 1476., Abulensis *nomen Domini Dei mei;* graecus ἐν τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ Θεοῦ μοῦ; sixtini, reliqui nostri codices omnes, Bibl. Complut., Reg., priores editiones Rob. Steph., all., Eucherius, Claudius taur. cum hebraeo et chaldaeo tacent *mei;* at Toletus notat: « Hebraeus, Compl., Reg. non legunt » *mei;* est tamen apud LXX. et in Ordin., » Lovan. ac multis codd. etiam manuscriptis. » Prior Congregatio expunxit, posterior retinuit. » Codd. E, I post *Respondens* addunt *autem;* Eucherius et Claudius taurin. legunt *Responditque omnis populus et ait;* accedunt hebraeus et veteres. Cod. H notat hebraeum pro *Optima propositio,* legere *Bonum verbum;* codd. B, L, R, S, Cas. 4., sangerman. n. 7., corbeiens. n. 3., antiquiores editiones, Brev. gothic. l. c. addunt *quam locutus est Elias;* Lucifer calarit. *quod* (nam praecedit *verbum*) *locutus est Helias;* graecus legit tantum ὃ ἐλάλησας; codd. E, F, G, I, T 1. m., U, V, Cas. 12. addunt *et bonum quod locutus est Elias;* Toletus notat: « LXX. addunt *quam lo-* » *cutus es;* Complut. et Reg. *quam locutus est* » *Elias.* In hebraeo autem non legitur; et sic » Lovan., manuscripti et aliquot impressi et » utraque Congregatio. » Cod. O notat nullum additamentum in antiquis codicibus legi.

25. *Dixit ergo* — Eucherius et Claudius taurin. *Dixitque;* Bibl. Ven. 1479. *Dixit autem.* Mox tacent *vobis* priores editiones Rob. Steph. aliaeque inde petitae; item Eucherius et Claudius taur., qui dein pro *facite primi,* legunt *facite vos primum;* et post *quia* tacent *vos.*

26. *Qui cum* — Codd. E, I *Cumque.* Cod. veron. post *bovem* addit *unum;* cf. vers. 23. et 25. Tacent *ad* ante *meridiem* codd. E, I et Dionysius carthus. Pro *nec qui,* cod. Cas. 1., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. 1549. 1552., all. *neque qui.* Post *responderet* cod. B 2. m. addit *eis.*

27. *esset iam meridies* — Codd. G, R, S, Bibl. Ven. 1476. *iam esset meridies.* Pro *illudebat illis,* sixtini, codd. fere omnes, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Hugo *illudebat eis.* Post verba *Deus enim* codd. G, R, S, U, Cas. 2., Bibl. Ord., Basil. 1509., Lugd. 1522. 1536., all., Hugo, Dionysius carthus. addunt *vester;* quod in cod. O expungitur.

28. *incidebant se iuxta ritum suum* — Cod. K *scindebant se;* accedit graecus codex vaticanus.

29. *transiit*—Codd. E, I *transisset;* cod. G *pertransiit.* Pro *nec aliquis,* codd. A, C, D, E, F, H, K, T, U, V, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Ordin., all. *neque aliquis.*

30. *ad se populo* — Codd. G, U, Cas. 12., Bibl. Ven. 1476. *ad se omni populo;* item hebraeus et graecus.

32. *de lapidibus altare* — Tacent *de* sixtini, codd. A, D, F, K, O, T, U; at vero codd. C, E, G, I, gothic. legion. habent *ex lapidibus altare;* codd. R, S, Bibl. Ordin. *altare de lapidibus.* Epanorthotes in cod. N ad verba *fecitque aquaeductum, quasi per duas aratiunculas,* notat graecum pro his legere *et fecit thala, quod capit duo metra seminis;* ex quo intelligimus epanorthotem in suis codicibus habuisse θααλά, quod pauci graeci codi-

ces servant, pro *θάλασσαν*, quod mendosum videtur. Est autem *θααλά* ipsa hebraica vox תעלה, quam alibi alexandrinus recte interpretatus est *ὑδραγωγός*; conf. Schleusneri *Lexic. V. T., III, 36.*; Theodoretus scribit: « In orbem fodiens fecit aquae » receptaculum (*δοχεῖον*). Hoc hebraeus » quidem appellavit *θααλά*; Iosephus vero » *δεξαμενήν*. » Hinc Lucifer calarit. habet *foveam*, margo cod. gothic. legion. *foveas*.

33. *per membra bovem* — Cod. H *bovem per membra*.

34. *quattuor hydrias* — Bibl. Ven. 1476. *hydrias quatuor*. Pro *aqua*, cod. mediolan. *aquae*; et pro *fundite*, codd. F, G, V, Bibl. Ven. 1476., Eucherius, Claudius taurin. et Lucifer calar. *effundite*; et pro *super holocaustum*, codd. E, I *in holocaustum*; alii *supra holocaustum*. Pro *fecissent secundo*, sixtini, codd. A, D, F, H, I, K, O, T 2. m., U, V, Cas. plures, Bibl. Ven. 1476., Hugo, Abulensis *fecissent et secundo*; item pro *Feceruntque tertio*, sixtini, codd. A, C, D, F, H, O, T, Cas. plures, Bibl. Ven. 1476., Ord., Basil. 1509., Lugd. 1515. 1522., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus, Angelomus *Feceruntque et tertio*; Toletus notat: « Lege *Fecerunt et tertio*. »

35. *circum altare* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ord., Lugdun. 1515., Basil. 1530., all., Rabanus, Angelomus, Abulensis *circa altare*. Pro *aquaeductus*, apud Rabanum *aquae fluctibus*.

36. *holocaustum* — Cod. K *sacrificium*; hebraeus המנחה. Ante *Isaac* tacent *et* sixtini, codd. A, F, G, H, K, R, T, U, Cas. plures, Dionysius carthus.; item hebraeus et chaldaeus; cod. B legit *Deus et Isaac*; cf. Sabatierius. Pro *ostende hodie*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Abulensis *hodie ostende*. Cod. H notat hebraeum pro *Deus Israel* et *praeceptum tuum*, legere *Deus in Israel* et *verbum tuum*; immo habet ובדבריך. In epistola Alexandri P. M. apud Hard. I, 85. hic locus hisce verbis profertur *Domine, Domine Deus Israel ostende quia tu es Deus meus*.

37. *Exaudi me* — Cod. B tacet *me*. Mox post alterum *exaudi me* cod. R addit *Domine Deus*, cod. S *Domine*, quod in cod. O expungitur. Post verba *tu es Dominus Deus* codd. F, V addunt *Israel*; cod. E addit *solus*; item cod. alexandrinus, et slavon. Pro *cor eorum*, codd. C, D, G, O, T 2. m., V, Cas. 7., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Basil. 1509. 1530., Lugdun. 1515. 1522., Paris. 1549. 1558., all., Hugo *corda eorum*. Cod. H notat hebraeum pro *iterum*, legere *retrorsum*; item margo Ordin.; Lucifer calarit. et margo cod. gothic. legion. *retro*.

38. *ignis Domini* — Addunt *de caelo* codd. T, U, V, Cas. plures, Dionysius carth.; cod. B legit *ignis a Deo de caelo*; cod. F *ignis de caelo a Domino*; codd. sangermanensis n. 7., corbeiensis n. 3. secunda manu *ignis a Domino de caelo*; item Lucifer calar. cum graeco; codd. G, Cas. 2. *ignis a Domino*; item chaldaeus et arabs. Pro *voravit*, codd. F, V, Eucherius, Claudius taurin. *devoravit*.

40. *Elias ad eos* — Cod. V, Bibl. Ven. 1476. *ad eos Elias*. Ante *prophetas* addunt *omnes* Claudius taur., Rabanus, Angelomus, Petrus Com.; et post *Baal* tacent *et* codd. R, S, U; item hebraeus et veteres. Pro *effugiat*, codd. C, E, F, I, O, T, U, V, veron., Bibl. Ven. 1476., Rabanus, Abulensis *fugiat*; et pro *apprehendissent*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, R, S, T, U, Cas. 7., Bibl. Ven. 1476., Hugo, Rabanus, Abulensis *comprehendissent*; cod. E *prehendissent*. Cod. H notat hebraeum pro *duxit*, legere *deposuit*, at perperam; nam יורדם est *deduxit eos*. Sixtini cum optimis editt. pro *Torrentem cison*, scripserunt *torrentem Cison*; auctor schedae adnexae codici vatic. 6879. notat: « *Cison*, scribatur cum priori » littera maiuscula; est enim proprium no- » men. » Hanc autem scribendi rationem alibi sequuntur editiones Clementis VIII. (cf. ad Iudic. IV, 13.), eamdemque imitati sumus in Bibl. Rom. 1861. prout factum fuerat in romanis editionibus ann. 1765. 1768. 1784. et in Concord. Romae editis anno 1627.

41. *comede* — Codd. E, H, I, U, Bibl. Ven.

1476., Petrus Com. *et comede;* item graecus; cod. Cas. 1. *Achab comede.*

42. *faciem suam* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, goth. legion., veron., Rabanus, Angelomus, Abulensis.

43. *et prospice* — Cod. F tacet *et;* nec obstat hebraeus. Pro *et contemplatus esset,* Brev. goth. p. 351. *contemplatus.*

44. *nubecula* — Codd. E, F, T, goth. leg., all. *nubicula.* Cod. H notat hebraeum pro *vestigium hominis,* legere *vola viri;* item margo Ordin.; at vero כף dicitur tum de *vola manus,* tum de *planta pedis;* graecus ἴχνος ἀνδρος. Pro *Iunge currum tuum,* legunt tantum *Iunge* codd. A, B, H, K, L 3. (seu Q), T, veron., Bibl. Rob. Steph. 1528. 1557., Lugd. 1529. 1531. 1533. 1546., Heidelb. 1586., Isidorus Clarius; hebraeus habet אסר *Iunge,* et subintelligitur *equos ad currum;* cod. E 1. m. *Surge;* tacent *tuum* codd. U, Cas. 14., Bibl. Rob. Steph. 1532., Lugd. 1537. 1540., Ant. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544.; graecus cum Vulgato Ζεῦξον τὸ ἅρμα σου.

45. *verteret* — Codd. A, C, F, G, I, K, R, S, T, U, V, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Basil. 1509. 1530., Lugd. 1515., all. *verterent;* quod Lucas Brugensis praeferre videtur. Cod. H notat hebraeum pro *contenebrati sunt, et nubes,* legere *contenebrati sunt nubibus;* margo Ordin. *obtenebrati sunt, et nubes.* Post verba *pluvia grandis* cod. K addit *secundum verbum, quod locutus fuerat Dominus in manu Eliae;* haec alibi non reperimus. Pro *Ascendens itaque Achab abiit,* codd. E, I *Ascendit itaque Achab et abiit;* codex quoque N legit *et abiit.*

46. *accinctisque* — Codd. E, V, Bibl. Rom. 1471., Paris. 1541., Hugo *accinctusque.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XVIII, 19. *prophetas confusionis.* ... 21. *Usquequo claudicamini* (sic) *utrisque femoribus vestris* (cf. Holmesius)? ... 28. *lanceis syromatis* (nota verbum; graecus σειρομάσταις, quod est *iaculi genus;* Lucifer calarit. *novaculis;* hebraicum רמח alibi Aquila interpretatur κόντος, Symmachus δόρυ). ... 32. *Fecit foveas capientes duas mensuras seminis, in circuitu altaris.* ... 37. *et tu avertisti cor populi huius retro.* .. 41. *quia sonus est pedum pluviae.* ... 44. *adducens aquam de mari* (cf. Holmesius). ... 45. *et plorans prae gaudio Ahab.*

Nonnulla ex hoc capite proferuntur ab Augustino in sermone edito a Maio in *nova patrum biblioth. I, 80.* At nil novi nobis suppeditatur; nam idem sermo, quod Maium fugit, a maurinis editus fuerat inter Opp. Aug. tom. V, col. 998.

Cap. XIX, 1. *universos prophetas* — Addunt *Baal* codd. B, C, E, K, L, R, S, T, Cas. 6., antiquiores editiones, Brev. gothic. p. 351., Eucherius, Claudius taur., Hugo; item syrus et duo codices holmesiani; accedunt chaldaeus et arabs qui habent *falsos prophetas;* at correctoria M, N, O testantur in antiquis exemplaribus non legi.

2. *Haec mihi* — Tacent *mihi* cod. L (seu Q), hebraeus et chaldaeus; sed conf. De-Rossi. Pro *posuero,* Eucherius et Claudius taurin. *ponam;* graecus θήσομαι.

3. *Bersabee Iuda* — Cod. I interponit *in;* alii cum Eucherio, Claudio, Angelomo legunt *Bersabee Iudae;* hebr. באר שבע אשר ליהודה.

4. *in desertum* — Cod. V, Sacrament. gallic. LXXII, 477. *in deserto.* Pro *sederet,* cod. S, Eucherius, Claudius taurin., Sacram. gallic. l. c. *sedisset.* Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. pro *subter,* mendose habent *super.* Ad *tolle* addunt *quaeso* codd. Cas. 13. et Gregorius M. IV, 165.; graecus legit δή, quod saepius ponitur pro נא *quaeso.*

5. *in umbra iuniperi* — Cod. H notat hebraeum legere *subter unam iuniperum;* codd. H, U, Cas. 1., Rabanus, Angelomus *sub umbra iuniperi.* Mox tacent *Domini* sixtini, codd. A, D, K, L 3., Q, T, veron., priores editiones Rob. Steph., all., Rabanus, Angelomus; consentiunt hebraeus et veteres, excepto slav.; at Toletus notat: « Non legunt *Domini* hebraeus, graecus, manuscripti tres et prior

» Congregatio. Sed tamen est in Complut., » Reg., Ordin. et omnibus impressis ac mul» tis manuscriptis; et sic retinuit posterior » Congregatio. » Vix dubitamus illam vocem ex sequenti v. 7. petitam fuisse. Pro *et dixit*, codd. E, G, I, Bibl. Ven. 1476., Miss. rom. (ante postremam correctionem) feria IV. quatuor temp. Quadr., Eucherius, Claudius taurin. *dixitque*. Ante *comede* tacent *et* sixtini, gregoriani, codd. A, E, K, L 2., T, V, Cas. 3., antiquiores editiones, Rabanus, Angelomus, Petrus Com., Brev. goth. l. c.; item hebraeus, chaldaeus, syrus; cod. Cas. 1. addit *et bibe;* cf. Holmesius, cui ex *Suppl.* addes cod. 59.; item ad vers. 7.

6. *Respexit* — Codd. H, L 2., Q, U, Bibl. Ven. 1495., priores editt. Rob. Steph., all., Miss. rom. l. c. *Et respexit;* Eucherius et Claudius taurin. *Respexitque;* concinunt hebraeus et veteres.

7. *comede* — Codd. F, I, S, U, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Abulensis, Eucherius, Claudius taurin. *et comede;* item Augustinus in *nova Patrum biblioth. I, 364.*, armenus, georg. et pauci graeci apud Holmesium.

8. *montem Dei* — Cod. A *montem Domini*. De *Horeb* cf. ad Exod. III, 1.

9. *sermo Domini* — Cod. Cas. 1. addit *factus est;* accedunt syrus (cui tamen non consentit Ephraemus I, 502.), arabs, armenus, georg.; cod. 70. Kennicotti addit בא. Pro *Elia*, Bibl. Ven. 1495., all. *Elias*.

10. *respondit*—Angelomus *respondens ait*. Pro *Domino Deo*, Bibl. Paris. 1504. 1519., Basil. 1509. 1530., Lugd. 1509. 1510. 1514. 1515., all. *Domino meo;* tacent *Deo* Bibl. Ven. 1476., Beda II, 1212., Sacram. gallic. l. c.; item graecus. Mox pro *pactum tuum*, legunt *pactum Domini* codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, O, R, S, T, U, V, Cas. plures, mediolan., veron., veteres editt. fere omnes, Eucherius, Claudius taurinen., Beda l. c., Rupertus, Godefridus CLXXIV, 1090., Brev. gothic. l. c. Hodiernam lectionem praetulerunt sixtini, quibus suffragantur codd. H, L 4. (seu Q), Cas. 3., Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., all., Rabanus, Angelomus, Sacrament. gallic. l. c.; hinc Toletus notat: « Lege *pactum tuum;* » sic hebraeus, Ordin., manuscripti et utra» que Congregatio; at Compl., Reg., Lovan., » legunt *pactum Domini*. LXX. autem *dereli» querunt te.* » Reliqui veteres interpretes hebraeo consentiunt.

Ibid. *altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus* — Codices nostri omnes, veteres editiones, Eucherius, Claudius taurin., Rabanus, Angelomus, Godefridus, Brev. goth., Sacram. gallic. l. c. ante *prophetas*, et ante *derelictus* particulam *et* addunt; item hebraeus et veteres; quae quidem particula a sixtinis typographis aliquo casu praetermissa videtur. Pro *derelictus*, codd. I, R, S, U *relictus;* Gildas LXIX, 372. legit *prophetas tuos occiderunt, et altaria tua suffoderunt; et ego relictus sum solus;* item apud Holmesium Origenes et Chrysostomus.

11. *Et ait ei*—Tacent pronomen Bibl. Ven. 1495. et Rabanus; item chaldaeus et graecus. Ante *ecce* omittunt *et* codd. E, Cas. 2. et graecus; at cf. Holmesius. Pro *transit*, pauci codices, antiquiores editiones, Eucherius, Claudius taurin., Angelomus *transiit;* cod. Cas. 1. *transivit;* cod. B, Bibl. Ven. 1476., Norimb. 1529., Lugdun. 1535. 1540., Rabanus, Petrus Com. *transiet* (conf. Sabatierius in h. l. et Vulgatus Iudith VI, 4. Iob. XX, 8. et quae adnotavimus ad Levit. XXV, 10.); item graecus. Mox ante *spiritus* tacet *et* Gregorius M. I, 168. IV, 166. Ad verba *conterens petras* cod. B addit *in spiritu;* et pro *non in spiritu*, codd. U, Cas. 15., Hugo *sed non in spiritu;* accedunt armenus, georg., slavon. et codd. Kennicotti qui legunt ולא; conf. Sabatierius.

12. *aurae tenuis* — Cod. A addit *in eo Dominus;* codd. G, T 1. m., U, V, Cas. plures, Gregorius M. IV, 166. (at cf. nota editorum maurin. ad I, 168.), Rupertus, Godefridus l. c. pag. 1093. addunt *et ibi Dominus;* codd. I, N*, R, S, Iulianus tolet. XCVI, 738., Sacrament. gallic. l. c., Dionysius carthus., Ni-

colaus de Lira addunt *ibi Dominus;* Petrus Com. *et cum eo Dominus;* his accedunt armenus, georg., slav. mosq. et plures graeci codices qui cum edit. Compl. et Cat. Nicephori habent κακεῖ Κύριος, quae verba in hebraico textu excidisse censuit Houbigantius; Macarius apud Gallandi VII, 27. legit καὶ ἐν αὐτῇ ὁ Κύριος. At vero istud additamentum in priscis codicibus non adfuisse ex Gregorio M. (I, 169.) colligitur; nam scribit: « Spiritui commotionis et igni non inesse » Dominus dicitur; esse vero in sibilo aurae » tenuis non negatur. » Hanc autem Gregorii sententiam proferunt Rabanus et Angelomus; eademque descripta legitur in codd. M, O, qui additamentum respuunt; hinc Hugo animadvertit: « Ad *aurae tenuis* nil addit; per » quod dat intelligere quod in eo facit (le» gendum videtur *fuit*) Dominus. Tamen ali» qui libri habent in textu *et ibi Dominus;* » sed Gregorius et Ambrosius (lege *Andreas,* de quo cf. dicta ad I Reg. XXVIII, 7.; neque enim apud Ambrosium aliquid simile reperimus) dicunt quod non est de textu, sed » debet subintelligi. » Hugoni consentit Alfonsus Tostatus.

13. *egressus* — Gregorius M. I, 169. IV, 166., Garnerius CXCIII, 407., Rupertus *ingressus.* Pro *et ecce,* cod. R *et ait;* et pro *hic agis;* codd. A, F, K, U, Hugo *agis hic.*

14. *Et ille* — Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535., all. *At ille,* ut v. 10.; item post *Domino* tacent *Deo* Sacram. gallic. l. c. et graecus; ac rursum ante *prophetas,* et ante *derelictus* codices et editiones veteres particulam *et* addunt ut supra ad vers. 10.; pauci cum Bibl. Ven. 1476. legunt *et relictus,* pro *derelictus.*

15. *et revertere* — Tacent *et* codd. E, veron., Eucherius, Claudius taur., Sacrament. gallic. l. c.; concinunt hebraeus et veteres; at conf. Holmesius. Pro *in viam tuam,* codd. B, E, K, T 2. m. *in domum tuam;* codd. G, S *in terram tuam.* Pro *in Damascum,* cod. H 2. m. et Rabanus *Damasci;* item hebraeus et graecus; cf. Ugdulena; Sacram. gallic. l. c. *in Damasco.* Cod. E *veneris illuc,* pro *perveneris illuc;* sixtini, codd. A, B, H, K, U, mediol., veron., Claudius taur. tacent *illuc;* favent hebraeus et veteres. Pro *Hazael,* alii non pauci scribunt *Azael,* uti habet Vulgatus ad Amos I, 4.; graecus Ἀζαὴλ, apud Iustinum 36, 2. *Azelus;* at hebraeus חזאל.

16. *unges regem*—Bibl. Ord., Hugo, Abulensis *unges in regem;* accedunt hebraeus et graecus. Mox vaticanae editiones habent *Abelmeula,* quod ex antiquis editionibus manavit; at supra IV, 12. et Iudic. VII, 23. magis recte scribunt *Abelmehula;* codices plerique et fere omnes antiquiores editiones, Beda I, 532., Eucherius, Rupertus *Abelmaula;* de quo conf. Holmesius; sixtini aliique cum hebraeo seiungunt *Abel Meula;* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540. *Abelmehola.*

17. *et quicumque*—Sixtini, codd. A, C, D, F, K, O, T, U, V, veron., Bibl. Ven. 1476., Eucherius, Claudius taur., Rupertus, Godefridus l. c., Abulensis *et qui.*

18. *derelinquam*—Cod. E *dereliqui;* cod. G, Eucherius, Claudius taurin., Petrus Com. *relinquam;* animadverte graecum legere καταλείψεις, sed pauci codices cum editione Complut. καταλείψω, quod hebraeo et reliquis interpretibus consentit. Paulus vero Rom. XI, 4. κατέλιπον; cf. Sabatierius. Pro *millia virorum, quorum genua,* sixtini, codd. A, B, F 1. m.; H, K, L 2. (seu Q), T 1. m., U, mediol., veron. *millia universorum genua quae;* « ita, ait Martianaeus, verbo ad ver» bum legitur in hebraeo, in canone nostro » latino, et in plurimis vetustioribus manu» scriptis versionis hieronymianae, puta in » regio prima manu, in corbeiensi n. 11. et » 13. etc. » Codices a Stephano et Lovaniensibus memorati excitantur quoque a Luca Brugensi, qui scribit: « Duo s. Germani exem» plaria, parvum et latum, pro *virorum* ha» bent *universorum,* id quod hebraeo confor» me est, quamquam commodius vertatur *Et » derelinquam in Israel septem millia, uni» versa genua quae non curvaverunt se ipsi » Baal;* chaldaice legitur ut hebraice. Graece

» autem utrumque habetur ἑπτὰ χιλιάδας » ἀνδρῶν, πάντα τὰ (all. tacent τὰ) γό- » νατα ἃ οὐκ ὤκλασαν γόνυ τῷ Βάαλ. » Paulus l. c. ad sensum ista proferre videtur; nam scribit ἑπτακισχιλίους ἄνδρας, οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ.

Ibid. *incurvata* — Codd. E, M, R, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Eucherius, Claudius taur., Godefridus l. c., Petrus Com., Dionysius carthus. *curvata*. Mox tacent *ante* codd. A, B, C, D, F, G, H, M, O, T, U, mediol., Petrus Com., Abulensis; nec obstant hebraeus et veteres. Cod. H notat hebraeum pro *non adoravit eum osculans manus,* legere *non est osculatum eum;* et sic habet Isidorus Clarius. Osculo enim idola colebantur; idque vel ore ad simulacrum admoto (cf. Osee XIII, 2., Cicer. *Verr. IV, 43.*), vel dextera prius versus illud protensa, ac dein ad os relata (cf. Iob XXXI, 27., Hieronymus II, 475. VI, 144.), quod a latinis *adorare* proprie dictum censetur. Hanc autem postremam adorandi rationem Vulgatus expressit; alii priorem in hebraico textu significatam existimant. Pro *adoravit,* codd. E 1. m., G, K, antiquiores editiones, Eucherius, Claudius taurin. *adoraverit*. Pro *manus,* codd. B, K *manu;* Sixtus, reliqui codices, veteres editiones, Brev. goth. p. 352., Eucherius, Claudius taurin., Godefridus, all. *manum;* hanc autem legitimam esse lectionem putamus; nam Angelus Rocca, qui vaticanae typographiae praeerat, testatur in clementinas editiones ex vitio typographorum irrepsisse *manus*. Attamen istud mendum ad reliquas romanas editiones, excepta postrema anni 1861., propagatum fuit.

19. *Profectus* — Codd. A, mediol. addunt *est*. Tacent *Elias,* post *inde,* codd. A, B, C, E, F, H, I, U, V, Cas. plures, veron., Thomas. I, 87., Bibl. Ven. 1476., Abulensis; item hebraeus et veteres; at conf. Holmesius. Post *arantem* tacent *in* sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, C, D, E, F, I, K, T, U, Cas. 15., mediol., Thomas. l. c. Ante *arantibus* omittunt *iugis boum* sixtini, codd. A, B, D, E, F, H, K, L 8., M, N*, O, Q, T, U, V, mediol., veron., Bibl. Ven. 1476., Eucherius, Angelomus, Abulensis; cod. G omittit *arantibus;* Toletus notat: « Non habent *iugis boum* hebraeus et aliquot manuscripti. Sunt tamen » haec in graeco, Ord., Compl., Reg., Lov.; » prior Congregatio expunxit; posterior ad- » misit. » Magis accurate in suis notationibus Lucas Brugensis de hac quaestione verba facit, ex quo ea delibamus quae sequuntur: « Exemplaria non pauca legunt *et ipse in duodecim arantibus unus erat;* nempe praetermittunt *iugis boum;* sic nonnulla epanorthotae, quinque parisiensium (Rob. Stephani), unum Lobiensis monasterii, unum Hentenii, unum Plantini, tria Hunnaei. Sic etiam legunt inter enarratores Eucherius et Tostatus. Hebraice est *Et reperit Eliseum filium Saphat: et ipse arans: duodecim paria ante eum, et ipse in duodecim.* Atque ad eum modum verterunt LXX. Καὶ εὑρίσκει ἐκεῖ τὸν Ἐλισεαὶ υἱὸν Σαφάτ· καὶ αὐτὸς ἦν ἀροτριῶν ἐν βουσί· δώδεκα ζεύγη βοῶν ἦν ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς δώδεκα (sic legit edit. Compl.; at vaticana omittit ἐκεῖ et βοῶν ἦν). Quidam reddunt, partem puto postremam, *et ipse in duodecimo;* id est ipse duodecimum iugum agebat. Utroque enim modo verti potest, quod hebraeis, post decem, ordinalis et cardinalis numerus non distinguantur. Referri autem potest, quod vertitur *et ipse in duodecim,* vel ad iuga boum, hoc sensu: et ipse e duodecim iugis unum agebat; vel ad arantes; atque ita sensus est: ipse inter duodecim arantes unus erat. Itaque quod legunt quidam latini codices *et ipse in duodecim iugis boum arantibus unus erat,* eiusdem loci duo esse videntur coniuncti commentarii. Verum epanorthotes hanc antiquorum codicum esse lectionem adstruit; atque ita omnino legendum contendit; hac praesertim ratione, quod ad iuga boum duodecim, quorum mentio praecedit, referri debeat quod in hebraeo sequitur *et ipse in duodecim.* Sed interpres noster ad aratra ducentes viros, quorum tacita antecedit mentio, retulisse se significare videtur cum addit *unus*

erat. Clarior autem et commodior est lectio quam vetustissima exemplaria superius memorata servant. » Epanorthotes a Luca Brugensi laudatus est noster cod. N in quo legimus: « Antiqui iuxta hebraeum *reperit Heliseum filium Saphat arantem in XII. iugis boum, et ipse in XII. iugis boum arantibus unus erat*. Novi putantes esse superfluum » quod dicitur *iugis boum*, illud resecaverunt, quod secundo dicitur *XII*. ad arantes » referre volentes. Hebraeum tale est *reperit Heliseum filium Saphat. Et ipse arator. XII. iuga boum coram eo. Et ipse in XII*. Constat quod espresse cum primo nominavit » *XII*. locutus est de *iugis boum*. Ergo cum » eclipsice subiungit *et ipse in XII*. de eisdem loquitur *iugis*, videlicet non de arantibus. Vagabundus enim et quasi informis » intellectus recurrit ubi perfici consuevit. » Huc accedit quod cum repetit de *XII*. articulum praemittit, cum ait *et ipse in XII*., » scilicet in eisdem XII. Cum ergo praemisisset quod esset arator vel etiam arans, » et cum XII. iuga essent coram eo, nec dictum fuerat quod araret in illis, vel etiam » quia illa sufficiebant multis aliis arantibus, » subiungit *et ipse in XII*., scilicet eisdem » XII. iugis boum arantibus, unus erat. Nihil igitur cogit quod essent XII. vel tantum » XII. arantes. Igitur errant qui haec cogunt » per litterae detruncationem auferentes, ut » patet in antiquis, quod dicitur *iugis boum*. » Sed etiam littera LXX. attestatur, quae est » *reperit Helise filium Asaph* (sic), *et ipse arabat bobus XII. iugis in conspectu eius, et ipse super illa iuga XII*. Quod igitur secundo ponitur *duodecim* ad iuga refertur » non ad arantes. » Verum, quemadmodum animadvertit Lucas Brugensis, haec ipsa quam epanorthotes probat lectio, si bene intelligatur, ad arantes respicit. Ceterum aliam ex graeco veteris italae lectionem vide ad calcem huius capituli.

Ibid. *pallium suum*—Cod. A, Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540., Dionysius carth. tacent pronomen, quod mendose omittitur in Augustini *Speculo, ed. Maii, Spicil. rom. IX*. Pro *super illum*, codd. I, R, S, antiquiores editiones, Eucherius, Claudius taurin., Brev. goth. l. c. *super eum*.

20. *Qui statim*—Angelomus *At ille statim*. Pro *Osculer*, antiquiores editiones et Rabanus *Osculor;* et post *oro* addunt *te* sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, B, C, D, F, G, K, R, T, U, V, Cas. plures, veron., antiquiores editiones, Hugo, Eucherius, Claudius taurin., Rabanus, Angelomus, Petrus Com., Brev. goth. l. c.; item slavon. Toletus notat: « Compl., Reg., Ordin. addunt *te;* sed » non est in hebraeo, Lovan. nec in multis » codicibus impressis et manuscriptis. » Pro *meum erat;* cod. K, Bibl. Ven. 1476. *erat meum*.

21. *in aratro* — Cod. H notat hebraeum legere *in vasis;* graecus ἐν τοῖς σκεύεσι.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XIX, 2. *et dixit: Si tu es Helias, et ego sum* (codices quoque graeci nonnulli addunt εἰμί) *Iezabel*. Et dixit: *Haec faciat mihi Dominus*. . . 4. *sub virgultis raphem* (graecus ῥαθμέν, quod est ipsa vox hebraica רתם, *genista*, Vulg. *iuniperus*. Ad hunc locum, non vero ad seq versiculum, ut facit Montfauconius, referenda sunt Eusebii verba Ῥεμάθ [cod. alex. Ῥαμάθ], A. ἄρκευθον, Σ. σκέπην; ubi Hieronymus III, 263. « Rothem, » pro quo Aquila interpretatur ἄρκευθον, id » est *iuniperum*, Symmachus *umbraculum*. » Ex quibus evertitur coniectura quam proponit Schleusnerus in *Lexic. tom. V, pag. 42*. Vestigia lectionis Aquilae servantur in codd. holmesianis 121. 247.; cod. vero 59. in Suppl. Holm. perspicue pro ῥαθμέν ponit ἀρκεύθου.); *et optabat iam animam suam mori*. . . . 11. *Exies crastina die, et stabis in conspectu Domini in monte hoc* . . . 13. *quam quum audisset*.

In codice gothico legionensi reliqua huius libri tertii pars deest; nam exciderunt duo folia. Ex Augustini *Speculo, ed. Maii, cap. 5*. aliud veteris italae fragmentum subiicimus: 19. *Et invenit Helias Heliseum filium Safath*,

et hic arabat in duodecim paria boum coram se. Et ut venit ad eum, iactavit melotem suam super eum, et cooperuit illum, 20. *et ille relinquens boves suos cucurrit post Heliam, et dixit: Osculabor patrem meum, et sequar te. Et dixit Helias: Vade, et revertere, quoniam feci tibi.* 21. *Et reversus est post eum. Et deiunxit boves a iugis, et occidit et coxit eos in vasis, et dedit plebibus, et manducaverunt. Et exsurrexit, et abiit post Heliam, et ministrabat ei.*

Cap. XX, 1. *Benadad* — Codd. C, D, E, G, I, M, N, R, S, T, U, V, antiquiores editiones, Angelomus, Petrus Com. *Benadab;* graecus υἱὸς Ἄδερ; conf. ad XV, 18. Rabanus post *exercitum* tacet *suum;* et post *triginta* addunt *et* sixtini, codd. A, B, D, E, F, G, O, P, T, U, V, Cas. plures, Thomas. I, 87. 103., Rabanus, Angelomus; item hebraeus; cf. Holmesius. Pro *pugnabat,* Bibl. Paris. 1504. 1519., Basil. 1509. 1530., Lugd. 1509. 1510. 1514. 1522., priores editt. Rob. Steph., all. *pugnavit.* Robertus Stephanus in Bibl. anni 1540. et seqq. hanc lectionem cum sequenti confundit dum adnotat codices nonnullos et Bibl. Mogunt. et Compl. pro *pugnabat,* legere *obsidebat.* Attamen in hebraico textu prius est *obsedit,* ed dein *pugnavit:* ויצר על־שמרון וילחם בה; item in graeco. Pro *obsidebat,* Bibl. sine loco 1481. 1483., Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496., Argent. et Paris. 1497., Norimb. 1501. 1529., Paris. 1504. 1519., Lugdun. 1509. 1510. 1514., Compl., Reg., priores editt. Rob. Steph., Rabanus, Dionysius carthus., all. *obsedit.*

3. *ait* — Codd. B, D, F 2. m., I, T *et ait;* concinunt hebraeus et veteres, sed isti in superiori membro legunt *Et misit.* Pro *et uxores tuae,* cod. E *et uxor tua;* tacent *et* codd. C, D, I, N, R, T 2. m., Cas. 1., Bibl. Basil. 1509. 1530., Lugd. 1510. 1514. 1524. 1535., Ord., priores editt. Rob. Steph., all., Hugo; cod. N notat: « Hebraeus et antiqui non in» terponunt coniunctionem *et.* » At vero in hodiernis hebraicis codicibus nexus non reticetur. Post *filii* omittunt *tui* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540.; at alibi pronomen non desideratur.

4. *tuus sum ego* — Cod. K *tuus sum et ego;* Bibl. Ordin. edit. Lugd. 1590. et Ant. 1634. tacent *ego;* cf. Holmesius.

5. *dicit* — In Bibl. vatic. 1592. mendose impressum fuerat *dixit.*

6. *hac eadem hora* — Bibl. Ven. 1476. *eadem hora hac.* Pro *domum servorum;* cod. U *omnium servorum;* cod. veron. *domus servorum;* hebraeus plurali numero בתי. Cod. H notat hebraeum pro *omne, quod eis placuerit,* legere *omne concupiscibile oculorum tuorum;* at graecus et syrus Vulgato accedunt.

7. *insidietur* — Codd. B, F, K, T, U, V, Cas. 14., Bibl. Ordin., Basil. 1509. 1530., Lugd. 1510. 1523. 1535., Paris. 1541. 1549., priores editt. Rob. Steph., all., Hugo, Abulensis, Dionysius carth. *insidiatur.* Pro *misit enim,* cod. B *misit ergo.*

8. *acquiescas illi* — Cod. H notat hebraeum non legere *illi.*

9. *Respondit itaque* — Codd. R, S, Cas. 1., antiquiores editiones *Responditque.* Mox Bibl. vaticana an. 1590. 1592. 1593. *Domino;* sed accuratius in Bibl. an. 1598. *domino* scribitur. Post verbum *misisti* cod. H tacet *ad me,* ut hebraeus et veteres; et pro *in initio,* codd. B, C, D, F, T, Cas. 6., veron. *initio;* cod. E *cito;* apud Petrum Com. *in nuntio.*

10. *retulerunt* — Codd. G, R, S, V, Cas. 5., Bibl. Ord., Basil. 1509. 1530., Lugd. 1510. 1514. 1522., Paris. 1519., all., Hugo, Dionysius carth. addunt *omnia;* hebraeus דבר. Ante clementinas editiones haec verba *Reversique nuncii retulerunt ei,* versiculo 9. nectebantur. Pro *pugillis omnis,* Theutmirus *pugillo universi;* et post *populi* addunt *mei* Beda II, 726. et Petrus Com. Pro *sequitur,* codd. B, veron. *sequuntur.*

11. *Et respondens rex Israel, ait* — Bibl. Ven. 1476. *Et rex Israel respondens ait;* codd. B, G *Et respondit rex Israel, et ait;* cod. F *Et respondit rex Israel, et dicit;* idem cod. omittit *Dicite.* Cod. H notat hebraeum non legere *ei;* at legitur in chaldaeo. Ad verba

Ne glorietur accinctus aeque ut discinctus, Hugo notat: « Alia littera *Non glorietur ac-* » *cinctus neque discinctus.* » Cf. Petrus Com.

12. *audisset Benadad* — Tacent *Benadad* sixtini, codd. A, B, F, H, K, L 4., Q, T, U, V, veron., priores editt. Rob. Steph., all., quibus concinunt hebraeus et veteres, idque Lucae Brugensi probatur; at Toletus notat: « Non » legunt hebraeus, graecus et manuscripti » aliquot; habetur tamen in Complut., Reg., » Ordin. et caeteris impressis, ac plurimis » manuscriptis, ac de eo est sermo. Prior » Congregatio abstulit, posterior retinuit. »

13. *ait ei* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, D, F, K, O, T, U, V, Cas. plures, Hugo; his autem suffragantur hebraeus et veteres, excepto syro. Post *dicit Dominus* addunt *Deus* codd. G, R, S, V, Bibl. Ven. 1476. 1495.; at in cod. O expungi iubetur. Pro *eam in manu tua hodie,* codd. E, I *in manu tua eam hodie;* codd. B, G, R, S, V et fere omnes veteres editiones *eam in manum tuam hodie;* pro hodierna lectione, quam invexerunt sixtini, stant plures optimique codices, Bibl. Ordin., Hugo. Mox cod. K tacet *sum,* ut hebraeus et graecus.

14. *Dixitque ei* — Cod. veron. tacet *ei,* ut hebraeus et veteres, praeter syrum. Cod. H notat hebraeum pro *pedissequos,* legere *pueros,* item margo Ordin., et Vulgatus in seq. versiculo. Animadverte optimos codices rectius scribere *pedisequos.*

15. *Recensuit* — Cod. G, Bibl. Ven. 1484. 1492. 1495., Argent. 1497., all. minus recte *Recensivit.* Ad *numerum* cod. Cas. 1. addit *eorum.* Bibl. Ord. edit. Lugd. 1590. mendose tacent *triginta duorum;* codd. C, D, G, aliique *triginta duum* legunt. Pro *et recensuit post eos,* sixtini, codices A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ord., Hugo *et post eos recensuit;* priores editt. Rob. Steph., all. tacent *et.* Pro *populum, omnes filios Israel,* cod. I *omnem populum Israel;* cod. Cas. 1. *populum, scilicet omnes filios Israel;* cod. F tacet *populum.*

16. *bibebat* — Codd. C 1. m., K *sedebat.* Cod. H notat hebraeum pro *in umbraculo suo,* legere *in umbraculis;* cf. supra v. 12.; graecus hebraicam vocem retinet ἐν Σοκχώθ, בסכות. Post *triginta* codd. A, E, N addunt *et;* item hebraeus et veteres.

17. *in prima fronte* — Cod. H notat hebraeum legere *in primis.*

18. *Et ille ait: Sive* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, O, V *At ille, sive, ait;* cod. K *At ille: Sive;* praeterea codices omnes et editiones ante Lovaniensem legunt *At,* pro *Et.*

19. *provinciarum* — Addunt *de urbe* cod. Cas. 1., margo Ordin., hebraeus et veteres. Cod. H notat hebraeum pro *sequebatur,* legere *qui sequebatur eos;* addunt *eos* gregoriani, codd. L 3. (seu Q), priores editiones Rob. Steph., all., margo Ordin.

20. *veniebat* — Sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, B, E, F, K, T, U, Cas. 13., veron. *venerat;* Toletus notat: « Quidam ma- » nuscripti et prior Congregatio legunt *vene-* » *rat.* » Pro *Fugit quoque,* codd. D, E, G, I *Fugitque;* et post *equitibus* tacent *suis* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, Bibl. Ven. 1476., Hugo, Rabanus, Angelomus, Abulensis; rursum Toletus notat: « Manuscripti et prior Congregatio » non habent *suis.* » Consentiunt hebraeus et veteres.

21. *Necnon* — Addunt *et* codd. A, C, D, E, G, I, T, V 2. m., Abulensis. Post *plaga magna* codd. R, S, antiquiores editiones addunt *nimis.*

22. *dixit ei* — Codd. F, V *ait ei.* Pro *et scito, et vide,* cod. I *et cito vide;* tacent nexum priori loco codd. Cas. 15., Thomas. I, 103., Bibl. Ven. 1476. Pro *facias,* Bibl. Ven. 1479. *facies;* nec obstant hebraeus et veteres. Mox pro *enim,* codd. D, F, T *etiam;* codd. E, I *autem.* Pro *ascendet,* Bibl. Arg. 1497., Norimb. 1501. *ascendat;* Bibl. Paris. 1558. 1566. *ascendit;* hebraeus עלה, graecus ἀναβαίνει. Notam parenthesis hoc loco et infra vers. 28. sixtini abiecerant.

23. *pugnemus* — Bibl. Ven. 1476. *expugnemus.* Ad hunc locum spectare videtur id

quod ex veteri opusculo refert Maius in *glossar. Spicil. rom. IX, 41.*, ubi legitur: « Alia » translatio: *Montales sunt dii illorum; et nos » in montuosis pugnavimus.* » *Montales* vocat deos, quos Arnobius IV, 9. *montinos*, et vetus inscriptio apud Gruterum XXI, 3. (conf. Commodiani *Instruct. vers. 266.*) *montenses* appellat.

24. *Tu ergo*—Codd. A, K, Q, U, Abulensis *Tu vero*. Pro *ab exercitu tuo*, sixtini, gregoriani prima manu, codd. C, D, F, H, I, K, M, N, O, P, R, T, U, Cas. plures, veron., Bibl. Ven. 1476. 1533., Norimb. 1529., Lugdun. 1535. 1540., Abulensis, Dionysius carth. *ab exercitu suo;* sicque legendum esse iuxta hebraeum et antiquos adnotant codd. M, N, O; quorum primus diserte addit: « Quidam male » habent *tuo*. Iosephus *(Antiq. VIII, 14.)*: » Super hoc consilium dabant, ut reges qui» dem, qui ad solatium venerant, ad pro» pria remeare dimitteret; et exercitum eo» rum proprium retinens, satrapas ordina» ret; atque in loco occisorum exercitum de » provincia eorum colligeret, et equos sup» pleret. » At vero Toletus scribit: « Manu» scripti et prior Congregatio legunt *suo;* he» braeus *Amove reges, quemque e loco suo;* » graecus *Amove reges, unumquemque in lo» cum suum*. Compl., Reg., Ord. et ceteri im» pressi, ac plures manuscripti ut in textu » (Sixti V.). Sensus in idem tendit. »

25. *pugnabimus* — Codd. U, Cas. 13. *pugnabis*. Pro *videbis quod*, cod. A *videbis quomodo*. Cod. H notat hebraeum pro *Credidit consilio eorum*, legere *Et audivit vocem eorum*.

26. *Syros* — Nonnulli codices et plures ex antiquioribus editionibus praeferunt *Syrios*. Pro *pugnaret*, Bibl. 1476. Hailbrun. 1484. 1495. 1511., Argent. 1497., Norimb. 1501., Lugd. 1540., Compl., Reg., all. *pugnarent*.

27. *Porro filii Israel* — Bibl. Arg. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513. tacent *filii*. Ad verbum *profecti* codd. S 2. m., T, Cas. 14., Abulensis addunt *sunt*. Pro *castraque metati sunt*, codd. B, E, G, R, V, mediol., Bibl. Ordin. Lugd. 1510. 1522. 1535., Basil. 1530., all., Hugo, Dionysius carth., Petrus Com. *castrametati sunt;* tacent *sunt* sixtini, codd. A, C, D, I, K, T, Cas. 1., mediolan., Bibl. Ven. 1476. Pro *repleverunt*, cod. E et Petrus Com. *repleverant*.

28. *accedens unus* — Tacent *unus* sixtini, codd. E 1. m., H, L (seu Q), priores editiones Rob. Steph., all.; Toletus notat: « He» braeus et manuscriptus unus habent tan» tum *accedens vir Dei;* est tamen *unus* in » impressis et aliis manuscriptis. Prior Con» gregatio reiecit; posterior legit. » Post verba *est Dominus* (sic scribimus cum edit. vaticana 1598.; non vero uti habent editt. an. 1592. 1593. *est dominus*) codd. R, S, Cas. 1. addunt *eorum;* graecus supplet ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. Pro *hanc grandem*, codices fere universi, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Hugo, Rupertus *grandem hanc*. Pro *et scietis*, codd. K, U, Cas. 14. cum graeco *et scies;* item cod. 253. Kennicotti et Bibl. hebr. Soncini 1488. Mox tacent *sum* sixtini, codd. A, E, F, H, I, K, U; nec repugnant hebraeus et veteres.

29. *Dirigebantque*—Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Abulensis *Dirigebant;* cod. E *Dirigebant autem;* cod. K *Et dirigebant;* Bibl. Ord., Lugd. 1510. 1522. 1535., Basil. 1530., priores editt. Rob. Steph., all., Hugo *Dirigebant itaque*. Pro *ex adverso hi, atque illi acies*, cod. B *hi, atque illi acies ex adverso*. Pro *centum millia*, cod. Cas. 1. *centum viginti millia;* item non pauci graeci codices.

30. *Fugerunt autem*—Cod. P *Fugeruntque;* antiquiores editiones addunt *Syri*, quod in nostris codd. non legitur; item mox pro *remanserant*, antiquiores editiones *remanserunt*. Pro *in Aphec, in civitatem*, codd. B, D, G, I, R, U, V, Abulensis *in Aphec civitatem;* ut cod. 71. Holmesii. Cod. H notat hebraeum pro *hominum*, legere *virorum*. Pro *in cubiculum*, codd. D, E 2. m., V, Bibl. Ven. 1476. *in cubiculo*.

31. *reges domus Israel* — Tacent *domus* codd. C, E, F, I, V 1. m., Cas. 3.; item graecus, syrus et arabs. Pro *clementes sint*, codd.

C, D, alii apud O, plures ex antiquioribus editionibus *clementes sunt;* et pro *ponamus itaque,* cod. B (mendose editus a Blanchinio) *ponamusque.* Mox cod. veron. praetermittit *et funiculos in capitibus nostris.* Cod. H notat hebraeum pro *salvabit animas nostras,* legere *salvabit animam tuam;* sicque habetur in Bibl. Basil. 1530.; eodem sensu Isidorus Clarius posuit *vivere permittet animam tuam;* huic lectioni favent chaldaeus et arabs; at Vulgato accedunt graecus et syrus.

32. *Accinxerunt*—Codd. Cas. 6., Bibl. Ven. 1476., Abulensis *Accinxerunt ergo;* cod. K, Bibl. Venet. 1489. *Accinxeruntque;* nexum agnoscunt hebraeus et veteres. Pro *funiculos,* codd. A, B, E, F, G, H, I, K, T, U, Cas. plures *funes;* post *capitibus* tacent *suis* codd. A, F, veron., Bibl. Ven. 1482. 1487. Pro *veneruntque,* Bibl. Basil. 1530. *venerunt;* et post *dixerunt* tacent *ei* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, T, U, Cas. 15., Hincmarus CXXV, 848., Abulensis; item hebraeus et chaldaeus. Cod. H notat hebraeum post *oro* non legere *te,* neque legitur in codd. C, veron. et Dionysio carthus. Pro *Et ille,* Bibl. Ven. 1476. *At ille.*

Ibid. *Si adhuc vivit, frater meus est*—Bukentopius p. 41. et 180. animadvertit: « Congrue post *vivit* poneretur signum interrogationis; nam haec interrogative dicuntur in hebraico textu העודנו חי אחי הוא, *Num adhuc ille vivens? frater meus ipse.* » At vero Vulgati verba innuunt graecos imitatum fuisse Hieronymum, qui habent Εἰ ἔτι ζῇ, ἀδελφός μου ἐστί.

33. *festinantes* — Codd. H, S *festinanter.* Pro *ex ore,* cod. S, Bibl. Ven. 1476. *de ore.* Ad verba *Frater tuus Benadad,* addunt *vivit* codd. B 2. m., E, G, I, L, N*, R, S, V, et fere omnes antiquiores editiones cum Bibl. Ord., Compl., Reg., posterioribus editt. Rob. Steph., all.; ex quo patet quoad libros impressos lapsum fuisse Toletum dum scripsit: « Manuscripti duo addunt *vivit;* sed non legunt hebraeus, graecus, impressi omnes ac ceteri manuscripti, neque utraque Congregatio. » Mox cod. H notat hebraeum non legere *eis.* Ante *adducite* tacent *et* cod. F et Hincmarus l. c.; item hebraeus et veteres, excepto graeco. Dein omittunt *ad me* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, O, T, U, Cas. plures, veronen., Hugo, Hincmarus l. c.; at Toletus notat: « Non legunt hebraeus, graecus et aliquot manuscripti et prior Congregatio. Tamen legunt impressi ac plurimi manuscripti et posterior Congregatio. » Cod. veron. prosequitur *Egressus ergo ad eum Benadad elevavit* etc. Cod. H notat hebraeum post *currum* non legere *suum.*

34. *quas tulit*—Cod. B *quas abstulit;* haec verba sunt Benadadi ad Achabum. Post *reddam* addunt *tibi* codd. B 2. m., V, Bibl. Ven. 1476.; item graecus, syrus et arabs. Cod. H notat hebraeum pro *et ego foederatus recedam a te* (quae verba sunt Achabi ad Benadadum). *Pepigit ergo foedus, et dimisit eum,* legere *et ego cum foedere remittam te. Et pepigit foedus et misit eum;* codd. Cas. 2. *discedam,* pro *recedam.*

35. *noluit percutere* — Addunt *eum* Bibl. Ven. 1476., Godefridus CLXXIV, 1097.; item hebraeus (uti notatur in cod. H) et veteres.

36. *recedes*—Codd. E, Cas. 12. cum Ambrosio et graeco *recedis;* Bibl. Lugd. 1522. in fol. *recedens;* hebraeus הולך; Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498. *recede;* Biblia s. l. 1481. 1483. *recedas.*

37. *inveniens*—Codd. A, B, E, F, T 1. m., Cas. 15., veron., mediol., Rabanus, Angelomus, Godefridus l. c. *conveniens;* non male.

38. *Abiit ergo* — Codd. E, I *Abiit eo tempore.* Pro *os et oculos suos,* cod. Cas. 1. *os suum et oculos;* tacent *os et* codd. L 2., Q, Angelomus; « quidam libri, ait Lucas Brugensis, omittunt *os et* consentanee hebraeo et graeco. » Cf. Bukentopius p. 180.; Martianaeus vero apposite notat: « Hebraeus *et mutavit pulvere oculos suos;* sic quoque legitur in Canone hebraicae veritatis, quia erasum est in eo verbum *os* cum sequenti coniunctione *et;* habet igitur *et mutavit aspersione pulveris oculos suos.* Potuit nihi-

» lominus nomen *os*, quod scriptum reperi-» mus in aliis manuscriptis, ab ipsomet Hie-» ronymo usurpari ad maiorem illuminatio-» nem sententiae, uti nonnullas particulas » addit alibi saepius explicationis caussa. » Attamen Hieronymus legebat אֵפֶר *cinis*, pro eo quod nostri codices praeferunt אֲפֵר quod *capitis tegumentum* est vel fascia frontem tegens; unde Maurerus interpretatur *et se dissimulavit velatis cidari oculis*.

39. *transisset* — Sixtini, gregoriani, codd. A, C, D, E, F, I, K, T, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1495. 1558., Paris. 1541. 1549. 1552. 1558., all., Hincmarus et Godefridus ll. cc., Abulensis *transiret;* Toletus vero notat: « Manu-» scripti et prior Congregatio *transiret.* » Pro *cominus*, codd. D, N, O, T, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526. *in cominus*, male; et pro *adduxit*, Godefridus l. c. *reduxit*. Pro *qui si lapsus*, codd. H, I *quia si lapsus;* Bibl. Basil. 1530., Lugd. 1536. 1541. *qui si elapsus;* Bibl. Arg. 1497., Paris. 1504. *quasi si lapsus;* et mox pro *anima eius*, cod. Cas. 1., Dionysius carth., Godefridus l. c. *anima illius*. Pro *aut talentum argenti appendes*, codd. B, C 1. m. *ut talentum argenti appendens;* legunt quoque *appendens* codd. G, I, R, Bibl. Ven. 1487. 1501.

40. *huc illucque* — Codd. R, S, U, Cas. 4. *huc atque illuc*. Mox tacent *Israel* codd. V, Cas. 1.

41. *abstersit* — Cod. veron. *abstergit*. Post *cognovit* cod. B et Godefridus l. c. tacent *eum*.

42. *dignum morte* — Cod. U, Hincmarus CXXV, 506., Concil. Metens. ed. Hard. V, 479. *morte dignum*. Mox pro *anima eius*, et *populo eius*, laudati testes aliique pauci *anima illius*, et *populo illius;* cf. Sabatierius.

43. *venit in Samariam* — Sixtini, codd. A, B, E, K, T, U *venit Samariam;* codd. N, P *venit in Samaria*.

Cap. XXI, 1. *tempore illo* — Tacent haec verba sixtini, codd. A, B, E 1. m., G, H, K, L 5., Q, U, Cas. 2., mediolan., veron., Bibl. Compl., Reg., Norimb. 1529., Lugd. 1535., priores editt. Rob. Steph., all., Rabanus, Dionysius carth.; Lucas Brugensis notat: « Multi » latini libri omittunt *tempore illo*, suffragan-» tibus hebraeis et graecis. » Haec enim verba ad marginem primitus adiecta fuisse videntur ad declarandum sensum superiorum; ac dein in textum ab imperitis librariis illata. Toletus animadvertit: « Non legunt ista he-» braeus, graecus, Reg., Compl. et prior Con-» gregatio; sed legunt Ordin., Lovan. et plu-» res impressi et manuscripti libri et poste-» rior Congregatio. »

Ibid. *vinea erat Naboth Iezrahelitae, quae erat* — Hanc legitimam esse lectionem testatur correctorium vaticanum editum anno 1598., quo docemur in editiones vaticanas Bibliorum ann. 1592. 1593. 1598. ex typographorum mendo irrepsisse quod legitur *qui erat*. Legunt autem *quae erat* Sixtus et non paucae ex antiquis editionibus, uti Ven. 1476., Rob. Steph. 1545. 1557. et hentenianae; ex recentioribus vero Bibl. Rom. 1618. 1861. At enim quum Lucas Brugensis nullam laudati correctorii vaticani notitiam habuisset, in libello *romanarum correctionum* scripsit: « Alii » libri habent relativum femininum *quae*, » referens *vineam:* Correctores praetulerunt » masculinum *qui*, referens *Naboth*. » Haec autem Lucae Brugensis sententia reliquos plerosque omnes editores fefellit, ita ut mendosa lectio paene universas clementinae recensionis editiones occupaverit. Attamen, ut quae in utramque partem faciunt proferamus, animadvertimus legere *qui erat* codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T 1. m., U, Cas. 2., Thomas. I, 87., Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Complut., Reg., atque, ut alias plures omittamus, editt. Rob. Stephani 1528. 1532. 1540. 1546. 1555. Pro ea vero quam legitimam diximus esse lectionem diserte scribit Bukentopius pag. 180. « Habetur qui-» dem *qui erat* in Bibliis vaticanis annorum » 1592. 1593. 1598. et romanis 1624., atque » in omnibus Vulgatae libris alibi locorum » post annum 1600. impressis, sed pro *qui*, » corrigendum esse *quae*, notatur expresse in » indice correctorio Bibliorum 1592. posito

» ad calcem Bibliorum vatic. anni 1598. Id-» que merito; verba enim quae immediate » sequuntur, nempe haec *iuxta palatium* » *Achab*, seu *apud aedem*, ut est in hebraeo, » satis indicant non de Naboth, sed de ipsius » vinea dici, quod *erat in Iezrahel*, prout » vere fuisse patet ex IV Reg. IX, 16. 21. » Rectius igitur haberetur quod legunt varii » antiqui Vulgatae libri, signanter lovanien-» sium et Sixti V. *quae erat in Iezrahel*. » Etiam *quae*, non *qui*, habent Biblia in fo-» lio bibliothecae nostrae lovaniensis manu-» scripta pene a quingentis annis, utpote ab-» soluta anno 1238. Porro lectio haec est » conformis textui graeco *Et vinea una erat* » *Nabutho Iezrahelitae iuxta aream Achab*. » Sed textus hebraeus indifferens est ad *quae* » et *qui*; utrumque enim valet אשר; idem » est de chaldaeo; unde non subsistit quod » Tirinus scribit: Hebraice, chaldaice, graece » *quae*. Id enim de solo graeco verum est. » Conf. ibid. pag. 519. et quae olim edidimus *Sulla genuina edizione della Bibbia Volgata, Roma 1851. pag. 8*. Apud Rabanum in textu legitur *quae*, sed in Commentario *qui*; contra vero apud Angelomum in textu *qui*, in Commentario *quae*; sed haec librariis oscitantibus debentur.

2. *olerum*—Bibl. Ven. 1479., Lugd. 1509. *oleorum*. Ante *prope* Bibl. Ven. 1479. 1480. Ienson tacent *et*; item hebraeus et veteres. Pro *commodius tibi*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Bibl. Ordin., Ven. 1476., Rupertus, Hugo, Abulensis *tibi commodius*. Pro *quanto*, codd. B, C 2. m., D, E, G, I, R, S, U, V, Cas. plures, Abulensis, veteres fere omnes editiones *quantum*; codd. Cas. 1., T 2. m. *quanta*; emendarunt sixtini, quibus suffragantur reliqui codices, Bibl. Ven. 1476., Angelomus, Rupertus; cf. Lucas Brugensis. Ad verba *digna est* addunt *dabo* codd. G, M, R, S, U, V, Cas. plures, Bibl. Ordin., Ven. 1476., Basil. 1509. 1530., Lugd. 1510. 1514., priores editt. Rob. Steph., all., Rupertus, Hugo, Abulensis; quibus accedunt hebraeus et veteres.

3. *Propitius sit mihi Dominus* — Sixtini, codd. A, D, E, F, H, I, K, T, U, Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541., all., Hugo *Propitius mihi sit Dominus*; Bibl. Ven. 1476. *Propitius mihi sit Deus*; accedit graecus; cod. H et margo Ordin. notant hebraeum legere *Absit a me a Domino*; cf. I Reg. XXVI, 11. II Reg. XXIII, 17.

4. *indignans, et frendens*—Angelomus *indignatus, et frendens*; codd. G, R, S, V 2. m. *indignans, et fremens*. Pro *super verbo*, codd. C 1. m., D, G, R, S, T, V, Cas. 2., Bibl. Ven. 1489. *super verbum*; et pro *lectulum*, codd. C, V, Cas. 2., Rupertus, Petrus Com. *lectum*; et post *faciem* omittunt *suam* codd. F, T, Cas. 2., veron. Mox cod. H et margo Ordin. tacent *ad parietem*; nec legunt hebraeus et veteres.

5. *comedis* — Codd. D, T *comedes*.

6. *accepta pecunia* — Bibl. Ven. 1476. addunt *a me*. Ante *placet* tacent *tibi* codd. Cas. 2.; accedit graecus; cod. B 2. m. habet *tibi commodius placet*; cf. vers. 2.; mox pro *dabo*, codd. E, I *do*. Pro *vineam meliorem*, Bibl. Ord. *meliorem vineam*; tacent *meliorem* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, L 4., M, O, Q, T, U, V 1. m., Cas. plures, mediol., veron., Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532. 1557., Lugd. 1529. 1531. 1533. 1537. 1540. 1546., Antuerp. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544., Heidelb. 1586.; has omnes excitamus editt., quia Toletus scribit: « Non legunt *meliorem* » hebraeus, graecus, manuscripti quatuor, » prior Congregatio; sed tamen habetur in » Compl., Reg., Ordin., Lov. et omnibus im-» pressis, et multis manuscriptis. Posterior » Congregatio non expunxit. » Lucas Brugensis testatur illam vocem a multis latinis libris ignorari; item Bukentopius pag. 181.; hebraeo consentiunt reliqui veteres interpretes, excepto syro, qui cum Vulgato ex v. 2. hanc vocem derivavit; graecus addit ἄλλον, quod tamen in Compl. editione et nonnullis codicibus desideratur. Pro *Et ille ait*, codd. E, I, Bibl. Ven. 1476. *Et ait ille*; et pro *dabo*, codd. A, E, F, I, K, T, U, mediol., veron. *do*.

7. *regis* — Cod. veron. *reges,* accedit hebraeus. Pro *aequo animo esto,* codd. A, C, D, E, F, G, I, K, T, U, Bibl. Ven. 1476., Ordin. *aequo esto animo;* addunt *et* cod. V, Bibl. Ven. 1476. et Abulensis; concinunt graecus, arabs et duo codd. Kennicotti, sed cf. Holmesius.

8. *litteras*—Cod. H notat hebraeum legere *libros;* Ambrosius ex graeco habet *librum;* at ספר dicitur maxime de *litteris* seu *epistola.* Pro *annulo eius,* cod. C 1. m., Bibl. Ven. 1476. *annulo regis;* cod. G *annulo suo;* et pro *et optimates,* sixtini, codd. A, B 2. m., C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Cas. 2., Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Angelomus *et ad optimates.*

9. *haec erat sententia* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, Cas. plures, Bibl. Ven. 1476. 1495., Hugo, Abulensis *erat ista sententia;* Bibl. Ordin. *erat haec sententia.* Pro *inter primos,* codd. B, Cas. 1., Rupertus *inter primates.*

10. *submittite* — Cod. mediolan. *inmittite.* Mox cod. H et margo Ord. notant hebraeum non legere *falsum.* Pro *Benedixit Deum et regem,* codd. G, R, S, V, antiquiores plures editiones ut infra v. 13. *Benedixit Naboth Deum et regem;* accedit syrus; Bibl. Ven. 1476. *Benedixit Deum Naboth et regem;* Bibl. Ordin. *Benedixit Naboth Deo et regi;* cod. quem *canonem hebraicae veritatis* vocat Martianaeus, priores editt. Rob. Steph., all. *Benedixit Deo et regi;* cod. mediol. *Maledixit Deum et regem;* cf. Holmesius et Gesenii *Thes. p. 241.* Pro *educite,* Bibl. Ven. 1476. *ducite.*

11. *Fecerunt ergo* — Codd. K, U, Cas. 14., Abulensis *Feceruntque.* Post *cives* tacent *eius* codd. A, V, Bibl. Ven. 1492. 1501., Paris. 1497., all.; item graecus Compl. et duo codd. holmesiani; et post *eius* addunt *et* codd. E, G, I, et duo codd. Kennicotti. Ad *optimates* cod. Cas. 1. addit *eius.*

13. *filiis diaboli*—Cod. H notat hebraeum legere *filiis Belial,* uti habet Vulgatus v. 10. Codd. E, I *sedere eos,* pro *eos sedere.* Pro *scilicet ut viri diabolici,* cod. veron., Bibl. Basil. 1530. *scilicet viri diabolici;* codd. mediolan. et G *ut viri diaboli;* cod. H rursum notat hebraeum legere *Belial;* et pro *coram multitudine,* legere *coram populo;* codd. G, R, S, Cas. 5., Bibl. Ven. 1476. *coram omni multitudine;* consentiunt armenus et cod. 250. Kennicotti. Cod. mediolan. rursum pro *Benedixit,* legit *Maledixit,* ut vers. 10. Pro *Deum et regem,* sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, B, E, F, H, I, Bibl. Ven. 1476., Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *Deo et regi;* cod. G *regi et Deo;* Toletus notat: « Manuscripti et prior Congregatio legunt *Deo et regi.* »

15. *locuta est ad Achab* — Tacent *ad* Bibl. Ordin., Paris. 1504., Lugdun. 1509. 1522. 1546., all. Ante *posside* tacent *et* sixtini, codd. A, C, D, F, G, K, S, T, U, V, Cas. plures, antiquiores editiones; item hebraeus et veteres. Pro *non enim vivit,* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540. *non vivit.*

17. *Thesbiten*—Sixtus *Tesbiten;* item v. 28.

18. *et descende* — Tacent *et* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, R, S, T, V, Cas. 6., antiquiores editiones; item hebraeus et veteres, praeter graecum. Cod. B *descendet,* pro *descendit.*

19. *dicens: Haec dicit Dominus* — Addunt *Deus* codd. G, R, S, Cas. 5., antiquiores editiones. Pro *Occidisti, insuper et possedisti,* Hugo de s. Victore CLXXV, 112. et Petrus Com. notant hebraeum legere *Occidisti, et post haec haereditabis?* cum interrogationis nota; quae in Vulgato quoque haud absurde poneretur. Pro *In loco hoc,* codd. G, H, Bibl. Lugdun. 1514. 1522. 1524., Paris. 1519. *In loco;* hebraeus במקום, quod alii interpretantur *in loco,* alii *pro eo* quod; cf. Houbigantius et Ugdulena. Pro *quoque sanguinem tuum,* sixtini, codd. A, F, H, K, T, U, Bibl. Ven. 1476. *tuum quoque sanguinem;* codd. C, D, E, I, V, Gildas LXIX, 356., Hugo de s. Victore, Rupertus, Abulensis *quoque tuum sanguinem.*

20. *me inimicum tibi* — Omnino existimamus hanc non esse germanam hieronymianae interpretationis lectionem. Nam fere omnes prisci codices aliique latini testes pro *tibi* habent pronomen primae personae; qua in

re cum hebraeo antiquisque interpretibus ita consentiunt, ut suadeant illud *tibi* a Hieronymo positum non fuisse, quem proinde Grotius frustra comminiscitur legisse אויבך pro אויבי. Neque tamen facile est ob codicum discrepantias veram latini interpretis lectionem restituere. Singulorum testium varietates nos subteximus, atque lectorum iudicio permittimus. Codd. A, B, E, G, T 1. m., U, mediolan. *me, inimice mei* (all. *mee*); gregoriani 1. m., codd. C, L 4., Q, Cas. 5., Bibl. Ord., Rob. Steph. 1528. 1532. 1557., Lugd. 1529. 1531. 1533. 1537. 1540. 1546., Ant. 1537. 1538., Venet. 1538. 1544. Heidelb. 1586., Isidorus Clarius *me, inimice mi;* pro hac lectione Nicolaus de Lira scribit: « Ita » est in hebraeo et in libris correctis; et est » sensus: Numquid invenisti me talem, quod » deberes mihi inimicari? » Dionysius carth. cum Vulgato legit, sed adnotat: « Aliqui libri » sic habent *me, inimice mi?* id est, qui iu» giter mihi inimicaris. » Carthusiano accedunt Petrus Com. et Hugo qui interpretantur « id est, quare inimicaris mihi? » Hinc cod. M notat glossam habere *quare mihi inimicaris*. At singularis est lectio Bibl. Venet. 1476. ubi positum est *me inimicum tibi? vel quare mihi inimicaris, inimice meus?* duplex quoque lectio occurrit in cod. V, nempe *me inimicum tuum: aliter inimice mi;* legunt item *me inimicum tuum* codd. R, S. At rursum, sed alia ratione, ad primam personam redeunt codd. F 2. m., H, K, M, N* 2. m., aliique apud O, Bibl. Ven. 1480. 1481. 1483. 1487. 1494. 1498. ubi legitur *me, inimice meus*, quod Magdalius dicit hebraeo consentaneum esse. Sabatierius hodiernam Vulgati lectionem perperam tribuit Lucifero calar.; nam Lucifer (cf. eius Opp. edit. Ven. 1778. p. 79.) cum Ambrosio, Caietano et graeco legit *me inimicus meus*. Audiamus iam hodiernae lectionis patronos; hanc retinent codd. D, F 1. m., I, N, O, T 2. m.; epanorthotes in cod. N scribit: « Antiqui et novi (et Magister » in historiis hanc communem litteram ex» ponit) *me inimicum tibi*. Quidam ponunt » hic litteram nullius auctoris latini, sed de » LXX., et ideo non est recipienda. Si enim » litteram hebraei, quam Hieronymus reci» tat quodammodo favendo, non recipimus, » quanto minus istam litteram? Littera enim » LXX. non dicit plus, sed *invenisti me*, et » Hieronymus supplevit *inimicum tibi*. Si au» tem legimus iuxta graecum LXX. est ibi » *inimice meus* vel *inimicus meus*. » Animadverte epanorthotem distinguere duplicem lectionem septuagintaviralem; aliam enim refert ad latinos italae codices, aliam ad graecos; ex hoc autem loco colligimus in exemplaribus italae excidisse verba, quae in graeco nullibi desunt *ὁ ἐχθρός μου*. Sequitur Toletus: « In hebraeo, graeco, Ord. et qua» tuor manuscriptis habetur *inimice mi?* In » Compl., Reg., Lovan. et fere omnibus im» pressis et manuscriptis *inimicum tibi?* Li» ranus testatur lectionem hebraei inveniri » in libris correctis. Sensus idem est, nem» pe: Invenisti me talem, ut possis mihi di» cere *inimice mi*. » Hunc esse verborum sensum alii quoque non pauci olim affirmarunt; nec nostra interest id modo refutare; at nullum profecto id habet praesidium ex Hieronymo, qui hebraici textus verba non ut supponunt Toletus aliique, sed ad litteram fideli calamo reddidit. Demum pro hodierna lectione Bukentopius pag. 181. temere scribit: « Hanc lectionem totus contextus exigit; unde » videtur in hebraeo antea fuisse et Hiero» nymum legisse אויבך, quamvis nunc sit » אויבי. » Nulla enim est mendi suspicio in hebraico textu; immo quum eidem consentiant omnes codices et veteres interpretes, de illius integritate nefas est dubitare. Quoad contextum, egregie convenit si legas *inimice mi*. Enim vero Achab, quem admissi facinoris morsus pungebat, tunc maxime moleste ferens Eliae occursum et quas verebatur reprehensiones et minas, illum insolenter carpit, sibique inimicum compellat.

Ibid. *Qui dixit* — Codd. H, Q, Bibl. Rob. Steph. 1545. 1557., Heidelb. 1586. addunt *ei;* item syrus et arabs. Cod. H notat he-

braeum pro *in conspectu*, legere *in oculis*; item vers. 25.

21. *Ecce ego* — Cod. L, antiquiores editiones praemittunt *Haec dicit Dominus;* item Lucifer calar. et multi graeci codices; codd. G, R, S, V 2. m., Cas. 6., sangermanensis n. 7., Bibl. Ven. 1476. 1495. praemittunt *Propterea haec dicit Dominus*. Cod. H notat hebraeum pro *demetam*, legere *auferam;* cod. C *demittam;* cf. ad XVI, 3. Cod. H pro *ultimum*, ex hebraeo *derelictum;* item margo Ord. Pro *in Israel*, cod. F, Bibl. Ven. 1476. *de Israel.*

22. *et sicut domum* — Bibl. Venet. 1480. 1494. 1498., all. *sicut et domum.*

23. *de Iezabel*—Tacet *de* cod. B 1. m. Mox Bibl. Rob. Steph. 1528., Lugd. 1529. 1531. 1533. 1546. praetermittunt verba *in agro Iezrahel;* animadverte Hieronymum pro בחל, legisse בחלק, quod adhuc prae se ferunt non pauci codd. hebr. apud De-Rossi in *Suppl. ad Varr. Lectt.*, et veteres interpretes, excepto graeco.

24. *Si mortuus fuerit Achab in civitate, comedent eum canes: si autem mortuus*—Margo Ordin. et cod. H ex hebraeo *Qui mortuus fuerit de Ahab in civitate, comedent eum canes: qui autem mortuus;* nimirum legitur המת לאחאב; non enim de ipso Achabo sermo est, sed de eius familia; De Azevedo op. cit. p. 474. scribit: « Textus latinus non est quidem adeo clarus hoc loco, ut hebraeus est; ab eo tamen quoad sensum non est diversus; nam et illud *Achab* textus latini, non secus ac לאחאב textus hebraei, est dativus, ut bene hic animadvertit Malvenda. » Cf. Natalis Alex. *Hist. eccl. sec. IV. dissert. XL. adv. Frassen. a. 13.*, De-Rossi *de praecip. caus. p. 97.*, Bardi *Praelect. bibl. I, 128.*

25. *non fuit* — Codd. F 1. m., U addunt *vir*. Pro *sicut Achab*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Abulensis, Agobardus CIV, 317. *ut Achab.*

26. *factus est* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, I, R, T, Cas. 6., veron., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Hugo, Abulensis *effectus est*. Cod. H notat hebraeum legere *sordes*, pro *idola*.

27. *vestimenta sua* — Sixtini, codd. A, C, D, F, K, R, S, T, U, Cas. plures, mediolan., veron., Bibl. Ven. 1476., Petrus Com., Hugo *vestem suam;* Toletus notat: « Manuscripti quidam et prior Congregatio *vestem suam.* » Graecus τὸν χιτῶνα αὐτοῦ. Pro *ambulavit*, sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, B, E, F, I, K, Q, T, U *ambulabat;* Toletus rursum notat id priori Congregationi placuisse. Pro *demisso*, nonnulli codices cum Bibl. Ven. 1476. *dimisso.*

28. *Et factus est* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, O, S, U, V, Cas. plures, Bibl. Ven. 1476. 1495., Hugo *Factus est autem;* cod. T *Factus est igitur;* Toletus incassum notat: « Prior Congregatio *Factus est autem;* sed in hebraeo, graeco et omnibus impressis ut in textu. Mox pro *dicens*, in hebraeo est *dicendo*, in graeco *et dixit.* »

29. *humiliatum Achab*—Cod. V, Gregorius Magnus I, 793. *Achab humiliatum.*

Cap. XXII, 1. *et Israel* — Codd. E, I *et inter Israel;* favent hebraeus et graecus.

3. *Ignoratis* — Rupertus haud male *An ignoratis*. Pro *Ramoth*, cod. veron. *Ramath;* cf. ad I Reg. XXX, 27.; et pro *tollere eam*, codd. T, U, Bibl. Ven. 1495., Petrus Com., Dionysius carthus. *eam tollere.*

4. *Veniesne* — Cod. mediol. *Venies.*

5. *populus meus, et populus tuus unum sunt: et equites mei, equites tui* — Cod. L (seu Q) *et sicut populus meus, et populus tuus: et sicut equi mei, ita et equi tui;* de hac lectione notat Toletus: « In hebraeo, graeco et duobus manuscriptis est *et sicut populus meus* etc.; at in aliis omnibus latinis codicibus ut in textu; et sic utraque Congregatio. » Martianaeus quoque animadvertit: « In Canone nonnulla mutantur hoc modo iuxta hebraeum *et sicut populus meus, ita et populus tuus: et sicut equi mei, ita et equi tui.* Crediderim hanc emendationem, quae manifesta est in codice manuscripto ab aliquo scholio marginali fluxisse in contextum: in quam suspicionem nos impellit eadem phrasis iterum usurpata libro IV Reg. III, 7. ubi inta-

» cta remansit in textu hieronymiana trans» latio; scholion vero integrum additum est » in margine prout hic positum legitur intra » textum Scripturae. » Cod. G *populus tuus et populus meus unum sunt: et equites mei, equites tui unum sunt;* cf. Holmesius et II Paral. XVIII, 3.; Bibl. Ven. 1476. *populus meus, et populus tuus unum sint: et equites tui, equites mei;* ante *equites mei* cod. B tacet *et;* ante *equites tui* addunt *et* codices A, B, C, D, E, aliique fere universi, Bibl. Ven. 1479. 1489., Dionysius carth., Hugo. Animadverte laudata verba ad vers. 4. pertinere iuxta hebraicam numerandi rationem, quam imitatus est Robertus Stephanus, atque in postremis hentenianis editt., quas sequuti sunt romani correctores, ad vers. 5. fuisse relata. Pro *oro te,* codd. T, U, Cas. 14. *obsecro te;* conf. Paral. l. c.; cod. H notat hebraeum non legere *te.*

6. *Congregavit ergo*—Bibl. Ven. 1476. *Congregavitque ergo.* Pro *dabit eam,* cod. E, Bibl. Ven. 1476. *dabit eos;* accedunt syrus et arabs; tacent pronomen sixtini, codd. H, K, T 1. m., veron. et locus parallelus II Paral. XVIII, 5. Toletus notat: « Non habent *eam* hebraeus, » graecus et aliquot manuscripti et prior Con» gregatio. Tamen legunt impressi omnes et » plures manuscripti, et subintelligitur si » non exprimatur. » Houbigantius autem vult omnino supplendum, ac legendum ויתנה. Pro *in manu,* codd. Cas. 11. et Abulensis *in manum.*

8. *possumus*—Codd. A, B, veron. *possimus;* codd. H, Cas. 3., Dionysius carth. *possemus.* Cod. veron. post *Cui Iosaphat* tacet *ait.*

9. *Vocavit ergo* — Cod. B *Vocavit itaque.* Mox cod. C tacet *Israel,* ut cod. 158. Holmes.

10. *sedebant* — Codd. A, D, F, H, K, T 1. m., U, Bibl. Ven. 1476., Rabanus, Abulensis, all. *sedebat;* item georg., slav. ostrog., et pauci graeci codices. Mox tacent *prophetae* cod. K, Bibl. Ven. 1476.

11. *Fecit quoque* — Codd. E, G *Fecit ergo.* Pro *Chanaana,* codd. B, C, D, E, G, I, K, R, S, U, antiquiores editiones *Chanaan;* graecus Χαναάν; codd. H, mediol. *Chanana,* ut codex alexandrinus; alii pauci *Chanaam.* Pro *His ventilabis,* cod. K *In his ventilabis;* favent hebraeus et graecus. Cod. H notat hebraeum pro *deleas,* legere *consumas.*

12. *et tradet* — Addunt *eam* codd. E, F, V, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476. 1495., Paris. 1497. 1541., Ordin., Lugdun. 1510. 1522., priores editt. Rob. Steph., all., quod rursum Houbigantio probatur ut supra v. 6.; margo Bibl. Lugd. 1550. addit *eum;* II Paral. XVIII, 11. *eos.* Pro *in manus,* sixtini; gregoriani, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, N, O, R, veron., Bibl. Ven. 1476., Ord., Hugo, Abulensis *in manu;* item v. 6. et Paral. l. c. et hebraeus; codd. M, T, U *in manum.* Post *regis* addunt *inimicos tuos* codd. G, N* 1. m., R, S, Cas. 4.; id vero expungitur in correctoriis M, N, O; addunt *inimicos suos* cod. Cas. 1. et Bibl. Ven. 1476.; addunt *inimicos eius* codd. B, Cas. 1.

13. *ut vocaret* — Codd. Cas. 3., veron. *vocare;* II Paral. XVIII, 12. *ad vocandum.* Pro *regi bona,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, aliique fere omnes, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Hugo et Paral. l. c. *bona regi.* Pro *praedicant,* Sixtus et Bibl. Ven. 1476. *praedicunt;* emendarunt gregoriani; Toletus autem notat: « Lege » *praedicant;* ita graecus et omnes codices la» tini. Sixtus mutaverat. » Paral. l. c. *annunciant.* Mox ante *sermo tuus* addunt *et* sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, B, C, D, E, H, I, K, L 6., Q, T, U, Cas. plures, Bibl. Ven. 1476., Lugd. 1510. 1522., priores editt. Rob. Steph., all.; item Paral. l. c.; Toletus scribit: « Grae» cus, Ord., manuscripti sex interponunt *et;* » sed Reg., Compl. et multi alii codices non » habent, nec est in hebraeo, sed ibi legitur » *sit, obsecro, sermo tuus.* Est enim נא, par» ticula deprecantis. Prior Congregatio addi» dit, posterior non recepit. »

14. *mihi Dominus*—Cod. B tacet *Dominus.* Pro *hoc loquar,* cod. F *haec loquar;* cod. Cas. 1. *sic loquar;* cf. Holmesius.

15. *Ascende*—Cod. F *Descende.* Post *tradet* tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, I, K, O, T, U, V, veronen., Cas. plures et fere omnes veteres editiones; item hebraeus

et veteres, excepto syro; legunt *tradet eos* codd. Cas. 2. et Petrus Com.; II Paral. XVIII, 14. *tradentur hostes;* mendose Bibl. Rom. 1590. 1592. 1593. 1618. 1624. 1671. *tradet eum;* nam legitima lectio, uti docet correctorium vaticanum anno 1598. editum, est *tradet eam;* sic habent codd. E, G, R, S, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Rom. 1598. 1765. 1768. 1784. 1861.; cf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 181. et 519. Pro *in manus*, sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, D, E, F, aliique fere universi, antiquiores editiones *in manu;* cf. vers. 6. et 12.

16. *Iterum atque iterum adiuro te*—Cod. H notat hebraeum legere *Quot vicibus interrogabo te?*

17. *Et ille ait* — Bibl. Ven. 1476. *Et ait ille*. Mox pro *isti dominum*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Bibl. Ven. 1476. *dominum isti;* cod. H notat hebraeum legere *dominos isti*. Ad *revertatur*, Bibl. Ven. 1476. addunt *igitur;* cf. Holmesius.

18. *rex Israel* — Tacent *Israel* Bibl. Arg. 1497., Norimb. 1501., Paris. 1504., Ven. 1511., Complut., Reg., all. Pro *prophetat*, cod. D, Bibl. Ven. 1495. *prophetet;* et mox cod. F tacet *semper;* nec obstant hebraeus et veteres.

19. *Propterea*—Antiquiores editiones *Propter hoc*. Pro *audi*, II Paral. XVIII, 18. *audite;* item nonnulli codd. Kennicotti et arabs.

20. *regem Israel*—Cod. H notat hebraeum id non legere; at cf. De-Rossi in *Suppl. ad varr. lectt.* Post verba *dixit unus* addunt *a sinistris* codd. S, Cas. 3., Petrus Com., glossa interlinearis; at recte in cod. O expungi iubetur.

21. *spiritus* — Nonnulli Cas. addunt *quidam;* Ephraemus I, 513. recte notat hunc fuisse spiritum malum, quem Iob c. I. vocat *satan*. Conf. Augustinus VI, 22. et Gregorius Magnus I, 54.

22. *Et dixit Dominus* — Cod. H notat hebraeum non legere *Dominus*. Gregorius M. I, 53. IV, 167. recitat verba ex vers. 19. et seqq. paulo aliter ac in Vulgato leguntur, nimirum *Vidi Dominum sedentem super solium suum; et exercitum caeli a dextris et a sinistris eius; et dictum est: In quo decipiam Achab, ut ascendat et cadat in Ramoth Galaad? et dixit alius ita, et alius aliter. Et egressus est unus, et dixit: Ego decipiam Achab. Et dictum est: In quo decipies? Qui respondit dicens: Egrediar, et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius.* Haec apud Eucherium, Claudium taur., Rabanum, Angelomum aliosque eodem modo leguntur ex Gregorio derivata. Hanc autem narrationem egregium atque memorabile Iacobi Edesseni (ap. Ephraem. I, 516.) scholion illustrat: « Hunc in modum, ait, Spiritus sanctus factum prophetae disponit, et rei gestae historiam conscripsit: non quod factum secundum rerum naturam ita se habuerit; sed quod hac solummodo ratione sermo divini iudicii ordinem explicans ab imperitis et rudibus intelligi et credi potuerit. Sensu itaque nostro loquitur divinus Spiritus, et nostris se accommodat moribus: et quoniam saeculi huius principes contra validos hostes quidpiam deliberaturi, eum in modum de re proposita consultare solent, ut multorum sententiam rogent, et obiecta atque responsa singulorum audiant, Deus consilia sua symbolis eiusmodi adumbrata prophetis servis suis explicare consuevit, litterisque mandari iussit. Simili ergo sub specie exhibita sunt Micheae, quae Achabo eventura erant, atque eisdem symbolis conscripta sunt; quo tandem plane et perspicue intelligeretur a Deo fuisse permissum ut Achab spe victoriae inescatus teneretur, et proficisceretur in Ramoth Galaad, ubi commisso praelio a syris confossus occumberet. Quoniam vero Achabus mendacissimorum spirituum ductum, dum vixit, perpetuo fuerat sequutus, ideo illum Deus etiam in fine vitae eisdem seducendum tradidit. » Cf. Theodoretus et Procopius in h. l.

23. *ecce dedit Dominus* — Gildas LXIX, 356. *ecce permisit Deus.*

24. *et dixit: Me ne ergo* — Cod. A *et ait: Me ergo*. Pro *dimisit Spiritus Domini*, cod. F *misit Dominus;* accedunt duo codd. Kennic.

25. *ingredieris cubiculum*—Veteres plures editiones interponunt *in*, quod ad normam codicum, Bibl. Mogunt. 1462., Ven. 1476. 1480., all. expunxerunt sixtini; Bibl. Rom. 1471. mendose *egredieris cubiculum*. Pro *intra cubiculum ut abscondaris*, cod. F *et absconderis;* favet cod. 1. Kennicotti.

26. *et maneat* — Bibl. Ven. 1476. *ut maneat*. Vaticanae editiones clementinae habent ex mendo *Apud·Amon*, pro *apud Amon;* pauci codices et veteres nonnullae editt. *apud Ammon;* cf. Holmesius. Pro *Amelech*, codd. E, F, G, H, K, R, S, T, U, antiquiores editiones *Amalech;* Robertus Stephanus notat: « Appel» lativum est nomen, non proprium, *amelech*, » id est filium *regis*. » Cod. O notat graecum legere υἱὸν τοῦ βασιλέως, hebraeum בן המלך; et subdit: « *Melech*, est *rex*, *a* articu» lus; gallice diceretur *fis le roi*. » Alfonsus Tostatus diserte scribit: « In hebraeo dicitur » *filium regis*. Ista diversitas est quia in he» braeo מלך significat *regem*, et faciliter pot» est esse deceptio in scriptoribus dicendo » *Melech* vel *Amalec*, ideo forte tempore Hie» ronymi in Bibliis hebraicis dicebatur *Ama*» *lec*, et postea errore librariorum detractum » est aliquid, et dicitur *Melech*. Nec calum» nientur hebraei, scriptores suos non po» tuisse errare aut numquam errasse, quia » licet confiteamur scriptores suos diligen» tius scribere quam librarios nostros, tamen » non ex hoc sequitur eos omnino esse im» peccabiles.... Aliter potest dici, quod tem» pore Hieronymi erat in littera hebraica *fi*» *lium Melech*, id est *regis*, et tamen ipse et » Iudaei pro tunc putabant ibi esse corru» ptam litteram, et debere dici *Amalec*, quia » si iste Ioas esset filius regis, scilicet Achab, » non diceret Achab *maneat Michaeas apud* » *Ioas filium regis*, sed *apud Ioas filium* » *meum*. » Haec Abulensis verba non ideo excitavimus quia in praesenti quaestione aliquam eisdem vim tribuamus, sed quia praeclaras complectuntur sententias ad rem criticam universam spectantes, quarum usus et ratio in nostris disquisitionibus saepius occurrit.

27. *Mittite virum istum* — Cod. H notat hebraeum non legere *virum*. Pro *revertar*, cod. veron. *revertor*. Lucifer calar. *(edit. cit. pag. 44.)* ex hoc versiculo habet *Manducet panem doloris donec redeam;* quod Sabatierius praetermisit.

28. *est locutus in me Dominus* — Sixtini, codd. D, E, F, H, I, K, R, S, T, U, V *est locutus Dominus in me;* item II Paral. XVIII, 27.; codd. A, C *est Dominus locutus in me;* Bibl Ven. 1476., *est Deus locutus in me*.

29. *rex Israel* — Cod. E tacet *Israel*.

30. *Dixit itaque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, mediol., Thom. 1, 87., Bibl. Ven. 1476. 1495., Hugo *Dixitque;* item II Paral. XVIII, 29.; Toletus quoque notat: « Manuscripti et prior Congregatio *Dixitque*. » Pro *Sume arma*, cod. V *Sume arma mea;* cod. Cas. 1. *Sume arma tua vel mea;* Liranus et Dionysius carthus. addunt *tua;* at sacri textus verba התחפש ובא במלחמה, in loco parallelo Paral. l. c. ab ipso Vulgato magis apte redduntur *Mutabo habitum, et sic ad pugnam vadam*. Pro *vestibus tuis*, codd. R, S, Cas. 2. *vestibus meis;* item graecus; at correctoria M, N, O docent legendum *tuis*. Post *habitum* tacent *suum* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, N, O, T, U, V 1. m., veron., Bibl. Ven. 1476. 1495., Abulensis, Paral. l. c.; Toletus notat: « Manuscri» pti et prior Congregatio non habent *suum*. » Nec obstant hebraeus et veteres.

31. *triginta duobus* — Tacet cod. F; item armenus. Pro *minorem, et maiorem*, codd. E, G, O *maiorem aut minorem;* accedunt armenus, georg. et slav. ostrog.; at cod. N monet legendum esse secundum hebraeum et antiquos ut in Vulgato habetur; cod. K *minorem aut maiorem;* cf. Holmesius. Pro *quempiam*, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541., all. *quemquam*.

32. *pugnabant contra eum* — Bibl. Ven.

1476. *contra eum pugnabant.* Ad verbum *exclamavit* cod. E addit *voce magna;* cod. I *voce.*

34. *Vir autem*—Sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L 12., N, O, P, R, S, T, U, V, Cas. plures, mediol., veron., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Paris. 1541., Hincmarus CXXV, 676. *Unus autem;* notat Toletus: « Graecus, manu» scripti decem, et prior Congregatio legunt » *Unus;* at hebraeus, Complut., Reg. et fere » omnes codices impressi ut in textu. » Epanorthotes vero in cod. N diserte scribit: « *Unus* vero, bellator spectabilis, *Unus* incer» tus, non satis intentionem dirigens; *Unus,* » non *Vir,* quod pro *Uno* quidam male mu» taverunt auferentes *Unus,* et ponentes *Vir,* » quia hebraeus habet *Is* (איש). Sed *Is* pro » *viro* accipitur Gen. II. (v. 24.); et pro *viris* » Iudic. IX. (v. 2.); et pro *singulis* ut Gen. » XLIX. (v. 28.) *benedixitque singulis;* et pro » *uno* et *altero* ut Ezech. I. (v. 23.) *unum» quodque velabat faciem suam, et alterum si» militer velabatur.* » Cf. II Paral. XVIII, 33. Ante *incertum* tacent *in* codd. B, R. Cod. H notat hebraeum pro *stomachum,* legere *scapulas;* atque ita habet Vulgatus ad Paral. l. c.; cod. N notat graecos posuisse *thoracem;* quod et *loricam* denotat et *os pectorale,* quemadmodum intelligit Ewaldus.

35. *rex Israel stabat*—Tacent *Israel* Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Ven. 1511., Lugd. 1513., Compl., Reg., all., quibus favent hebraeus et veteres. Rursum pro *Syros,* alii non pauci praeferunt *Syrios,* ut supra XX, 26. Pro *vespere,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, Bibl. Ven. 1476., Abulensis *vesperi;* conf. supra ad XVII, 6. Cod. P *fluebatque,* pro *fluebat autem;* et post *plagae* addunt *eius* Bibl. Ven. 1476. et syrus. Codd. E, I *in sinu,* pro *in sinum.*

36. *insonuit*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, mediolan., Bibl. Ven. 1476. 1495., Hugo, Abulensis *personuit;* cod. G *sonuit.* Pro *in universo exercitu antequam sol occumberet, dicens: Unusquisque revertatur in civitatem, et in terram suam,* cod. H notat hebraeum legere *in castris dum sol occumberet, dicens: Vir in civitatem suam, et in terram suam;* pro *occumberet,* cod. mediol. *occideret;* et pro *in civitatem,* cod. F *in pace in civitatem;* codd. H, L (seu Q) *in civitatem suam;* item Bibl. Ordin. edit. Lugd. 1590. et Antuerp. 1634. sed mox tacent *et in terram suam.*

37. *autem rex*—Bibl. Ordin. edd. cit. *ergo rex;* codd. T 2. m., Cas. 1. addunt *Israel.* Post *perlatus est* tacent *in* sixtini, codd. A, C, H, K, T; et pro *regem in Samaria,* cod. B *regem Samariae;* cod. Cas. 1. *eum in Samaria.*

38. *et laverunt*—Cod. F *laveruntque;* cod. D, all. *et lavaverunt.* Post *currum* tacent *eius* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, N, O, T 1. m., V, veron., Bibl. Ven. 1476.; item hebraeus et veteres, excepto arabe. Pro *et habenas laverunt,* codd. E, T, Cas. 3. *et habenas lamberunt;* codd. R, S, V *et habenas lambuerunt;* codices I et M hanc habent adnotationem: « *et habenas laverunt,* scilicet aurigae » vel feminae, secundum Iosephum, qui di» cit quod meretrices quod relictum erat di» luerunt ad fontem; et sic habent hebraeus » et antiqui. Cantuariensis vero dicit *et ha» benas lamberunt,* a *lambo, bis, lambi,* quod » proprie canum est. Et ita debet hic esse, » id est *lamberunt,* et non *lambuerunt* quod » proprie est hominum, sicut in Iudicum VII. » (v. 5.) *qui manu et lingua lambuerunt » aquas.* » Epanorthotes in cod. N animadvertit LXX. interpretes hunc locum reddidisse *et linxerunt sues carnes ibi et sanguinem; et fornicariae lotae sunt in aqua;* at vero graecus habet *καὶ ἐξέλιξαν αἱ ὕες καὶ οἱ κύνες τὸ αἷμα, καὶ αἱ πόρναι ἐλούσαντο ἐν τῷ αἵματι.* Quoad *αἱ ὕες* nil habemus in hebraico textu, ex quo id derivari potuerit; sed *αἱ πόρναι* plerique ex recentioribus existimant recte positum fuisse pro הזנות. Claudius taurin. CIV, 827. dum solvit quaestiones a Theutmiro propositas, hunc locum ex veteris italae versione, quae apud Sabatierium desideratur, allegat; scribit enim: « In LXX. autem patribus (fortasse *interpre-*

» *tibus*) aliquid amplius habetur; nam post » aliqua dicitur: (v. 35.) *Mortuus est rex vespere.* (v. 36.) *Et stetit praeco militiae in » exercitu, occidente sole, dicens: Unusquisque » eat in civitatem suam, et in terram suam,* » (v. 37.) *quoniam defunctus est rex. Et venerunt in Samariam, et sepelierunt regem » in Samaria;* (v. 38.) *et laverunt currum illius in lacu Samariae; et lambuerunt canes » in sanguine eius secundum verbum Domini, » quod locutus est.* Nec mentiri potuit Spiritus » Domini, qui erat in Helia. Sanguis enim, » qui defluxit de corpore eius, et cucurrit » in lectum currus, qui ex corio erat, magna » pars corporis eius fuit; et hoc coagulatum » quasi carnes comederunt canes; et sic impletum est quod servus Domini Helias totum aperte praedixit: vel, quod potius credendum est, canes eum comederunt quando filios eius, qui et caro eius fuerunt, » comederunt (cf. supra ad XXI, 24. et IV » Reg. IX, 25.). Quod vero dicit, quod *meretrices se laverunt in sanguine eius,* non ob » aliud hoc fecerunt, nisi propter aliquam » magiam peragendam. » Cf. Sabatierius ad XXI, 19. Vocem ורחצו alii interpretantur *laverunt* eum. « Videtur enim, ait Maurerus, de ablutione currus hic eo facilius dici potuisse, quod de curru sanguine hominis cruentato sermo est. » Alii vero plures interpretantur *laverunt se*. Theodoretus scribit: « Meretrices autem sub auroram de more lavabant sese, non consulto volentes se lavare in sanguine, sed in aqua fontana; ea autem erat colorata sanguine. »

39. *Reliqua autem* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, K, N, O, T, R, S, U, V, mediol., Bibl. Ord. *Reliqua vero.* Pro *domus eburnea,* codd. H, K, L, N, O, P, T *domus eburneae;* epanorthotes notat: « Quidam timentes ne » quod dicitur *domus eburneae* esset plurale, » uti hebraeus habet in singulari, posuerunt » ibi: at domus non fuit in gestis scripta, » sed verba de domo, et est genitivi casus » sicut et illud quod sequitur *cunctarumque » urbium;* quamquam et propter superbiam » idololatriae exaggerandam posset interpres » plurale accipere pro singulari. » At vero cod. L pro *cunctarumque urbium,* legit *cunctaeque urbes;* Isidorus Clarius *et omnes urbes.* Pro *extruxit,* codd. D, F, R, S, T, Cas. 13. *exstruxerat;* et pro *haec scripta sunt,* sixtini, codd. A, D, F, K, T, U *scripta sunt haec;* et pro *in Libro sermonum,* codd. A, B, C, E, I, K, O, T, Cas. 3., mediol., veron., Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476., Paris. 1541., all. *in libro verborum;* tacent *sermonum* codd. U, Cas. 11.

40. *Ochozias* — Cod. B aliique *Oozias;* cod. H notat hebraeum legere *Ahazias;* item in sequenti libro saepius.

41. *Iosaphat vero* — Codd. E, F *Iosaphat autem;* tacent *vero* codd. A, C, D, I, K, T, V, Cas. plures, mediolan., Thomas. I, 87.; item slavon. ostrog.

42. *Triginta quinque* — Cod. F *Triginta tres;* cod. D tacet *quinque;* cf. Thomas. l. c.; Bibl. Ordin. edd. Lugd. 1545. 1590. omittunt verba *annorum erat cum regnare coepisset, et vigintiquinque;* cod. A cum hebraeo et graeco legit *et viginti et quinque.* Mox pro *annis,* codd. A, D, U *annos;* et pro *Azuba,* cod. mediolan. *Abuza;* et pro *Salai,* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540. *Salhi;* hebr. שִׁלְחִי.

43. *in omni via* — Cod. mediolan. *in via,* ut vers. 53. Pro *rectum erat,* codd. A, B, C, E, G, I, K, R, S, T, U, Cas. 8., mediol., antiquiores editiones *rectum est.*

46. *proelia* — Cod. H notat hebraeum legere *fortitudo.* Cod. F pro *Iuda,* mendose *Israel.*

47. *qui remanserant* — Codd. E, G, I, T, V 2. m., Bibl. Ven. 1487. 1498., all. *quae remanserant.*

49. *Rex vero*—Cod. H notat hebraeum id non legere. Pro *classes,* cod. E *classem;* et pro *mari,* cod. H notat hebraeum legere *Tharsis;* cf. ad X, 22.; et pro *potuerunt,* codd. G, R, S, T, veteres plures editiones *poterant;* cod. B *potuerant;* emendarunt sixtini, quibus favent optimi codices, Bibl. Compl., priores editt. Rob. Steph., all.

50. *servi mei cum servis tuis* — Bibl. Ven. 1476. *servi tui cum servis meis;* accedunt arabs et codex III. Holmesii.

51. *Dormivitque Iosaphat* — Tacent *Iosaphat* codd. A, B, D, E, F, I, V, Cas. 14., mediol., veron., Bibl. Ven. 1495.; item graecus codex vaticanus. Mox cod. B cum graeco vaticano codice tacet *cum eis*. Bibl. Ordin. et cod. G *regnavit*, pro *regnavitque;* pro *Ioram*, Bibl. Basil. 1530., Lugd. 1536. 1541. *Iehoram;* hebraeus יהורם.

52. *regnare coeperat* — Cod. H notat hebraeum legere *regnaverat*. Cod. E et Abulensis *Iudaeae*, pro *Iuda;* et pro *regnavitque super*, cod. E *regnavitque in;* accedit graecus; sed conf. Holmesius.

53. *ambulavit in via* — Codd. F, V, Bibl. Ven. 1476. *ambulavit in omni via;* ut supra vers. 43.

54. *Servivit quoque*—Codd. B, K *Servivitque;* cod. U *Servivit*. Bibl. Ven. 1476. mox tacent *Deum*. Ad postrema verba *fecerat pater eius* codd. C, D, I, U addunt *Praevaricatus est autem Moab in Israel, postquam mortuus est Ahab;* quae rursum ponuntur initio libri IV. ad quem pertinent; eadem verborum geminatio occurrit et in graecis quibusdam codicibus, quos inter eminet antiquissimus graecus cod. vaticanus, quod Holmesius non adnotavit. In codd. F et T non modo laudata verba, sed integrum capitulum I. libri IV. adnectitur III. libro; item aliis in codd. apud Thomasium, I, 76. his autem plane consentit cod. veronensis, qui ad calcem cap. I. libri IV. notat: *Hic finit liber III. secundum Septuaginta*. Vallarsius id ex singulari mendo illius antiquarii accidisse putavit; haud enim suspicabatur in aliis quoque exemplaribus eamdem distinctionis rationem adesse. Prope accedunt syriaci codices qui librum tertium producunt usque ad cap. II, v. 18. sequentis libri. Nam in tomo VI. polyglottorum londinensium legitur: « Codices syriaci quia secundum Regum ab Elisei rebus inchoant, ideo post versum 18. ita est in nostris: ܫܠܡ ܣܦܪܐ ܕܬܠܬܐ ܡܠܟܐ ܕܐܠܝܐ ܢܒܝܐ *Finis libri tertii, libri Eliae prophetae*... Tum ܣܦܪܐ ܕܐܪܒܥܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܐܠܝܫܥ ܢܒܝܐ *Tertius* (lege *Quartus*, uti patet ex recitatis verbis) *liber Regnorum: Elisha propheta;* sive ut Usser. ܕܐܠܝܫܥ ut ante ܕܐܠܝܐ. » Sed cum hebraeo et Vulgato reliqui conveniunt.

Quod in superioribus libris praestitimus, heic quoque versiculorum numerum, quibus hieronymiana versio libri primi Malachim, seu tertii Regum, olim distinguebatur, ad fidem veterum librorum litteris consignamus. Nostri autem codices huic libro versus bis mille quingentos concordissime adscribunt. Cod. C notat *Explicit Malachim, id est Regum lib. III.* $\overline{V}$. $\overline{II}$. *D.* (Cf. Blanchini *Vindiciae, pag. CCCXXXVI.*, Thomas. I, 115.); cod. D *Explicit Malachim, id est Regum lib.* (sic) $\overline{V}$. $\overline{II}$. *D.* (cf. Blanchini, *p. CCCXXIII.*, Thomas. I, 87.); cod. E *Explicit liber tertius regnorum sicut est ordo secundum LXX. habet versus* $\overline{II}$. *D.;* cod. U *Explicit Malachim, id est Regum lib. III. habet versus* $\overline{II}$. *D.;* cod. vaticanus 17. b. notat tantum *Explicit liber tertius secundum ordinem LXX., secundum vero hebraeos et hanc B. Hieronymi editionem secundi. Tertius enim et quartus apud illos unum sunt. et cetera. Amen*. Cf. quae adnotavimus ad *Titulum* libri I et II Regum. His consentiunt cod. Bodleianus apud Hodium *De text. origin. p. 663.* et codices Martianaei *Proleg. IV.* apud Vallarsium *IX, p. LXXXIII.* ubi similiter adscribuntur huic libro in versione hieronymiana *versus MMD.;* at falsus est Blanchinius *p. CCCXLI.* dum adnotavit ex libris tertio et quarto Regum simul coniunctis in hac eadem hieronymiana interpretatione numeratos fuisse *versus 2330.*, qui versiculorum numerus a Martianaeo loc. cit. post Pithoeum *Opp. pag. 15.* graecis, non autem latinis, tribuitur ex testimonio Nicephori. Addit autem Martianaeus l. c. in veteri stichometria ante Hieronymum libro tertio Regum adscriptos fuisse *versus 2600.*, qui numerus consentit cum graecorum ta-

bella, quam post Cotelerium et Morinum edidit Hodius *op. cit. p. 649. col. 46.* Proportio quam in superioribus libris invenimus, antiquam inter atque hodiernam versiculorum rationem, heic quoque plane confirmatur. Quum enim hebraicus textus perinde ac Vulgatus interpres in hoc libro numerent versus 817. (in sequenti vero 719., unde utriusque summa exurgit 1536., non vero 1534. ut falso notat Martianaeus l. c.), manifestum est singulis nostris versiculis fere tricolon veterum respondere.

Dum haec scribimus, ecce ad nos defertur editio Novi Testamenti graeci, quam ex perantiquo codice sinaitico, nunc petropolitano, hoc anno accuratissime adornavit cl. V. Tischendorfius, qui illum ad quartum saeculum pertinere existimat. In hoc autem praeclarissimo codice ab ipsa prima manu, ut videtur, fere omnes paulinae epistolae ad calcem numerum stichorum adscriptum prae se ferunt. Exempli gratia *προσ κορινθιουσ β′ στιχων χιβ′, προσ εβραιουσ στιχοι ψν′.* At vero si hos numeros cum illis quos ex aliis graecis testibus protulerunt Martianaeus et Hodius, contuleris, haud modicam discrepantiam invenies. Quanto enim maior est latinorum testium consensus, tanto magis inter se discrepant graeca documenta. Quum vero de hac quaestione, quam in plerisque libris isagogicis parum recte pertractatam merito dicit Tischendorfius, alibi se verba facturum promittat, nos interim latinorum codicum testimonia proferre pergemus. Maxime vero praestolamur Antonii Ceriani eruditissimi viri prolegomena, quorum specimen habemus in fasciculis nuper editis *Monumm. sacrorum et profanorum* (Mediolan. 1861–1863.), ubi quaestionibus ad stichometriam pertinentibus doctissimus auctor novam, uti confidimus, lucem perfundere conabitur.

LIBER IV. REGUM

Titulus *Liber Regum quartus*, *secundum hebraeos Malachim secundus* — Sixtus posuit tantum *Liber quartus Regum;* gregoriani hodiernum titulum admiserunt; Lovanienses ex edit. Rob. Steph. 1540. *Quartus Regum liber: secundum hebraeos Malachim secundus;* cod. B notat *Incipit secundum LXX. liber quartus; secundum vero secundum* (sic) *Hieronymum et hebraicam veritatem secundus*. Cf. adnotata ad titulum superioris libri.

Cap. I, 1. *Praevaricatus est* — Bibl. Ven. 1479. tacent *est*.

2. *Ceciditque* — Codd. E, T 1. m. *Cecidit quoque*. Cod. N notat pro *consulite Beelzebub deum Accaron, utrum vivere queam,* LXX. legere *quaerite per Baal muscam regionis* (cod. *religionis;* conf. ad calcem huius cap.) *Accaron si vivam;* cod. sangerm. n. 13. apud Sabatierium habet *interrogate per Baal muscam deam regionis Accaron si futurum est ut vivam;* graecus legit ἐπιζητήσατε ἐν τῷ Βάαλ μυῖαν θεὸν Ἀκκαρὼν, εἰ ζήσομαι. Siquidem בעל זבוב tamquam muscarum averruncus apud philisthaeos cultus fuit; cf. Gesenii *Thesaur. p. 225.;* pro *queam*, codd. K, T *possum*. Mox tacent *mea* codd. B, E, hebraeus et armenus; at vero reliqui veteres interpretes cum Vulgato faciunt.

3. *Angelus autem* — Codd. E, I *Angelus enim*. Sixtus pro *Thesbiten*, legit *Tesbiten;* item vers. 8.; cf. III Reg. XXI, 17. Mox tacent *dicens* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, K, T, U, Cas. 14., veronen.; item hebraeus, chaldaeus et syrus; et post *Surge* tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, Cas. 14., gothic. legion., veron., complures ex antiquioribus editionibus, quibus consentiunt hebraeus et veteres, exceptis arabe paucisque graecis apud Holmesium. Pro *ascende*, codd. E, I, R, S, V, Bibl. Mog. 1462., Rom. 1471., Paris. 1541. *descende;* notat vero Abulensis: « Dicitur *ascende*, non » quidem quod Elias maneret in aliquo loco » infimo, quia manebat in monte Carmelo; » sed quia ipse descensurus erat de monte, » et postea ascensurus per viam per quam » veniebant nuncii Ochoziae. »

4. *Dominus* — Cod. B addit *Deus*. Pro *lectulo*, Bibl. Ven. 1476. *lecto*.

6. *et revertimini* — Tacent nexum sixtini, codd. D, F, H, K, R, S, Cas. 1., antiquiores editiones (ex his paucae legunt *revertemini*); item hebraeus et veteres. Pro *quia non erat Deus in Israel*, codd. C, D, E, F, K, U, T 1. m., Cas. 15., mediolan. *non erat Deus in Israel, quia;* et pro *mittis*, cod. B *misisti;* codd. F, I, Bibl. Paris. 1497. *mittitis;* cod. veron. *mittes*, nonnulli mendose *mittit*. Pro *ut consulatur Beelzebub deus*, codd. A, F, U, Cas. 11. *ut consulas Beelzebub deum;* cod. S tacet *Beelzebub*.

7. *et habitus est*—Cod. E, Bibl. Ven. 1495. *est et habitus;* codd. A, N, P, T *et habitu est;* notat cod. N: « *Cuius figurae et habitu*, id » est figurae, et quo habitu. Similiter Isaiae » XXVIII. (v. 8.) *repletae sunt vomitu sor-* » *diumque*. Require Exodi VIII. (v. 24.). » Mox tacent *ille* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, mediol., veron., Bibl. Ven. 1476. 1480. 1482. 1483.

1487. 1489., Ordin., all.; nec obstant hebraeus et veteres.

8. *Vir pilosus* — Cod. H notat hebraeum legere *Vir capillosus;* Hieronymus V, 416. scribit: « *Seir* שׂער interpretatur *hispidus* et *pilosus.* » At vero heic non de *pilis* capitis, sed de *villis* pellium quibus propheta vestiebatur, intelligendum videtur. Pro *pellicea*, codices non pauci *pellicia;* conf. ad Levit. XIII, 59. Pro *accinctus,* codd. A, C, D, F, K, S, T, Cas. plures, veronen. *accinctis;* conf. III Reg. XVIII, 46.

9. *quinquaginta* — Codd. R, S, Bibl. Ord., Lugd. 1510. 1514. 1522., Basil. 1509. 1530., Norimb. 1529., all., Dionysius carth., Hugo addunt *viros;* item slavon. ostrog.; at cod. O id expungi iubet. Pro *sub eo,* codd. B, H, T 1. m. *cum eo;* cf. vers. 11. Cod. H notat pro *Homo Dei,* hebraeum legere *Vir Dei;* item deinceps. Pro *praecepit,* Bibl. Ord. ed. Lugd. 1590., Antuerp. 1634. *praecipit;* cod. Cas. 1. addit *tibi.*

10. *Respondensque* — Codd. F, T 1. m. *Responditque.* Pro *Dei sum,* codd. B, E, H, I, Q *Dei sum ego;* pro hac lect. Rob. Steph. perperam addit Bibl. Basil. 1495. cf. vers. 12. et Holmesius; cod. H notat hebraeum non legere *sum;* sed legit אני. Pro *de caelo, et devoret,* Gregorius M. I, 106., Isidorus VII, 273., Eucherius, Claudius taurin. *de caelo, et consumat;* Hieronymus I, 1043. *de caelo, et comedat;* cod. A *e caelo;* item deinceps; cod. E *a caelo.* Codd. R, S et antiquiores editiones pro *Descendit itaque,* legunt *Descendit ergo.* Mox tacent *de caelo* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540. et cod. 44. Holmesii.

11. *Rursumque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, Cas. plures, goth. leg., Bibl. Ven. 1476., Hugo, Abulensis *Rursum.* Pro *locutus est illi,* cod. veron. *locuti sunt illi;* codd. F, V *locutus est ei.* Pro *dicit,* Bibl. Arg. 1497., Lugd. 1522. 1524., Ordin. cum hebraeo *dixit.*

12. *Respondens Elias ait* — Codd. G, T 2. m. *Respondit Elias, et ait.* Pro *ego sum,* codd. E, G, I, Bibl. Ven. 1476. *sum ego.* Post verba *Descendit ergo ignis* addunt *Dei* sixtini, gregoriani, codd. A, D, G, H, I, L 4., M, O, Q, S, T, Cas. 2., veron., Bibl. Ven. 1476., Hugo, Spicil. solesm. II, 50.; quibus adstipulantur hebraeus, syrus, armenus et in polyglottis antuerpiensibus, chaldaeus; syrus hexaplaris habet ܕܐܠܗܐ sub asterisco, et in margine ܐܠܗܝܡ. At cum Vulgato faciunt graecus, arabs, chaldaeus in polyglottis londinensibus et duodecim codd. hebraici apud De-Rossi, quibus addes cod. hebraicum 16. taurinensem a nobis collatum. Toletus vero notat: « Hebraeus, manuscripti et prior Con» gregatio addunt *Dei;* sed graecus non ha» bet, nec impressi latini. » Pro *quinquaginta eius,* cod. G et Bibl. Ven. 1476. *quinquaginta qui cum eo erant;* cf. vers. 10. et 13.

13. *Qui cum* — Cod. B *Quumque.* Post *genua* addunt *sua* codd. A 1. m., G, V; favent hebraeus et veteres. Pro *contra Eliam,* codd. G, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476. *ante Eliam;* graecus κατέναντι Ἠλιού. Pro *precatus est,* codd. I, T 2. m., Bibl. Ven. Ienson 1476. 1479. *deprecatus est;* Bibl. Ven. 1497. 1501. addunt *ad.* Pro *et animas,* sixtini, codd. A, D, F, G, H, K, O, T, U, V, Cas. plures, Bibl. Ven. 1494. 1495. 1498., all., Rupertus *et animam;* consentiunt hebraeus et veteres; at cf. Holmes.

14. *cum eis* — Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496., all. *cum eo.*

15. *dicens* — Cod. H notat in hebraeo non legi; in syro hexaplari obelo praenotatur. Pro *Surrexit igitur, et descendit;* cod. F *Descenditque.*

16. *Haec dicit* — Cod. mediolen. cum hebraeo *Haec dixit.* Pro *a quo posses,* codd. A, C, E, F, I, T, V, Cas. plures, Bibl. Ven. 1495. *a quo possis;* Bibl. Ven. Ienson 1476. 1479. tacent *a.*

17. *Mortuus est ergo* — Codd. E, F, I, fere omnes veteres editiones *Mortuus est autem;* sixtini, consentientibus plerisque codicibus et Bibl. Ord., mutarunt: Toletus notat: « Ma» nuscripti, Ord. et utraque Congregatio le» gunt *ergo.* In hebraeo et graeco *Et mortuus* » *est;* Regia vero et Lov. *Mortuus est autem;*

» hebraea dictio vim habet etiam significandi » quod latine est *ergo.* » Cod. H notat hebraeum non legere *frater eius;* nec legit Isidorus Clarius; at cum Vulgato consentiunt syrus, Theodotio (teste syro hexaplari), codex alexandrinus, aliique pauci (non *plerique graeci,* ut dicit Calmetus) apud Holmesium, Iosephus *Antiq. IX, 2.,* Ephraemus, Theodoretus et Procopius in h. l.; idque probant Houbigantius et Ugdulena, quorum alter perperam chaldaeum addit.

18. *verborum* — Codd. Cas. 11., Abulensis *sermonum.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. I, 2. *Et ascendit Ochozias in specula sua superiora* (sic), *quae erant in Samaria... Inquirite per Baal muscam religionis* (fortasse *regionis*) *Accaron* (in iis quae a graeco recedunt, consentientem habet codicem a Sabatierio laudatum)... 7. *Qualis est hominis iustitia* (graeci codd. Τί τὸ δικαίωμα τοῦ ἀνδρός), *qui ascendit in obviam vobis?*

Cap. II, 1. *cum levare* — Codd. E, I *cum elevare.* Pro *ibant,* cod. Q, Rabanus, Angelomus *ibat;* favent hebraeus et veteres, excepto arabe; et pro *de Galgalis,* Rabanus aliique *de Galgala;* cf. infra IV, 38.

2. *Dixitque* — Cod. F *Dixit itaque;* codd. G, Cas. 11. *Dixit.* Pro *usque in Bethel,* codd. A, E 1. m., H, V, Cas. 15., goth. leg., Miss. Moz. p. 401. *usque Bethel;* Bibl. Ven. 1487. et Angelomus *usque ad Bethel;* cod. U et Petrus Com. *in Bethel.* Mox pro *descendissent* codd. C 1. m., veron., Bibl. Ven. 1489., Reg., Hugo, et ex hentenianis editt. Antuerp. 1565. 1570., Franc. ad M. 1566., Ven. 1571. 1574. 1576. 1578., Lugd. 1569. 1573. 1581., all. *descendisset;* cod. vaticanus, all. ἦλθεν; addunt *in* cod. S, Bibl. Ienson Ven. 1476. 1479.; at haec particula abiicitur in codd. N, O.

3. *erant in Bethel* — Tacent particulam *in* codd. A, D, H, N, P, T, veronen., mediolan.; cod. N notat: « Hebraeus et antiqui non habent *in.* » Cod. K *erant de Bethel;* conf. De-Rossi. Pro *hodie Dominus tollet,* cod. A *Dominus hodie tollat;* legunt quoque *tollat* codd. T, veron., mediolan., Gregorius M. I, 1198.; codd. R, S, V *Dominus hodie tollet;* cod. U et Abulensis *hodie tollet Dominus;* conf. Holmesius. Mox omittunt *Et* cod. F et Dionysius carth. Hoc loco et vers. 5. pro *silete,* cod. K *tacete.*

4. *Dominus misit me* — Cod. U *misit me Dominus.* Mox cod. B tacet *in.* Pro *Et ille ait,* Bibl. Paris. 1552. 1558. 1566. 1573. *Et ait ille;* et pro *venissent,* cod. F, Bibl. Paris. 1566. paucique graeci *venisset.*

5. *erant in Iericho* — Codd. E, I, Bibl. Ven. 1495. *erant ibi;* Bibl. Basil. 1509., Lugdun. 1510. 1515. 1522., Paris. 1519., Ord., all. *erant Iericho;* cod. G utramque lectionem connectit *erant Iericho ibi.* Pro *Dominus hodie,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, T, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1481. 1495., Ordin., all. cum Miss. Moz. l. c. *hodie Dominus,* ut vers. 3. Pro *Et ait,* codd. Cas. 3. *Qui respondit,* ut supra; cod. Cas. 1. cum syro *Ait.* Ante *ego novi* tacent *Et* codd. F, R, S, Bibl. Ven. 1476., et pauci graeci codices cum ed. Complut.

6. *Dixit autem ei Elias* — Codd. B, U, Miss. Moz. l. c. *Dixit autem Elias ad Eliseum,* ut vers. 4.; item syrus et slav. ostrog.; tacent *ei* codd. C, K, T, V 1. m., Cas. 1., Bibl. Rom. 1471., Lugd. 1509., Paris. 1541. 1549. 1552. 1558., all. Pro *me usque ad,* sixtini, codd. A, C, D, F, H, I, O, T, U, V, Cas. plures, mediol., veron., Bibl. Ven. 1476., Abulensis *me ad;* concinunt hebraeus, syrus, chaldaeus in polygl. antuerp., codex alexandrinus cui accedunt armenus et syrus hexapl.; legunt *me usque* codd. B, goth. legion. Rursum cod. N notat scribendum esse *Iordanen;* quod tamen usu receptum non fuit. Pro *Ierunt igitur,* codd. A, R, Miss. Moz. l. c., Rupertus *Ierunt ergo.*

7. *secuti sunt eos* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, R, S, T, U, Cas. plures, veron., Bibl. Ven. 1476., Ord., Hugo; his accedunt hebraeus et veteres. Ante *steterunt* tacent *et* codd. F, G, Rupertus. Pro *econ-*

tra, cod. mediolan. et Rupertus *de contra;* codd. F et veron. *contra;* cod. V *contra illum;* conf. infra vers. 15. III, 22. IV, 25. et Deut. XXXII, 52. Pro *longe*, codd. F 2. m., U, Bibl. Paris. 1541. 1566., Lugd. 1550. 1554. 1556. 1562., Ven. 1558., all., Hugo *a longe;* cod. veron. *e longe*. Pro *ambo stabant*, codd. R, S, Rupertus *stabant ambo*.

8. *aquas* — Cod. mediol. *aquam*, ut graecus. Pro *in utramque partem*, cod. E, Miss. Moz. p. 402. *in utraque parte*.

9. *transissent*— Cod. K paucique Cas. *pertransissent ambo*. Cod. H notat hebraeum pro *quod vis ut faciam*, legere *quod faciam;* pro *quod*, Beda V, 180. et Eucherius *quid*. Verba quae sequuntur *fiat in me duplex spiritus tuus*, alio ordine in codicibus leguntur; nam sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, N, U, mediol., Miss. Moz. l. c., Beda V, 180., Claudius taur. p. 770. legunt *fiat duplex spiritus tuus in me;* codd. G, N*, R, S, Bibl. Ven. 1476., Eucherius, Rabanus, Angelomus, Rupertus, Petrus Com., Dionysius carth., Abulensis *fiat spiritus tuus duplex in me;* codd. T, V *fiat duplex in me spiritus tuus;* Hugo notat Glossam legere *spiritus tuus duplex fiat in me;* alios vero quosdam *spiritus tuus fiat duplex in me*. Epanorthotes in cod. N animadvertit LXX. legere *fiat nunc dupliciter spiritus tuus in me;* at graecus habet Γενηθήτω δὴ διπλᾶ ἐν πνεύματί σου (vel cum Compl. τὸ πνεῦμα τὸ ἐπὶ σοὶ δισσῶς) ἐπ' ἐμέ. Augustinus in *Append. t. III, 21.* legit *Spiritus tuus duplex, obsecro, in me requiescat*. Hisce verbis Eliseus a magistro mox discessuro, quem parentis loco venerabatur, quodam quasi primogeniti iure (conf. Deut. XXI, 17.), פי שנים duas partes, non vero duplum, spiritualis eiusdem hereditatis, prophetalis nempe virtutis, expetiit.

10. *quando tollar* — Codd. A, C, Cas. 11., veron. *quando tollor;* cod. H notat hebraeum legere *tolli;* graecus ἀναλαμβανόμενον. Mox tacent *tibi* codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, V, Cas. 6., goth. leg., veron., antiquiores editt., Hugo, Miss. Moz. l. c., Angelomus, Rupertus et Maximus taur. seu potius auctor homiliae editae inter opera eiusdem p. 555., quem nos sequioris aetatis esse censemus; sequitur enim Vulgati versionem; Maximus vero p. 312. ex itala habet *Dura petisti; sed fiet tibi;* cod. H notat in hebraeo non legi *tibi;* at, exceptis duobus kennicottianis codicibus, in reliquis legitur.

11. *per turbinem in caelum*— Cod. N notat legi apud LXX. *in commotione quasi in caelum;* et sic habet Lucifer calar. apud Sabatierium; graecus ἐν συσσεισμῷ ὡς εἰς τὸν οὐρανόν: ad haec Beda I, 532. « Helias curru igneo rapitur *quasi usque in caelum*. » et rursum (V, 180.): « Raptus Elias, ut Scriptura ait, ascendit *quasi usque in caelum*. Qua adiectione significatur quod Elias non in ipsum caelum, ut Dominus noster, sed in alta tantum aëris huius sublevatus est. » At, praeter graecum (cui consentit vetus itala non tantum hoc loco, sed et vers. 1., uti patet ex cod. gothic. leg.), hebraeus et reliqui veteres non habent illud *quasi;* immo tacent ὡς non pauci ex graecis codicibus, quibus accedunt armenus et syrus hexaplaris. Cod. H notat hebraeum legere *in turbine;* item Aquila in codice syro hexapl. ܒܥܠܥܠܐ.

12. *scidit illa*— Bibl. Ven. 1476. *scidit ea*. Augustinus in *nova patrum biblioth. I, 87.* pro *auriga*, legit *quadriga*, nisi mendum sit codicis.

13. *Et levavit pallium Eliae, quod ceciderat ei* — Haec deerant in cod. E. Cod. H notat hebraeum legere *ceciderat super eum;* sed מעליו recte accipitur pro *ab eo*. Augustinus l. c. scribit: « Tunc accepit ab eo meloten pelliciam etc. » quae profecto veterem italam sapiunt.

14. *ceciderat ei* — Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535. 1540. *deciderat ei;* codd. V, veron., Bibl. Ven. 1476. tacent *ei*. Verba *percussit aquas, et non sunt divisae*, deerant in cod. B; at secunda manus scripsit *percussit aquas, quae non sunt divisae*, item habent cod. E et goth. leg. et margo Ord. Tacent autem verba *et non sunt divisae*, sixtini, codd.

A, H, L (seu Q), U, veron., mediol., Bibl. Complut., Reg., Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540., Rob. Steph. 1557., Heidelb. 1586., Miss. Moz. l. c., Isidorus Clarius, margo Ord.; itemque hebraeus et veteres; idque Martianaeus, Ugdulena, Maurerus aliique plures probant. At Houbigantius et Dathius Vulgati lectionem tuentur. Multi enim graeci codices (ex his vigintiseptem ab Holmesio numerantur) legunt vel *καὶ οὐ διέστη* cum Aldi editione et Cat. Niceph., vel *καὶ οὐ διῃρέθη* cum edit. Compl.; his autem accedunt syrus hexapl. et slav.; Theodoretus quoque id legisse videtur; scribit enim: « Quum vellet » propheta transire Iordanem, imitatus est » magistrum, et melote percussit aquam ni» hil dicens, sed existimans sufficere melo» tem ad faciendum miraculum. Postquam » autem non obediit natura aquarum, voca» vit Deum sui magistri, qui ab hominibus » cerni vel adiri non potest. » Ex his porro non modo colligitur complutenses editores hoc graecum additamentum a Vulgato non derivasse (alioquin non id praetermisissent in ipsius Vulgati editione), quod perperam affirmat Ugdulena; sed haud improbabile demonstratur illud latinos, post Hieronymi aetatem, a graecis aut ex veteri itala mutuatos fuisse. Illius autem additamenti occasio fuit geminatum verbum *percussit*, quod repetitam percussionem significare existimabatur. Nam verba quae sequuntur *Ubi est Deus Eliae?* videbantur esse hominis conquerentis eo quod aqua non esset divisa. Quae si vera essent, profecto verba addita, ita sententiam explerent, ut nisi legerentur, forent subintelligenda. At vero non querentis sed deprecantis et excitantis verba sunt illa; quasi propheta diceret: Faveat, sit mihi propitius Deus Eliae. Hinc Rabanus et Angelomus: « Sicut » Eliseus percutiens pallio fluvium, aquas » non divisit antequam dixit *Ubi est Deus* » *Eliae etiam nunc?* et sic percussit aquas et » divisae sunt: ita Ecclesia, nisi per invoca» tionem nominis Domini virtutes ullas face» re non potest. » Item Walafridus in Glossa et Hugo a s. Vict. CLXXV, 715. Chaldaeus autem *παραφραστής*, quem sequitur arabs, aperte habet *percussit aquas, et dixit: Suscipe petitionem meam Domine Deus Eliae etiam ipse: et percussit aquas* etc. Ambrosius vero *in Psal. XXXVII.* « Eliseus *Ubi est,* inquit, » *Deus Eliae?* non quod putaret absentem; » sed quia praesentiam eius in beneficiis re» quirebat. » Quod autem, ait Maurerus, et ante et post interrogationem legitur ויכה את־המים, scriptor Eliseum inter percutiendum Dei opem invocasse indicat. Toleti schedae habent: « Hebraeus, Complut., Reg. et » unus manuscriptus non legunt *et non sunt* » *divisae*. Sed graecus, Ord., Lov. et plurimi » codices impressi et manuscripti legunt. » Prior Congregatio expunxit; posterior re» tinuit. »

Ibid. *Deus Eliae etiam nunc?* — Ex Bibl. Rob. Steph. 1540. editiones hentenianae prae se ferunt *Deus Eliae? etiam nunc;* Sixtus habet *Deus Eliae: etiam nunc?* communem lectionem gregoriani restituerunt; pro *Deus*, cod. H, margo Ordin., Isidorus Clarius *Dominus Deus;* item hebraeus, syrus, Aquila, Symmachus, syrus hexapl. et pauci graeci cum cod. alexandrino; Hugo notat aliquos legere *verbum;* utrumque habet cod. S 2. m. *Deus Eliae verbum etiam nunc?* graecus legit ὁ Θεὸς Ἠλιοῦ ἀφφώ; Drach in notis ad Hexapl. *(ed. Paris. 1857.)* miratur multum disputasse interpretes de voce ἀφφώ, at neminem illorum animadvertisse voces hebraicas אף הוא a LXX. retentas fuisse. Nos potiori iure miramur doctissimum virum neminem vidisse ex compluribus scriptoribus a quibus id notatum fuerat. Conf. Schleusneri *Lex. V. T., I, 527.* et Middeldorpf in *Comm. ad cod. syriaco-hex. p. 403. et seq.* ubi aliorum nomina et opera excitantur.

15. *Videntes autem* — Addunt *eum* codd. H, L (seu Q); item hebraeus et veteres; sed conf. Kennicottus et Holmesius. Pro *econtra,* codices fere omnes et antiquiores editiones *de contra;* cf. ad vers. 7. Pro *in terram,* pauci cum Bibl. Ven. 1489. *in terra.*

16. *cum servis tuis*—Codd. C, Cas. 1. *conservis tuis;* cod. G, Abulensis *conservi tui*. Pro *qui possunt ire, et quaerere,* cod. H notat hebraeum legere *qui eant, et quaerant;* pro *possunt,* sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, E, H, K, T, Miss. Moz. l. c. *possint;* cod. R *possent;* pro *quaerere,* cod. veronen. *requirere,* quod perperam Vulgato tribuit Vallarsius. Post *proiecerit* tacent *eum* sixtini, codd. A, D, F, H, K, O, T, U, V, Cas. 14., goth. leg., veron., Abulensis. Pro *in unum montium, aut in unam vallium,* codd. A, D, E, F, G, R, S, T, V, Miss. Moz. l. c., Abulensis *in uno montium, aut in una vallium.* Mendose pro *mittere,* cod. goth. leg. et Miss. Moz. l. c. *timere.*

17. *Coegeruntque* — Codd. F, K, Abulensis *Coegerunt;* et post *acquiesceret* addunt *eis* codd. R, S, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476.; at expungitur in cod. O.

18. *et dixit eis*—Codd. A, C, D, E, F, aliique fere omnes, Bibl. Ven. 1476., Miss. Moz. l. c., Hugo, Abulensis *dixitque eis*. Pro *Nolite mittere,* sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, L 4., Q, U, Cas. 2., veron., canon Martianaei, Bibl. Norimb. 1527. 1529., Lugd. 1535. 1540., Isidorus Clarius *Nolite ire;* favent hebraeus et veteres; sed cf. Holmesius; Toletus vero notat: « Manuscripti 4. et prior Congre» gatio legunt *Nolite ire;* hebraeus et graecus » *Ne eatis;* Compl., Reg., Ordin., Lovan. et » fere omnes impressi ut in textu, et sic po» sterior Congregatio. »

19. *Dixerunt quoque*—Codd. E, R, S *Dixerunt ergo*. Pro *optima est, sicut tu ipse,* Eucherius et Claudius taur. *valde optima est, ut ipse tu*. Antiquiores plures editiones *prospicis,* pro *perspicis*. Cod. veron. tacet *terra;* cf. Holmesius. Maximus taurin. p. 313. nonnulla ad veterem italam spectantia, quae apud Sabatierium desiderantur, nobis servavit: *Commoratio,* inquit, *oppidi bona est, sed aquae malae et steriles sunt.* Isidorus V, 545. et Beda IV, 447, dicunt prophetam sanasse *aquas steriles et malignas;* verba ארץ משכלת accipiuntur a plerisque recentioribus pro *terra abortus faciente,* seu regione in qua propter aquam insalubrem abortum saepius mulieres patiebantur. Alii illa referunt ad terrae sterilitatem.

20. *Afferte mihi*—Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532. et aliae editt. quae ex his prodierunt tacent *mihi*. Pro *mittite in illud,* cod. gothic. legion. *mitte in illud;* Eucherius et Claudius taur. *mittite in eo;* cf. vers. sequenti; et pro *Quod cum,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, N, O, T, U, V, Cas. plures, goth. legion., mediol., veron., Eucherius, Rupertus, Miss. Moz. l. c., Abulensis *Qui cum*.

21. *ad fontem* — Codd. C, E, F 1. m., N, P, V *ad fontes;* et pro *misit in illum,* codd. D, F, N, P, V, Bibl. Ven. 1476. 1487., Lugd. 1535. 1540., all. *misit in illud;* codd. E, H, I, K, T, U, Eucherius, Claudius taur., Miss. Mozar. l. c., Abulensis *misit in eum;* cod. M notat: « Lege *in illum,* scilicet *in fontem.* » Epanorthotes in cod. N diserte scribit: « An» tiquiores et satis antiqui legunt *At ille ait:* » *Afferte mihi vas novum, et mittite in illud* » *sal. Qui cum attulissent, egressus ad fontes* » *aquarum, misit in illud sal, et ait:* et ta» men hebraicum ita habet *Accipite mihi vas* » *novum, et ponite ibi sal. Et acceperunt ad* » *eum; et exiens ad egressum aquarum, pro*» *iecit ibi sal.* Sicut apparet ex textu, et Ma» gister in historia dicit, postquam prophe» tae et sal et vas novum attulerunt, et post» quam misit sal in vas, similiter totum *in* » *egressum,* id est fontes proiecit. Cuidam » autem, quia communis antiquorum littera » non dicit sal mitti in fontes directe, et quia » hebraeus habet in singulari *egressum,* vi» sum est in translatione ponere *fontem,* non » *fontes* in plurali quod communiter habent » alicuius auctoritatis libri; et quia iterum » quod dicitur *fontem* masculinum est, de *il*» *lud* fecerunt *illum;* quasi primum in vas, » et per vas in aquam proiici sal non posset: » quod autem dixit *mittite in illud sal,* mo» dus est loquendi, quod patet quia dicit *et* » *acceperunt ad eum,* id est accepta ad eam » attulerunt, et misso in vas sale, vas cum » sale proiecit in aquam. » Pro *ultra in eis,*

codd. C, E, G, I, K, R, S, Bibl. Ven. 1476., Eucherius, Rupertus, all. *in eis ultra*. Quandoquidem Sabatierius tacet, alia pauca ad veterem italam pertinentia subnectimus. Ambrosius apud Gallandi VII, 722. habet: *Sanavi aquas istas, et non erit in his moriens, neque sterilis ab eis. Et sanatae sunt aquae, secundum verbum Elisei prophetae.* Huc respicit Maximus taur. p. 313. scribens: « Tunc » praecepit dari sibi *vas fictile*, et, recondito » in eo sale, veniens *ad exitus aquarum*, *pro-* » *iecit* in aquas dicens: *Haec dicit Dominus:* » *Sanavi aquas istas, non erit ex eis moriens,* » *nec sterilis. Et sanatae sunt aquae usque in* » *hunc diem.* » Isidorus quoque et Beda ll. cc. notant: « Accepit *vas rude fictile*, et adiecit » in eo salem (apud Bedam *iecit in eo sal*), » et demersit illud in flumine; et statim sa- » natae sunt aquae. »

22. *sunt ergo* — Codd. F, R, S, V, Bibl. Ord., Eucherius *ergo sunt*. Pro *in diem*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, Bibl. Ven. 1489. 1495., Ordin., all., Eucherius, Claudius taur., Petrus Com., Miss. Moz. l. c. *ad diem*. Pro *locutus est*, codd. U, Cas. 11., Miss. Moz. l. c. *locutus fuerat*.

23. *Ascendit autem inde* — Addunt *Eliseus* codd. G, R, S, V 2. m., antiquiores editiones, Hugo, Rabanus; accedunt pauci graeci cum edit. Compl.; Claudius taur. *Ascendit Eliseus*; tacent *inde* codd. U, V, mediol. Mox particulam *in* omittunt sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, V, veronen., Thomas. I, 106., Rupertus.

24. *respexisset* — Codd. A, K, T 1. m. *se respexisset*; codd. B, H, U, Cas. 13., Angelomus *post se respexisset*; accedunt hebraeus et veteres; nam in graeco pro ὀπίσω αὐτῶν, legendum videtur cum edit. Complut. ὀπίσω αὐτοῦ: cod. G mendose *surrexisset*. Mox cod. F *maledixit eos*, pro *maledixit eis*; Eucherius et Claudius *quibus maledicens in nomine Domini, continuo egressi*. Cod. veronen. tacet *ex eis*. Cod. H notat hebraeum pro *duos pueros*, legere *duos parvulos*; praemittunt *et* codd. A, C, D, E, G, I, T, V, goth. leg., Bibl. Ven. 1476., Claudius taurin., Rabanus, Angelomus, Caesarius apud Gallandi XI, 21., Spicil. solesm. III, 61.; item hebraeus et veteres.

25. *in Samariam* — Tacent *in* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. II, 1. *Et factum est dum levaret Dominus Heliam in commotione quasi usque in caelum.* . . . 3. *Et dixit: Et ego scio. Tacete.* . . . 5. *Si scis quia hodie accipit Dominus dominum tuum abs te* (graecus ἐπάνωθεν τῆς κεφαλῆς σου). . . . 6. *Vivit Dominus, et vivit anima tua si reliquero te.* . . . 8. *Et accepit Helias pellem suam, et involvit illam.* [Alias: *Et accepit melotem suam*] (graecus μηλωτήν.) 10. *Et dixit Helias: Dure petisti* (cf. Sabatierius). . . 12. *Et Heliseus videbat, et ipse clamabat: Pater, pater; agitator Israel* (consentit Lucifer calar.); *cui me dereliquisti?* (nec in graeco nec alibi ista leguntur.) . . . 14. *Et transiit per siccum in eremum* (cf. Holmesius, et vers. 8.). . . 16. *ne acceperit illum spiritus Domini, et proiecerit illum super altum vallem in Iordanem aut in unum aliquem montem aut in aliquem collem* (exceptis vocibus *super altum vallem*, quae non facile dixeris unde orta sint, reliqua cum graeco consentiunt; at hebraeus et ceteri cum Vulgato faciunt). . . . 23. *Qui cum esset in via, pueri pusilli exierunt de civitate et lapidabant illum* (pro κατέπαιζον, legebat ἐλίθαζον, quemadmodum habent quatuor graeci codices de quibus supra ad pag. 436. et 455.; haec vero interpretatio supponit in hebraeo ויתסקלו, pro ויתקלסו), *et dicebant: Ascende calve, ascende calve.* 24. *Et convertit se post illos* (cf. Holmesius.)

Cap. III, 1. *regnavit super Israel* — Codd. E, I *super Israel regnavit*. Pro *decimo octavo*, codd. A, C, D, F, G, H, K, T, U *octavo decimo*, ut hebraeus et graecus. Codd. B, R *Iuda*, pro *Iudae*.

2. *coram Domino* — Cod. H notat hebraeum

legere *in oculis Domini*. Pro *pater suus*, codd. F, G, I, T, V, Abulensis *pater eius*. Mox cod. H notat hebraeum pro *statuas*, legere *titulos;* immo habet מצבת numero singulari; at pro plurali stant cum Vulgato graecus et arabs, idque praehabendum esse asserit Abulensis.

3. *in peccatis* — Tacent *in* cod. goth. leg., Bibl. Ven. 1476., Dionysius carthus.

4. *Mesa*—Cod. H, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., all. *Messa;* cod. E tacet. Cod. H notat hebraeum non legere *multa;* nimirum latinus interpres posuit *nutriebat pecora multa*, pro eo quod hebraeus legit היה נקד, nempe pecuarius erat seu *gregum multitudine nobilis*, uti habet Gesenius in *Thesauro p. 909.;* graecus hebraicam vocem non interpretatur, sed legit ἦν νωκήδ. Ephraemus vero I, 523. animadvertit: « Vocabulum ܢܩܕܐ, » quod hic occurrit, hebraicae originis est, » idem ac dominus pecorum; sensus est re- » gem moabitarum copiosissimos aluisse pe- » corum greges. » Mox cod. B tacet *millia;* sunt autem qui aliquod vitium in hoc numero latere suspicantur.

5. *praevaricatus est foedus, quod habebat cum rege* — Cod. H notat hebraeum legere *praevaricatus est rex Moab in regem*.

6. *Egressus est igitur rex Ioram in die illa* — Cod. F *Egressus igitur in die illa rex Ioram;* cod. Cas. 1. tacet *in;* cod. H tacet *est;* et mox omittit *et*.

7. *regem Iuda* — Codd. D, F, G, I, V *regem Iudae*. Cod. H notat hebraeum pro *veni*, legere *veniesne*. Pro *contra eum*, sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, N, O, P, T, U, V, Cas. plures, goth. legion., mediolan., veronen., Bibl. Ven. 1476. *contra Moab;* concinunt hebraeus et veteres, praeter arabem; hinc epanorthotes testatur vetera exemplaria cum hebraeo consentire; at minus caute Toletus: « In hebraeo, graeco et » quodam manuscripto est *contra Moab*, et » sic prior Congregatio; sed ceteri omnes co- » dices ut in textu (Sixti V.). » Pro *ad praelium*, cod. B *in praelium;* codd. Cas. 13. *ad praeliandum*. Cod. H notat pro *qui meus est, tuus est: populus meus, populus tuus: et equi mei, equi tui*, hebraeum legere *sicut ego sum, ita et tu: et sicut populus meus, ita et populus tuus: et sicut equi mei, ita et equi tui;* cf. ad III Reg. XXII, 5.; at hebraeus nullam habet coniunctionis particulam; hinc tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, K, T, U, V, Cas. 2.; item graecus, paucis exceptis codd. holmesianis; contra vero ante *equi tui* addunt *et* codd. K, T, U; cf. Reg. l. c.

8. *Per desertum Idumaeae* — Cod. H notat hebraeum legere *Per viam deserti Idumaeae*.

9. *Perrexerunt igitur* — Codd. B, F tacent *igitur*. Cod. H notat hebraeum pro *per viam*, legere *viam;* et pro *quae sequebantur eos*, legere *quibus sedebant;* verum sacri textus verba: אשר ברגליהם a Hieronymo latine egregie reddita fuere, scholiastes autem falsus est.

10. *Heu heu heu, congregavit nos Dominus* — Cod. H notat hebraeum legere *Heheu quoniam vocavit Dominus;* habent semel *Heu* aut *Eheu* codd. H, L (seu Q) et Isidorus Clarius; cf. Abulensis et Caietanus; pro *Dominus*, codd. D, F, S, Cas. 1., Bibl. Ven. 1495., Dionysius carthus. *Deus;* cod. B 1. m. tacet. Mox pro *in manus*, codices et veteres fere omnes editiones cum hebraeo antiquisque interpretibus *in manu;* hodiernam lectionem invexit Sixtus, cui praeiverant Bibl. Antuerp. 1569. 1570., Lugdun. 1569., Ven. 1572.; cod. C *in manum*.

11. *ut deprecemur* — Cod. H notat hebraeum legere *ut consulamus*. Pro *Dominum*, cod. B *Deum;* cod. S tacet ut cod. 85. Kennicotti. Post verba *unus de servis* addunt *suis* Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Paris. 1504., Lugd. 1509., Ven. 1511. 1519.; sed mendose. Pro *fundebat aquam*, cod. H ex hebraeo *fudit aquam;* codd. B, G, Abulensis *fundebat aquas*.

12. *Est apud eum sermo Domini* — Fere omnes antiquiores editiones id legunt cum interrogationis nota; immo cod. Cas. 1. et Dionysius carth. habent *Estne apud eum sermo Domini?* Hinc cod. V addit *Dixitque ei:*

Est; cod. Cas. 1. *Et dixerunt ei: Est;* Bibl. Ven. 1476. *Dixit: Est.* Mariana adnotat: « Non interrogative legendum ut LXX. et Pa» gninus, sed enunciative, quasi dicat: Vere » sermo Dei est apud illum. » Recepta graeca editio nullum quidem habet interrogationis indicium; immo de hoc plane silet Holmesius; at in graeca ed. Compl. (quam de more polyglotta antuerpiensia sequuntur) reapse nota interrogationis conspicitur. Post *Iosaphat* tacent *rex Iuda* sixtini, codd. A, B, D, E, F, G, H, I, K, L 6., M, N, O, P, Q, T 1. m., U, V, mediol., veron., Bibl. Ven. 1476., Norimb. 1527. 1529., Lugdun. 1535. 1540., priores editt. Rob. Steph., all.; at Toletus notat: « Hebraeus et quidam manuscripti non » habent *rex Iuda;* leguntur tamen in Com» plut., Reg., Ordin., graeco et omnibus fere » codicibus. Prior Congregatio expunxit, po» sterior retinuit. » Vulgato, praeter graecum, favent syrus, arabs et duo codices hebraici apud Kennicottum; cf. De-Rossi.

13. *in manus Moab* — Sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, D, E, F, G, K, T, U, V, goth. leg., veron., Bibl. Ven. 1476. *in manu Moab;* accedunt hebraeus et veteres, excepto graeco; cf. vers. 10.; cod. I *in manum Moab.*

14. *Dixitque ad eum* — Sixtini, codd. A, B, D, E, F, K, O, T, U, V, Cas. plures, mediol., goth. legion., Bibl. Ven. 1476. 1495., Hugo *Dixit autem;* concinunt hebraeus et veteres; at vero Toletus notat: « Non habent *ad eum* » hebraeus, graecus et aliquot manuscripti » ac prior Congregatio: tamen legunt omnes » impressi et posterior Congregatio. » Cod. I *Dixit autem ad eum;* Bibl. Ven. 1479. 1487., Dionysius carthus. *Dixit ad eum.* Cod. H et Abulensis notant hebraeum pro *sto,* legere *steti.* Pro *non attendissem,* sixtini, gregoriani, codd. A, C, D, F, K, *ne attendissem;* codd. E, G, I, O, R, T, U, V, goth. leg., Gregorius Magnus I, 237. *nec attendissem.*

15. *Nunc autem* — Cod. B *Nunc ergo.* Non pauci codices et antiquiores editiones *psalten,* pro *psaltem;* Ephraemus I, 524. « Non » quodcumque instrumentum musicum, sed » habens harmoniam in chordis designat; et » ex hebraeo verti posset *cinnaram.* Hoc pro» vidit propheta, ut ad citharae cantum fie» ret militum concursus, et plurimi undique » convenirent testes futuri rerum, quas idem » dicere parabat. » At vero alii plures censent prophetam accersivisse fidicinem ad animum componendum regis Israelis praesentia nimium commotum, utque divino afflatui concipiendo redderet paratiorem. Conf. Ghiringhello p. 340.

16. *alveum torrentis huius* — Cod. H notat hebraeum legere *torrentem hunc;* item margo Ordin.; codd. B, F, V, Bibl. Ven. 1476., Rupertus *in alveum torrentis huius;* Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., all. *alveo torrentis huius.* Mox cod. H notat pro *fossas, et fossas,* hebraeum legere *fossas fossas;* id est, inquit Abulensis, facite in ipso torrente multas fossas.

17. *Haec enim* — Tacent *enim* codd. D 1. m., K; et pro *videbitis,* codd. F, S *videbis;* et pro *alveus,* cod. H et margo Ordin. ex hebraeo *torrens.* Cod. B post *bibetis* addit *aquas.*

18. *Parumque est hoc in conspectu Domini* — Cod. H et margo Ord. ex hebraeo *Et leve hoc in oculis Domini;* pro *est hoc,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, Bibl. Ven. 1476., Rabanus, Angelomus, Hugo a s. Vict. *hoc est.* Pro *tradet etiam,* codd. E, F, I, U, V, Bibl. Ven. 1476., Abulensis *etiam tradet;* Rupertus *tradetur etiam.* Pro *in manus vestras,* codd. A, E, K, T, mediol., veron., Rupertus *in manu vestra;* item hebraeus et graecus, sed conf. Holmesius; cod. U *in manum vestram.*

19. *fructiferum* — Cod. V *fructuosum.*

20. *Factum est igitur* — Bibl. Ven. 1476. *Facto igitur.*

21. *Moabitae* — Cod. Cas. 1. *Moabitidae.* Pro *ascendissent,* antiquiores editiones *descendissent;* codd. C, G, V 2. m., Cas. 1. et antiquiores editiones cum graeco addunt *tres;* sed cf. Holmesius, cui addes syrum hexapl. Pro *adversum,* plures habent *adversus;* et post *in terminis* codd. D 2. m., V addunt *suis.*

*

22. *Primoque . . . econtra*—Bibl. Ven. 1476. *Primo quoque . . . et contra;* cod. I *contra.*

23. *gladii est*—Sixtini, codd. fere universi, Bibl. Ven. 1476., Hugo *est gladii.* Mox cod. H notat hebraeum non legere *contra se.*

24. *at illi*—Cod. veron. *et illi.*

25. *omnem agrum optimum*—Codd. E, I *omnes agros optimos.* Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph. addunt *et* ante *repleverunt;* item hebraeus et veteres; sed isti pro *mittentes,* legunt *proiecerunt.* Pro *fundibulariis,* codd. A, C, all. *fundibalariis;* cod. E *fundabulariis;* neutrum agnoscit Forcellini Lexicon; apud Isidorum IV, 386. occurrit *fundibalus;* lipsienses editores lexici Forcellini addiderunt *fundibularius;* Sabatierius ad I Mach. IX, 11. habet *fundibulator;* et ad Iudith. VI, 8. ex cod. sangerm. n. 15. *fundibalarius;* in glossario edito a Maio *Class. auctt. VIII, 225.* a *funda* derivatur *fundibalista* et *fundibalus.*

26. *educentes gladium*—Sixtus, codd. G, R, S, veteres editiones fere omnes *educentes gladios;* emendarunt sixtini et gregoriani quibus antiquiores codices, Bibl. Ven. 1476., Hugo, all. adstipulantur; hinc Toletus: « Lege » *gladium;* sic hebraeus, graecus, manuscri» pti et utraque Congregatio. » Cf. Bukentopius, p. 408. Pro *irrumperent,* codd. A, veron. *irrumperet;* nec obstant hebraeus et veteres; cod. F *erumperent.*

27. *regnaturus erat*—Bibl. Ven. 1476. *erat regnaturus.* Cod. F *holocaustum obtulit,* pro *obtulit holocaustum;* et pro *in Israel,* cod. K *super Israel;* hebraeus על־ישׂראל. De huius loci sensu multum disputant interpretes; nam alii cum Ephraemo, obvium verborum sensum sequuti, id accipiunt de gravi quadam calamitate Israelitis a Deo inflicta: alii vero ex contextu augurantur Israelitas horrendum ac ferale spectaculum execratos sponte recessisse. Cf. Maurerus et Ugdulena, qui aliorum quoque sententias diserte enarrant. Pro *reversi,* cod. B *regressi;* mox cod. H notat hebraeum non legere *suam;* at cf. Holmesius; arabs et, in polyglottis antuerpiensibus, chaldaeus legunt *in terram Israel.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. III, 4. *Et Mosa rex Moab ferebat tributum regi Israel centum millia modium tritici, et centum hordei* (sic) *et lanas* [Aliter: *Et Mosa rex Moab erat pecuarius* (ποιμήν legerit? cf. Middeldorpf cod. syriaco-hex.), *et praestabat regi Israel ex subiectione* (sed graecus ἐν τῇ ἐπαναστάσει) *centum millia agnos, et centum millia arietes cum velleribus suis.*] . . . 6. *Et exiit rex Ioram in illo die ex Samaria; et venerunt ad illum filii Israel* (at graecus καὶ ἐπεσκέψατο τὸν Ἰσραήλ). 7. *Et abiit ad Iosaphat regem Iuda.* . . 9. *Et ascendit Ioram rex Israel, et Hochozias rex Iuda, et rex Edom* (concinunt quatuor codices holmesiani). . . 10. *Et dixit rex Israel: Heu, quoniam vocavit Dominus hos tres reges tradere* (sueti codices τρεῖς βασιλεῖς τούτους παραδοῦναι) *in manu Moab.* . . 15. *Et nunc accipite mihi organa.* . . 20. *Et factum est mane cum ascenderet sacrificium, et ecce aquae veniebant de via eremi Sur ex Edom* (graecus habet ἐξ ὁδοῦ Ἐδώμ, at nostri codicis lectio mire castigat atque illustrat varietates ab Holmesio relatas; nam ex cod. 93. habet ἐξοδοῦ τῆς ἐρήμου σου ἃ ἐξ Αἰδώμ, et ex cod. 108. ἐξ ὁδοῦ τῆς ἐρήμου Θούδ ἐξ Ἐδώμ). . . 21. *Et denuntiaverunt omni praecincto gladium, et parazonium ferenti ad pugnam* (cf. Holmesius). . . . 22. *et viderunt Moabitae aquas incontra rubicundas sicut sanguinem.* . . . 25. *et condiderunt* (sic) *omnem partem bonam, et multitudine congestionum cooperientes omnes fontes.* . . . 26. *stringentes gladium . . . ad regem Syriae.* . . . 27. *Et facta est tristitia* (μετάμελος) *magna in Israel.*

Cap. IV, 1. *de uxoribus*—Bibl. Basil. 1530., Lugd. 1536. 1541. addunt *filiorum;* accedunt hebraeus et veteres. Cod. E *clamavit,* pro *clamabat.* Mox pro *timens Dominum,* Sixtus, codd. E, F, G, I, K, R, S, T, U, antiquiores editiones, Eucherius, Claudius, Rupertus, Hugo a s. Vict., all. *timens Deum;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus suffragan-

tur optimi codices; nam hebraeus et antiqui, ut ait epanorthotes, habent *Dominum;* et Toletus notat: « Lege *Dominum;* sic hebraeus, » graecus, Compl., Reg. et utraque Congre» gatio. » Cod. U tacet *duos,* ut cod. 99. Kennicotti. Augustinus in *App. tom. V. p. 81.* legit *et ecce creditores veniunt, et volunt mihi tollere filios meos.*

2. *At illa respondit* — Codd. F, G, T, V, Bibl. Ven. 1495., Ordin., Hugo a s. Vict. *At illa dixit.* Cod. H notat hebraeum pro *nisi parum olei, quo ungar,* legere *nisi lecythus olei;* Isidorus Clarius *nisi vasculum olei;* hinc Magdalius notat verba *quo ungar* non esse de textu; Carpzovius autem in *Critica Sacra, pag. 678.* a latino interprete perperam addita fuisse contendit; at vero hebraica verba כי אם־אסוך שמן a graecis quoque reddita fuere *ὅτι ἀλλ᾽ ἢ ὃ ἀλείψομαι ἔλαιον;* nec immerito; est enim אסוך a radice סוך *unxit,* atque denotat olei mensuram quae ad corporis unctionem pro una vice sufficere poterat; cf. Ugdulena et Azevedo. Augustinus l. c., Eucherius, Claudius taurin. *nisi modicum olei, quo ungar.*

3. *Vade, pete* — Codd. G, H, N* 1. m., R, S, T, V 2. m., Cas. 2., Bibl. Ven. 1476. 1495., Ordin., Hugo, Eucherius, Claudius taurin. *Vade, et pete;* item arabs; sed nexum abiiciunt codd. N, O. Cod. mediolan. *mutua,* pro *mutuo.* Post *vacua* addunt *et* codd. E, F, V; item arabs, armen., georg. aliique apud Holmesium.

4. *et claude* — Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., all. tacent *et;* item syrus. Post *ostium* omittunt *tuum* sixtini, codd. A, B, D, E, F, G, I, K, O, T 2. m., U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., Bibl. Ven. 1476.; hinc Toletus scribit: « Non habent » *tuum* hebraeus, graecus, manuscripti et » prior Congregatio. » At vero cod. Cas. 1. cum hebraeo antiquisque interpretibus addit *super te;* codd. E, V et Abulensis addunt *et;* mox vero pro *et mitte,* cod. E *mittite;* cod. V *mitte.*

5. *et super filios* — Cod. K *et filios.* Cod. B 1. m. omittit *illi offerebant vasa, et illa infundebat.*

6. *dixit* — Cod. F *dixitque;* item hebraeus et graecus; at latina versio id non patitur.

7. *Vade, inquit* — Cod. veron. *Vade, inquit, et;* Bibl. Ven. 1476. *Vade, et;* accedunt graecus et arabs.

8. *Facta est autem quaedam dies* — Codd. B, Cas. 1., Eucherius, Claudius taur. *Factum est autem quadam die;* cod. I *Factus est autem quidam dies.* Pro *et transibat,* plures codices *et transiebat;* cod. Cas. 1. tacet *et.* Pro *per Sunam,* codd. L, R, S, antiquiores editt., Rabanus, Rupertus, Petrus Com., Hugo *per Sunam civitatem;* Bibl. Lugdun. 1535. 1541. *per Sunami civitatem;* codd. D, F 1. m., Cas. 13., Thomas. I, 88. *per Sunam viam;* codd. U, Cas. 1. *per unam viam;* Magdalius notat: « *per unam civitatem;* in hebraeo habetur *per* » *Sunam civitatem.* » At hebraeus legit אל־שונם; de quo cf. ad Ios. XIX, 18.

9. *sanctus est* — Codd. A, Cas. 1., mediol., Augustinus l. c. *sanctus sit.*

10. *ei coenaculum* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B 1. m., C 2. m., D, F, H, I, K, N, N*, O, U, V, Cas. 15., goth. leg., Bibl. Ven. 1476. 1480. 1483. 1487. 1494. 1498., Abulensis, Claudius taur.; at Toletus scribit: « Non legunt *ei* hebraeus et prior Congrega» tio; tamen est apud LXX. et in omnibus co» dicibus impressis. » Epanorthotes in cod. N adnotat LXX. legere *pergulam pusillam,* pro *coenaculum parvum;* cf. ad calcem huius capituli. Pro *parvum,* cod. F, Bibl. Ven. 1476., Abulensis *parvulum;* et post *ponamus* tacent *ei* cod. V, Hugo a s. Victore, Hugo a s. Charo, Dionysius carth.; item armenus, Augustinus in *Spec. c. 137.* et cod. 119. Holmesii. Pro *lectulum,* codd. A, B, Eucherius, Claudius taurin., Augustinus l. c. et in *Append. tom. V. pag. 82. lectum.* Pro *sellam,* mendose Bibl. Ven. 1482. 1489., Paris. 1497., Lugd. 1524., all. *cellam;* codd. V, Cas. 1. addunt *et lucernam.*

11. *Facta est ergo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, T, U, V, Bibl. Ven.

1476. 1495., Ordin., Hugo, Abulensis *Facta est igitur.*

12. *Giezi* — Cod. mediol. *Ziezi*, et sic deinceps. Pro *Sunamitidem*, plures codices et antiquiores editiones *Sunamitem* vel *Sunamiten;* codd. A, K, T, U *Sunamitin;* conf. ad III Reg. I, 3. Pro *istam*, cod. F *hanc*. Totum comma 12. deerat in cod. B.

13. *dixit ad puerum suum* — Tacent *suum* sixtini, codd. A, C, D, F, K, T, U, Cas. 14., goth. leg., mediol., veron., Dionysius carth., Abulensis; nec obstant hebraeus et veteres qui habent *et dixit ad eum;* graecus autem Compl. καὶ εἶπεν τῷ παιδαρίῳ. Non pauci codices cum Bibl. Basil. 1530. 1544., Lugd. 1535. 1536. 1540., all. pro *sedule*, legunt *sedulo*, quod magis apud latinos receptum est. Ante *faciam* cod. K tacet *ut;* et pro *loquar regi*, codd. S 2. m., V et Bibl. Ven. 1476. *loquar pro te regi;* accedunt hebraeus et veteres.

14. *Dixitque* — Codd. C, R, S cum syro addunt *ei*, quod in cod. O expungitur.

15. *ante ostium* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, I, K, O, R, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., veron., Bibl. Ven. 1476. 1495., Lugd. 1510. 1514., Paris. 1519., all., Rupertus, Hugo, Abulensis *ad ostium;* hebraeus בפתח; cod. Cas. 1. *coram Deo et ad ostium.*

16. *tempore isto, et in hac* — Tacent *et* fere omnes veteres editiones; sed nexum ad fidem codicum addiderunt sixtini; tacent *in* codd. D, F; cod. H notat hebraeum legere *secundum tempus vitae;* ad haec Martianaeus: « Forte scriptum habebatur in scholio isto » marginali *in tempore vitae;* eamdem enim » Scripturae loquutionem annotationibus suis » illustrans s. Hieronymus libro quaestt. he» braicarum, recitato iuxta LXX. vers. 10. » c. XVIII. Gen., haec addit: Pro *hora*, *vitam* » legimus in hebraeo; ut sit ordo vel sensus: » *Revertar ad te in tempore vitae;* quasi di» xerit *si vixero, si fuerit vita comitata.* » Cf. ad Gen. l. c. et quae in h. l. scribunt Petrus Com., Nicolaus de Lira, Dionysius carth. et Abulensis. Pro *At illa respondit*, antiquiores editiones habent tantum *At illa;* Rabanus et Angelomus *Cui illa respondit.* Pro *mentiri ancillae tuae*, cod. I *irridere ancillam tuam;* quae ad aliam versionem pertinent.

17. *filium* — Cod. D 1. m. addit *suum*. Pro *qua dixerat*, codd. A, veron. *quam dixerat;* gregoriani, codd. H, L (seu Q), priores editiones Rob. Steph., all. addunt *ei;* item hebraeus et veteres; additur quoque in schedis Francisci Toleti et Angeli Rocca, ut mirum sit a clementinis editoribus istud pronomen neglectum fuisse.

18. *puer* — Cod. H notat in hebraeo legi *parvulus*. Pro *egressus isset*, cod. G *egressus fuisset;* codd. F, S 1. m., Cas. 1., veronen., Bibl. Lugd. 1526., Dionysius carth. *egressus esset;* Bibl. Norimb. 1527. 1529. *egressus est.* Pro *ad messores*, cod. R, Bibl. Lugdun. 1510. 1514. 1522., Paris. 1519., Basil. 1530., all. *et ad messores.*

19. *Caput meum doleo, caput meum doleo* — Sixtini, codd. A, H, K, L 3., Q, T, U, Cas. 2., gothic. leg., mediol., veron., priores editiones Rob. Steph., all. *Caput meum, caput meum;* accedunt hebraeus et veteres; Abulensis notat: « In hebraeo non dicitur *doleo*, » quia est decurtata sententia, sicut consue» vit esse saepe in hebraeo. » Toletus autem scribit: « In hebraeo, graeco et tribus manu» scriptis habetur tantum *Caput meum, ca» put meum;* et sic prior Congregatio; at im» pressi et manuscripti fere omnes ut in » textu (Sixti V.), et sic posterior Congre» gatio. » Cod. B habet *Caput meum, et caput meum;* codd. E, G, Bibl. Ven. 1476., Angelomus *Caput meum, caput meum doleo;* accedit georgianus; cod. S et plures ex antiquioribus editionibus habent semel *Caput meum doleo;* accedunt slavon. et pauci graeci codices. Pro *Tolle, et duc eum*, codd. E, I *Tolle eum; et duc;* cod. D 1. m. *Tolle et duc puerum;* tacent *et* Bibl. Rob. Steph. et henteniana; verum sixtini ad fidem priscorum exemplarium nexum restituerunt.

20. *et duxisset* — Legunt *et adduxisset* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, K, O, R, S,

T, U, V 2. m., Cas. omnes, gothic. legion., mediol., Bibl Ven. 1476., Ord., Lugd. 1510. 1522., Basil. 1530., all., Hugo, Abulensis; cod. I legit *Qui cum duxisset, et attulisset eum* etc.

21. *Ascendit autem*—Codd. Cas. 3. addunt *mater eius*. Pro *lectulum*, codd. A, C, E, F, I, O, T, U, V, Cas. 14., goth. legion., mediol., antiquiores editiones *lectum*. Ex typographi mendo editio princeps Clementis VIII. habet *hostium*, pro *ostium*.

22. *Mitte* — Bibl. Ven. 1476. *Mittite* Pro *asinam*, codd. E, I, U, Petrus Com. *asinum*; cod. R *ancillam et asinam*. Cod. A *excurramus*, pro *excurram*; et mox tacent *usque* cod. F, Bibl. Paris. 1504., Lugd. 1506. 1509.

23. *Qui ait illi* — Cod. R *Qui ait ei*; tacent *illi* cod. H, hebraeus, chaldaeus et graecus. Pro *vadis ad eum? hodie non sunt*, codd. B, C, I *vadis ad eum hodie? non sunt*; favet graecus; in cod. B deerat *ad eum*. Sixtus scribit *Sabbathum*. Pro *Vadam*, sixtini, gregoriani, codd. A, D, K, L 14., N, N*, O, P, T, U, goth. leg., mediol., veron., Abulensis *Vale*; idque probatur Lucae Brugensi, Vallarsio, aliisque; cod. I notat: « Hebraeus habet » *Pax*, quasi diceret *Sine* ..., antiqui *Vale*. » Cod. M magis aperte adnotat: « Hebraeus ha» bet *Pax*, quasi diceret *Sine me in pace*; » antiqui *Vale*, et haec littera melior est. » Accedit scholiastes in cod. O, qui diserte scribit: « *Vale*, hebraeus et graecus *Pax*, et » est modus salutationis; unde Hieronymus » super Matth. dicit quod salutatio syrorum » fuit *Salom lach*, id est *Pax tibi* (Hieron. » VII, 60.). Patet ergo quod moderni male » habent *Vadam*. » Margo codicis V simpliciter monet alias legi *Vale*. Bukentopius p. 182. scribit: « Equidem plerique antiqui libri Vul» gatae habent *Vale*, pro *Vadam*; quod est » conforme hebraeo שׁלום. Antiquum Vulga» tae manuscriptum exemplar bibliothecae » nostrae Lovaniensis utrumque iungit *Vale*, » *vadam*. » Toletus denique agnoscit quidem hebraeum, graecum, plures codices manuscriptos et priorem Congregationem legere *Vale*; at, subdit, impressi fere omnes (immo nostri omnes) *Vadam*. Cod. H et margo Ord. cum hebraeo *Pax*; cod. E *Vado*.

24. *Stravitque* — Codd. D, F, V *Stravit*; et pro *asinam*, rursum codd. E, I, S *asinum*. Ante *hoc age* Bibl. Ordin. tacent *et*.

25. *in montem* — Ex antiquioribus editionibus plures *in monte*. Legunt *de contra*, pro *econtra*, codices fere universi et antiquiores editiones; cf. ad II, 7.

26. *Vade ergo*—Tacent *ergo* codd. F, U, V, Cas. 15., mediolan., Abulensis. Post *circa te* tacent *et* Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496., all. Pro *circa virum tuum, et circa filium tuum*, Bibl. Ven. 1476. *circa filium tuum, et circa virum tuum*; cod. H notat hebraeum pro *filium*, legere *parvulum*; et pro *respondit: Recte*, legere *respondit: Pax*; in Bibliis Sixti V. habetur *respondit: Recte?* quod Angelus Rocca emendavit.

27. *in montem* — Cod. A, Bibl. Ven. 1479. *in monte*. Post *anima* tacent *enim* cod. I, Bibl. Ordin. et Petrus Com. Pro *celavit a me*, sixtini, codd. A, E, H, R, T, mediolan., veron., alii apud codicem O, Dionysius carth. *celavit me*; Sixtus tacet *a me*, quod a gregorianis restitutum fuit; hinc Toletus: « Repone *a* » *me*; sic hebraeus, graecus, Compl., Reg. et » Ordin.; manuscripti autem et prior Con» gregatio legunt *me*. » Hieronymus IV, 109. « Pro eo quod in latino dicitur *abscondit a* » *me*, in hebraeo scriptum est *eelim mem*» *menni* (העלים ממני). » Gregorius Magnus I, 72. (at non item II, 249.) addit *verbum*.

28. *petivi filium* — Codd. R, S, Cas. 5. addunt *meum*; quod autem sequitur *a domino meo*, ad ipsum prophetam refertur, adeoque mendose habent *a Domino meo* editiones vaticanae Clementis VIII., quae rursum infra vers. 30. habent *Vivit dominus*, pro *Vivit Dominus*. Pro *illudas*, cod. mediol. *eludas*.

29. *pones* — Codd. Cas. 4. *pone*; item Augustinus apud Sabatierium. Post *baculum* tacet *meum* Rabanus et Spicil. solesm. II, 386.

30. *anima tua* — Codd. K, V addunt *quia*.

31. *praecesserat ante eos*—Tacent *ante* six-

tini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, R, T, U, V, Cas. plures, goth. legion., mediol., veron., Bibl. Ven. 1476. 1495., Paris. 1541. 1549. 1552. 1558. 1566. 1573., Hugo, Abulensis; hinc Toletus notat: « Manuscripti et » prior Congregatio non habent *ante.* » Conf. Luc. I, 17. Pro *erat vox,* Bibl. Ven. 1476. et Abulensis *erat ei vox* (item margo codicis gothici leg.); et pro *reversusque est,* cod. M *reversus est ergo.*

32. *et ecce* — Cod. mediol. *et iste.*

33. *ingressusque*—Cod. F, Bibl. Ven. 1495. addunt *Eliseus domum;* item graecus; at syrus hexaplaris obelum praemittit. Pro *et super puerum,* sixtini, codd. A, D, H, K, T, Cas. 13., mediol., veron., Bibl. Ven. 1495., Abulensis *et puerum.*

34. *incubuit super puerum* — Codd. V, veronen., Bibl. Ven. 1495. *incubuit super eum;* cod. F et Bibl. Ven. 1476. *incubuit se super puerum.* Pro *et oculos suos super oculos eius, et manus suas super manus eius,* cod. F *et manus suas super manus eius, et oculos suos super oculos eius;* particulam *et* priori loco tacent Bibl. Lugd. 1550. 1554. 1558. 1562., Ven. 1558., all.; Bibl. Ordin. tacent *suos;* in cod. E 1. m. deerat *suas.* Mox pro *super eum,* cod. F *super puerum.*

35. *deambulavit* — Sixtus et fere omnes veteres editiones *deambulabat;* emendarunt sixtini et gregoriani ad fidem codicum; unde recte Toletus notat: « Lege *deambulavit;* sic » manuscripti et utraque Congregatio. » Pro *atque illuc,* codd. A, E, G, H, T, U, Bibl. Ven. 1476., Abulensis *et illuc;* et pro *incubuit super eum,* codd. F, Cas. 1. aliique apud Hugonem *incurvavit se super puerum;* accedit graecus. Pro *et oscitavit puer septies,* cod. R *et oscitavit super puerum septies;* haec interpretatio ex veteri itala derivata videtur. Quamvis enim non solum huius loci itala versio Sabatierio ignota fuerit, sed et ipsa alexandrina interpretatio corrupta feratur, tamen ex nostris documentis utramque restaurari existimamus; nam codd. N, O testantur hanc quam protulimus ex cod. R esse interpretationem τῶν LXX.; codd. M, I notant: « *et oscitavit puer septies,* ita exponit B. fra» ter cantuariensis et usus multorum, et an» tiqui et hebraeus. Sed Gregorius habet *su» per puerum,* et exponit in IX. libro super » Iob. » Nam apud Gregorium M. I, 317. 1151. IV, 172. legimus: « In ore mortui se» pties aspirans . . . super mortuum septies » inspirat. » Item apud Eucherium, Claudium taur., Rabanum, Angelomum, Rupertum; his accedunt Isidorus V, 546. et Beda IV, 448. qui habent: « Super puerum septies oscitat. » Margo codicis goth. legion. *inspiravit in eum septies.* At vero in recepta graeca editione quaedam desiderantur; nam pro eo quod Vulgatus habet *et incubuit super eum: et oscitavit puer septies,* legitur tantum καὶ σύνεκαμψεν ἐπὶ τὸ παιδάριον ἕως ἑπτάκις. Huic autem lectioni accedit Augustinus in *nova patrum biblioth. I, 180.* ubi legitur: « Incurvavit se septies super puerum, et re» versa est anima pueri in viscera eius et » revixit. » Mittimus auctorem sermonis in App. tom. V. opp. s. Augustini pag. 83., qui non ex itala, sed ex Vulgato habet *puer oscitavit septies.* Contra vero graeca editio Complut. duplicem interpretationem exhibens legit καὶ συνεκάλυψεν ἐπὶ τὸ παιδάριον, καὶ ἐνέπνευσεν ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἠνδρίσατο τὸ παιδάριον ἑπτάκις; huic accedunt quatuor codices holmesiani; conf. Montfauconius in *hexapl.* et Middeldopf ad *cod. syriaco-hex. p. 411. et seq.* Ceterum hebraicum verbum ויזורר quod Vulgatus cum syro et Ephraemo reddidit *oscitavit,* a recentioribus accipitur pro *sternutavit;* cf. Gesenii *Thes. pag. 435.* Vetus opusc. apud Maium in *Spicil. rom. IX, 79.* pro *oscitavit,* legit *boata davit* (num *boatus dedit?*). Pro *aperuitque,* cod. C, Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Basil. 1491., Brix. 1496. *et aperuit;* et post *oculos* cod. veron. addit *suos;* item hebraeus et veteres.

36. *At ille* — Codd. A, B, E, G, I, K, Cas. plures, mediol., veron., veteres editiones *Et ille;* sixtini ad normam aliorum codicum mutarunt. Pro *Qui ait,* codd. Cas. 13. *Cui ait.*

37. *super terram* — Cod. Cas. 1. addit *Et dixit: Nunc cognovi quia vir Dei sanctus es, et verbum Domini in ore tuo verum est;* cf. III Reg. XVII, 24.

38. *et Eliseus* — Codd. I, V, vetus Miss. rom. feria V. post Dom. IV. Quadr. *Eliseus vero.* Pro *in Galgala,* multae ex antiquis editionibus *in Galgalam;* codd. E, I *in Galgalis;* cf. ad Ios. V, 9. Cod. H notat hebraeum pro *dixitque uni de pueris suis,* legere *dixitque puero suo;* cod. O notat latinos veteres codices non addere *Eliseus* post *dixitque,* quemadmodum a graecis additur; Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all. tacent *suis.* Pro *Pone ollam grandem,* cod. B *Pone ollam, ollam grandem.*

39. *Et egressus est* — Cod. G, Bibl. Ven. 1476. tacent *Et;* cod. F omittit *est.* Cod. H notat pro *herbas agrestes : invenitque quasi vitem silvestrem,* hebraeum legere *malvas: invenitque vitem agrestem;* syrus quoque et arabs *malvas* posuerunt pro ארת, quod graecus servavit scribens ἀριώθ, quodque de *oleribus* exponitur, post Ephraemum I, 530., a plerisque recentioribus. Pro *colocynthidas,* antiquiores editiones *coloquinthidas;* cod. N notat: « *colocynthidas,* alii *coloquinthidas,* id » est cucurbitas silvestres; LXX. *grumos sil-* » *vestres.* » margo codicis goth. legion. habet *agrestes gramos,* quod nobis perinde obscurum esset nisi graeca interpretatio succurreret. Graecus habet τολύπην ἀγρίαν; ex verbo autem τολυπεύω *glomero,* fit τολύπη *glomus lanae* vel *cucurbita agrestis,* secundum Suidam ἀγρία κολοκύνθη, vel ex Glossa βοτάνη δηλητήρειος. Hinc non dubitamus veteris italae auctorem scripsisse *glomos;* « *glomi* autem, ait Forcellini, videntur esse » canneta, vepreta et palustribus herbis glo- » meratis densa loca in ripis fluminum. » Immo vero, ni fallimur, latinorum *glomus* idem sonat ac graecum πολύπη. Masius in *Syrorum peculio p. 44.* cum codice parisiensi syro–hexapl. notat Aquilam et Symmachum posuisse ܦܩܥܐ quod interpretatur κολοκύνθας; conf. Ion. IV, 6. Digna sunt quae referantur Ephraemi verba I, 530. « Nonnulli » dicunt eum collegisse *cucurbitas parvas :* » alii autem eum fructum qui appellatur *ova* » *amara* (id est, *colocynthides agrestes*), ex » quorum medulla medici conficiunt φάρμα- » κον laxans et purgans: alii denique dicunt » esse eum qui hodieque a nonnullis rusticis » appellatur *cucumis asininus,* quia fructus » eorum amari sunt et viti similes sunt. » Conf. Ugdulena. Mox tacent *agri* Bibl. Ven. 1479. et Hugo a s. Vict.; item multi graeci codices. Pro *concidit,* veteres plures editiones *conscidit;* quod ad fidem codicum sixtini emendarunt.

40. *Infuderunt* — Codd. D, E, F, M, Bibl. Ven. 1476., Ordin., all. *Infunderunt.* Pro *clamaverunt,* sixtini, codd. A, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, antiquiores editiones *exclamaverunt;* graecus ἀνεβόησαν. Codd. R, S, Cas. 2. legunt *Mors in olla, mors in olla;* at codd. N, O semel legendum animadvertunt.

41. *Afferte, inquit* — Codd. E, I *Deferte, inquit;* codd. D 2. m., Cas. 1. addunt *mihi,* ut cod. 243. Holmesii; cod. alexandrinus legit tantum Λάβε, quod adnotare Holmesius debuisset. Pro *Cumque tulissent, misit in ollam,* sixtini, gregoriani, codd. A, B, D, E, H, I, K, L 9., N, N*, O, Q, U, Cas. 13., mediol., veron. *et misit in ollam;* codd. I, M notant: « *Cumque attulissent,* hoc hebraeus non ha- » bet; sed ita *et misit in ollam.* » Lucas Brugensis hanc lectionem praefert. At Toletus scribit: « Non habent *Cumque tulissent* he- » braeus, graecus et aliquot manuscripti et » prior Congregatio; legunt tamen impressi » omnes et posterior Congregatio. » Codd. C, R, S, T, V, Cas. 7., Bibl. Ven. 1476., Spicil. solesm. II, 441. *Cumque attulissent, misit in ollam;* cod. G et Abulensis *Et cum attulissent, misit in ollam;* cod. F *Cum attulissent, misit in ollam.* Pro *Infunde,* codd. R, S, Cas. 1. *Infundite,* quod in cod. N abiicitur. Cod. H notat hebraeum pro *turbae,* legere *populo.* Pro *ut comedant,* codd. D, H, K, O, U, V, Bibl. Ven. 1476. *ut comedat;* codd. A, N, P *et comedat;* item vers. sequenti; cod. N

notat: « Hebraeus et antiqui habent *et.* » Cod. mediol. *et comedant.* Cod. F tacet *quidquam.* Cod. H notat hebraeum pro *amaritudinis*, legere *mali.*

42. *Baalsalisa*—Multi codices et antiquiores editiones *Balsalisa;* sixtini *Baal Salisa;* hebraeus בעל שלשה; graeci corrupte Βαιθαρισά; Hieronymus I, 179. ex graeco Eusebii *Bethsarisa.* Pro *primitiarum, viginti*, Sixtus, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, S, T, U, Cas. omnes, gothic. leg., mediol., veron., Thomas. I, 106., veteres editiones fere universae, Rabanus, Angelomus, Petrus Com. *primitiarum, et viginti;* expunxerunt nexum sixtini et gregoriani, suffragantibus codd. H, L (seu Q), Bibl. Ven. 1482., Rob. Steph. 1557., Heild. 1586., hebraeo antiquisque interpretibus; unde Toletus: « Non legunt *et* » hebraeus, graecus, manuscripti et utraque » Congregatio. » Nicolaus de Lira diserte notat: « Particula *et* non est in hebraeo, nec in » libris correctis, nec est de textu. » Item Dionysius carth. et Lucas Brugensis; Bukentopius autem p. 182. scribit: « Plerique ve» teres Vulgatae libri, etiam Sixti V. ex chal» daeo interiiciunt *et;* possetque ita intelligi » Vulgata moderna, nisi obstaret hebraeus » textus, qui cum graeco *et* illud omittit, » minime omissurus si fuissent viginti panes » hordeacei praeter panes primitiarum, id » enim exigeret modus loquendi hebraeo» rum. » Ad chaldaeum quod spectat, Bukentopius intelligit editionem antuerpiensem; nam in polyglottis londinensibus non habet nexum. Cod. R legit *primitiarum, et decem;* cod. V utramque lectionem connectit *primitiarum decem, et viginti;* legunt *decem* Ambrosius apud Sabatierium, et codex Thomasii I, 104. eademque lectio in margine cod. goth. leg. memoratur. Cod. H notat hebraeum pro *et frumentum novum*, legere *et grana spicarum torrida;* sed כרמל est *arista tenera* seu recens.

43. *Responditque ei*—Cod. veron. et Angelomus tacent *ei;* item hebraeus et graecus. Post *apponam* addunt *coram* codd. C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, veron., mediolan., veteres editiones, Angelomus; at illud expunxerunt sixtini, quibus consentiunt codd. A, V; cod. B legit *ponam coram.* Pro *ait: Da populo*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, K, O, T, U, V, antiquiores editiones, Hugo a s. Victore *Da, ait, populo.* Pro *ut comedat*, codd. I, T 1. m., U, Bibl. Ven. 1495. *ut comedant;* item hebraeus et veteres. In cod. D deerant verba *haec enim dicit Dominus: Comedent, et supererit.*

44. *et superfuit*—Cod. D *et fuit.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. IV, 10. *Faciamus ergo ei pergulam in superioribus pusillam* (Haec et sequentia conferenda sunt cum Augustini Spec. ed. Maii, c. 137.)... 13. *Ecce honorificasti nos omni honore et praeparasti nobis habitationem istam.* ... 16. *Noli, domine, homo Dei, deridere ancillam tuam.* ... 19. *Caput doleo, pater.* ... 22. *Mitte mihi nunc unum de pueris et unum muscellum* (num *asellum?* graecus μίαν τῶν ὄνων, tres codd. τῶν ἡμίονων); *et excurram usque ad hominem Dei et praeparabo ei* (at graecus καὶ ἐπιστρέψω). 23. *Et vir eius dixit: Quid utique vadis tu ad illum hodie? nonne numenia est et sabbatum?* ... 26. *Si pax est viro tuo, si pax est puero tuo?* (cf. Tertullianus apud Sabatierium) *Illa dixit: Pax est.* 27. *Et direxit se ad hominem Dei in montem* (sic graeci codd. cum edit. Compl.) ... *et dixit homo Dei: Exi ab illa, quoniam anima eius in dolore est.* ... 28. *Et dixit mulier: Si poposci filium a domino, non sic poposci sicut tu fecisti: et ecce ibi hic mortuus est* (haec postrema verba addita videntur; quae praecedunt graecis codd. consona sunt). 29. *Praecinge lumbos tuos* (cf. Augustini Spec. ed. Maii, c. 119.) *et sume bacterium* (βακτηρίαν) *meum in manu tua, et vade; quoniam si invenies quemdam non benedices eum; et quoniam benedicet te quisquam, non respondebis ei: et impones bacterium meum super faciem pueri.* ... 31. *Non erat ei vox, et non erat ei auditus.* .. 33. *Et*

intravit et clausit ostium contra ambos. . . . 34. *et manus suas super manus illius, et plantas suas super plantas* (item graeci codices; immo et Augustinus V, 663. dicit: « manus super manus, vestigia super pedes posuit; » quod Sabatierius praetermisit). . . 35. *et deambulavit in domo semel et iterum; et inspiravit in eum septies; et commotus est puer, et aperuit oculos*. . . 39. *Et exiit Giezi* (graecus addit *Giezi* v. 41.) *colligere agrestia, et invenit vitem agrestem, et collegit ab illa ipsas agrestes gramos* (videtur legendum *glomos*; cf. supra ad h. l.) *plenum vestimentum suum* [In alio graeco: *Et exiit Giezi in campum colligere arioth, et invenit vitem in campo, et collegit de ea colocynthidas sinum plenum*]; *et introivit et misit eas in ollam, in qua coquebatur mandere*. . . 41. *Non est factum verbum malum amplius in olla*. . . . 42. *Et homo advenit ex Bethlem* (graecus Βαιθαρισά, pauci codd. Βηθλεεμμας), *et attulit homini Dei panes primogenitos decem hordeaceos, et ex primo fructu, et chremel zecalin* (hebraeus וכרמל בצקלנו, cod. alex. καὶ παλάθας βακελλέθ; testatur autem codex syro-hex. Theodotionem posuisse ܦܘܠܛܐ) [In alio graeco: *XX. panes hordeaceos, et palatas, et lanas ad operimentum*] (at undenam expiscatus sit ista *et lanas ad operimentum*, haud facile dixeris). . . . 43. *Quid dabo hoc ante centum homines?*

Cap. V, 1. *Naaman* — Addunt *autem* codd. E, H, K, L (seu Q), priores editiones Rob. Steph., all., quibus concinunt hebraeus et veteres; Eucherius addit *vero*. Mazochius in *Spicil. bibl. t. 2. p. 162.* adnotat: « Omnino » ὑποστιγμή non post *Syriae*, sed post *erat*, » est reiicienda. Qui sic distinxerunt, ut hodie ferunt exemplaria, non intellexerunt » elegantiorem loquendi consuetudinem latinorum, qua initiis narrationum verbum » substantivum nomini proprio postpositum » iungitur. Exempla passim apud praestantiores Latii scriptores occurrunt. » Pro *apud dominum suum*, codd. F, Cas. 1. *coram domino suo;* hebraeus לפני אדניו. Pro *enim dedit*, cod. F *enim dederat*, non male; cod. U, Bibl. Lugd. 1569. tacent *enim*. Cod. H, notat hebraeum non legere *sed*.

2. *egressi fuerant* — Cod. K *exierunt;* et mox pro *duxerant*, Bibl. Ven. 1476. et Abulensis *duxerunt:*

3. *ad prophetam* — Cod. Cas. 1. *coram propheta;* hebraeus לפני הנביא. Post *lepra* codd. G, U, Godefridus CLXXIV, 221. addunt *sua*, ut vers. 6.; at quum Vulgatus posuerit *quam habet*, profecto superfluit *sua*.

4. *Naaman ad dominum* — Bibl. Norimb. 1527. 1529., Lugd. 1535. 1540. minus recte *ad Naaman dominum*.

5. *Dixitque* — Cod. R *Dixit itaque;* Angelomus *Dixit*. Ante *mittam*, Bibl. Ven. 1495. tacent *et*. Cod. H notat hebraeum pro *litteras*, legere *librum;* cf. ad III Reg. XXI, 8.; idem codex pro *profectus esset*, legit *profectus fuisset*.

6. *detulit* — Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., all. *et detulit;* item hebraeus et veteres. Mox cod. I tacet *Naaman*, et cod. C *servum meum*.

7. *rex Israel* — Tacent *Israel* cod. veron. et cod. 247. Holmesii. Post *vestimenta* omittunt *sua* Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476. 1479., Basil. 1491. 1495., Paris. 1497. 1541., all. Pro *Deus ego sum*, codd. A, D, E, F, G, I, K, Cas. plures, mediolan., goth. legion., veron., Bibl. Ven. 1476., Abulensis *Deus sum;* cod. H notat hebraeum non legere *sum;* Godefridus l. c., Miss. rom. (ante novissimam correctionem) fer. II. post Dom. III. Quadr., Augustinus append. t. V. p. 84. *Deus sum ego*. Cod. H notat hebraeum pro *hominem*, legere *virum*. Pro *et videte*, codd. E 1. m., I *et considerate*. Antiquiores editiones plures pro *quod occasiones*, legunt *quot occasiones;* codd. Cas. 12., Abulensis *quod occasionem;* Godefridus l. c. *quomodo occasionem;* et pro *quaerat*, codd. R, S, Cas. 2. *quaerit*.

8. *Quare scidisti* — Codd. F, U, Godefridus l. c., Petrus Com., Miss. rom. l. c. *Cur scidisti*. Pro *et sciat*, Rabanus et Augustinus l. c. *ut sciat;* et pro *esse prophetam*, codd. F, G, I,

R, S, U, V, Bibl. Ord., Norimb. 1527. 1529., Lugdun. 1535., all., Godefridus l. c., Petrus Com., Abulensis *prophetam esse;* singularis est lectio Augustini l. c. *quia est Deus;* huic accedit Ambrosius apud Sabatierium; item duo codd. hebraici apud De-Rossi; margo codicis gothici legion. utramque lectionem quodammodo connectit *quoniam est Deus in Israel, et ego propheta eius.*

9. *Venit ergo Naaman* — Bibl. Ordin. edit. Lugd. 1590., Antuerp. 1634. tacent *Naaman.* Cod. H notat pro *et curribus,* hebraeum legere *et curru suo.* Rupertus praemittit *et equitibus.* Pro *ad ostium,* codd. V, Cas. 2., Dionysius carthus. *ante ostium.*

10. *et lavare* — Beda IV, 454. *et lava te.* Pro *sanitatem caro tua,* codd. G, U, Rabanus *caro tua sanitatem.*

11. *Iratus* — Codd. S, V, Bibl. Ven. 1476. *Iratusque;* cod. E *Iratus autem;* accedunt hebraeus et veteres. Pro *Domini Dei sui,* antiquiores editiones *Domini sui;* codd. R, U *Dei sui,* ut graecus et cod. 384. Kennicotti; sed cf. Holmesius, cui addes syrum hexapl.

12. *Abana* — Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *Amana;* hebraeus et graecus אבנה, Ἀβανά; sed complures codices hebraici אמנה, item syrus, chaldaeus et graeca edit. Complut.; accedit syrus hexapl. qui legit ܐܡܢ, sed in margine notat hebraeum legere ܐܒܢܐ; conf. Cant. IV, 8. Pro *fluvii,* cod. U, Eucherius, Claudius taurin. *flumina;* et pro *aquis Israel,* cod. veron. *qui sunt in Israel;* Bibl. Ven. 1495., Abulensis *aquis terrae Israel;* accedunt chaldaeus et arabs. Pro *munder,* Bibl. Ven. 1479. *emunder;* et pro *vertisset se,* codd. T, U, Godefridus l. c. *avertisset;* cod. F *vertisset.*

13. *locuti sunt ei* — Tacet *ei* cod. A. Mox pro *Pater, et si,* sixtini, codd. A, B, D, H, K, L 4. (seu Q), R, Cas. 13., gothic. leg., Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532. 1545. 1557., all., Rabanus *Pater si;* cod. H notat hebraeum legere *Pater mi;* cod. F habet mendose *Pariter ut si.* Cod. mediol. pro *debueras,* legit *debueramus.* Pro *quia nunc dixit,* Sixtus posuit *quia tantum dixit;* at Toletus: « Lege *nunc,* » sic Complut., Reg., Ordin., manuscripti et » Lovan.; sed hebraeus et graecus neutrum » habent. » Item codd. B, V tacent *nunc.*

14. *Descendit* — Codd. F, V addunt *ergo;* Godefridus l. c. legit *Tunc descendit;* nexum admittunt hebraeus et veteres. Pro *in Iordane septies,* codd. S, U et antiquiores editiones ut vers. 10. *septies in Iordane.* Cod. mediolan. pro *pueri,* mendose legit *puri;* et cod. G tacet *parvuli.* Ad verba *et mundatus est* codd. F, G, U, V, Beda IV, 454. et Godefridus l. c. addunt *a lepra.*

15. *Reversusque* — Codd. B, E, I, S, T, U, Bibl. Ven. 1476. addunt *est;* codd. Cas. 13. *Naaman,* ut duo graeci codices cum edit. Compl. Pro *venit, et stetit,* cod. Cas. 1. *stetit;* accedit arabs. Pro *non sit alius Deus,* sixtini, codd. A, B, D, F, G, H, K, L 4 (seu Q) N*, Cas. plures, goth. leg., veron., priores editt. Rob. Steph., all., Rabanus, Abulensis *non sit Deus;* nec obstant hebraeus et veteres; codd. C, E, I, N, R, U, Bibl. Ordin., Hugo, Petrus Com. *non sit Deus alius;* cod. N notat: « Antiqui *non sit Deus alius;* hic quidam appunctaverunt quod dicitur *alius,* signantes » quod hebraeus non habet; sed habet quidem in sensu, sicut Deut. XXXII. (v. 39.) » *quod non sit alius Deus praeter me,* habetur in sensu ab hebraeo quod dicitur *alius,* » sicut decem millia quae interpretes, exigente sensu, apponunt. » Pro *nisi tantum in Israel,* codd. E, U, V, Cas. 2. Thomas. V, 301., Godefridus l. c. *nisi tantum Dominus Deus Israel;* codd. R, S, Thomas. V, 333. *nisi tantum Deus Israel,* accedunt arabs et cod. 187. Kennicotti.

16. *ante quem sto* — Cod. V, Bibl. Ven. 1476. *ante cuius conspectum sto;* cod. H notat hebraeum legere *steti,* pro *sto.*

17. *Ut vis* — Sixti editio habet *Si vis;* gregoriani communem receptamque lectionem restituerunt; hinc Toletus: « Lege *Ut* » *vis;* sic Compl., Reg., Ordin., Lovan., ma» nuscripti et utraque Congregatio. » Cf. Bukentopius pag. 408. Cod. Cas. 1 pro *burdo-*

num, habet *mulorum*, quod idem sonat; est enim burdo ex equo et asina, uti notant Petrus Com., Hugo, aliique; hinc superflue monent codex H et margo Ordin. hebraeum legere *mulorum; burdo* autem non modo ex Ulpiani et Isidori testimoniis, quod fecit Furlanettus, sed et Hieronymi auctoritate addendum erat Lexico Forcellini; cf. Du Cangius. Animadverte codicem syro-hexaplarem eamdem vocem ܒܘܪܕܐ eodem sensu posuisse. Pro *ultra servus tuus*, codd. D, E, F, G, S, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1495., Ord., Rupertus, Petrus Com., Abulensis *servus tuus ultra*. Pro *aut victimam*, Bibl. Ven. 1476., Petrus Dam., CXLV, 1124. *et victimam;* Eucherius, Claudius taurin., Rupertus *aut victimas;* item syrus aliique apud Holmesium. Ad *Domino* (non *domino*) addunt *soli* Eucherius, Claudius taurin.; favent arabs et multi graeci codices; cf. Flam. Nobilius.

18. *depreceris* — Cod. G, Eucherius, Claudius taur. *preceris*. Pro *ingredietur*, codd. A, C, D, F, K, O, T, U, V, Cas. plures, veronen. Bibl. Basil. 1495., Rob. Steph. 1528., Lugd. 1529. 1531. 1533., all., Hugo, Abulensis, Dionysius carth. *ingreditur*. Nonnulli codices cum Bibl. Ven. 1511., Compl., Reg., aliisque pro *Remmon*, legunt *Rèmon*, de quo conf. ad Ios. XV, 32. Pro *et illo*, Bibl. Ord. *et in illo;* et pro *adoravero in templo*, codd. E, G, T, V *adoravero in templum*. Mox cod. veron. tacet *eo*, et pro *servo tuo*, legit *servo suo;* et pro *hac re*, cod. V, Bibl. Ven. 1476. *re hac*. Cod. H huius versiculi interpretationem ex hebraeo recitat hisce verbis *Et pro hac re ignoscet mihi Dominus servo tuo, quando ingressus fuerit dominus meus domum Remmon ut adoret ibi, et innisus fuerit super manum meam, si adoravero in domo Remmon, adorante me in eodem loco, ignoscet mihi Dominus servo tuo pro hac re*. Naaman Eliseum rogavit, ut veniam sibi a Deo deprecaretur, eo quod civile ministerium, occasione nonnihil ancipiti, regi suo in posterum adhuc esset praestiturus; quod se facturum propheta neque spopondit, neque negavit, quippequi sanitatem idololatrae restituerat ad Iehovae virtutem atque clementiam omnibus vel externis manifestandam, quin mentis aut morum emendationem ab illo in antecessum exigeret, aut postmodum postularet, rem omnem grato eius animo, prudenti ac religioso permittens. Cf. Ghiringhelli *praelect. p. 339*.

19. *electo terrae tempore* — Codd. D 1. m., V 1. m., plures ex antiquioribus editionibus, Rupertus, Hugo a s. Victore *electo tempore;* cod. R *electo terrae;* Petrus Com. scribit: « *electo terrae tempore*, id est cum elegisset » terram ad portandum. Hebraeus sic habet » *aliquanto terrae spatio*. Eadem ambiguitas » in Genesi legitur: *eratque vernum tempus;* » ubi hebraeus habet: *adhuc spatium terrae* » *erat*. Et sic latinus interpres posuit *electum* » *tempus* vel *vernum*, pro spatio. » Hebraica verba כברת ארץ plerisque interpretibus significare videntur certam quamdam viae mensuram, atque occurrunt quoque Genes. XXXV, 16. XLVIII, 7. Conf. Gesenii *Thes. p. 658*. et Ugdulena in *Gen. l. c.;* hinc Isidorus Clarius posuit *quasi per stadium terrae*. Aliter autem visum est Hieronymo III, 360. qui scribit: « Melius est si transferatur » *in electo terrae tempore*. Porro vernum tem» pus significat, quum in florem cuncta rum» puntur, et anni tempus electum est. » Hanc vero hieronymianam interpretationem propugnat De Azevedo p. 481.

20. *Dixitque Giezi* — Bibl. Ven. 1476. 1479. 1482., all. *Dixit Giezi*. Cod. K *non accipere*, pro *ut non acciperet;* et codd. F, Cas. 1. *ut accipiam*, pro *et accipiam*.

21. *vidisset ille* — Cod. H tacet *ille*. Pro *desiliit*, sixtini, codd. A, D, G, I, K, T, V *desiluit;* codd. C, E, F, S, U, Bibl. Ven. 1476., Hugo, minus recte *desilivit;* forma a sixtinis recepta apud optimos scriptores unice probatur. Cod. H notat hebraeum pro *Recte ne sunt omnia?* legere *Nonne pax est?*

22. *misit me ad te* — Tacent *me* codd. B, G, Dionysius carth.; expungunt *ad te* sixtini, quibus favent codd. A, C, D, E, F, I, K, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron.,

Bibl. Ven. 1476. 1495., Hugo, Abulensis, hebraeus et veteres, excepto arabe et armeno; Toletus notat: « Non habent *ad te* he» braeus, graecus et aliquot manuscripti et » prior Congregatio. » Cod. H notat hebraeum pro *adolescentes*, legere *pueri*.

23. *accipias duo talenta* — Cod. V, Bibl. Ven. 1476. cum graeco addunt *argenti;* mox vero pro *ligavitque duo talenta argenti*, cod. B *ligavit duo talenta*. Origenes ex Theodotione graecorum codicum lacunam expleverat, teste codice syro-hexaplari. Pro *et duplicia*, cod. S, Bibl. Lugd. 1506. 1510. 1514., Basil. 1509., Paris. 1519., all. *et duplicata;* et pro *qui et portaverunt*, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1482., Argent. 1497., Basil. 1491. 1495., Norimb. 1501., all. *qui et portaverant;* tacent *et* Bibl. Ven. 1484. 1495., Abulensis.

24. *Cumque venisset* — Bibl. Ven. 1479. *Cumque venissent;* item syrus, armen., slav. et non pauci graeci codices; cf. infra gothic. legion.; et pro *iam vesperi*, cod. veron. *etiam vesperi;* alii non pauci *iam vespere;* Hieronymus, aliique veteres interpretes legisse videntur אפל, pro עפל quod est *tumulus*, *clivus;* conf. Malvenda. Ad verba *in domo* cod. Cas. 1. addit *sua;* et pro *viros*, cod. B legit *pueros*, ut superiori versiculo.

25. *Et dixit Eliseus* — Bibl. Ven. 1495., Ordin. *Et dixit ei Eliseus;* item hebraeus et veteres. Cod. H notat hebraeum non legere *venis*. Pro *Qui respondit*, Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498., all. *Cui respondit*. Cod. veron. *quaquam*, pro *quoquam*.

26. *At ille ait: Nonne* — Sixtini, codd. A, H, K, Bibl. Ven. 1476. *At ille, Nonne, ait;* cod. goth. leg. tacet *ait;* cod. mediol. omittit *Nonne*. Cod. H notat hebraeum legere *vir*, pro *homo;* item VI, 6. Pro *in occursum tui*, cod. G, Eucherius, Claudius taurin., Petrus Com., Abulensis *in occursum tuum;* Gregorius M. I, 1175. *in occursum tibi*. Eucherius, Claudius taurin., Hincmarus CXXV, 945. ex Augustino VII, 697. haec proferunt: « Secun» dum LXX. ista sunt ad Iezi verba prophe» tae: *Nonne cor meum erat* (all. *iit*) *tecum*, » *quando conversus est vir de curru in obviam* » *tibi, et accepisti pecuniam?* » Pro *vineas*, sixtini, gregoriani, codd. A, C 1. m., E, H, K, S, T, V 1. m., Cas. 15., veronen., Eucherius, Petrus cluniac. CLXXXIX, 707. *vineta;* hanc lectionem codex O modernis tribuit; Toletus scribit: « Aliqui manuscripti et prior » Congregatio legunt *vineam* (sic); sed he» braeus, graecus, impressi omnes ac plu» rimi manuscripti *vineas*. » Cod. K pro *oves, et boves*, legit *boves, et oves*.

27. *adhaerebit* — Cod. veron. *aderit*. Mox tacent *usque* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., veron., mediol., Bibl. Ven. 1476. 1495., Petrus Com. et cluniac. l. c., Abulensis; item hebraeus et veteres; sed cf. De-Rossi et Holmesius. Pro *ab eo leprosus quasi nix*, antiquiores editiones *quasi nix ab eo leprosus;* posteriores editt. Rob. Stephani *ab eo quasi nix leprosus*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. V, 1. *erat homo magnus in conspectu domini sui, et praeclara facie, atque exaltatus in nomine* (postrema haec verba alibi non occurrunt). . . . 2. *Et cum rex Syriae* (graecus Συρία, codd. ἐκ Συρίας; nullus habet *rex*) *exiens in expeditione captivasset puellam pusillam, et esset haec in ministerio Neman*. . . . 8. *Veniat nunc ad me, ut cognoscat quoniam est Deus in Israel, et ego propheta eius* (vide supra ad h. l.). . . . 12. *Et haec dicens regyravit se* (nota verbum *regyro;* cf. Maius Class. Auctt. VIII, 259. et Du Cangius) *abiens in iracundia;* 13. *et ut venit ad Iordanem* (haec alibi non leguntur), *accesserunt servi illius*. . . 14. *Et reversa est caro eius ad eum* (item codd. ἐπ' αὐτόν) *sicut caro puerculi pusilli*. . . . 17. *Et dixit Neman: Si non vis, dabitur servo tuo par curruum, et par mularum et paradeim terra russa* (hebraeus משא צמד־פרדים אדמה, graecus γόμος, ζεῦγος ἡμιόνων, codd. addunt ἀπὸ τῆς γῆς, pauci subdunt τῆς πυῤῥᾶς; margo cod. syro-hexapl. habet ܐܘܪܡܐ ἅρμα, fortasse ex

Aquila, pro γόμος; noster legebat ἅρμα. Laudatae igitur latinae versionis ratio partim ex hebraeo, partim ex LXX. reliquisque graecis interpretibus petenda est.)... 19. *et comitatus est cum illo in chabratha terra.* [Alias: *et ille discedens ab eo, quum abiret in gopheram terram*] (Legebat igitur χαβραθά cum multis codd., non δεβραθά; illud autem est hebraicum כברת, quod et syrus hexapl. adnotavit; at *gopheram*, undenam expiscatus est? cf. infra v. 24.); *dixit Giezi puer hominis Dei*... 23. *Et dixit Naaman instantius* (codd. ἐπιεικαίως): *Accipe duo talenta argenti in duobus follibus, et duas stolas vestimentorum*... *et sustulerunt*, 24. *et venerunt in terram gaphela* (hebraeus אל־העפל) [Alias: *in terra gophera*; alias: *et venerunt in locum obscurum*. Graecus εἰς τὸ σκοτεινόν]: *et accepit de manibus puerorum* (item codd. graeci), *et commendavit illa ibi* (legerit ἐκεῖ?).

Cap. VI, 1. *Dixerunt autem*—Cod. B *Dixerunt ergo*. Mox cod. mediolan. 1. m. tacet *ad Eliseum*.

2. *et tollant*—Codd. C, G, H, L (seu Q) *et tollamus*; accedunt hebraeus et veteres, praeter arabem; codd. F, V, Cas. 1. *ut tollant*; Cas. alter *et tollent*. Pro *nobis ibi locum*, codd A, N, P, Cas. 2., Rupertus, Hugo *nobis ibi domum*; epanorthotes in cod. N animadvertit: « Antiqui *ut aedificemus nobis ibi domum*; quia vero hebraeus habet *locum*, pro » quo interpres posuerat *domum*, nec enim » usus est latinorum ut dicant se velle aedi» ficare *loca*, sed *domos* in locis, destruxe» runt *domum*, et posuerunt *locum*. Sed, ut » alia mille omittam, supra II Reg. XXI. » (v. 16.) dicitur quod *ferrum hastae* Iesbi » de Nob *trecentas uncias appendebat*; pro » quo hebraeus habet *pondus cannae trecenti* » *sicli de aere*. Mirum esset si isti scivissent » quid in hebraeo latebat, nisi pro *ferro*, *aes* » posuissent. » Graecus tacet *locum*; at pauci codd. legunt σκέπην, cod. 245. οἶκον, syrus hexapl. τόπον; tacent *ibi* codd. E, Cas. 5.; omittunt *nobis* codd. F, V.

3. *et tu cum servis tuis*—Cod. K *et tu nobiscum*.

5. *materiam*—Non pauci codices praeferunt *materiem*. Pro *caderet*, cod. B *cadere*; et pro *exclamavitque*, codd. F, S, Bibl. Ordin. *exclamavit*. Mox pro *Heu heu heu*, codd. H, Q *Eheu*; cf. supra ad III, 10. Pro *mutuo*, Gregorius M. I, 1178. (cf. et pag. 701.) et Rupertus *mutuum*.

6. *praecidit*—Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Basil. 1491. 1495., Ven. 1484. 1492., Paris. 1504., all. *praescidit*. Cod. H notat hebraeum legere *iecit*, pro *misit*. Sabatierius hoc loco proferre debuisset veteris latinae versionis lectionem ex Gregorio M. I, 701. IV, 172. ubi legitur: « In alia translatione di» citur quod *confregit lignum atque iactavit*, » et sic ferrum sustulit. » Eadem habentur apud Rabanum et Angelomum.

7. *tulit*—Cod. veron. *adtulit*.

8. *contra Israel*—Bibl. Ven. 1476. *contra regem Israel*. Pro *ponamus*, codd. G, S, Cas. 3. *ponemus*; Thomas. I, 106. *ponam*; accedunt hebraeus et graecus.

9. *in locum illum*—Codd. A, C, D, E, F, K, N, O, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Rabanus, Rupertus *in illo loco* (aut *in loco illo*); cod. P, Petrus cluniac. l. c. *per locum illum*; cod. N notat: « Secundum hebraeum et antiquos *ne* » *transeas in illo loco*; non vult dicere non » transeas tendendo *in illum locum*, sicut » quidam mutantes posuerunt; sed ne trans» eas *per illum locum*. »

10. *Misit itaque*—Codd. B, E *Misit ergo*; cod. U *Misitque*; tacent *itaque* sixtini, codd. A, D, F, I, K, O, T 2. m., Cas. 14., gothic. legion., veron.; Toletus notat: « Manuscripti » aliquot et prior Congregatio non legunt *ita*» *que*; habent tamen impressi omnes et plu» res manuscripti. In hebraeo est particula » *et*, quae etiam significat *itaque*; et simili» ter in graeco. » Cod. H notat hebraeum legere *rapuit*, pro *praeoccupavit*. Pro *non semel neque bis*, cod. Cas. 1. *semel et bis*.

11. *Conturbatumque*—Codd. F, G *Conturbatum*. Pro *cor regis Syriae*, cod. K *rex Sy-*

riae, et pro *hac re*, codd. H, V, Bibl. Ven. 1476. *re hac;* et pro *indicatis*, codd. G, veronen., Bibl. Ven. 1476., Dionysius carthus. *indicastis;* cod. R *proditor meus*, loco *proditor mei*.

12. *indicat* — Codd. D 2. m., U, Cas. 14. *ipse indicat;* accedit arabs. Codd. F, V *quae*, pro *quaecumque*.

13. *Dixitque eis* — Sixtini, codd. A, C, D, F, I, K, O, T, U, Cas. plures, gothic. legion., Bibl. Ven. 1476. 1492. 1497., Basil. 1491., Brix. 1496., Abulensis *Dixit eis;* cod. G *Dixit autem eis;* hebraeus et veteres tacent pronomen. Pro *Annunciaveruntque*, codd. C, Cas. 1., antiquiores editiones *Annunciaverunt;* cod. I *Et nunciaverunt;* mox cod. veron. tacet *ei*. Pro *in Dothan*, Sixtus, codd. D 2. m., E, F, I, R, S, U, V, veteres editiones *in Dothain;* ex his pauci mendose *in Dothaim*, unde Magdalius: « Non *Dothaim*, ut mendosi » codices habent, sed *Dothan* legi debet. » Attamen graecus Δωθαΐμ, de quo cf. Holmesius. Emendarunt sixtini, gregoriani et Toletus. Epanorthotes in cod. N scribit: « Hebraeus et antiqui hic habent *Dothan*, quia » non habet unam *ioth*, quam habebat dum » dicebatur *Dothain* Gen. XXXVII. (v. 17.). » Nimirum in Gen. l. c. scribitur דתין, hoc autem loco דתן, quod tamen idem esse videtur; conf. Gesenii *Thesaur. pag*. 332. Codd. Cas. 14. addunt *est;* item armenus et slavon. mosquen.; codd. G 2. m., N*, R, S, Cas. 2. addunt *moratur*, quod in cod. O expungitur.

14. *Misit ergo illuc* — Rabanus addit *rex Syriae;* item tres graeci codices apud Holmesium. Cod. H notat hebraeum legere *currum*, pro *currus;* item deinceps. Pro *venissent*, Bibl. Ant. 1565. 1570., Lugd. 1569., all. *venisset*.

15. *egressus, vidit* — Codices nostri omnes et veteres editiones, itemque Rabanus, Angelomus, all. legunt *egressus est, viditque;* at Sixtus posuit *egressus portam vidit;* gregoriani vero expunxerunt *portam*, indeque orta est hodierna lectio. Toletus autem frustra adnotavit: « Non habent *portam* hebraeus, grae» cus, Compl., Reg., Ordin. et Lovan. Aliqui » autem latini codices habent *egressus est*, » *viditque;* sed manuscripti non habent illud » *est* nec *que;* et sic utraque Congregatio. » Verum sixtinis hodierna lectio ignota fuit; nam Lovaniensium lectionem codicibus consentaneam agnoscentes intactam reliquerunt. Ante *equos* tacent *et* codd. Cas. 14., [illegible] chaldaeus in polyglottis londinensibus. Post *nunciavitque* codd. gothic. legion., veronen. tacent *ei*. Pro *Heu heu heu*, codd. H, Q *Eheu;* codd. A, B, veron., Rabanus *Heu heu;* conf. vers. 5.

17. *aperi oculos huius* — Codd. G, R, S *aperi oculos huius pueri;* codd. V 2. m., Cas. 1., plures ex antiquioribus editt. *aperi oculos pueri huius;* cod. Cas. 1., s. Maximus taurin. p. 309. et Rabanus *aperi oculos eius;* codd. N, O expungunt *pueri;* conf. Sabatierius. Pro *vidit: et ecce*, antiquiores editiones *vidit quia ecce*. Ante *curruum* tacent *et* Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., all. Ex mendo typographi Sixtus habet *circitu*, pro *circuitu;* sed chartula superimposita, emendavit. Maximus taurin. l. c. fortasse ad sensum excitat hunc vers. *Et aperti sunt oculi eius, et vidit, et ecce mons totus plenus equitatu;* conf. Ambrosius apud Sabatierium.

18. *Hostes vero* — Cod. H notat haec non legi in hebraeo; attamen subintelligi plures affirmant, quibus arabs adstipulatur; nonnulli vero Eliseum eiusque puerum descendisse de monte intelligunt. Pro *oravit ad Dominum*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, gothic. leg., veron., Bibl. Ven. 1476. 1495., Rabanus, Angelomus, Abulensis *oravit Dominum;* in cod. F desideratur hic versiculus.

19. *Dixit autem ad eos Eliseus* — Codd. B, E, I *Dixitque Eliseus ad eos*. Pro *neque ista* fere omnes codices, et non paucae ex antiquioribus editt. *nec ista;* et mox cod. N tacet *est*, cod. Cas. 1. omittit *quem quaeritis*.

20. *fuissent in Samariam* — Cod. A *fuissent in Samaria;* tacent *in* codd. C, F, G, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., all. In cod. Cas. 1

desiderantur verba *Aperuitque Dominus oculos eorum.* Pro *se esse*, codd. A, H, K *esse se.*

22. *At ille ait* — Fere omnes veteres editiones cum Rabano et Angelomo *Et ille ait;* ad fidem codicum hodierna lectio a sixtinis invecta fuit. Pro *Non percuties*, Bibl. Lugd. 1522. 1524. *Non percutias;* cod. V cum syro addit *eos.* Cod. B 1. m. praetermittit verba *neque enim cepisti eos gladio, et arcu tuo, ut percutias;* codd. G, T, Rabanus, Angelomus legunt *aut arcu.* Mox tacent *sed* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, T, U, Cas. plures, mediol., veron., Rabanus; item hebraeus et veteres. Mendose apud Angelomum legitur *ad domum suam*, pro *ad dominum suum.*

23. *Appositaque est* — Codd. D, F, R, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Hugo *Et apposita est.* Cod. H notat hebraeum legere *misit*, pro *dimisit.* Pro *latrones*, cod. F 1. m., Bibl. Ven. 1476. *latrunculi*, ut supra V, 2. Notat Mazochius in *Spicil. bibl. t. 2. p. 163., latrones*, veteribus non semper in deteriorem partem accipi.

24. *Benadad* — Rursum plures codd. et antiquiores editiones, Claudius taur., Angelomus *Benadab;* cf. ad III Reg. XV, 18. XX, 1. Biblia Ienson Ven. 1476. 1479. post *exercitum* tacent *suum.* Pro *obsidebat*, Eucherius, Claudius taur., Rabanus *obsedit;* Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. *obsidebant.*

25. *Factaque est fames magna in Samaria* — Haec deerant in cod. B; neque legunt duo codices holmesiani; tacent *magna* codd. D 1. m., veronen.; habent *Facta est autem* etc. cod. V, Eucherius, Claudius taurin. Pro *cabi*, codd. C, F, T, U, Cas. 15., Biblia Ienson Ven. 1476. 1479., Hugo a s. Victore, Rupertus *cadi;* Hugo a s. Charo notat: « Quidam libri » habent *cadi*, et est *cabus*, sive *cadus* no- » men mensurae. » Cod. I legit *gabi*, sed in marg. adnotatur: « *Kabi* nomen est hebrai- » cum, et est genus mensurae, et scribitur » per *Kaph* et *beth*, ut dicit hebraeus; et sic » habent antiqui; unde quidam male ponunt » *cadi*, quod est in Evangelio (Luc. XVI, 6.) » *C. cados olei.* » Eadem leguntur in cod. M, ubi praeterea additur: « *Gomor* quippe, et » *hyn*, et *ephi*, et *cab*, et *bat*, quod nos dici- » mus *kabus* et *batus*, mensurae sunt. » Hebraeo קב consonat ⲕⲁⲃⲓ, cf. Peyron *Lex. copt. p. 63.* Eucherius legit *canistri;* Theutmirus *capi*, de quo singularis est expositio Claudii taurin. CIV, 828. « Dicit etiam eadem » Scriptura, quod tanta ac talis fames *facta* » *est in Samaria, et tamdiu obsessa est civi-* » *tas, donec venundaretur caput asini octo-* » *ginta argenteis, et quarta pars capi stercoris* » *columbarum quinque argenteis.* Capi ster- » coris vescicula gutturis intelligi potest, ex- » cepto quod nominis ambiguitas nos dubios » reddit, quod non ait *caput* aut *capitis.* Ob- » sessa enim multo tempore ab hostibus ci- » vitas, dum nulli hominum egressus pate- » ret, columbae liberae volando ferebantur » in agros, sive ad exercitum, et invento gra- » no replebant vesciculas gutturis, et hac ea- » dem hora regressae in civitatem, antequam » ruminando grana consumerentur; sic ve- » nundabatur argenteis quinque granorum » copia, non stercoris fetor. Haec non alicubi » legi, nec ab alio didici, sed ut mihi visum » est, taliter dixi. Si quid tamen tu melius » de hoc invenire potueris, bene erit, si nos » feceris nosse. » Aliorum interpretum opiniones vide sis in Comm. Ugdulenae. Pro *columbarum*, cod. A *columborum.*

26. *mulier quaedam* — Tacent *quaedam* sixtini, codd. A, B, H, I, K, U, Cas. 15., mediol., veronen.; notat autem Toletus: « Hebraeus, » graecus, manuscripti aliquot et prior Con- » gregatio non habent *quaedam.* Est tamen » in omnibus impressis et plurimis manu- » scriptis. » Pro *exclamavit*, Abulensis *clamavit;* mox tacent *ad eum* codd. D 1. m., goth. legion.; et dein cod. H notat hebraeum non legere *me.*

27. *Non te salvat Dominus* — Veteres codices et editiones fere omnes *Non: te salvet Dominus;* de hac lectione Lucas Brugensis scribit: « Alii hypostigmate postposito ad- » verbio *Non*, scribunt praesens imperativi » *salvet*, pro praesenti indicativi *salvat;* forte

» quia non intellexerunt prioris lectionis sensum, qui est: Dominus non salvat te, unde» nam salvem te ego? Si Dominus non sal» vat te, unde ego? » Recentiores non pauci ex hebraeo interpretantur *Nisi te servet Dominus*. Verum אל, quemadmodum animadvertit Maurerus, numquam significat *Nisi*. Toletus adnotat manuscriptos et utramque Congregationem habere *salvat;* in Bibliis autem Reg., Complut. et multis codicibus legi *salvet*. Nostri vero codices antiquiores universi prae se ferunt *salvet;* Vallarsius enim nonnisi ex typographi mendo posuit *salvat*. Hodiernam lectionem sixtinis acceptam referimus; eamdemque commodum exhibere sensum, neque ab hebraico textu alienum fatemur; at, repugnantibus testibus, illam Hieronymo adscribere non audemus. Immo probabile nobis videtur latinum interpretem graecos imitatum fuisse, qui habent Μὴ σὲ σώσαι Κύριος, quasi rex iratus Deum mulieri infensum imprecetur. Conf. Bukentopius p. 182., Sanctius aliique a Calmeto laudati interpretes.

Ibid. *te possum salvare* — Sixtini, codd. A, D, E, G, I, U, V, Bibl. Ven. 1495., Hugo, Abulensis *salvare te possum;* codd. C, F, K, T, Bibl. Ven. 1476., Petrus Com. *te salvare possum;* Bibl. Lugd. 1550. 1554. 1558., Ven. 1558., all. *possum te salvare*. Pro *vel de torculari*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, mediol., Bibl. Ven. 1476. 1495., Ord., Hugo, all. *an de torculari*.

28. *Da* — Codd. V, mediolan., Dionysius carthus. addunt *mihi*, ut cod. 245. Holmesii. Pro *comedemus cras*, cod. A *comedimus cras;* codd. D, F, I, Cas. 14., Rupertus *comedamus cras*.

29. *Dixique* — Bukentopius p. 409. scribit: « Puto esse speciale mendum, quo in » editione Sixti V., addita littera *t*, inadver» tenter est impressum *Dixitque*, pro *Dixi*» *que;* hoc enim habent omnes tam veteres, » quam recentes editiones latinae. » At in primis Bukentopius adnotare debuisset Sixtum, erasa littera superflua in sua editione, errorem emendare studuisse. Dein falso asserit omnes latinas editiones legere *Dixique;* nam complures habent *Dixitque;* sic Venet. 1476. 1487. 1494. 1499., Basil. 1495., Norimb. 1527., Lugdun. 1522. 1535., Paris. 1566., all.; immo ex ipsis hentenianis editionibus id legunt Ant. 1565. 1570. 1583. (quam recte emendarunt sixtini), Franc. ad M. 1566., Ven. 1576. 1588., Lugdun. 1581., all.; idem mendum occurrit in codd. F 1. m., U; nec desunt graeci codices. Unde patet Bukentopium temere scripsisse hoc esse speciale mendum editionis Sixti V. Pro *die altera*, cod. G, antiquiores editiones, Brev. goth. p. 356. *altera die*.

30. *transibat* — Bibl. Basil. 1491., Venet. 1492. 1497., Brix. 1496., all. *pertransibat;* alii cum cod. A et Bibl. Mog. 1462. *transiebat;* cf. ad Ios. III, 17. Pro *per murum*, sixtini, gregoriani, codd. A, E, F, H, I, K, T, U, V, Cas. 3., goth. legion., veron., Hugo *super murum;* Toletus ipse scribit: « Hebraeus, » graecus et manuscripti legunt *super mu*» *rum*. » Sed cf. Holmesius. Mox cod. H notat hebraeum non legere *omnis*. Post *vestitus erat* addunt *rex* codd. R, S, V 2. m., Cas. 2., Bibl. Ven. 1480. 1482. 1489., Paris. 1504. 1560., Lugdun., 1506., 1522., priores editt. Rob. Steph., all.; in cod. O expungitur; Bibl. Ord. *vestitus rex erat*.

31. *Et ait rex* — Tacent *rex* sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, I, K, L 3., O, Q, T, Cas. 1., mediol., veron., Abulensis; item hebraeus et veteres, sed cf. Holmesius. Pro *mihi faciat*, codd. F, I, R, S, V, Bibl. Ven. 1476., Petrus Com., Dionysius carth. *faciat mihi*. Pro *super ipsum*, sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, C, D, F, G, H, K, T, U, goth. legion., Bibl. Ven. 1495., Rupertus, Abulensis *super eum*.

32. *nuncius ille, dixit* — Sixtini ad fidem codicum et antiquiorum editionum *nuncius, ille dixit;* codd. C, Cas. 2. *nuncius, dixit ille;* Lucas Brugensis ait: « Haec legitima vide» tur esse interpunctio, ut pronomen *ille* con» iungatur verbo *dixit*. » Item Bukentopius pag. 182. « Interpunctio rectius collocaretur

» ante *ille*, sicut ponitur in veteri manuscri» pto bibliothecae nostrae Lovaniensis, ita ut » *ille* non referatur ad nuncium, sed ad Eli» seum, prout manifeste refertur in hebraeo » והוא אמר; eodem modo est in graeco. » Pro *filius homicidae hic*, codd. G, R, V, Cas. plures, multae ex antiquioribus editionibus *filius homicidae huc;* item latina versio chaldaei in polyglottis antuerpiensibus; at recte cod. O notat: « Lege *hic*, id est *iste* prono» men, non *huc*. » Pro *praecidatur*, Bibl. Ven. 1484. 1492. 1497., Norimb. 1501., Compl., all. *praescidatur;* et pro *cum venerit*, cod. R *ut venerit;* Bibl. Rom. 1471. mendose *cum veniret*.

Ibid. *et non sinatis eum introire* — Cod. H notat hebraeum legere *et atterite eum in ostio;* « prima manus, ait Martianaeus, scholion » istud apposuerat hoc modo *et stringite eum* » *in ostio;* sed alius, aut idem scriptor ad» didit postea *atterite* supra *stringite;* quod » ab emendatore canonis, viro, ut putamus, » hebraicae linguae satis perito, ita facti» tatum credi potest. » Verba sacri textus ולחצתם אתו בדלת, ab alexandrino quoque redduntur καὶ παραθλίψατε αὐτὸν ἐν τῇ θύρᾳ. At vero melius transferri possunt *et amolimini eum porta*, seu propellite eum (cf. Gesenii *Thesaur. p. 754.*), quod Vulgato accedit; nec alio sensu accipiendus est syrus. Bibl. Ordin. *et non sinatis introire eum*. Pro *sonitus*, cod. mediol. *sonus*.

33. *Adhuc illo* — Codd. A, G, R, S, Cas. 3. *Et adhuc illo;* cod. F tacet *illo;* conf. Holmesius. Pro *loquente eis*, cod. H *loquente cum eis;* favent hebraeus et veteres. Idem cod. H notat hebraeum pro *quid amplius expectabo a Domino?* legere *quid amplius deprecabor Dominum?* hunc sensum admittunt chaldaeus, syrus et arabs; sed verbum hebraicum אוחיל, et graecum ὑπομείνω significat *expectabo* seu sperabo. Bibl. Ven. 1495. *et quid amplius* etc., item cod. 150. Kennicotti. Haec autem verba, etsi nuncio regis adscribi videntur, complures tamen interpretes ab ipso rege, qui interim advenerat, prolata fuisse opinantur.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. VI, 8. *In locum phalmunum obsessionem faciamus* (graec. ἐλμωνί, codd. φελμουνί, syrus hexapl. φελμονί, ex hebraeo פלמני, idem ac פלני אלמני; cf. Gesen. Thes. pag. 1104., Hieronymus III, 207. 214.)... 25. *quo usque esset caput asini L. siclos argenti* (cf. Holmesius), *et quartarium stercoris columbini*.... 32. *Et Heliseus sedebat in Bethel* [alias: *in Bethelem*] (at graecus ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, cum hebraeo בביתו), *et omnes presbyteri cum illo*. . . . *Concludite ostium, et comprimite illum in ostio* [alias: *et conterite eum in ianua*].

Cap. VII, 1. *statere* — Hoc in capite cod. H notat hebraeum legere *siclo;* item margo Ord.; codex autem veron. notat *LXX. siclum*. Iam vero staterem siclo aequiparatum fuisse aperte tradidit Hieronymus V, 43. 563. Cf. Cavedoni *Numism. bibl.*

2. *unus de ducibus* — Cod. H notat hebraeum legere *dux;* sed hebr. השליש, et graec. ὁ τριστάτης, videtur denotare unum de tribus nobilissimis regis comitibus. Pro *manum*, cod. G, Bibl. Venet. 1476. *manus*. Cod. H notat pro *homini Dei, ait: Si Dominus fecerit etiam cataractas in caelo, numquid poterit esse quod loqueris?* hebraeum legere *viro Dei, ait: Ecce Dominus faciet cataractas in caelo. Numquid poterit esse quod loquor?* At recte animadvertit Martianaeus: « Fallitur » hoc loco scholiastes noster: neque vero » aliud habet hebraeus praeter ista היהיה » הדבר הזה, id est *Numquid erit verbum* » *hoc?* Id Hieronymus refert ad ducem regis » Israel loquentem, et Elisei prophetantis » verba suggillantem. Quare optima est hie» ronymiana interpretatio.... Animadvertat » lector idem scholion marginale appositum » in fine huius capituli. » Pro *fecerit etiam*, Brev. goth. p. 356. *etiam fecerit;* et pro *cataractas in caelo*, codd. Cas. 2. *cataractas caeli aperiri;* codd. B 2. m., G, N* 1. m., R, S *cataractas in caelo aperiri;* at recte correctoria M, N, O abiiciunt verbum *aperiri;* conf.

infra ad v. 19. ubi rursum hoc additamentum occurrit. Pro *Qui ait*, codd. F, G *Cui ait*.

3. *introitum portae*—Addit *Samariae* cod. Cas. 1.

4. *moriendum nobis est*—Cod. F, Bibl. Ven. 1476. *moriendum est nobis;* Brev. gothic. l. c. *nobis moriendum est;* Bibl. Basil. 1491. tacent *est*. Pro *venite ergo*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, T, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1495., Abulensis *venite igitur*. Pro *et transfugiamus*, cod. veronen. *ut transfugiamus;* Bibl. Basil. 1530. tacent *et;* item armenus et cod. 246. Holmesii. Ad *nihilominus* cod. H subdit *et*.

5. *Surrexerunt ergo*—Sixtini, codd. A, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1495., Ordin., Hugo *Surrexerunt igitur*. Pro *vesperi*, codd. D, E, F, I, O, T, Bibl. Venet. 1476., all. *vespere;* cf. ad III Reg. XXII, 35.; cod. H notat hebraeum legere *mane;* Verum נשף significat *crepusculum* tum vespertinum tum matutinum; Thenius autem, Ugdulena aliique magis verisimile censent hoc loco ad vespertinum referendum esse; nec obstant veteres interpretes; immo aperte favet arabs مسيا. Post *castrorum* tacent *Syriae* Bibl. Lugdun. 1506. 1509., cod. 85. Kennicotti, et duo codices Holmesii.

6. *audiri fecerat*—Codd. F, Q, V, Bibl. Rom. 1471., Ven. 1480. 1483. 1487., Ord., Paris. 1541., Lov. 1547., aliaeque complures editiones *audire fecerat;* nec obstat hebraeus; at vero ad fidem optimorum codicum emendarunt sixtini, quibus favent non paucae ex antiquioribus editionibus et Bibl. Complut., Rob. Steph. et Lucas Brugensis. Mox Brev. goth. l. c. omittit *in castris Syriae*. Ante *equorum* tacent *et* codd. F, U; item ante *exercitus* codd. H, L 2. (seu Q), R; de utraque lectione conf. De-Rossi *Varr. lectt.* Pro *dixeruntque*, sixtini et gregoriani cum cod. A *dixerantque;* et pro *Hethaeorum*, antiquiores editiones *Gethaeorum*.

7. *et equos et asinos*—Codd. B, E, G, I, R, S, V, Cas. plures, Bibl. Ven. 1476., Brev. goth. l. c. addunt *et mulos;* item Abulensis, qui notat: « In hebraeo non habetur *et mulos*, id tamen littera nostra posuit; quia » infra ponitur quod in castris Syriae erant » equi, et asini et muli. » Verum nos id infra in nullo codice reperimus; hinc recte additamentum abiicitur in cod. O ad fidem veterum. Pro *tantum suas*, codd. E, U *suas tantummodo;* codd. C, F, I, R, S, T, V, Bibl. Ven. 1476. *suas tantum*.

8. *tuleruntque*—Cod. Cas. 1. addit *omnia*. Pro *et rursum reversi sunt*, cod. U *et reversi sunt rursum;* Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. tacent *et;* cod. H notat hebraeum non legere *rursum*.

9. *facimus*—Bibl. Lugd. 1506. 1509. *faciemus*. Cod. H notat hebraeum non legere *boni;* at vero בשׂרה significat *laetum nuncium*, unde recte Vulgatus posuit *boni nuncii*. Pro *nunciare*, cod. B *indicare*. Cod. Cas. 1. tacet *usque mane;* codd. I, U legunt *usque in mane;* et post *nunciemus* codd. E, I addunt *haec*.

10. *ibidem reperimus*—Cod. mediolan. *ibi reperimus*. Pro *hominem*, codd. A, E 1. m., H, I, K, T 1. m., U, Cas. 2., veron. *hominum*.

11. *in palatio*—Codd. G, Cas. 1., Abulensis *in aula*, ut vers. 9.

12. *ait ad servos suos*—Codd. E, I *ait ad pueros suos;* pro *fecerint*, codd. G, R, S, veron., Abulensis *fecerunt;* et ante *idcirco* tacent *et* codd. R, Cas. 5. Pro *eos vivos*, codd. A, C 1. m., D, F, K, T 1. m., U, mediol. *eos viventes;* et pro *civitatem ingredi poterimus*, cod. E *ingredi poterimus civitatem;* cod. I *ingrediemur civitatem;* favent hebr. et graecus.

13. *servorum eius*—Addunt *et ait* codd. F, K, V; item hebraeus et veteres.

14. *duos equos*—Codd. E, F tacent *duos;* hebraica verba שׁני רכב סוסים significant *duo iuga equorum*. Pro *rex in castra*, sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, N, O, P, T, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1495., Ordin., Abulensis *rex ad castra;* Toletus ipse ait: « Manuscripti et prior Congregatio legunt *ad*. » Epanorthotes in cod. N scribit: « Iuxta » hebraeum et antiquos *ad castra*, non *in castra;* hebraeus potius habet *post castrum* » (אחרי מחנה); unde praepositio *ad* signi-

» ficans est ibi et gravius, et ponitur pro » *iuxta* vel taliter. » Codd. Cas. 2. *rex Israel in castra;* item graecus, sed cf. Holmesius, cui addes cod. syro-hexapl. in quo deest *Israel*. Pro *Syrorum*, multae ex antiquioribus editt. et non pauci codices *Syriorum;* cf. ad III Reg. XX, 26. Ante *videte* tacent *et* codd. A, C, K, U; item syrus.

15. *indicaverunt regi* — Cod. H tacet *regi*.

16. *Syriae* — Codd. E, I *Syriorum*.

17. *incumbebat*—Hanc lectionem ad fidem plurimorum codicum probaverat Rob. Steph. in suis prioribus editionibus, eamdemque receperunt sixtini; at codd. A, B, F, G, K, R, S, T, U, V, mediolan., veron., Brev. gothic. l. c. et fere omnes veteres editiones *incubuerat;* Bibl. Ven. 1476. 1479. *incuberat;* Toletus notat: « Reg., Lovan. et alii codices legunt *in-* » *cubuerat;* at vero graecus, manuscripti et » utraque Congregatio *incumbebat ;* Sixtus » emendavit. » Pro *turba in introitu portae*, ex hebraeo cod. H *populus in porta;* sixtini, codd. A, B, C, D, E, I, K, M, O, T, U, Cas. 2., mediolan., veron., Abulensis tacent *portae*, quod superfluum videtur; cf. Vallarsius. Pro *iuxta quod*, codd. E, G, L (seu Q), S, V, Abulensis *iuxta verbum quod*.

18. *secundum sermonem* — Codd. C 1. m., F, S, T, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476. 1482., all. *iuxta sermonem*. In cod. B verba *in porta Samariae* ponuntur post *uno erunt*.

19. *dux ille* — Cod. H notat hebraeum non legere *ille*. Idem codex rursum notat pro *Etiamsi Dominus fecerit cataractas in caelo, numquid poterit fieri quod loqueris?* hebraeum legere *Ecce Dominus faciet cataractas in caelo. Numquid poterit esse quod loquor?* cf. supra ad v. 2.; pro *fecerit*, cod. Cas. 1. *faceret;* Bibl. Lugd. 1550. 1554. 1556., Ven. 1558. *fecit;* ad verba *cataractas in caelo* codd. B, E, G, K, R, S, Cas. 3. addunt *aperiri;* pro *poterit fieri*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, Bibl. Ven. 1476. 1495., Ord., Hugo *fieri poterit;* cod. Cas. 1. *potest fieri*. Post verba *Et dixit* codd. R, S, Cas. 4., Abulensis tacent *ei;* nec legitur in hebraeo et graeco.

20. *Evenit ergo ei* — Cod. I *Venit ergo ei;* cod. E tacet pronomen, ut graecus. Pro *praedictum fuerat*, codd. B, E, F, K, T, U, et fere omnes veteres editiones *praedictum erat;* ad fidem aliorum codicum et Bibl. Ordin. mutarunt sixtini. Ad verba *et mortuus est* cod. C addit *iuxta sermonem viri Dei*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. VII, 2. *in quo requiescebat rex in manu illius*. . . . 3. *Et quatuor viri erant leprosi in postica porta civitatis* (graecus παρὰ τὴν θύραν τῆς πόλεως). . . . 5. *Et surrexerunt diluculo* (graecus ἐν τῷ σκότει), *et intraverunt in castra Syriae*. . . 6. *Deus enim misericors Israel* (undenam sunt ista?) . . . . 7. *Et surrexerunt absente caelo* (?) . . . 9. *Et dixerunt ad se invicem leprosi: Non ita nos faciamus hodie* (cf. Holmesius); *hic dies bonorum nuntiorum est et nos tacebimus, et spectabimus* (intellige *expectabimus*) *usque ad lucem mane, et inveniemus iniquitatem*.

Cap. VIII, 1. *vivere fecerat* — Cod. P *vivificaverat;* ex vers. 5., ad quem in cod. N refertur, ni fallimur, haec lectio petita est. Post *Surge* addunt *et* codd. G, Cas. 1., Bibl. Lugd. 1510. 1514. 1522., Paris. 1519., Norimb. 1527., priores editt. Rob. Steph., all.; item hebraeus et veteres, excepto syro, paucisque apud Kennicottum et Holmes. Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., all. pro *peregrinare*, mendose *peregrinate*. Pro *ubicumque*, codd. B, V *quocumque;* et pro *vocavit*, plerique codices et antiquiores editiones *vocabit;* et pro *veniet*, Bibl. Mog. 1462. *venit*.

2. *in Terra*—Ex antiquioribus editt. complures *in terram*. Pro *diebus multis*, cod. L *annis septem;* cod. H notat hebraeum legere *septem annis;* Bukentopius pag. 182. scribit: « Aliqui libri latini, omnesque hebraei, chal- » daei, graeci habent *septem annis;* sed quia » statim praecesserat in Vulgata, et mox ite- » rum sequitur *septem annis*, ne idem conti- » nuo repeteret Hieronymus, videtur ita mu- » tasse. » Cf. Abulensis et Martianaeus.

3. *anni septem* — Codd. F, S, V, Bibl. Ven.

1476. *septem anni*. Pro *egressa est*, codd. C, F, I, S, Cas. 2., antiquiores editiones *ingressa est*. Mox loco *et pro agris suis*, sixtini, codices prope universi, Bibl. Ven. 1476., Petrus Com., Hugo *et agris suis;* cod. H notat hebraeum legere *et pro agro suo;* item deinceps.

4. *puero viri* — Bibl. Paris. 1504., Lugd. 1506. 1509., Basil. 1509., all. mendose *puero viro*.

5. *narraret* — Codd. B, V *narrasset;* Abulensis *enarraret*. Pro *suscitasset*, cod. veron. *suscitaret*. Post *Dixitque*, codd. A, I addunt *regi;* codd. B, Cas. 14. *ei*. Pro *et hic est filius eius*, sixtini, codd. A, B, E, H, K, T, mediol. *et hic filius eius;* codd. F 1. m., mediol. tacent *eius*.

6. *narravit ei* — Codd. G, N* 1. m., R, S, V, Cas. 2. plures ex antiquioribus editionibus addunt *vera esse;* at recte correctoria M, N, O notant id in priscis codicibus non legi. Post *Deditque* tacent *ei* codd. B, Cas. 1.

7. *nunciaveruntque* — Cod. G *narraverunt;* cod. U, Thomas. I, 106. *et nunciaverunt*.

8. *ad Hazael* — Cod. B *Hazaeli*. Cod. H notat hebraeum pro *tecum*, legere *in manu tua;* et pro *evadere potero*, *vivere*. Item in versu sequenti idem cod. pro *secum*, et pro *sanari potero*, notat hebraeum legere *in manu sua*, et *vivere*.

9. *onera quadraginta* — Hugo *quadraginta onera;* mendose cod. E *onera quadringenta;* Bibl. Ven. 1476. *onera LX*.

10. *Dixitque ei* — Tacent pronomen codd. G, R, S, veron., Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Paris. 1504., Lugdun. 1506., Ven. 1511., Compl., Reg., all.; item graecus, sed cf. Holmesius. Post *Vade* addunt *et* codd. E, G, H, I, K, R, U, V, Bibl. Ven. 1476.; item syrus, arabs, armenus, slavonicus paucique graeci codices, quibus suffragatur margo cod. goth. legion. Pro *Sanaberis*, cod. K *Salveris;* cod. H notat hebraeum legere *Vives*. « Notandum, inquit Ephraemus I, 539., ex hebraeo » haec aliter verti potuisse contrario sensu: » *Dicito: Non sanaberis*. » Nimirum hebraicus textus habet אמר־לא חיה; sed Kerì לו non pauci codices praeferunt, omnesque veteres interpretes confirmant. Nec tamen falsus est Eliseus; nam is Hazaelis mentem prophetico lumine praevidens, praedixit regem a morbo convaliturum, nisi illius perfidia huius spiritum elisisset. Hanc vero interpretationem, praeter alios ab Ugdulena memoratos, sequuntur Ephraemus, Calmetus, Maurerus, Ghiringhello p. 338.

11. *Stetitque cum eo* — Cod. Cas. 1. tacet *cum eo*. Mox cod. N notat *suffusionem vultus* non a lacrimarum effusione, sed a confusione, secundum hebraeum dici.

12. *Cui Hazael ait* — Bibl. Rom. 1471., Paris. 1541. 1549. 1552. 1558. 1566. *Cuique Hazael ait;* cod. gothic. leg. tacet *ait*. Pro *At ille dixit;* codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. legion., veron., Bibl. Ven. 1476. 1495., Ordin., Abulensis *At ille respondit*. Pro *facturus sis*, cod. U *facturus es*. Cod. H notat pro *Civitates eorum munitas*, hebraeum legere *Munitiones eorum*. Vallarsius mendose *succendens*, pro *succendes;* et cod. veron. *iumenta*, pro *iuvenes*. Post verbum *elides* codd. F, V, Cas. 1., Bibl. Venet. 1476. addunt *ad petram;* conf. Psalm. CXXXVI, 9.

13. *Quid enim sum* — Tacent *enim* codd. Cas. 12.; cod. E legit *Quis enim sum;* graecus habet Τίς ἐστιν ὁ δοῦλος σου. Pro *Ostendit... fore*, cod. K *Ostendit enim... futurum*.

14. *Quid dixit tibi* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, antiquiores editiones *Quid tibi dixit*. Pro *Recipies*, codd. B, K, U, veron. *Recipiet;* accedit graecus; cod. H notat hebraeum legere *Vives*.

15. *stragulum* — Codd. A, U, Cas. 14., veron. *sagulum;* id non improbat Vallarsius, qui addit codicem veron. in marg. legere: « *opertorium; alii stragulum*, scilicet opertorium lecti regalis mira varietate contextum; vel *sagulum*, breve opertorium rudi » lana dispositum. » Vulgati lectionem probat Gesenius (cui perperam Ugdulena tribuit Wineri sententiam) in *Thes. pag. 659.;* alexandrinus verbum hebraicum מכבר retinuit

μάχβάρ; sed Aquila et Symmachus στρῶμα, de quo cf. Holmesius et Montfauconius; idque confirmatur scholio s. Severi, quod legitur in cod. syro-hexaplari: « μάχβαρ invenimus in Hexaplis in textu hebraico, etiam apud LXX. et Theodotionem; Aquila vero et Symmachus στρῶμα verterunt. » Eodem modo etiam Barhebraeus in Comm. Pro *infudit aquam*, codd. A, C, D, F, H, I, aliique plures, Bibl. Ven. 1476., all. *infudit aqua;* Toletus notat: « Manuscripti et prior Congregatio legunt *aqua.* » At vero communem lectionem, quod ex codice carafiano apparet, prorsus intactam sixtini reliquerunt. Hugo a s. Victore *infudit ipsi aquam*. Iosephus *Antiq. IX, 4.* aperte narrat regem ab Hazaele strangulatum occubuisse.

16. *Anno quinto Ioram filii Achab regis Israel, et Iosaphat regis Iuda, regnavit Ioram filius Iosaphat rex Iuda.*—Ioram filius Achab regnavit duodecim annis, quorum initium incidit in annum decimum octavum regni Iosaphati (cf. supra III, 1.), qui regnavit annos quinque et viginti (III Reg. XXII, 42.). Igitur anno quinto regni Ioram filii Achab respondet annus vigesimus tertius regni Iosaphati, quo anno Iosaphatus filium suum Ioram in regno sibi consociavit. Exordium itaque imperii Ioram filii Iosaphati ad quintum annum regni ipsius patris nulla ratione referri posse videtur. Hanc difficultatem ut amoverent nonnulli verba *et Iosaphat regis Iuda* e textu tamquam spuria abiecerunt; hinc desiderantur haec in codd. B, G, N*, R, S, T 2. m., U, Cas. 5.; « absunt etiam, ait Kennicottus (*Diss. gen.* §. *89.*), haec verba a codicibus Vulgatae manuscriptis saltem septem: a venerando codice gothico toletano (*nobis cod. B*), a *Bodleianis* quinque (scilicet *Digb.* 9, 29, *Bodl.* 7, 166. et e *Mus.* 220.); atque a manuscripto in bibl. aedis Christi, sc. G 6. » Ad haec De-Rossi (*Varr. Lectt. in h. l.*) subdit: « Quibus manuscriptus meus codex 650, alter regiae nostrae bibliothecae, aliique plures addendi sunt. Quod vero spectat ad latinas editiones, antiquiores omnes quotquot vidimus, controversa verba omittunt. » Ex his vero sex supra viginti editiones excitat; nos vero ultra centum enumerare possumus (at commodius infra memorabimus eas quae cum hodierna lectione consentiunt), quibus accedunt Hugo, Abulensis, Dionysius carthus., Magdalius; Liranus quoque adnotavit in aliquibus tantum libris illa verba addita fuisse. Praeterea desunt in tribus codicibus hebraicis apud De-Rossi, in viginti codd. graecis apud Holmesium, necnon in graecis editt. Compl. et Ald.; neque leguntur in syro simplici, in arabe, in armeno, in slav. ostrog., in veteri latina interpretatione ad marg. codicis goth. legion. et in syro hexaplari. Hinc vero Houbigantius, Kennicottus, Maurerus, Thenius aliique illa veluti ab aliena manu adiecta respuerunt. Verum nos nihil in recepta lectione immutandum censemus; chronologica autem ratio facile componitur, dummodo verba ויהושפט מלך יהודה ita accipiantur *adhuc* imperante *Iosaphato rege Iuda;* quem sensum eisdem tribuunt non pauci recentiores (cf. Malvenda, Gordonius, Calmetus et Ugdulena), quibus praeiverat Richardus a s. Victore CXCVI, 214. « Annus autem ille, inquit, qui fuit filio Achab quintus, fuit Iosaphat, qui vigintiquinque annis regnavit, vigesimus tertius. . . . Ecce idem annus dicitur esse Iosaphat regis, qui eius filio fuit primus, et filio Achab quintus; non quod fuerit quintus Iosaphat regis, sed quod fuerit ei cum caeteris communis. Annis igitur tribus regnaverunt simul pater et filius. » Eodem spectare videtur Petrus Comestor qui huius loci paraphrasim exhibens ait: « Porro anno quinto Ioram filii Achab regis Israel, in quo conregnaverat ei Iosaphat rex Iuda, regnavit Ioram filius Iosaphat in Ierusalem. » Aliorum sententias, qui, salva huius loci integritate, seriem rationemque temporum exponunt, vide apud Torniellium *Annal. sacr. III, 59. seqq.* Ad criticam vero quaestionem quod pertinet, hodiernam Vulgati lectionem ab ipso Hierony-

mo profectam demonstrant codd. A, C, D, E, F, H, I, K, N, O, P, Q, T 1. m., Cas. plures, gothic. leg., mediol., veron.; eamdemque exhibent Bibl. Basil. 1495., Ven. Isidori Clarii 1542. 1564., Lovan. 1547., cui adhaerent omnes editiones hentenianae et Bibl. Lugd. 1550. 1554. 1556. 1558. 1562. 1567., Rob. Steph. 1557., Ven. 1558. 1588., Basil. 1578., Heildelb. 1586.; hanc lectionem, praeter laudatos Richardum et Petrum Com., probavit Liranus etsi in aliquibus tantum latinis codicibus illam invenerit; eamdemque confirmant chaldaeus, fere universi hebraici codices, plures graeci, quos inter antiquissimi vaticanus et alexandrinus. Epanorthotes in cod. N diserte scribit: « Hebraeus et antiqui » satis et graecus *Anno quinto Ioram filii » Achab regis Israel, et Iosaphat regis Iuda, » regnavit Ioram filius Iosaphat rex Iuda;* » hanc litteram exponit Magister in historiis, » de quinque annis quibus conregnaverunt » Iosaphat et Ioram; hebraeus exponit de » quinque annis ex quo simul cum Achab » fuerunt in Ramoth. Quidam novi novas lit- » teras facientes, et quod videtur gravare, » resecantes, tantum ponunt hic *Anno quinto » Ioram filii Achab regis Israel, regnavit Io- » ram filius Iosaphat regis Iuda;* quae littera » non est approbata, quia nimis ab eo quod » verum est, detruncata est. Quod si brevia- » tio bona esset antiquorum haec est, sed » sub alio sensu (v. 15.) *regnavit Azael pro » eo* (v. 16.) *anno quinto Ioram filii Iosa- » phat regis Iuda;* sequitur secundum omnes » (v. 17.) *Triginta duorum.* » In hac postrema periodo quid sibi velit epanorthotes, nobis perobscurum est. Singularis est lectio cod. V *Anno quinto Ioram filii Achab regis Israel, et XXV. Iosaphat regis Iuda, regnavit Ioram filius Iosaphat regis Iuda;* legunt quoque *regis*, pro *rex*, codd. R, S, Cas. 1., Bibl. Ven. 1482. 1489., Basil. 1509. 1530., Lugd. 1510. 1515., Paris. 1519., Norimb. 1527., all.; item pauci graeci codices et margo gothic. legion.; hebraeus autem ad utramque lectionem indifferens est.

17. *annorum erat*—Sixtini, codd. A, C, D, E, H, I, K, T, U, Bibl. Ordin. *erat annorum.*

18. *Ambulavitque* — Bibl. Ven. 1476. *Et ambulavit.* Pro *regum*, cod. veron. *regis;* cf. Holmesius. Pro *in conspectu Domini*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, N, O, P, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., Bibl. Ven. 1476. 1495., Ordin., Hugo *coram Domino;* Toletus quoque notat: « Manuscripti et prior » Congregatio *coram Domino.* » Epanorthotes vero in cod. N aperte scribit: « Antiqui le- » gunt *coram Domino*, pro quo nescio quid » intendentes quidam posuerunt *in conspectu » Domini*, cum et ipse hebraeus habeat *in » oculis Domini.* » Hanc hebraici textus lectionem memorat cod. H, item infra v. 27.

20. *recessit* — Cod. H notat hebraeum legere *praevaricatus est;* item vers. 22.

21. *Venitque* — Cod. B *Venit.* Pro *Seira*, Bibl. Ord. *in Seira;* loco צעירה in II Paral. XXI, 9. legitur עם שׂריו, unde Vulgatus habet *cum principibus suis;* Thenius itaque coniectatur hoc loco scriptum fuisse שׂעירה. Pro *omnes currus cum eo*, in Paral. l. c. Vulgatus interpretatur *cuncto equitatu, qui erat secum;* antiquiores editiones *omnis exercitus cum eo;* codd. B, E, F, I, O, T, goth. legion., Bibl. Venet. 1476. 1495., priores editt. Rob. Steph., Hugo, all. *omnis currus cum eo;* nec obstat hebraeus.

22. *usque ad diem* — Codd. E, G, I, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1516. 1520. 1523. 1526., all. *usque in diem.*

23. *sermonum Ioram* — Codd. U, Cas. 12. addunt *filii Iosaphat.* Mox cod. Cas. 1. tacet *dierum;* cf. ad III Reg. XVI, 14.

24. *Ochozias* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, I, K, N, O, P, T, Cas. 2., goth. legion., mediolan. *Ahazias* (vel *Aazias*); codd. E, G, L 10., U, V *Achazias* (vel *Achasias*); cod. N notat: « Antiqui secundum hebraeum *Aha- » zias;* tamen iste II Paral. XXII. dicitur » *Ochozias;* sed ibidem Hieronymus vocavit » eum *Achaziam.* » Hebraeus enim habet אחזיהו, graecus vero Ὀχοζίας; Hieronymus III, 65. *Aazia;* Hugo utrumque nomen

agnoscit et notat hunc fuisse binomium; at Toletus: « Manuscripti decem legunt *Acha-» zias* hic et in sequentibus; consonat et he-» braeus; sicque prior Congregatio. Tamen » LXX. et omnes codices impressi legunt » *Ochozias.* » Easdem huius nominis varietates deinceps praetermittimus.

26. *Viginti duorum*—In II Paral. XXII, 2. vitio scriptorum legitur *Quadraginta duorum*. Ante *nomen* addunt *et* codd. D, E; item hebraeus et veteres, et Paral. l. c. Mox cod. mediol. tacet *filia*.

27. *et fecit quod malum est coram Domino, sicut domus Achab*—Tacent codd. B 1. m., G.

29. *qui reversus*—Cod. F *quare reversus*. Pro *vulneraverant*, codd. F, K, O, R, S, T, U, Cas. plures, antiquiores editiones *vulneraverunt*. Pro *Ramoth*, sixtini, codd. A, B, D, E, F, H, I, K, L 8., N, O, P, Q, T 1. m., U, V, Bibl. Norimb. 1527. 1529., Lugdun. 1535. 1540., all. *Rama;* cod. N notat: « Hebraeus » et antiqui *in Rama praeliantem*. Quae prius » (v. 28.) *Ramoth*, id est *celsitudines* dicebatur, hic *Rama*, id est *celsitudo* vel *ex-» celsa* vocatur. » Gregoriani prima manu, codd. G, veron. *Ramath;* Toletus vero scribit: « Prior Congregatio legit *Rama;* in hebraeo » est *Ramah* (רמה), in graeco (ed. Compl.) » *Ramath;* codices impressi fere omnes ut in » textu, et sic posterior Congregatio. » Cf. ad I Reg. XXX, 27. Pro *invisere*, cod. Cas. 1. *visitare;* et pro *quia aegrotabat*, codd. G, M, R, S, Cas. 6., alii apud O *qui aegrotabat*. Denique tacent *ibi* sixtini, codd. A, B 1. m., C, D, F, G, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., Bibl. Ven. 1476., Abulensis: « Hebraeus et graecus legunt *ipse*, pro *ibi* » inquit Toletus.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. VIII, 3. *et exiit ad regem ut clamaret pro domo sua* (semel monuisse sufficiat graecos codices holmesianos easdem varietates exhibere, quae in nostro occurrunt usque ad vers. 11.). . . 6. *Restitue ei omnia huius, et omnem redactum agrorum eius*. . . 10. *Vade, et dic illi: Vivens vives tu; et ipse morte morietur*. 11. *Et stetit ante faciem eius, et posita sunt munera usquedum putrida fierent* (Alius in hexaplis ἐσάπρησαν, vel potius ἐσάπρισαν; item tres codd., edit. Aldi et syrus hexapl., ex באש; pro בוש). . . . 16. *In anno quinto regni Ioram filii Achab regis Israel, regnum adeptus est Ioram filius Iosaphat regis Iuda*. . . 21. *et percussit Edom Israel* (superfluit *Israel*); *qui circumdederat se, et principes curruum eius* (item codices graeci); *et fugit populus in habitationes suas*.

Cap. IX, 1. *prophetes*—Codices non pauci cum Bibl. Ven. 1476. *propheta;* Angelus Rocca notat: « Graece προφήτης, latine *prophetes*, » quia littera η convertitur in e longum apud » latinos. » Post *lenticulam olei*, Angelomus tacet *hanc;* item syrus et arabs; Augustini *Spec. c. 119. edit. Maii*, ex veteri itala haec profert *Vocavit Elisee unum ex filiis prophetarum, et dixit illi: Praecinge lumbos tuos, et accipe lenticulam olei, et vade in Regmath galaditide*. (v. 2.) *Et cum intraveris ibi; ecce ibi est Ieu filius Namessi. Ingressus autem, segregabis eum de medio fratrum illius, et induces illum de cubiculo in cubiculum*. (v. 3.) *Et accipies lenticulam, et infundes in caput illius, et dices: Haec dicit Dominus: Unxi te in regem Israhel. Et aperies ostium, et effugies, nec restabis ibidem*.

2. *filii Namsi*—Cod. H vult hebraeum legere *filium Namsi*, quam lectionem exhibent non pauci graeci codices et syrus hexapl. Ante *interius* tacent *in* codd. A, E, H, I, K, N, T, U, Bibl. Ven. 1495.

3. *te regem*—Codd. R, Cas. 1. *te in regem;* favent hebraeus et graecus; item vers. 6. sed conf. Holmesius et syrus hexapl. Pro *fugies*, cod. U *effugies*, ut Augustinus l. c.

4. *adolescens puer prophetae*—Tacent *puer* cod. B 1. m., graecus, syrus, arabs et non pauci codices hebraici apud De-Rossi; cod. H notat hebraeum legere *puer, puer prophetae;* Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540. *adolescens puer propheta;* Bibl. Ven. 1495. *adolescens puer prophetes;* accedunt hebraeus,

graecus, syrus; attamen syrus hexaplaris notat hebraeum legere *puer prophetae*, de qua lectione conf. De-Rossi. Ante *Ramoth* tacent *in* codd. A, D, E, I, T; nec particulam habet hebraeus.

5. *ingressus est illuc*—Tacent *illuc* sixtini, codd. A, D, E, F, I, K, O, T, mediol., veron.; Martianaeus quoque animadvertit: « Emen» dator canonis delet verbum *illuc*, et hoc » modo restituit lectionem iuxta hebraeum *et* » *ingressus est; et ecce princeps* etc. » Cf. Vallarsius. Pro *principes exercitus sedebant*, Bibl. Ven. 1476., Basil. 1495. *princeps exercitus sedebat;* cod. Cas. 1. *principes exercituum sedebant;* et pro *mihi ad te*, codd. B, U, Cas. 14. *mihi est ad te;* Bibl. Ven. 1476., Petrus Com. *mihi ad te est;* cod. D, Bibl. Ven. 1497., Brix. 1496. *mihi a te*. Mox particulam *o* tacent codd. A, B, C, E, F, I, O, U, goth. leg. Pro *At ille dixit*, codd. F, Cas. 14., Bibl. Ven. 1476. *At ille ait*.

6. *cubiculum*—Cod. H notat hebraeum legere *domum*. Pro *et ait*, cod. B *et dixit;* et post *Deus*, cod. Cas. 1. addit *sanctus*. Pro *Domini Israel*, cod. F *Domini super Israel;* accedunt hebraeus et veteres; Bibl. Ienson Ven. 1476. 1479. tacent *Israel*.

7. *et ulciscar*—Codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, R, T, U, V, Cas. plures, gothic. leg., veron., Bibl. Ordin., Hugo, Abulensis *ut ulciscar;* cod. B *et ut ulciscar*. Pro *meorum*, cod. K *suorum*.

8. *de Achab*—Codd. G, R, S, Cas. 4., fere omnes antiquiores editiones *de domo Achab;* hebraeus enim לאחאב a graecis redditur τῷ οἴκῳ Ἀχαάβ, sed conf. Holmesius. Cod. H et margo Ordin. notant hebraeum pro *novissimum*, legere *derelictum;* conf. ad III Reg. XIV, 10.

9. *Et dabo domum Achab*—Cod. F, Bibl. Ven. 1476. *Et domum Achab dabo*. Pro *Ahia*, plures libri vel *Achia* vel *Ahiae* legunt ut III Reg. XV, 27.

10. *sepeliat eam*—Cod. H notat hebraeum non habere pronomen *eam*.

11. *egressus est*—Cod. R, plures ex antiquioribus editionibus *ingressus est*. Pro *ad servos domini sui*, cod. Cas. 1. *ad servos suos;* cod. Cas. alter *ad servos suos et domini sui*. Cod. H notat hebraeum pro *Rectene sunt omnia?* legere *Num pax est?* item v. 17. Pro *insanus iste*, Bibl. Venet. 1479. 1480. 1494. 1498., all. *iste insanus;* Hieronymus VI, 95. *iste vesanus*. Mox post *ait* tacent *eis* Bibl. Paris. 1504., Lugdun. 1506. 1509.; item syrus; et pro *hominem* cod. H notat hebraeum legere *virum;* cod. B addit *insanum*.

12. *At illi responderunt: Falsum est, sed magis narra nobis*—Codd. Cas. 2. *At illi dixerunt: Non recte facis si non indicas nobis;* in graecis codicibus quaedam occurrunt his fere similia, unde suspicari licet hanc veteris italae laciniam esse. Mox codd. Cas. 14. tacent *eis*, ut hebraeus, chaldaeus paucique graeci codices. Pro *locutus est*, Bibl. Venet. 1476. *est locutus;* et pro *et ait*, cod. H, Petrus Com. *dicens;* item hebraeus et graecus, ubi profecto superest καὶ εἶπε post λέγων.

13. *Festinaverunt*—Cod. Cas. 1. *Festinavit*. Cod. H notat hebraeum legere *subter eum*, pro *sub pedibus eius*. Pro *Regnavit*, codd. D, I, R, S, T 2. m., V, Cas. 8., antiquiores editiones plures, Petrus Com. *Regnabit*.

14. *Coniuravit ergo*—Cod. H perperam notat hebraeum legere *Et rebellavit*.

15. *ut curaretur*—Cod. Cas. 1. *cum curaretur*. Pro *percusserant*, codd. F, G, S *percusserunt;* et pro *egrediatur*, cod. B *ingrediatur*.

16. *Ioram enim*—Codd. E, I *Ioram autem*.

17. *turrim*—Sixtini atque complures codices *turrem;* conf. ad Genes. XI, 4. Iudic. VIII, 9. Post *Video* tacent *ego* codd. B, E, I, Petrus Com.

18. *Abiit ergo*—Sixtini, codices fere universi, Bibl. Ven. 1476. 1495., Ord., all. *Abiit igitur*. Cod. H notat hebraeum pro *currum*, legere *equum;* item margo Ordin. Pro *Pacatane sunt omnia?* codd. A, B, C, D, F, G, H, K, R, S, T, V, Cas. 7., antiquiores editiones *Pacata sunt omnia?* cod. mediol. *Placata sunt omnia?* cod. H rursum notat hebraeum legere *Num pax est?* Ad *Dixitque* addunt *ei* codd.

A, C, E, F, I, S, T 1. m., U, V, Cas. plures, goth. leg., veron., Bibl. Ven. 1476. 1495. et arabs. Pro *revertitur,* cod. A *revertetur.*

19. *venitque ad eos*—Ista desunt in cod. K, in syro, arabe et armeno. Pro *Numquid,* sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, D, F, G, H, K, T, U, V, Cas. 3., goth. leg., Bibl. Ven. 1495. *Num;* Toletus autem notat: « Manuscripti et » prior Congregatio *Num.* » Cod. veron. post *transi* tacet *et;* accedunt hebraeus et veteres.

20. *Nunciavit autem* — Codd. E, G, I, V, Cas. 1. *Nunciavit quoque;* cod. B tacet *autem.* Pro *Venit usque,* cod. F 2. m. *Venit nuntius,* ut vers. 18.; item syrus, arabs, slav. ostrog., cod. 115. Kennicotti et 158. Holmesii. Pro *Namsi,* codd. Cas. 2. *Iosaphat;* utrumque legi vult Houbigantius ut vers. 2. et 14.

21. *Iunge currum*—Codd. G, M, N*, R, S, antiquiores plures editiones *Iungite currum;* accedunt syrus, arabs, slav. paucique graeci cum ed. Compl.; at codd. M, N notant: « He» braeus et antiqui habent *Iunge.* » Cod. H notat hebraeum non legere *currum.* Pro *Iunxeruntque,* codd. H, L (seu Q), Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *Iunxitque;* item hebraeus, chaldaeus et graecus, at cf. Holmesius. Pro *et egressus,* Bibl. Basil. 1509., Lugd. 1510. 1514. 1522., Paris. 1519. 1534., Venet. 1533., all. *et ingressus.* Pro *in agro,* codd. E, G, I *in agrum;* et pro *Iezrahelitae,* codd. A, H, U, Hugo *Iezrahelitis;* cf. I Reg. XXVII, 3.

22. *At ille* — Bibl. Ordin. *Et ille.*

23. *manum suam*—Cod. H notat hebraeum legere *manus suas.* Pro *et fugiens ait ad Ochoziam,* Bibl. Ven. 1476. *et fugiens ad Ochoziam ait.* Pro *Insidiae,* codd. R, S, Cas. 2., veron. *Insidiae, insidiae;* alii Cas. 2. addunt *sunt.*

24. *arcum* — Cod. Cas. 1. et Dionysius carth. addunt *suum.* Cod. H notat hebraeum pro *scapulas,* legere *brachia.* Ante *egressa* tacent *et* cod. R, Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Paris. 1504., Lugd. 1506. 1509., Basil. 1509. 1530.; legunt *et ingressa* Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496., Paris. 1497.

25. *Badacer* — Antiquiores editiones *Badacher* vel *Badachar;* Martianaeus scribit: « Nomen istud secundum punctationem mas» sorethicae proximam emendatum in cano» ne legitur *Bedcar.* Ceteri omnes manuscri» pti codices retinent lectionem *Badacer* aut » *Badacar;* ita quoque scriptum reperies » apud Hieronymum libro *nominum hebr.* » At nostri codices istud nomen, quod alibi non memoratur, multimodis corruptum exhibent, nec vacat singulorum lectiones excurrere. Ante *proiice* addunt *et* codd. D, F, G, O, R, V, Bibl. Ven. 1476., Abulensis; item arabs et non pauci codices graeci cum edit. Complut.; item Vulgatus vers. sequenti. Mox in cod. D desideratur *eum.* Cod. H notat hebraeum pro *sedentes in curru,* legere *in curribus iunctis.* Pro *patrem huius,* codd. E 1. m., I, R, Cas. 5., Bibl. Ordin., Abulensis *patrem eius;* cod. G *patrem suum.* In Bibl. Ven. 1476. deest *Dominus.*

26. *et pro sanguine filiorum eius, quem vidi heri, ait Dominus*—Sixtus posuit *quem vidi heri, ait Dominus, sanguinem filiorum eius;* emendarunt gregoriani; hinc Toletus, reposita communi lectione, adnotavit: « Ita » habent omnes codices. Sixtus permutavit; » at Congregatio restituit. » Cf. Bukentopius pag. 409.; cod. mediolan. tacet *vidi.* Cod. B 1. m. omittit *reddam tibi in agro isto, dicit Dominus;* item tres codices Kennicotti, et quatuor Holmesii. Pro *Nunc ergo,* codices fere universi, Bibl. Ven. 1476. 1495., Ord., all. *Nunc igitur.* Ante *proiice* tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, E, K, T, U, Cas. 4., Bibl. Ven. 1495., item hebraeus et veteres; sed cf. Holmesius. Pro *in agrum,* codices fere omnes et antiquiores editiones *in agro,* ut superiori versiculo.

27. *videns hoc* — Cod. H notat hebraeum non legere *hoc.* Cod. veron. *percute,* pro *percutite.* Mox tacent verba *Et percusserunt eum* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, L 10., N, O, Q, T, U, V 1. m., Cas. 15., mediolan., veron., Bibl. Rob. Steph. 1557., Heild. 1586.; cod. N notat: « Quod interponitur *Et percus*» *serunt eum,* nec hebraeus, nec antiqui ha-

*

» bent. » Unde Lucas Brugensis ait: « Antiqui libri tum nostri, tum epanorthotae, » configunt illa verba *Et percusserunt eum,* » hebraeo adstipulante. » Vallarsius, qui nonnisi veronensem codicem inspiciebat, ad hunc locum laetus scribit: « Verba *Et percus- » serunt eum,* veronensis manuscriptus non » habet; idque ipsum est novum germanita- » tis sui textus, sive hieronymianae, quam » exhibet, versionis argumentum. Nam ne- » que hebraeus textus, neque illi pressius » haerens chaldaeus, sententiam hanc ha- » bent, quae omnino ex graeca τῶν LXX. » paraphrasi Καὶ γε αὐτόν· καὶ ἐπάταξεν » αὐτὸν πρὸς τῷ ἅρματι etc. derivata est. » Ad haec scimus, vix aut ne vix quidem » cohaerere illam cum libri II Paral. XXII, 9. » luculentissimo testimonio, quo dicitur O- » chozias non heic in ascensu Gaber, sed » postquam evasisset, transfuga in Mageddo, » atque inde clam fuisset translatus in Sa- » mariam, ibi demum inventus ab Ieu atque » occisus. » Igitur graecus, omisso verbo *percutite*, legit *Et percussit eum,* quam lectionem retinet noster cod. S, eique accedit cod. O in quo legitur *qui percussit eum,* atque adnotatur: « Quidam antiqui non habent *qui per- » cussit eum,* sed sic *percutite in curru suo » in ascensu Gaber.* » Toletus autem minus accurate scribit: « Non habent *Et percusse- » runt eum* hebraeus, graecus et prior Con- » gregatio; legunt tamen codices omnes im- » pressi et posterior Congregatio. » Vulgato hodierno consentiunt syrus, arabs et non pauci auctores qui cum Houbigantio autumant aliquid in hebraico textu excidisse. Nos vero veterum latinorum codicum testimonio permoti existimamus Hieronymum in hebraicis codicibus, quos sequebatur, eamdem lectionem reperisse, quam hodierni hebraici codices prae se ferunt. Biblia Ordin. tacent *eum.* Pro *Gaver*, Sixtus, codd. D, E, F, G, I, K, N, O, R, S, V, mediol., veteres editiones fere omnes *Gaber;* emendarunt gregoriani; unde Toletus: « Lege *Gaver;* in he- » braeo est *Gur;* in latinis codicibus *Gaver* » aut *Gaber.* » Cod. H notat hebraeum legere *Gur*, et ita legunt Bibl. Ordin., Basil. 1530., Paris. 1560., priores editt. Rob. Steph., all.; pro גור, syrus et pauci graeci codices *God;* at Eusebius apud Hieronymum III, 226. *Ger*, cui accedit syrus hexaplaris. Cod. B mendose *Iebbaam*, pro *Ieblaam;* quaedam veteres editt. *Ieplaam;* et pro *fugit*, Bibl. Paris. 1504., Lugd. 1506. 1509. *fuit.*

28. *eum servi eius*—Cod. F, Abulensis *eum servi sui;* Bibl. Ord. *servi eum.* Cod. H notat hebraeum non legere *super currum suum.* Ante *Ierusalem* tacent *in* sixtini, codd. A, C, E, F, K, O, T, U, goth. leg.; et post *sepelieruntque* omittunt *eum* codd. A, C, E, G, H, K, R, S, T 1. m., U, Cas. plures, goth. legion., mediol., veron., antiquiores editiones.

29. 30. *Anno undecimo*—Cod. B *In anno undecimo;* cod. F 2. m. *Anno decimo;* cf. Holmesius; codd. G, R *Anno XII.* Ad verba *filii Achab* addunt *regis Israel* codd. G, L, O, R, S, V, Thomas. I, 106., antiquiores editiones; item chaldaeus in polyglottis antuerpiensibus; graecus quoque legit βασιλέως Ἰσραήλ, sed tacet *filii Achab;* cod. I addit tantum *regis.* Pro *regnavit Ochozias super Iudam,* codd. A, C, D, E, K, T, Cas. 3., veron. *regis Ahaziae* (vel *Ahazia*, conf. supra ad VIII, 24.) *super Iudam;* cod. F *regis Ahazia super Iudam regnavit;* cod. O *anno quoque Ahaziae super Iudam primo;* cod. P *et Ahazia super Iudam;* cod. V *regnavit Ochozias super Iudam VII. annis;* codd. Cas. 2. *regnare coepit Ochozias super Iudam;* cod. goth. legion. *regnante Ahazia super Iudam;* sixtini expunxerunt nomen *Ochozias*, fortasse quia ei sufficere voluerunt *Ahazia;* Bibl. Basil. 1495. *et Ochoziae regis Iudae.* Ad hanc latinorum codicum incredibilem varietatem adnectimus quae sequuntur. Pro *venitque Iehu in Iezrahel,* codd. A, B, C, D, F, K, T, U, Cas. 1., goth. leg., mediol. *venit Iehu Iezrahel;* codd. G, V *et venit Iehu in Iezrahel.* De his autem omnibus diserte agit Lucas Brugensis in suis notationibus, qui aliorum quoque testium lectiones profert. « Hebraei codices habent

ובשנת אחת-עשרה שנה ליורם בן-אחאב מלך אחזיה על-יהודה: ויבוא יהוא יזרעאלה id est: *Et in anno undecimo, anno Ioram filii Achab, regnavit Achasias super Iudam, et venit Iehu in Iezrehel.* Chaldaeus exposuit *Et in anno undecimo annorum Ioram filii Achab regis Israel regnavit Achasias super domum Iuda, et venit Iehu in Iezrehel.* Graeci reddiderunt Καὶ ἐν ἔτει ἑνδεκάτῳ Ἰωρὰμ βασιλέως Ἰσραὴλ ἐβασίλευσεν Ὀχοζίας ἐπὶ Ἰούδαν. Καὶ ἦλθεν Ἰοὺ ἐπὶ Ἰεζράελ. Editionis latinae vulgatae Biblia quae Hentenius emendavit, locum hunc ita legunt *Anno undecimo Ioram filii Achab, regnavit Ochosias super Iudam, venitque Iehu in Iezrahel.* Tria scriptorum nostrorum habent *Anno duodecimo Ioram;* sed contra hebraicorum, chaldaicorum et graecorum librorum fidem. Corruptelae occasio ex superiori capite (v. 25.) nata est. Conciliant autem loca ista alii aliter; Tostatus, quod hic, annus qui agebatur, illic annus transactus intelligatur. Ei quod sequitur, *filii Achab,* subiungunt multa exemplaria *regis Israel,* quemadmodum octavo capite legitur, et quidem etiam chaldaico regii operis textui, et graecis codicibus, quos vidimus, similiter additur; sed in hebraeis non habetur. Sequitur *regnavit Ochosias.* Quem typis excusi libri fere *Ochosiam* nominant, graecis interpretibus consentanee, manuscriptorum plurima, etiam epanorthote teste, et hebraicarum quaestionum auctor, ac Rabanus et Angelomus, in libris Regum *Achasiam* appellant, hebraeis conformiter. Sed in Paralipomenis hebraicarum quaestionum auctor *Achasiam* vocat. Regnavit igitur Achasias seu Ochosias. Sed finito Achasiae regno, initium repeti absurdum videtur. Et quidem respondent aliqui, id fieri ut eum propter scelera non diu regnasse intelligamus: atqui eam forte ob causam interpres latinus non hoc modo transtulit quo iam produximus. Videri autem id possit ex manuscriptis compluribus, quae quod dicitur *Anno undecimo Ioram,* non tam ad Achasiae regnum, quam ad Iehu in Iezrahel adventum referunt, sed diversimode. Quaedam habent, quae quidem aequaliter ad utrumque referunt, quo etiam modo praecedens lectio intelligi possit: *Anno undecimo Ioram filii Achab regis Israel, regnavitque Ochosias super Iudam, venitque Iehu in Iezrahel;* sic exemplar societatis Iesu rubrum, cui consimile est collegii Atrebatensis exemplar. Nonnulla autem legunt *Anno undecimo Ioram filii Ahab regis Israel, anno quoque Ahasiae super Iudam primo, venit Iehu Iezrahel.* Sic H et L doctoris Hunnaei, et Brugense manuscriptum, quamquam hoc, prius aliter legisse videatur. His non absimile est O *Anno undecimo Ioram filii Aab regis, et Ahasiae super Iudam primo, venit Ieu in Iezrahel.* Alia scribunt *Anno undecimo Ioram filii Achab regis Israel, regnante Achasia super Iudam, venit Iehu in Iezrahel;* sic Hunnaei G et Q, Plantini angustum et Lobiense. V Hunnaei cum A et M, et societatis Iesu longus, ac Plantini latus codex legunt *Anno undecimo Ioram filii Achab et regis Achasiae super Iudam, venit Iehu in Iezrahel;* atque hanc (sed praetermissa *et* coniunctione, quam nec societatis Iesu emendatissimus codex, nec hebraea habent) antiquorum codicum, ac proinde genuinam huius loci lectionem esse epanorthotes asserit. Et sane possit ad hunc modum ex hebraeo verti, substratis dictioni מלך, quae nunc *cametz* et *patach* notatur, sex punctis. Nam מָלַךְ quidem *regnavit* est, מֶלֶךְ vero *regem* denotat. Coniunctio porro dictionis ויבוא *venitque,* vel tantum convertendi officium habere intelligenda esset, vel pro adverbio temporis accipienda *Tunc venit Iehu* etc. Sed forte quempiam moveat quod nullus regis Achasiae annus exprimatur. Atqui simile est superioris capituli versu 16., quamquam et ille locus hac occasione fuerit depravatus. Sed quomodo verum est Iehu in Iezrahel venisse anno XI. Ioram, cum occiso Ioram, qui duodecim annis regnasse narratur, eo venerit? An quia duodecimus annus agebatur dumtaxat, dicatur *Anno undecimo,* transacto videlicet? An, quae aliorum sen-

tentia est, regni Ioram anni imperfecti, primus et duodecimus, pro uno numerentur? Hanc igitur quam diximus lectionem epanorthotes probat, cuius verba, etsi incomposita, operae pretium fuerit adscribere: « Antiqui » latini et antiqui hebraei *Anno XI. Ioram filii Achab, regis Ahasiae super Iudam, venit* » *Iehu in Iezrael*. Texit chronicam et istum » Iehu inserens post annos regum praecedentium, quos extinxerat, quasi dicat illis extinctis, iste regnare incepit; hoc est » anno XI. Ioram regis, et anno, videlicet » finali, quotuscumque fuerit, Achasiae, venit Iehu regnaturus. Talis autem associatio finalis conregnationis habetur in fine » capitis praecedentis. In fine enim regnorum istorum duorum regum, hic regnare » incepit. Sed sciendum quod *mem*, et *lamed* » et *caph* si bis tria puncta substernantur » sonat *melech*, et significat *rex* vel *regis;* si » duo longa puncta vel parvae lineae supponantur sonat *malach*, et interpretatur *regnavit*, quod quidam tam latini quam graeci » habent sic *Anno XI. Ioram filii Achab regnavit Ahasias super Iudam*. Quid autem » necesse erat de inchoatione regni istius » hic repetere, quod iam finitum erat, cum » utrumque sufficienter supra VIII. (v. 25.) » dixisset? quia tamen ibi dicitur *duodecimo*, » hic oportet glossari, *undecimo* id est post » undecimum. Sunt autem et alii qui venam » istarum litterarum nescientes, utramque simul litteram complicantes, et nomen *Israel* » addiderunt, totum interponentes sic *regis* » *Israel regnavit* etc. » Haec epanorthotes. Eadem sententia Vallarsio probatur.

30. *stibio* — Margo codicis veronensis *callibles*, quam vocem, ait Vallarsius, exesis vetustate litteris, sui parte truncatam opinor, ac velim integre scriptum ab amanuensi *calliblefaro;* est enim calliblepharon, graece καλλιβλέφαρον, oculorum medicamen, quod Plinius tradit. Ea fortasse voce pro *stibio* vetus latinus interpres ante Hieronymum usus est. Pro *respexit*, cod. A *despexit*.

31. *per portam* — Tacet cod. B 1. m. Pro *Numquid pax potest esse*, cod. H notat hebraeum legere *Num pax est;* codd. A, C, D, G, R, S, T, U, V, Bibl. Venet. 1476., Petrus Com., Abulensis *Numquid pax esse potest;* Bibl. Colon. 1530. *Numquid pax esse poterit*. Pro *Zambri*, plures codices et antiquiores editiones *Zamri;* cf. ad III Reg. XVI, 9.

32. *Quae est ista?* — Cod. H notat hebraeum legere *Quis est meus?* margo Ord. et Liranus *Quis mecum?* alii aliter. Post verba *vel tres eunuchi* codd. L, V, Cas. 4., antiquiores editiones addunt *et dixerunt: Haec est illa Iezabel;* codd. F, G, S et T 2. m., Bibl. Ven. 1476. *et dixerunt: Haec est Iezabel;* item Abulensis qui notat: « Istud non est in hebraeo: » Hieronymus tamen supplevit illud ex necessitate sententiae suae, quia ipse accepit » *Quae est ista?* ubi littera hebraica dicebat » *Quis mecum?* » Cf. Lucas Brugensis.

33. *deorsum. et praecipitaverunt eam* — Bibl. Ven. 1476. et cod. alexandrinus id omittunt. Post *sanguine* quidam apud cod. O addunt *eius* ut hebraeus et veteres; et post *ungulae* addunt *qui* sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, U, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., Bibl. Ven. 1476., Colon. 1530., Abulensis.

34. *introgressus* — Codd. A, B, D, E, F, G, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, mediol., veron., Bibl. Ven. 1476., Colon. 1530., Abulensis *ingressus*. Pro *ut comederet*, sixtini, gregoriani, codd. A, H, K, U *et comederet;* Toletus notat sic legere manuscriptos et priorem Congregationem; codd. Cas. 2. *et comedisset;* et pro *biberetque;* codd. A, C, D, F, G, I, O, V, Cas. 2., goth. legion., mediol., veron., Bibl. Venet. 1476. *bibissetque;* cod. H *et biberet*. Ante *videte* tacent *et* codd. F, K, veron.

35. *invenerunt* — Cod. E addit *ex ea;* accedunt hebraeus et veteres; at expungitur in cod. O.

36. *Reversique nunciaverunt ei* — Codd. Cas. 3. *Reversique sunt nuncii, et nunciaverunt ei quid factum esset;* cod. veron. tacet *ei*. Pro *Sermo*, codd. K, U, Cas. 14. *Hic sermo;* et pro *canes carnes*, cod. Cas. 1. *canes omnes*

carnes; Cas. 2. *canes sanguinem;* tacent *carnes* codd. C, D, O, R, T 2. m., Cas. 3., Bibl. Ordin.

37. *faciem terrae*—Cod. H notat hebraeum legere *faciem agri;* sed cum Vulgato faciunt syrus paucique codices hebraici apud De-Rossi. Ante *agro* tacent *in* Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. Cod. H notat hebraeum ante *dicant* addere *non;* Martianaeus vero animadvertit: « Sensum expressit Hie» ronymus; scholiastes autem verborum te» nacissimus litterae adhaerescit cum omni» bus aliis interpretibus qui constanter red» dunt *ut non dicant: Haec est Iezabel.* » Isidorus Clarius habet *ut nemo dicat: Haec fuit Iezabel.* Attamen animadverte codicem 130. Kennicotti cum Vulgato praetermittere לא. Pro *Haeccine,* codd. D, F, N, all. *Haecine;* cf. ad Deut. XXXII, 6. III Reg. IX, 13.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. IX, 11. *Quid venit abreptitius iste?* (nota verbum pro ἐπίληπτος; ex Augustini testimonio Furlanettus habet *arreptitius,* quod legit Vulgatus Ier. XXIX, 26. et Maius Class. Auctt. VIII, 58.) *Et dixit ad eos: Vos scitis illum et luxuriam eius* (graecus ἀδολεσχίαν αὐτοῦ)... 17. *Et prospector prospexit pulverem populi* (codd. τοῦ ὄχλου) *Hieu, et ait: Pulverem levari ego video.* ... 20. *venit usque ad ipsos, et non est conversus: qui adducebat perduxit Hieu Amesiae* (codd. Ἀμεσιοῦ), *quoniam in permutationem factus fuerat.* 21. *Et ait Ioram...* 23. *Et circumagens Ioram currum* (graecus τὰς χεῖρας) *suum, dixit ad Hocoziam: Iaculare* (graecus Δόλος), *Hocozia.* 24. *Hieu adimplevit manum lancea, et percussit Ioram medium, ita ut exiret lancea per cor illius; et decidens in terram mortuus est* (tacent graeci codd.) *residens in genua sua.* 25. *Et dixit ad equitem suum . . . quoniam memini ego agitatorem meum elemedab retulisse* (haec corrupta videntur) *qui ascendebat post Aab patrem eius, quod Dominus Deus suscitavit super eum praedestinatum prophetam dicentem verbum Domini* (haec quoque alibi non leguntur): 26. *Si non pro sanguine...* 30. *Et Hiezabel audivit de adventu eius, et stibiavit* (nota verbum pro ἐστιβίσατο vel ἐστιμμίσατο) *sibi oculos suos* [Alias *fucavit oculos suos*].... 32. *Quae es tu? Descende ad me. Et respexerunt ad eum duo aut tres* (in graeco deest *aut tres;* sed in hexaplis sub asterisco addebatur, teste cod. syro-hexaplari) *eunuchi eius* (Complut. quoque addit αὐτῆς). 33. *Et ait Hieu ad eos: Ite devolvite eam; et devolverunt eam* (conf. Holmesius. Quae sequuntur alias non reperimus). [In alio graeco *et ascenderunt eunuchi et proiecerunt eam in plano pede.* Alias *et in ruinoso loco.*]

Cap. X, 1. *Erant* — Vallarsius mendose *Erat.* Cod. H notat hebraeum pro *litteras,* legere *libros* (sed cf. ad III Reg. XXI, 8.), et pro *civitatis,* legere *Iezrael;* quoad istud nomen hebraeo consentiunt chaldaeus, syrus (at codices nonnulli syri tacent) et arabs; at incredibile videtur optimates Iezrael Samariam incoluisse. Hinc alii vel coniectantur legendum *Israel,* vel cum graeco, Iosepho et cod. 174. Kennicotti praeferunt *Samariae;* sunt tamen graeci codices qui Vulgato adstipulantur. Pro *et ad maiores natu,* cod. veronen. *maiores natu;* item hebraeus, chaldaeus, arabs paucique graeci codices; at cf. De-Rossi. Pro *et ad nutritios,* cod. veronen. *nutricios;* codd. Cas. 2. *nutritores filiorum;* accedunt multi graeci codices; et profecto iste est sensus; attamen cod. O iubet expungi *filiorum.*

2. *litteras has* — Tacent *has* Bibl. Venet. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. Mox pro *firmas,* cod. B *munitas.*

3. *et eum ponite*—Sixtini, codd. E 2. m., F, H, Cas. 1., veron. *ponite;* item syrus; hebraeus ושׂמתם; codd. A, C, D, E 1. m., G, I, K, T, U, Bibl. Ven. 1476. 1495., Ordin. *et ponite eum.* Pro *domo domini vestri,* codd. Cas. 2. *domino vestro;* item cod. 224. Kennic.

4. *stare coram eo* — Codd. E, I, U *stare contra eum.* Pro *resistere,* codd. Cas. 6. et Bibl. Ordin. *ei resistere;* codd. G 2. m., R, S,

Bibl. Paris. 1541. 1549. 1552. 1558. 1560., all., Hugo *resistere ei.*

5. *praepositi domus, et praefecti*—Sixtini, gregoriani 1. m., codd. H, T 1. m., veron., Bibl. Norimb. 1527. 1529., Colon. 1530., Lugd. 1535. 1540., Dionysius carthus. *praepositus domus, et praefectus;* accedunt hebraeus, chaldaeus et arabs; at codd. A 1. m., C, N, O, P, R, S, U, Cas. 15., Abulensis *praepositi domus, et praefectus;* cod. N notat: « Hebraeus et antiqui habent *praefectus.* » Abulensis vero scribit: « In hebraeo dicitur » *praepositus domus,* littera tamen nostra po» suit pluraliter. » Codd. A 2. m., D, F, K *praepositos domus, et praefectos;* Bibl. Venet. 1476. *praepositi domus eorum, et praefecti;* Toletus vero minus accurate scribit: « In he» braeo sunt in singulari numero *praepositus* » et *praefectus.* Apud LXX. in plurali. Prior » Congregatio sequuta est priorem lectionem » cum quodam manuscripto; posterior autem » posteriorem cum omnibus impressis et plu» rimis manuscriptis. » Mox cod. Cas. 1. tacet *et nutritii.* Post *constituemus* tacent *nobis* sixtini, codd. A, B 1. m., C, D, E, F, G, I, K, M, N, O, T, U, Cas. plures, gothic. leg., veron., Bibl. Colon. 1530., Abulensis; nec obstant hebraeus et veteres; nam minus caute cod. H notat hebraeum pro *nobis regem,* legere *nobis virum.* Pro *quaecumque tibi placent,* sixtini, codd. A, B, C, F, K, R, S, T 1. m., U, Cas. plures, goth. leg., veron., Bibl. Colon. 1530., Abulensis *quodcumque tibi placet;* codd. D, E, G, I, T 2. m., V, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476., Hugo *quodcumque tibi placuerit.*

6. *Rescripsit*—Codd. Cas. 2. *Scripsit.* Pro *eis litteras secundo,* Bibl. Ven. 1495., Ordin. *litteras eis secundo;* cod. G, Bibl. Ven. 1476. *eis secundo litteras.* Pro *obeditis,* Bibl. Ven. 1495. *obedistis;* Bibl. Paris. 1497. *obedietis.*

8. *Venit autem nuncius*—Codd. B, G, R, S, Cas. 6., antiquiores editiones addunt *ad eum;* item arabs. Ad *respondit* cod. Cas. 1. addit *eis.* Pro *ad duos,* sixtini, codd. E, I, K, U, veron. *duos;* codd. Cas. 15. *super duos;* cod. B *in duos;* Bukentopius pag. 41. adnotat: « *ad* » *duos acervos;* non iuxta duos acervos lapi» dum aut aliarum rerum; sed ex ipsis ca» pitibus abscissis facite duos acervos; ita » enim habetur in hebraeo *Ponite ea duos* » *acervos.* » Pro *usque mane,* cod. U *usque ad mane.*

9. *egressus est*—Codd. Cas. 2. addunt *rex.* Ante *stans* tacent *et* Bibl. Basil. 1491. 1495., Argent. 1497., Paris. 1497., Norimb. 1501., all. Pro *Iusti estis,* codd. Cas. 2. *Iustum vos iudicate;* et pro *si ego,* Bibl. Rom. 1471., Ven. 1511. 1519., Paris. 1541. 1566., Ord., all. *si ergo.* Cod. H notat hebraeum pro *coniuravi,* legere *rebellavi;* at cf. ad IX, 14. Pro *quis percussit,* codd. A, B, Bibl. Colon. 1530., Lugdun. 1535. *qui percussit;* codd. Cas. 2. *et quis iugulavit.*

10. *ergo nunc*—Tacent *nunc* cod. Cas. 1., Abulensis. Mox omittunt verba *Dominus super domum Achab, et Dominus fecit quod locutus est* codd. U, V 1. m., Cas. 2.

11. *et sacerdotes*—Addunt *eius* cod. G, alii apud O; item hebraeus et veteres. Cod. K pro *ex eo reliquiae,* legit *ex eis reliquiae;* cod. Cas. 1. addit *ullae.*

12. *Cameram*—Codd. C, D, E, F, I, goth. leg. *Camaram;* haec scribendi ratio apud latinos ex graecis recepta est; eamdemque vehementer probat Beda I, 128. cod. H notat hebraeum legere *caulas,* item vers. 14.; at בית־עקד est nomen loci proprium, unde graecus habet Βαιθακάθ, de quo cf. Hieronymus III, 179.; cod. M notat: « *cumque ve*» *nisset ad Cameram;* hic fit punctum; est » nomen loci. » Ergo scholiastes legebat mox cum arabe *in via invenit* etc. Accedit cod. B qui habet *invenit fratres Ochoziae in via.*

13. *regis Iuda*—Codices nonnulli et Bibl. Ven. 1476. *regis Iudae.* Cod. A mendose *ad eum,* pro *ad eos.* Pro *Qui responderunt,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, mediol., goth. legion., Bibl. Ven. 1476., Colon. 1530., Abulensis, Hugo *At illi responderunt.* Post *Fratres Ochoziae* antiquiores plures editiones addunt *regis.* Ante *reginae* cod. veron. tacet *filios.*

14. *comprehendissent vivos* — Cod. D *prehendissent;* alii quoque tacent *vivos* uti C 1. m., Abulensis; cf. Holmesius. Pro *cisterna,* codd. C, E, I, all. *cisternam;* et pro *quadraginta,* cod. Cas. 1. *quinquaginta;* et pro *reliquit,* codd. H, V *dereliquit;* codd. Cas. 2., veron. *reliquerunt.*

15. *Et ait ad eum* — Codd. B 2. m., R, S, V, antiquiores editiones, margo Ordin. *Et ait Iehu ad eum;* accedit graecus. Ad verba *cor tuum rectum* codd. F, V addunt *contra me;* codd. L, N*, R, S, antiquiores editiones addunt *cum corde meo,* ut graecus; idque Clerico et Houbigantio placuit. Post verba *sicut cor meum,* Bibl. Ven. 1476. addunt *rectum.* Pro *da manum,* codd. F, G, antiquiores plures editiones, margo Ordin. *da mihi manum;* item slav. ostrog. Post *dedit* tacent *ei* sixtini, codd. A, C, D, E, F, I, K, T, U, Cas. 15., goth. legion., veron., hebraeus, chaldaeus, graecus. Pro *in currum,* codd. A, C, D, F, N, O, Cas. 2., Abulensis *in curru;* codd. V, Cas. 2. *in currum suum;* cod. Cas. 1. *in curru suo;* pronomen addunt quoque arabs et slavon. ostrog.

16. *in curru suo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, T, U, V, Cas. 14., Bibl. Basil. 1509. 1530., Lugd. 1510. 1514. 1515. 1516. 1520., Paris. 1519. 1534. 1549. 1552., Norimb. 1527. 1529., Colon. 1530., Ord., priores editt. Rob. Steph., Hugo, all. *currui suo;* cod. B et Bibl. Ven. 1495. *curru suo.*

17. *duxit* — Addunt *eum* cod. V, Bibl. Ven. 1476. Mox pro *fuerant,* cod. A *fuerunt;* et pro *de Achab in Samaria,* pauci codices et Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498., Basil. 1509., Lugd. 1510., Paris. 1519., all. *de Achab in Samariam.* Cod. H notat hebraeum pro *ad unum* legere *ad internecionem.*

18. *Congregavit ergo* — Bibl. Basil. 1491., Ven. 1492. 1497. 1501. *Congregavitque ergo.* Pro *ad eos,* codd. D, I, Cas. 2., gothic. leg., veronen., Bibl. Basil. 1495. *ad eum;* item cod. 158. Holmesii.

19. *et cunctos sacerdotes ipsius vocate ad me* — Cod. F *vocate ad me, et cunctos sacerdotes ipsius.* Pro *nullus sit qui non veniat,* cod. T *nullusque sit qui remaneat;* Symmachus μὴ ἀπολειφθήτω. Pro *grande est mihi,* cod. U *mihi grande est;* Bibl. Colon. 1530. *est grande mihi;* et pro *disperderet,* codd. H, goth. leg. *perderet.*

20. *Et dixit: Sanctificate diem sollemnem Baal* — Haec deerant in cod. B; in quo secunda manus scripsit *Dixit: Sanctificate sollemnitatem Baal;* legunt quoque *Dixit* codd. A, D, O; habent *Dixitque* codd. F, I, T, Bibl. Ven. 1476. 1495., Ordin.; at codd. C, H *Dixit autem;* praeterea cod. H notat hebraeum pro *diem sollemnem,* legere *coetum,* graece est ἱερείαν. Pro *Vocavitque,* hebr. ויקראו, cui consentiunt veteres omnes.

21. *ne unus* — Codd. C 1. m., G, R, Bibl. Basil. 1509. 1530., Lugdun. 1510., Paris. 1519., all. *nec unus.* In cod. B deerant verba *qui non veniret. Et ingressi sunt templum Baal;* cod. H notat hebraeum legere *domum,* pro *templum;* item infra. Ante *summum* tacent *ad* Bibl. Paris. 1504., Lugdun. 1506. 1509., all.

22. *his, qui erant* — Codd. R, S, antiquiores editiones *his, qui praeerant;* cod. veron. et margo cod. H *ei qui erat;* item hebraeus et veteres; sed cf. Holmesius. Cod. H notat hebraeum pro *protulerunt,* legere *protulit.*

23. *Ingressusque Iehu . . . ait* — Codd. C, D, F, G, H, I, K, O, R, S, U, Bibl. Ven. 1476. *Ingressusque est Iehu . . . . et ait.* Pro *servi Baal soli,* sixtini, codd. A, C, D, E, I, F, G, H, K, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Colon. 1530., Hugo, Abulensis *soli servi Baal;* cod. R *servi soli Baal.*

24. *de hominibus* — Codd. B, I, K, R, S, Bibl. Ord., Abulensis *de omnibus,* mendose.

25. *est autem* — Codd. A, B, H, I, K, T, U, Cas. 14. *est ergo.* Pro *nullus evadat,* codd. G, H, R, S, alii apud O *ut nullus evadat;* Bibl. Ven. 1476. *et nullus evadat;* cf. Holmesius. Pro *Percusseruntque,* codd. Cas. 2. *Percusserunt ergo;* cod. V, Bibl. Basil. 1509. 1530., Lugd. 1510. all. *Percusserunt.* Pro *eos in ore gladii,* codd. A, N, P *eos ore gladii;* cod. N

notat: « Antiqui, iuxta hebraeum, non interponunt *in*. » Bibl. Ven. 1476. *in ore gladii eos*. Post *duces*, cod. Cas. 1. addit *cadavera eorum foras;* id enim fere omnes interpretes subintelligi volunt.

26. *statuam* — Cod. H notat hebraeum legere *titulos;* at sunt hebraici codices apud De-Rossi, qui singularem numerum praeferunt, eisque adstipulantur graecus, chaldaeus, syrus; contextus quoque hanc lectionem requirit.

27. *Destruxerunt quoque* — Cod. B *Destruxeruntque*. Cod. H legit *in ea*, loco *pro ea;* et pro *in diem*, codd. D, F, Bibl. Ven. 1476., Abulensis *ad diem*.

29. *peccare fecit* — Codd. A, U, veron. *peccare fecerat*. Pro *dereliquit*, cod. E *delevit;* cod. U *reliquit*.

30. *studiose egisti* — Sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, mediolan., Thomas. I, 88., Bibl. Ven. 1476., Abulensis *studiose fecisti*.

31. *in lege* — Cod. Cas. 1. *in viis*. Pro *peccare fecerat*, codd. D, E, F, I, T, V, goth. leg., Bibl. Ven. 1495., Norimb. 1480. 1527., Lugd. 1535. 1540., all. *peccare fecit;* ut vers. 29.

32. *Dominus taedere* — Cod. U *Dominum taedere*. Pro *in universis*, Bibl. Ven. 1495. *in omnibus*.

33. *omnem Terram* — Bibl. Venet. 1476. *omnemque terram;* item syrus et cod. 74. Holmesii. Cod. B *Arohel*, pro *Aroër;* et mox omittebat *quae*.

34. *et universa quae fecit* — Cod. U tacet; item cod. 224. Kennicotti. Pro *verborum dierum*, Bibl. Ven. 1481. *sermonum dierum*.

35. *Ioachaz* — Nulla esse potest critica quaestio de hoc nomine, nisi velis quorumdam codicum lectionem praeferre, qui habent *Ioahaz* vel *Iohaz;* at antiquiores editiones illud mire corrumpunt; nam aliae scribunt *Ioacham*, aliae *Ioachim* vel *Ioachin*, paucae (cum cod. syro Pocockii) *Achaz;* mendosas alias lectiones memorant Petrus Com. et Hugo a s. Charo. Bibl. Ienson Ven. 1476. 1479. mox tacent *eius*.

36. *quos regnavit* — Codd. R, T 2. m., U, V, Cas. plures, Abulensis *quibus regnavit*. Pro *viginti et octo*, codd. E, I, Bibl. Ord. cum graeco *viginti octo;* cod. G *XXIX*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. X, 9. *Et ecce attigi ad eum et occidi eum et percussi eius omnes* (Haec et sequentia ad fidem codicis damus, etsi aliqua ex parte corrupta videantur atque turbata). 11. *Nunc eradicabo universos qui relicti sunt in domo Ahab in Israel* (item codd. graeci), *et omnes cognatos* (codd. ἀγχιστεύοντας, quod perperam Holmesius adscribit ed. Complut.) *eius, et propinquos eius*. 10. *Ut sciant cuncti quia non cadent verba Domini in terra, quae locutus est de domo Ahab in manu Heliae*. . . . 13. *et nos descendimus ad pacem filii potentiae* (at graecus τῶν υἱῶν τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν υἱῶν τῆς δυναστευούσης). . . 17. *secundum verbum Dei Israel in ore Heliae* (cf. Holmes.). . . 21. *et impletum est os ad os*. 22. *et dixit Hieu illi qui super templum erat: Profer vestimenta* (concinunt graeci codices). . . . 24. *tria millia virorum in absconso* (τρισχιλίους ἄνδρας ἐν τῷ κρυπτῷ codd. 19, 82, 93, 108. Holmesii), *quibus praecipiens dixit: Si quisquam salvatus fuerit de viris*. . . . 27. *Et destruxit ita ut omnis domus eius fuisset destructa, et iam ipsa in sterquilinium esset omnibus* (cf. Holmesius). . . . 29. *non recessit Hieu, sequens observantiam vaccarum peccati* (item laudati codd.). . . 32. *Propter quod in diebus illis, principante Domino ex parte in Israel* (haec corrupta videntur) *coepit Azahel rex Syriae ex finibus Israel*, 33. *trans Iordanem in orientem omnem terram Gad et Ruben* . . . 35. *Et regnavit pro eo Ioachin filius eius*. 36. *Dies quibus regnavit Hieu in Israel anni XXVII*. (Quae hinc sequuntur exhibent additamentum ex cap. VIII, 26-28. IX, 27. 28. petitum, atque hoc loco insertum, quod nonnisi in holmesianis codicibus 19, 82, 93, 108, legitur. Nonnullae tamen in nostro codice occurrunt varietates, quas criticis viris proderit

cum laudatis codd. conferre atque expendere) *Et erat annus* (secundus) *Gotholiae cum regnare coepisset Hieu filius Namesse, cum esset annorum XXII. Hocozias enim post Ioram regnavit anno uno in Hyerusalem, et nomen erat matris eius Gotholia filia Ambri* (codd. Ἀχαάβ; conf. VIII, 26.) *regis Hysrael; quae, defuncto filio, tenuit regnum annis VIII.* (haec in codd. desiderantur); *et abiit in viam domus Ahab, et fecit malignum in conspectu Domini sicut Ahab; quoniam de genere erat domus Ahab. Cum enim abiisset Ocozias convictus dolore regis Israel in pugna adversus Azahel regem Syriae, et in verbo Domini comprehendisset Ieu filium Namessi Hyoram regem Israel filium Ahab et interfecisset eum* (graeci codd. τοτε συνηψεν Ιου υιος Ναμεσσει επι Ιωραμ υιον Αχααβ βασιλεα Ισραηλ, και επαταξεν αυτον εν Ιεζραηλ, και απεθανεν); *factum est ut in eodem bello sagittaret Ochoziam regem Iuda in curru; quem cum retulissent mortuum pueri eius in Hyerusalem, et sepelissent eum cum patribus eius....*

Cap. XI, 1. *Ochoziae* — Cod. Cas. 1., Dionysius carthus. addunt *regis Iuda*.

2. *Iosaba* — Codd. B, G *Iosapha;* cod. S et II Paral. XXII, 11. *Iosabeth;* cod. vatic. 2. m. Ἰωσαβέθ; Hieron. III, 67. *Iosabe.* Cod. B post *abscondit* tacet *eum;* item slav. ostrog.

3. *sex annis clam in domo Domini* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Colon. 1530., Rabanus, Hugo, Abulensis *in domo Domini clam sex annis.* Pro *super terram*, cod. R *super terram VI. annis;* cod. V *sex annis super terram;* cod. L, antiquiores editiones *super terram septem annis;* Beda I, 532: « In LXX. interpretibus VII. annis regnasse Athalia narratur. » At hebraeus et veteres cum Vulgato consentiunt.

4. *Ioiada* — Nonnulli cum cod. B *Ioiadas*, item vers. 15. et 17.; cod. Cas. 1. addit *sacerdos* ut vers. 9.; item plures graeci codices cum slavon., georg. et syro-hexaplari; Bibl. Ven. 1495., Lugd. 1510. 1515., Basil. 1509. 1530., Paris. 1519., Ordin., all. addunt *pontifex.* Pro *centuriones, et milites*, cod. H *centuriones et duces et milites;* margo Ordin. interponit *duces;* Isidorus Clarius *centuriones, duces, et satellites;* Vallarsius animadvertit: « Hebr. legit את־שרי המאיות לכרי ולרצים » quae sonant *principes centurionum duces et cursores*, ut prior tamen illa trium verborum circumlocutio *centuriones* uno verbo significet. Sic veteres graeci interpretes; » Aquila τοὺς ἄρχοντας τῶν ἑκατοντάδων » καὶ τοὺς τρέχοντας; Symmachus τοὺς » ἑκαντοντάρχους καὶ τοὺς παρατρέχοντας; uno verbo tria illa reddit. » At vero hebraica verba recentiores reddunt *principes centuriarum, confossorum et cursorum*, idque interpretantur de centurionibus ac praetorianis satellitibus, quos olim *Cerethaeos* et *Phelethaeos* appellabant; alexandrinus vero et Theodotio hebraica ipsa nomina retinentes posuerunt τοὺς ἑκατοντάρχους τῶν (all. τὸν) Χοῤῥὶ καὶ τῶν (all. τὸν) Ῥασίμ. Ante *introduxit* addunt *et* codd. D, F, I, R, S, Rabanus. Pro *in templum*, Bibl. Ven. 1476. *in templo;* codd. H, K, U *in domum;* et pro *adiurans eos*, cod. Cas. 1. *adiurans omnes.*

5. *Iste est sermo* — Sixtini, codd. A et veron. *Iste sermo;* et pro *debetis* cod. F, Bibl. Venet. 1476. *debebitis;* hebraeus זה הדבר אשר תעשון.

6. *Tertia pars* — Cod. B *Tertia autem pars;* item cod. 93. Kennicotti. Pro *introeat sabbato*, codd. Cas. 12. *introeat sabbatum;* et pro *observet*, Sixtus *observes*, quod emendarunt gregoriani, unde Toletus: « Lege *observet;* sic in omnibus codicibus. » Graecus φυλάξατε; cf. Bukentopius p. 409. Pro *excubias*, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., Bibl. Colon. 1530., Beda, Eucherius, Claudius, Angelomus, Abulensis *excubitum;* Hugo notat: « Alii qui libri habent *excubitum* vel *excubium.* » Pro *Sur*, Sixtus, codd. B, C, D, E 2. m., F, G, I, R, S, T 2. m., V, veteres fere omnes editiones, Beda, Eucherius, Claudius, Angelomus, Petrus Com., all. *Seir;* quod emenda-

runt sixtini et gregoriani ad fidem codd. H, L (seu Q), priorum editionum Rob. Steph., Bibl. Ord. all.; hinc Toletus: « Lege *Sur;* sic » hebraeus, manuscripti et utraque Congrega- » tio; » Lucas autem Brugensis: « Non mutes » *Sur*, quod est nomen portae templi, cum » *Seir,* quod est nomen montis Idumaeorum. » Cf. Bukentopius pag. 183. 409. Alii codd., nempe A, K, O, U, veron. legunt *Sir* vel *Syr;* at in II Paral. XXIII, 5. hebraeus היסוד, Vulgatus *Fundamenti*, quod Gesenio *Thes. p. 945*. probatur.

Ibid. *et tertia pars sit ad portam* — Haec desunt in Bibl. Ven. 1476.; tacent *sit* sixtini, codd. A, C, D, E, F, I, K, O, T, U, V, Cas. 3., Bibl. Ven. 1495., Ord., Colon. 1530., Beda, Claudius taurin., Eucherius, Angelomus, Abulensis; item hebraeus et veteres. Pro *scutariorum*, cod. D, Bibl. Paris. 1504., Basil. 1509., Lugd. 1509., all. *scrutariorum;* item vers. 19.; cod. H notat hebraeum legere *cursorum.* Ante *custodietis* tacent *et* Beda, Eucherius, Claudius taurin., armenus et cod. alexandrinus; et mox rursum pro *excubias*, legunt *excubitum* testes superius laudati et Bibl. Ven. 1476. Pro *Messa*, plures libri praeferunt *Mesa;* et hebraeus מסח, Aquila Μεσσαε, item graeca editio Compl. et tres codices holmesiani; reliqui enim graeci codices tacent; alii vero interpretes apud Theodoretum posuerunt ἀπὸ τῆς διαφθορᾶς; conf. Middeldorpf ad codicem syro-hexapl. p. 431.

7. *custodiant* — Codd. R, Cas. 4., Dionysius carthus. *custodient.* Pro *excubias domus Domini*, Eucherius et Claudius taurin. *excubitum domus Domini;* huc spectare videtur cod. H dum notat hebraeum legere *excubitum Domini*, cui consentiunt codd. 96, 168, 201, 240 Kennicotti, et 701 De-Rossi. Pro *circa regem*, codd. A, B, C, D, F 1. m., G, H, I, O, T, Bibl. Colon. 1530., Beda, Eucherius, Angelomus *circum regem*, ut infra vers. 11.

8. *septum templi* — Bibl. Norimb. 1527., Lugd. 1535. 1540. *septum Domini;* Rabanus et Angelomus *septa templi;* hebr. השדרות, quod retinent LXX. εἰς τὰς σαδηρώθ; hinc Hieronymus III, 69. « *Saderoth*, περιβολοί, » moenia vel porticus publicae. » Aquila enim et Theodotio habent τοὺς περιβόλους; notat Theodoretus graecos pro σαδηρώθ in libro II Paral. XXIII, 14. posuisse οἶκος; unicus cod. 93. Kennicotti addit הבית. Pro *introeunte et egrediente*, cod. E *introeuntes et egredientes;* mendose.

9. *praeceperat eis* — Cod. H notat hebraeum non legere *eis*. Pro *ingrediebantur sabbatum*, Sixtus, codd. B, D, H, Q, Bibl. Lovan. 1547. et praeter reliquas editt. hentenianas, Lugd. 1550. 1554. 1556. 1558. 1562. 1567., Venet. 1558. *ingrediebantur sabbato;* codd. Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Basil. 1509. 1530., Lugdun. 1510. 1522., Norimb. 1527. 1529., Paris. 1534. 1560., Ord., priores editt. Rob. Steph., all., Rabanus, Hugo, Abulensis *ingrediebantur ad sabbatum;* hodiernam lectionem restituerunt sixtini et gregoriani ad fidem reliquorum codicum, et complurium vetustiorum editionum; hinc Toletus: « Lege » *sabbatum;* sic Compl., Reg. et utraque Con- » gregatio. Ordin. autem *ad sabbatum.* » Bukentopius vero p. 409. « *ingrediebantur sab-* » *batum*, hoc est incipiebant vices suas sab- » batinales; aut etiam *ingrediebantur sab-* » *bato* templum, ut Sixti V. et graeca editio: » utramque lectionem admittit textus he- » braeus. » Quod mox sequitur *egrediebantur sabbato*, Bibliis Sixti V. acceptum referre debemus; silent enim romani correctores, exceptis gregorianis qui scripserant *egrediebantur sabbatum;* codices vero et editiones veteres cum Rabano, Angelomo aliisque legunt *egrediebantur e sabbato*, attamen Lucas Brugensis hanc praepositionem *e* obscurare sententiam censuit. Pro *ad Ioiadam*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, N, O, T, V, Bibl. Colon. 1530. *ad Ioiada* (ex his pauci *ad Ioiade*); Bibl. Basil. 1495. 1509., Ven. 1497., Paris. 1497., all. *ad Ioiadem.*

10. *quae erant* — Bibl. Rob. Steph. 1532., Lugd. 1537. 1540., Antuerp. 1537. 1538., Basil. 1538., Ven. 1544. *qui erant.*

11. *dextera* — Sixtini, aliique plures prae-

ferunt *dextra*, uti est in loco parallelo II Paral. XXIII, 10. Pro *circum regem*, codd. E, F, V, Cas. 3., Bibl. Ven. 1481., Basil. 1509., Lugd. 1510., all. *circa regem;* ut supra v. 7.; Bibl. Norimb. 1527. 1529., Lugdun. 1537. 1540. *et circa regem.*

12. *posuit super eum* — Codd. C, H, T, Cas. 3., syrus et arabs *posuit super caput eius.* Quod sequitur *testimonium*, de ipso legis mosaicae volumine accipiendum videtur. Post *unxerunt*, codd. E, I addunt *eum regem;* hebraeus et veteres *eum.*

13. *Audivit autem* — Tacent *autem* codd. B, D 1. m., E, F, I, T, U, goth. legion., Bibl. Ven. 1476., Norimb. 1480. Pro *populi currentis*, codd. C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Thomas. I, 88., Bibl. Ven. 1476. 1495., Colon. 1530. *currentis populi.* Cod. H notat hebraeum pro *turbas*, legere *populum;* et mox idem cod. pro *in templum*, legit *in domum;* codd. Cas. 2. *in domo.*

14. *et tubas* — Codd. F 1. m., L, R, S, T 1. m., pleraeque antiquiores editt. *et turbas*, mendose; cf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 183.; cod. H notat hebraeum legere *et tibias.* Eadem lectio occurrit in loco parallelo II Paral. XXIII, 13. ubi Vulgatus adhuc habet *turmasque.* Pro *prope eum*, codd. A, C, D, E, F, H, K, O, T, U, veron. 1. m., Bibl. Colon. 1530. *propter eum;* cod. veronen. 2. m. *iuxta eum.* Ante *scidit* tacent *et* cod. G, Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. et armenus. Cod. H notat hebr. legere *Rebellio, rebellio*, pro *Coniuratio, coniuratio;* at cf. ad IX, 14.

15. *Praecepit autem Ioiada* — Codd. Cas. 15. *Praecepitque Ioiada;* codd. H, L (seu Q), Bibl. Colon. 1530., priores editt. Rob. Steph., all. addunt *sacerdos;* item hebraeus et veteres. Pro *extra septa*, codd. A, B, C, F, G, H, I, R, S, T, V, Cas. plures, Bibl. Ven. 1476., Abulensis *extra consepta;* codd. E, K, gothic. leg. *extra conseptum;* cf. vers. 8. Pro *eam secutus fuerit*, sixtini, codd. A, C, D, G, H, T, Bibl. Ven. 1476. 1495., Colon. 1530. *secutus eam fuerit.* Pro *Dixerat enim sacerdos*, cod. K *Dixerunt enim sacerdotes;* cod. D 2. m. addit *Domini.* Cod. H notat hebraeum pro *templo*, legere *domo;* item in sequentibus.

16. *impegerunt* — Cod. A, Bibl. Ordin. *impigerunt.* Pro *palatium*, cod. L (seu Q), Bibl. Lugd. 1550. 1554. 1556. 1562., Ven. 1558., all. *palatium regis;* II Paral. XXIII, 15. cum hebraeo *domus regis.*

17. *Pepigit ergo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, Bibl. Ven. 1476. 1495., Colon. 1530., Ordin., Hugo *Pepigit igitur;* cod. R *Pepigitque.* Pro *inter Dominum*, antiquiores editiones *inter Deum;* et mox pro *et inter regem, et inter populum*, Sixtus (item codd. syriaci in tomo VI. polyglottorum londinensium) habet tantum *et populum;* gregoriani communem lectionem restituerunt; Toletus notat: « Adde *inter regem, et inter;* sic » graecus, manuscripti et utraque Congrega» tio, et consonat cum hebraeo. » Bukentopius pag. 337. mendose tribuit Sixto *et inter populum.* Fere omnes veteres editiones et codd. R, S legunt *et regem, et inter populum;* at sixtini ad fidem priscorum codicum addiderunt *inter* ante *regem;* codd. Cas. 2. tacent *et inter regem;* conf. Holmesius; alii codd. 2. Cas. legunt *et inter regem, et testamentum inter populum.* Ultimo loco cod. I et Bibl. Ven. 1476. praetermittunt verba *et inter regem et populum;* item armenus, slav. ostrog. et complures graeci codices.

18. *populus* — Desideratur in cod. B. Pro *valide*, pauci legunt *valde;* et pro *Mathan*, plures cum codd. A, H *Matthan;* de quo cf. Holmesius. Cod. H notat hebraeum pro *altari*, legere *altaribus;* sixtini *Altari.*

19. *Cerethi et Phelethi* — Sixtus *cerethi et phelethi;* emendarunt gregoriani; cf. III Reg. I, 38.; cod. H notat hebraeum legere *cursores et duces* (item margo Ordin.; cf. vers. 4.); et pro *in palatium*, legere *in domum regis;* item XII, 18.

21. *Septemque annorum* — Longe plures ex antiquioribus editionibus *Septemque annis;* cod. T *Septem annorum;* item hebraeus et veteres, excepto arabe. Non pauci cum hebraeo ab hoc versiculo caput XII. exordiuntur.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XI, 8. *et praecepit illis, ut qui intrasset asadroth* (vide supra ad h. l.) *moreretur*. . . . 12. *dedit super eum sanctificationem* (non igitur hebraicum verbum Νεζέρ, sed τὸ ἁγίασμα in suis codicibus reperit). . . . 14. *Et ecce rex stabat ad columnam iustificatus ab hominibus* (graecus κατὰ τὸ κρίμα) . . . *et scidit Gotholia vestimentum suum* (codices quoque singularem num. exhibent). . . 18. *contribulaverunt bene: et Mathan adinventorem* (graecus τὸν ἱερέα τοῦ Βαάλ)... *Et posuit sacerdos stationarios* (ἐπισκόπους).

Cap. XII, 1. *Anno septimo* — Bibl. Venet. 1492. 1497. 1501., Brix. 1492. mendose *Anno secundo*. Ante *quadraginta* latini codices et veteres editiones tacent *et*, quod a Sixto additum fuit. Pro *Sebia*, alii *Sebeia*, alii *Sebai* scribunt.

2. *coram Domino* — Ex hebraeo codex H *in oculis Domini*.

3. *adhuc enim*—Tacent *enim* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, I, N, O, U, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., Bibl. Ven. 1476., Abulensis et hebraeus textus; cod. V legit *et adhuc*. Pro *immolabat, et adolebat in excelsis incensum*, cod. B *sacrificabat in excelsis, et adolebat incensum;* codd. F, R, S, V, Hugo, Abulensis *immolabat, et adolebat incensum in excelsis*. Cod. N notat apud LXX. legi *a meteoris non recesserunt; adhuc sacrificabant ipsi, et supplicabant in meteoris*. Accedit margo cod. gothic. legion. de quo infra; graecus habet Πλὴν τῶν ὑψηλῶν οὐ μετεστάθησαν, καὶ ἐκεῖ (ed. Compl. tacet καὶ ἐκεῖ) ἔτι ὁ λαὸς ἐθυσίαζε, καὶ ἐθυμίων ἐν τοῖς ὑψηλοῖς; sed hoc postremo loco pro ὑψηλοῖς, quatuor graeci codices cum ed. Complut. et Theodoreto legunt μετεώροις.

4. *pecuniam sanctorum*—Codd. C, G, H, V, Cas. 1. *pecuniam sanctuarii*. Pro *illata fuerit*, cod. V, Bibl. Basil. 1509., Lugd. 1510., priores editt. Rob. Steph., all. *illata fuerat;* Rabanus *allata fuerit;* mendose Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Paris. 1497., all. *immolata fuerit*. Pro *quae offertur*, cod. E *quae et offertur;* pro *pretio*, alii apud cod. O *peccato*. Cod. H notat hebraeum legere *domum* pro *templum;* et post *inferunt* cod. B tacet *in*. Epanorthotes notat de tribus pretiis heic sermonem esse.

5. *et instaurent*—Bibl. Ordin., Ven. 1482. 1489. 1495., all. *ut instaurent*. Pro *sartatecta domus*, cod. F *sarta domus tecta;* cod. V *sartatecta templi;* codd. Cas. 2. *sartatecta templi domus Domini;* cod. B 2. m. addit *Domini*, de quo cf. Holmesius; Maius in *Spicil. rom. IX. 83*. habet ex veteri opusc. ms. *consutatecta*. Pro *instauratione*, codd. C, D, G, H, O, R, S, T 2. m., V, Hugo *in instauratione;* cod. I *ad instaurationem;* cod. U *in restaurationem*.

6. *tertium* — Cod. Cas. 1. tacet; item cod. XI. Holmesii. Ex antiquioribus editionibus plures post *regis* tacent *Ioas*.

7. *Ioiadam pontificem et*—Cod. E *Ioiadam sacerdotem et alios;* sixtini et complures codices habent perpetuo *Ioiada;* pauci *Ioiadem;* cf. ad XI, 9. Pro *instauratis*, codd. A, F, G, R, T, goth. legion., veron., Bibl. Ven. 1476., Rabanus *instaurastis;* cf. Holmesius; et pro *amplius accipere*, codd. R, S, V *accipere amplius*.

8. *et instaurare sartatecta domus* — Codd. E, I, L, Q, Cas. 1. *et instaurare sartatecta templi;* cod. V, Bibl. Ven. 1476. *ut instaurarent sartatecta domus;* cod. H notat hebraeum legere *nisi ad instauranda sartatecta domus;* at Martianaeus animadvertit: « Fallitur scholiastes, hebraeus enim non habet illam exceptionem; sed particulam connexivam iuxta quam ita legendum est *Et prohibiti sunt sacerdotes ut non acciperent pecuniam a populo, et ne instaurarent sartatecta domus*. Huic lectioni consentiunt omnes alii interpretes contra scholiasten nostrum, qui nec satis attendebat sermonis consequentiam; nam ex superiori versiculo manifestum apparet, ni fallor, sacerdotes prohibitos fuisse et ab accipienda pecunia, et ab instauratione iam dicta, sive potius ab officio huius instaurationis, quo non sine segnitia

» perfuncti videbantur. » Immo vero pro eo quod Vulgatus habet *Prohibitique*, hebraeus, cui reliqui consonant, legit ויאתו *Et consenserunt*.

9. *Ioiada pontifex gazophylacium unum, aperuitque*—Rabanus *Ioiada gazophylacium, aperuitque unum;* conf. Holmesius. Pro *ingredientium*, Beda III, 258. *ingredientibus;* et pro *ad templum*, cod. G et Conc. Aquisgr. ed. Hard. IV, 1441. *in templum*.

10. *nimiam pecuniam esse* — Codd. E, I, Dionysius carth. *pecuniam nimiam esse;* Bibl. Ven. 1476. *nimiam esse pecuniam;* cod. G *magnam pecuniam esse*. Mox cod. R et Beda l. c. *effundebant*, pro *effundebantque*.

11. *et in caementariis iis*—Codd. T 2. m., V, Bibl. Ven. 1476. *et in caementariis et his;* alii plures legunt *his* hoc loco et infra v. 12. 14. 15.; codd. Cas. 4. et Angelomus tacent *in*.

12. *emerent* — Cod. Cas. 1. *emerentur*. Ad verba *muniendam domum* addunt *Domini* codd. V, Cas. 1., Rabanus et cod. 245. Holmesii.

13. *et omne vas* — Tacent *et* codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T 2. m., goth. leg., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Hugo, Abulensis; item hebraeus et graecus; et, ni fallimur, sixtini quoque particulam *et* hoc loco abiicere voluerunt; nam calami vitio eadem particula ante *fuscinulae* (quo in loco nostri codices illam non praetermittunt) in illorum autographo expuncta videtur. Pro *in templum*, cod. F, Bibl. Ven. 1476. *in templo*.

14. *instauraretur* — Cod. L (seu Q) addit *ex ea;* item hebraeus et veteres. Hic versiculus in cod. Cas. 1. et Kenn. 176. desideratur.

15. *iis hominibus* — Bibl. Ord., Hugo, all. *iis omnibus*. Cod. H notat hebraeum legere *quia in fide*, pro *sed in fide*.

16. *pro peccatis* — Codd. Cas. 2. *pro peccato;* graecus περὶ πλημμελείας.

18. *consecraverant*—Cod. F et antiquiores editiones *consecraverat;* graecus ἡγίασεν; mendose cod. veron. *conservaverat*. Pro *patres*, codd. E, veron. *pater;* et pro *universum argentum*, Bibl. Ord., Compl., Reg., Norimb. 1527. 1529., priores editiones Rob. Steph., all. *universum aurum;* consentiunt hebraeus (quod adnotavit cod. H) et veteres, exceptis armeno, syro-hexapl. et codice alexandrino, qui cum Vulgato faciunt; conf. De Azevedo, pag. 488. Pro *inveniri*, cod. F et Bibl. Ven. 1476. *invenire;* et pro *Hazaeli*, Bibl. Norimb. 1501., Paris. 1504., Lugdun. 1506., Venet. 1511., Compl., Reg., all. *Hazael*.

19. *verborum dierum* — Codd. E, I tacent *dierum*.

20. *coniuraverunt* — Cod. H notat hebraeum legere *rebellaverunt;* cf. ad IX, 14. Pro *in Domo Mello*, cod. E *in Mello*, de quo cf. ad III Reg. XI, 27. Pro *Sella*, fere omnes codices et antiquiores editiones cum graeco *Sela*.

21. *Iosachar* — Optimi pluresque codices, et non paucae ex antiquioribus editionibus praeferunt *Iozachar;* consonat hebr. יוזכר; et pro *Semaath*, alii codd. et antiquiores editiones *Semath;* II Paral. XXIV, 26. legitur *Zabad filius Semmaath Ammanitidis*. In nomine quod sequitur *Iozabad* mire variant latini libri, quorum multi habent *Iozabat* vel *Iozabath*, alii *Iosabad* vel *Iosabath*, alii *Iosaphath;* has autem aliasque mendas huiusmodi persequi non vacat.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XII, 3. *Adhuc sacrificabant ipsi, et supplicabant in meteoris* (vide supra ad h. l.) . . . 5. *Berech de domo omnium inventorum ibi* (lege βεδέκ, quod est בדק; Hieronymus III, 66. notat: *Bedec*, instauratio.) . . . 6. *non obtinuerunt* (ἐκραταίωσαν) *sacerdotes Berech domus* [Alias: *cum desererent sacerdotes Berech domus*] . . . 9. *Et accepit post haec Ioiadas sacerdos loculum, et foramen unum in tabella eius* . . . *qui custodiebant protira* (codd. τὰ πρόθυρα) . . . *donec consumerit (?) terra in domum Domini* (quorsum spectant, vel quomodo sananda sunt ista?) . . . 20. *et comprehenderunt obligamenta* [Alias: *et commiserunt commissiones*] (graecus καὶ ἔδησαν πάντα σύνδεσμον, sed codd. tacent πάντα).

Cap. XIII, 1. *Ochoziae regis Iuda*—Sixtini et complures veteres libri *Ahaziae regis Iudae;* de priori nomine conf. ad VIII, 24. Pro *Ioachaz,* sixtini, Sixtus et codices plerique *Ioahaz*, pauci *Ioaaz;* mendose antiquiores editiones *Ioacham;* emendarunt gregoriani, unde Toletus: « Lege *Ioachaz;* et sic infra » semper. Prior Congregatio cum quodam » manuscripto habet *Ioahaz;* sed hebraeus, » graecus et caeteri codices ac posterior Con» gregatio *Ioachaz.* » Cf. ad X, 35.

2. *coram Domino*—Cod. H notat hebraeum legere *in oculis Domini;* item saepius in sequentibus. Ante verba *non declinavit* tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, K, O, T, U, Cas. 2., goth. legion., Abulensis; item hebraeus, chaldaeus et graecus.

3. *Iratusque est . . . et tradidit eos*—Cod. E *Iratusque . . . tradidit eos;* cod. B tacet pronomen. Pro *Hazael regis,* codd. A, B, C, F, K, O, T, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1495., Colon. 1530., Hugo *Azaelis* (vel *Hazaelis*) *regis;* item vers. 25.; cod. D *Hazael rex.* Ad nomen *Benadad* cod. M notat: « Iste *Benadat* per *t* » ultimam litteram scribendum est; sed *Be*» *nadab* pater Azaelis, patris istius Benadat, » scribendum est per *b,* ut dicit Hieronymus » super Amos I. » Verum conf. dicta ad III Reg. XV, 18.

4. *angustiam*—Codd. C, D, O, V, Bibl. Ven. 1495., Ordin., Colon. 1530. *angustias;* Bibl. Ven. 1476. addunt *in.* Mox pro *quia;* codd. C, F, G, I, Cas. 3., Abulensis *qua.*

5. *salvatorem Israeli*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1495., Ordin., all. *Israeli salvatorem;* cod. K tacet *Israeli;* item cod. 171. Kennicotti et XI. Holmesii; in codice syro-hexaplari cum asterisco additur. Pro *de manu regis Syriae,* sixtini, codd. A, B, E, H, K, L 4., Q, T 1. m., U, goth. legion., veron., Bibl. Colon. 1530., Rob. Steph. 1557., Heildelb. 1586. *de manu Syriae;* item hebraeus et graecus. Cod. U cum hebraeo post *heri* tacet *et.*

6. *domus Ieroboam*—Tacent *domus* codd. E, Cas. 1.; item syrus, chaldaeus (in polyglottis londinen.), arabs, armenus et decem codices hebraici apud De-Rossi. Post *Israel* tacent *sed* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, Cas. plures, gothic. leg., veron., Bibl. Colon. 1530., Abulensis; his favent hebraeus, chaldaeus et graecus. Cod. H notat hebraeum pro *ambulaverunt,* legere *ambulavit;* de quo cf. Holmesius.

7. *decem currus*—Cod. veronen. mendose *ducentos currus.* Cod. H notat hebraeum pro *interfecerat,* legere *perdiderat,* et mox tacere *areae.*

8. *et fortitudo*—Codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., veron., Bibl. Ven. 1495., Ordin., Hugo, Abulensis *sed et fortitudo.* Mox pro *dierum regum,* codd. E, I *regum dierum.*

9. *et sepelierunt eum*—Cod. Cas. 1. *et sepultus est;* item slav. ostrog.; cod. 99. Kennicotti ויקבר.

10. *trigesimo septimo*—Non pauci ex graecis codicibus praeferunt ἐν τῷ τριακοστῷ καὶ ἐννάτῳ, unde Ugdulena probabilius legendum affirmat *trigesimo nono.* Alii temporum rationem componere student ponentes *vigesimo primo* (uti habet Iosephus), pro *vigesimo tertio* ad vers. 1. Verum si admittamus filium biennio patri conregnasse, nulla supererit difficultas, nec aliis coniecturis opus erit; cf. Tornielli *Annal. sacri,* ad ann. 3193. Pro *regnavit,* Bibl. Lugd. 1510. 1514. 1515., Paris. 1519. *regnavitque,* ut cod. 244. Holmesii. Bibl. Ven. 1476. tacent *Ioas filius.* Pro *in Samaria,* Bibl. Argent. 1497., Paris. 1504. 1519., Lugdun. 1506. 1509. 1510., Basil. 1509., all. *in Samariam.*

11. *quod malum est*—Cod. H *quod malum erat;* cod. Cas. 1. *malum;* item hebraeus et veteres. Pro *non declinavit,* codd. R, S, Cas. 1. *non enim declinavit;* Bibl. Ven. 1476. *nec declinavit;* accedunt syrus, arabs, aliique apud Kennicottum et Holmesium. Post *Israel* tacent *sed* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, gothic. leg., Abulensis, hebraeus, chaldaeus et graecus.

12. *et fortitudo*—Codd. A, B, C, D, E, F,

G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., Abulensis *sed et fortitudo;* conf. vers. 8. Pro *pugnaverit,* cod. C *pugnaverat;* et mox codd. A, B, E, F, Bibl. Ven. 1476. tacent *dierum;* Bibl. Paris. 1504., Lugd. 1506. 1509. omittunt *regum.*

13. *dormivit Ioas* — Codd. S, U, Abulensis tacent *Ioas.* Post verba *Ieroboam autem* cod. T addit *filius Ioas;* cod. Cas. 1. *filius eius;* accedunt syrus et arabs.

14. *infirmitate* — Codd. F, I, R, S, V, Rabanus, Rupertus *in infirmitate;* codd. Cas. 2. addunt *gravi;* accedit interpres georg. Pro *flebat,* cod. Cas. 1. *flevit.*

15. *Et ait illi* — Tacent pronomen cod. V, Rabanus, Petrus Com.; item cod. 70. Kennicotti et 44. Holmesii. Post *attulisset* omittunt *ad eum* cod. K, et cod. 93. Holmesii; accedunt syrus, arabs et armenus.

16. *superposuit*—Bibl. Compl., Reg., Paris. 1504., all. mendose *supposuit.*

17. *Cumque* — Cod. Cas. 1. addit *ille.* Cod. H notat hebraeum pro *donec consumas eam,* legere *usque ad consummationem;* codd. G, I, R, Bibl. Ven. 1476. *donec consumes eam.*

18. *Et ait* — Codd. Cas. 2. addunt *Eliseus iterum;* graecus Ἑλισαιέ. Mox cod. H notat hebraeum non legere *iaculo.*

19. *vir Dei contra eum*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, Bibl. Ord., Ven. 1476. 1495., Colon. 1530., Rabanus, Hugo, Abulensis *contra eum vir Dei.* Pro *sive septies,* codd. N, V, goth. leg., Rupertus *aut septies;* Isidorus Clarius tacet; epanorthotes notat: « Quod dicitur *aut septies,* nec hebraei » habent, nec LXX. sive in graeco sive in la» tino; sed omnes latini habent, quos vidi, » quibus est adhaerendum; et Rabanus ex» ponit. » Pro *consumptionem,* fere omnes veteres libri habent *consummationem;* at Toletus animadvertit: « Complut., Reg. et Ordin. » legunt *consummationem;* sed manuscripti » et utraque Congregatio *consumptionem,* et » consonant hebraeus et graecus; nam *con» summatio* est in bonam partem; *consumptio* » autem est in malam, quasi funditus destru» ctio. » Verum ex codice carafiano patet sixtinos nil immutasse; gregoriani vero praetulerunt *consumtionem;* conf. Lucas Brugensis. Post *percuties* codd. Cas. 2. tacent *eam.*

20. *Mortuus est ergo*—Codd. B, G *Mortuus est autem.* Mox pro *Latrunculi autem,* sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., Thomas. I, 88. 107., Bibl. Ven. 1476. 1495., Colon. 1530., Hugo, Rabanus, Angelomus, Rupertus, Abulensis *Latrunculi quoque;* Toletus notat: « Manuscripti et prior Congrega» tio legunt *quoque;* hebraeus autem et grae» cus *et.* » Claudius taur. CIV, 785., Eucherius *Latrunculi vero.* Pro *in terram,* codd. A, F *in terra;* codd. D 2. m., E, F 2. m., Cas. 13., Thomasius I, 88., Angelomus addunt *Israel.* Pro *in ipso anno,* Claudius taur. l. c. et Eucherius *ipso videlicet anno;* cod. T, Bibl. Venet. 1476., Rabanus *ipso anno;* pro בא שנה Vulgatus legisse videtur בשנה; item syrus et arabs; Houbigantius praefert בבוא שנה; sic enim autumat legisse graecum et chaldaeum.

21. *viderunt latrunculos, et* — Rabanus, Angelomus *videntes latrunculos;* cod. Cas. 1. *viderunt latrunculos illos, et.* Pro *in sepulchro,* codd. H, V, goth. legion., Bibl. Ordin., Colon. 1530., priores editt. Rob. Steph., all., Angelomus, Dionysius carth. *in sepulchrum.* Ad ea quae sequuntur *Quod cum tetigisset ossa Elisei, revixit,* margo Ord. adnotat vetera exemplaria, consentientibus hebraeis, legere *Quod ambulavit* (seu *Et ambulavit,* uti notat ex hebraeo cod. H) *et tetigit ossa Elisei, et revixit;* ac revera ita legunt codd. A, B, G, H, T, U, goth. leg., mediol., veron., Bibl. Rob. Steph. 1528., Lugd. 1529. 1531. 1533. 1546.; praeter hebraeum, consentiunt veteres interpretes omnes, excepto arabe (qui cum Vulgato et Talmude babylonico praetermittit וילך); accedit Eucherius qui legit *Quod ambulavit cum tetigit ossa Elisei, continuoque revixit;* apud Claudium taurin. l. c. legitur *Quod cum tetigisset ossa Elisei continuo revixit;* cod. K habet tantum *et revixit;*

Rupertus *Quod cum proiecissent, tetigit ossa Elisei, et revixit;* Isidorus Clarius *Quod devolutum tetigit ossa Elisei, et revixit;* Symmachus, teste codice syro-hexaplari, interpretatus est *Cum vero afferretur, hic vir adhaesit ossibus Elisei* etc. At nullus habet ויִלכו quod Houbigantio probatur. Quoad reliquos latinos testes, ab hodierna Vulgati lectione in prioribus verbis multi recedunt; nam codd. D, E, S, Bibl. Rob. Steph. 1532., Lugd. 1537., Ven. 1538. habent *Quod cum tetigit;* codd. C, F, I, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Dionysius carthus. *Quod dum tetigit;* Angelomus *Quod mox ut tetigit;* Abulensis *Quod ut tetigit;* codd. Cas. 14., Hugo *Quod dum tetigisset;* alii codd. Cas. 3. *Et ut contingit mortuus.* Augustinus, seu potius auctor sermonis sub eius nomine editi a Maio in *nova patrum bibliotheca I, 180.* ad hodiernam Vulgati lectionem, magis quam ad veterem latinam ex graeco interpretationem respicit dum ait: « Cum enim *cadaver* hominis defuncti ad tu» mulandum ferretur, territi funeris baiuli » repentino latronum superventu, *proiecerunt » cadaver* hominis *in sepulchro Helisaei; quod* » ut tetigit *ossa* eius, *revixit homo, et stetit » super pedes suos.* » Cod. H notat pro *hominem,* et item pro *cadaver,* hebraeum legere *virum,* cui graecus consentit. Denique pro *homo, et stetit,* codd. Cas. 2. *et surgens stetit.*

22. *afflixit* — Cod. H notat hebraeum legere *attrivit;* atque ita habet Vulgatus v. 4.

23. *et Isaac* — Tacent *et* sixtini, codd. A, B, F, G, H, K, R, S, T, U, Bibl. Ven. 1476., Colon. 1530. et Abulensis; item hebraeus et chaldaeus. Post *noluit* cod. B addit *Dominus,* ut graecus, syrus et arabs.

24. *Benadad* — Heic quoque multi libri corrupte *Benadab;* cf. v. 3. et III Reg. XV, 18.

25. *Israel*—Codd. A, B, C, D, aliique plures, et non paucae editt. veteres *Israeli.*

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XIII, 14. *Et descendit ad illum Ioas rex Israel . . . et agitator* (cf. Sabatierius ad II, 12.) *Israel et dux eius.* 15. *Et dixit ad illum Heliseus: Accipe* (arcum), *sagittam et bolidas* (codex syro-hexapl. testatur Aquilam et Symmachum posuisse βολίδας; cf. Holmesius). . . 17. *Et dixit Heliseus: Sagittare. Et sagittavit. Et dixit: Bolidam salutis Domini, bolidam salutis in Israel* (codices quoque ἐν Ἰσραήλ, pro ἐν Συρίᾳ). . . 20. *Et praedones ex Moab venerunt post annum.*

Cap. XIV, 1. *In anno secundo Ioas* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., Thomas. I, 117., Bibl. Colon. 1530., Petrus Com., Abulensis *Anno secundo Ioas;* tacent *Ioas* Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476. 1479. 1481. 1482. 1483. 1487. De *Ioachaz* cf. ad XIII, 1.

2. *quinque annorum erat*—Bibl. Ven. 1476. *et quinque erat annorum;* habent nexum hebraeus et graecus. Post *viginti* codd. T, Cas. 1. tacent *autem;* contra vero addunt *autem* post *nomen* codd. L 5., Q, Bibl. Rob. Steph. 1557., Heildelb. 1586.; item hebraeus et veteres. Pro *Ioadan,* plures codices et antiquiores editiones praeferunt *Ioaden* vel *Ioadem;* Vulgatus ipse II Paral. XXV, 1. legit *Ioaden;* alii pauciores libri habent *Ioiaden* vel *Ioiadem.* Pro *de Ierusalem,* cod. F, Bibl. Ven. 1476. mendose *de Israel.*

3. *quae fecit Ioas pater suus, fecit*—Codd. E, I *quae fecit pater eius;* Bibl. Ven. 1476. *quae Ioas pater suus fecit.*

4. *nisi hoc tantum quod excelsa non abstulit* — Cod. H notat hebraeum legere *verumtamen excelsa non sunt ablata;* accedit Isidorus Clarius; margo Ordin. habet *abstulerunt* pro סרו; Bibl. Argent. 1497., Paris. 1497., Norimb. 1501. 1527., Complut., Reg., Ven. 1511., all. *nisi tantum hoc* etc. Pro *immolabat, et adolebat incensum,* antiquiores editiones minus recte legunt *adolebat, et immolabat incensum;* cod. K *immolabat, et adorabat;* tacent quoque *incensum* codd. A, B, E 1. m., H, K, T, U, Cas. 2., mediolan., veron., Bibl. Rob. Steph. 1557., Heidel. 1586., item hebraeus et veteres.

5. *servos suos* — Tacent *suos* codd. B, E; item Vulgatus II Paral. XXV, 3. Cod. Cas. 1.

interfecerunt, pro *interfecerant*. Omittit *regem* codex B cum graeco, sed cf. Holmesius. Pro *patrem suum*, cod. F *patrem eius*.

6. *occiderant*—Cod. A *occiderunt*. Pro *iuxta quod*, cod. P, Bibl. Ordin., Lugdun. 1510. 1522. 1535., Basil. 1509. 1530., Norimb. 1529., Hugo, all. *iuxta verbum quod;* Abulensis *iuxta id quod*. Cod. B *in lege*, pro *in libro legis;* et pro *sicut praecepit*, codd. I, S, T, Cas. 1. *sicut praeceperat;* Bibl. Ordin. *sic praecepit;* margo Ordin. *in quo praecepit;* in Paral. l. c. *ubi praecepit;* Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501. tacent *sicut*. Ad *Dominus* codd. G, R, aliique apud O addunt *Moysi*. Pro *neque filii*, pauci cum codd. E, I *nec filii*. Mox tacent *morientur* codd. N*, R, S, Cas. 1., antiquiores editiones, et Paral. l. c.; conf. Sabatierius; at epanorthotes in cod. N notat: « Hebraeus et antiqui bis habent *morientur*, » scilicet *Non morientur patres pro filiis, ne*» *que filii morientur pro patribus*. » Cod. B pro *in peccato*, legit *pro peccato*.

7. *in Valle Salinarum*—Beda II, 730. scribit: « Nec praetereundum quod pro *Valle Sa*» *linarum*, vetus editio, quasi nomen regio» nis *Gemela* (alii *Gemelach*) posuit. » Eadem habentur apud Eucherium, Claudium taurin. CIV, 786., Hugonem et in Glossa interlineari; margo codicis goth. legion. *Gemalech*, cui syrus simplex et syrus hexaplaris consonat ܒܓܡܠܚ; quod est ipsum nomen hebraicum בגי המלח, minus recte apud graecos ἐν γεμελέδ scribitur; de hoc autem nomine conferantur dicta ad II Reg. VIII, 13. p. 355. Post *millia* codd. Cas. 2. addunt *virorum*. Pro *petram*, scribendum esse *Petram*, iam adnotavimus ad Iudic. I, 36. « *Petra* enim, ait » Hieronymus III, 259., civitas est Arabiae » in terra Edom, quae cognominata est *Ie*» *ctael* (Eusebius Ἰεχθοήλ, ibid. pag. 235. » Hieron. *Iecthoel*), et a Syris *Recem* dicitur. » Item Beda, Eucherius, Claudius taur. ll. cc., Petrus Com.; at Liranus scribit: « Alii di» cunt, et verius, quod est nomen cuiusdam » petrae praeruptae, ubi interfecit plures de » Idumaeis, secundum quod habetur II Pa» ral. XXV. » Cf. Hugo. Singularis est Dionysius carthus. qui legebat *praedam;* attamen adnotavit: « Aliqui libri habent *Petram*, et » per *Petram* aliqui intelligunt urbem sic di» ctam. » Margo Ord. ex hebraeo: *Sela*, et est nomen urbis. In eo quod sequitur nomine *Iectehel* incredibilis occurrit lectionum varietas, quarum specimen accipe: pauci codices et fere omnes antiquiores editiones *Iezechel;* alii *Iezechiel;* codd. E, F, T, U, veron., mediol., Beda II, 730. *Iecethel;* codd. H, I, M, P *Iecthel;* alii *Iectheel;* cod. B *Iasiecedel;* alii aliter; cf. ad Ios. XV, 38.

9. *cedrum* — Bibl. Basil. 1509., Norimb. 1527. 1529., Lugd. 1535. 1540., all. *cedron*, graeco exitu. Pro *quae est in Libano*, non paucae ex antiquioribus editt. cum Bibl. Compl. et Reg. et Claudio taurin. CIV, 828. *qui est in Libano;* cod. B 1. m. tacet. Cod. H notat pro *Transieruntque bestiae saltus, quae sunt in Libano, et conculcaverunt carduum*, hebraeum legere *Transivitque bestia agri, quae est in Libano, et conculcavit carduum;* habent *cardum* codd. E, F, G, I, all., Bibl. Ven. 1476., Norimb. 1480., all., quod Forcellini idem esse docet; at id mendosum asserit Beda I, 128.

10. *et sublevavit*—Codd. Cas. 2. tacent *et*. Pro *esto gloria*, codd. G, Cas. 1., Bibl. Ven. 1495., Colon. 1530., Paris. 1541. 1549. 1552. 1558. 1560. 1566. 1573., Claudius taurin. l. c., Abulensis *esto gloria tua;* codd. B 2. m., C, E *esto gloriae tuae;* Bibl. Norimb. 1480. *esto hodie gloria*. Pro *Iudas tecum*, plerique codices, Bibl. Ven. 1495., Col. 1530., all. *Iuda tecum;* item II Paral. XXV, 19. et Augustinus apud Sabatierium.

11. *et viderunt se*—Addunt *invicem* codd. U, Cas. 12., Dionysius carth.; accedit syrus.

14. *Tulitque omne* — Cod. Cas. 1. tacet *omne;* item graecus et cod. 150. Kennicotti. Pro *vasa*, goth. legion. *munera*. Cod. H notat hebraeum pro *in thesauris regis*, legere *in thesauris domus regis*. Ante *obsides* tacent *et* Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513., all.; et ante *Samariam* omittunt *in* sixtini, codd.

*

D, E, F, G, K, T, U, V, gothic. legion., Bibl. Colon. 1530.; cf. supra II, 25.

15. *Ioas quae*—Cod. B 2. m. *Ioas universa quae;* favent graecus, syrus, arabs, duodecim codices hebraici apud De-Rossi, et hebraicus cod. 16. bibliothecae taurinensis. Pro *qua pugnavit,* codd. Cas. 2. et Isidorus Clarius *quomodo pugnavit;* accedit hebraeus. Mox cod. E tacet *haec.*

16. *Dormivitque* — Codd. B, T *Dormivit,* ut cod. 247. Holmesii. Cod. Cas. 1. *regibus suis,* pro *regibus Israel.*

17. *rex Iuda*—Codd. V, Cas. 1. *regis Iuda;* contra, pro *regis Israel,* cod. U et Abulensis *rex Israel;* item II Paral. XXV, 25. Mox sixtini et gregoriani posuerunt *quindecim annis,* quod hodierna Vulgati lectio servat, cui adstipulantur codd. H, L (seu Q), Bibl. Rob. Steph. 1557., Heildelb. 1586., Isidorus Clarius, Petrus Com., margo Ordin., II Paral. l. c. ac praeterea hebraeus (omnibus eius codicibus consentientibus; falso enim supponit Torniellius ad ann. 3196., multos hebraicos codices mendose legere *viginti quinque*) et veteres interpretes omnes; hinc Toletus: « Lege *quindecim annis;* sic habent hebraeus, » graecus, manuscripti et utraque Congrega- » tio. » At vero reliqui omnes quos vidimus latini codices et veteres editiones prae se ferunt *viginti quinque annis,* quod Richardus a s. Vict., Hugo et Liranus interpretati sunt, et Sixtus retinuit. Vetus enim librariorum error inoleverat hoc loco, corruptaque erant paene universa Vulgati exemplaria, quod Abulensis diserte demonstravit; quomodo enim, ait, poterat Hieronymus scribere *XXV.* cum omnes legerent *XV.,* illudque nullibi haberetur? Cf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 183. Erroris occasio fortasse ex iis quae leguntur infra XV, 1. derivata fuit. Egregia igitur est romanorum censorum correctio. Vallarsius quum adnotasset codicem veronensem legere *viginti quinque,* perinde ac si hoc vitium in unico illo codice haberetur, subdidit: « Refragantur autem libri omnes. » Immo vero latini fere omnes libri, etsi ex manifesto scriptorum vitio, codici veronensi hoc loco plenissime suffragantur.

18. *dierum regum* — Cod. A *dierum regis.*

19. *contra eum coniuratio* — Cod. C *coniuratio contra eum;* cod. H notat hebraeum legere *contra eum rebellio;* at frustra. Codd. G, K, Cas. 2. tacent verba *Miseruntque post eum in Lachis;* De-Rossi quoque adnotavit haec perperam in nonnullis hebraicis codicibus omissa fuisse; idem Holmesius de graecis testatur; antiquiores Vulgati editiones tacent *in.*

20. *Et asportaverunt* — Codd. B 2. m., E, G, I addunt *eum,* consentientibus hebraeo antiquisque interpretibus.

21. *Azariam* — Hebraeus quoque textus hoc loco, et XV, 1. 6. 8. 23. 27. scribit עזריה, pro eo quod alias saepius habet עזיה, de qua varietate cf. De-Rossi et Ugdulena. Pro *annos,* codd. E, I *annis;* et pro *patre eius,* codd. R, S, Bibl. Ven. 1481., II Paral. XXVI, 1. *patre suo.*

22. *Aelath*—Sixtus, codd. A, B, C, D, E, F, aliique plures, et antiquiores editiones *Ailam* vel *Ahilam;* pauci *Elam;* alii *Elath* vel *Ailath;* emendarunt sixtini et gregoriani; unde Toletus: « Lege *Aelath;* sic hebraeus, grae- » cus, manuscripti et utraque Congregatio. » Sed infra XVI, 6. *Aila.* » De varia huius nominis scribendi ratione apud Vulgatum cf. ad Deut. II, 8. Eadem varietas apud graecos invenitur. Pro *rex cum patribus suis,* Bibl. Ven. 1476. *cum patribus suis rex.*

23. *regis Iuda* — Cod. B, all. *regis Iudae.* Pro *Ioas regis Israel,* Sixtus mendose *Ioias regis Israel;* cf. Bukentopius p. 409.; cod. U *Ioas rex Israel.*

24. *quod malum est* — Codd. Cas. 3. *malum;* item Hieronymus apud Sabatierium; cf. supra ad XIII, 11.

25. *restituit* — Cod. A *restituet.* Pro *ab introitu Emath,* Bibl. Basil. 1509. 1530., Lugd. 1510. 1514. 1515., Paris. 1519., all. *ab Emath;* de variis huius nominis lectionibus conf. ad Ios. XIII, 5, XIX, 35. III Reg. VIII, 65.; Hieronymus III, 147. « In Regnorum li- » bris scribitur: *ab introitu Aemath, usque ad*

» *mare Araba*, hoc est deserti, quod est mare » mortuum. Ego autem investigans reperi Ae» math urbem Caeles Syriae appellari, quae » nunc graeco sermone Epiphania dicitur. » Cf. Beda II, 730., Claudius taur. CIV, 786. Pro *Ionam filium Amathi prophetam*, cod. L (seu Q), Bibl. Rob. Steph. 1557., Heild. 1586. *Ionam filium Amathi prophetae;* cod. U *Ionam prophetam filium Amathi;* cod. H notat hebraeum legere *in manu servi sui Ionae filii Amithai prophetae;* Martianaeus autem ibidem animadvertit: « Vox הנביא in hebraeo ambi» gua est, et referri potest ad Ionam, vel ad » Amathi patrem eius. Omnes manuscripti » codices latini legunt *filium Amathi prophe» tam*. Emendator canonis posuit in textu » *filium Amithai prophetae*, quod e scholio » sumtum manifestam arguit in versione Hie» ronymi corruptelam. » Attamen Hieronymus apud Sabatierium legit *prophetae*. Legunt quoque *Amithai* cod. goth. leg., Bibl. Norimb. 1527. 1529., Lugd. 1535., all.; cod. B *Mathi*. Cod. H notat pro *de Geth, quae est in Opher*, hebraeum legere *de Geth Hepher;* item margo Ordin.; cod. U addit *quae nunc dicitur Diocaesaria*, quae verba derivata sunt ex Hieronymi prooemio in Comm. in Ionam. Pro *Opher*, veteres plures editiones, paucique codices habent *Ophir* vel *Hepher;* cf. ad Ios. XII, 17.

26. *Vidit enim*—Cod. B tacet *enim*. Cod. C *consummati*, pro *consumpti*. Mox cod. H notat hebraeum pro *ad clausos carcere, et extremos*, legere *ad clausum, et derelictum;* habent *carceris* codd. B, R, S, Cas. 2. et antiquiores editiones; et pro *Israeli*, efferunt *Israel* sixtini, codd. C, D, K, T, U, et antiquiores editiones.

27. *de sub caelo*—Tacent *de* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, N, O, T, V, Cas. 6., goth. legion., Bibl. Ven. 1476.; cod. N notat: « Novi praepositionem *de* addiderunt dicen» tes *de sub caelo;* require copiose ad Deut. » IX. (v. 14.) »

28. *Iudae in Israel*—Codd. B, R *Iudae et Israel;* interpretibus obscurus est hic locus, quem alii aliter exponunt; syrus et arabs *Iudae* nomen expungunt; id enim scriptorum vitio irrepsisse censuit Houbigantius.

29. *et regnavit Zacharias*—Codd. E, F, G, I, K, Cas. 3., Bibl. Rom. 1471., Ven. 1476. *et regnavit Azarias;* concinunt armenus, georg., slavon. ostrog.; syrus hexaplaris et multi graeci codices. Conf. Holmesii *Append.* ad XV, 1.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XIV, 7. *et vocavit nomen eius Gemalech terminum* (cf. supra ad h. l.)... 8. *Veni et videamus personis* (graecus προσώποις). . . . 9. *pulvis* (sic, mendose, ut videtur, pro *carduus* seu *paliurus;* graecus ἄκαν de quo conf. Schleusneri Lex. V. T. I, 113.; sed in II Paral. XXV, 18. est ipsa hebraica vox החוח, ἀκχούχ) . . . *in mulierem*.

Cap. XV, 1. *vigesimo septimo*—Etsi in hoc numero consentiant hebraeus, veteres interpretes et codices (exceptis duobus Holmesii codicibus, qui habent πεντεκαιδεκάτῳ); tamen de illius integritate critici vehementer dubitant; nam cum iis quae supra XIV, 17. 23. leguntur, repugnare videtur. Si enim anno decimo quinto Amasiae initium habuit imperium Ieroboami; Amasia vero postea adhuc quindecim annos vixit, manifestum est Azariam regnum inivisse anno decimo quinto Ieroboami. « Hinc igitur ut se expedirent, ait Maurerus, alii interregnum supposuerunt, alii Ieroboamum Ioaso patri, ad bellum syriacum profecturo, in imperii societatem adiunctum esse suspicati, annum Ieroboami vigesimum septimum ab eo tempore computandum censuerunt, quo ille cum patre regnare coepisset. Sed neque interregni, neque communionis imperii vestigium reperitur. Praeterea temporum sequentium rationes impediunt quo minus interregnum supponamus. Societatem vero imperii non admittunt rationes temporum praecedentium. Quare ego quidem non dubito subesse in loci nostri numero errorem ex litterarum טו (15.) cum כז (27.) permutatione fortasse natum, quam

coniecturam etiam aliis nostrae aetatis hominibus video esse probatam. » Eamdem sententiam amplectuntur Thenius et Ugdulena; Eusebius in *Chron.* ponit annum *XIII.*; Houbigantius annum *XIV.* quod confirmatur ex Iosepho *Antiq. IX, 10. 3.*; Cappellus in *Crit. sacra l. VI. c. 7.* et Grotius in h. l. praeferunt annum *XVII.*; aliorum opiniones recenset Torniellius ad ann. 3225. De hac autem quaestione liceat nobis Hieronymi (I, 436.) verba usurpare: « In rebus obscuris diversas » ponimus opiniones. . . . Relege omnes ve» teris et novi Testamenti libros, et tantam » numerorum reperies dissonantiam, et nu» merum inter Iudam et Israel, id est inter » regnum utrumque confusum, ut huiusce» modi haerere quaestionibus non tam stu» diosi, quam otiosi hominis esse videatur. »

Ibid. *Azarias* — Codd. Cas. 3. et Petrus Com. *Ozias;* Dionysius carthus. notat: « *Azarias,* alio nomine vocatur *Ozias;* sicque apud Matthaeum. » Item syrus et arabs; cf. Ephraemus I, 552. et Hieronymus VII, 10. Pro *regis Iuda,* plures codices et Bibl. Ven. 1495., all. *regis Iudae.*

2. *Iechelia* — Multi codices et antiquiores editiones *Iecelia;* hebraeus יכליהו.

3. *quod erat placitum* — Codd. E, I, Bibl. Col. 1530. *quod placitum erat;* codd. Cas. 4., margo Ordin. et II Paral. XXVI, 4. *quod erat rectum.* Pro *quae fecit,* codd. R, S, T, Cas. 5., Bibl. Venet. 1479. 1481., all. et Paral. l. c. *quae fecerat.*

4. *non est demolitus* — Cod. H notat hebraeum legere *non sunt demolita;* margo Ord. *non abstulerunt;* et post *adhuc* cod. Cas. 1. addit *enim;* cf. ad XIV, 4.

5. *Percussit autem* — Cod. B tacet *autem;* cod. H notat hebraeum legere *Flagellavit autem.* Pro *in diem,* Bibl. Colon. 1530., Hieronymus I, 436. *ad diem.* Pro *in domo libera seorsum,* codd. F, L 5., R, S, T, Cas. plures *in domo libere seorsum;* hebraeus legit בבית החפשית quod Gesenius in *Thes. p. 509.* interpretatur *in nosocomio;* mittimus alexandrinum, qui vocem hebraicam retinens posuit ἐν οἴκῳ ἀφφουσώθ, et chaldaeum, qui exposuit מן ירושלם; at vero Aquila legit ἐν οἴκῳ ἐλευθερίας, Symmachus ἐγκεκλεισμένος; immo Reliqui in Hexaplis, teste Theodoreto, habent κρυφαίως, quibus accedunt syrus et arabs. Hos imitatus est Hieronymus l. c. reddens *in domo separata* (conf. II Paral. XXVI, 21.). Eusebius apud Hieronymum III, 159. scribit: « *Aopsithe* vel *Aphu» soth,* quod Aquila *in libertatem* vertit. » Nullus igitur veterum Gesenii interpretationem admittit; nullus hebraicam locutionem denotare *domum infirmitatis* autumavit, sed illam cum Hieronymo de domo segregata, abdita seu libera plerique exposuerunt. Kimchi praeclare docet domum hanc dictam fuisse חפשית quia in ea rex *segregatus ab hominibus et quasi liber ab eorum societate* vitam degebat. Ad haec, quis ignorat illa aetate notionem ipsam nosocomii prorsus ignotam fuisse? Mox pro *Ioathan,* plures codices, Bibl. Ordin., Reg., Rob. Steph., all. *Ioatham;* Bibl. Norimb. 1527. 1529., Basil. 1530., Lugd. 1535., all. *Iotham;* item hebr. יותם et veteres interpretes, excepto graeco, de quo cf. Holmesius. Vulgatus non satis sibi constat; nam legit *Ioathan* rursum v. 7. I Paral. II, 47. III, 12. V, 17. Isa. I, 1. VII, 1. Ose. I, 1. Mich. I, 1. At vero habet *Ioatham* infra vers. 30. 32. 36. 38. XVI, 1. II Paral. XXVI, 21. 23. XXVII, 1. seqq. Matth. I, 9. Nec magis sibi consentaneus est graecus cod. vaticanus, qui plerumque habet Ἰωάθαμ, sed hoc loco et vers. 7. mendose legit Ἰωνάθαν, et I Paral. III, 12. Ἰωάθαν. Cod. H notat hebraeum pro *palatium,* legere *domum.*

7. *cum maioribus* — Bibl. Ven. 1476. *cum patribus;* item hebraeus et veteres.

8. *regis Iuda*—Fere universi codices et veteres editiones *regis Iudae;* item infra v. 13. 17. 23. 27.; Sixtus mutavit. Post *regnavit* codd. E, I addunt *quoque.*

9. *quod malum est* — Codd. G, R, S *quod malum erat;* codd. Cas. 2. *malum;* cf. XIV, 24.

10. *Coniuravit* — Cod. H notat hebraeum legere *Rebellavit;* item in sequentibus, sed

perperam. Post *Iabes* codd. G, S, Cas. 3. addunt *in Samaria*, quod in cod. O expungi iubetur. Mox cod. H notat hebraeum pro *palam*, legere *in Cablaam;* « at hebraeus non » habet *in Cablaam* cum praepositione, ait » Martianaeus; sed hoc modo קבל־עם, id » est *coram populo* (sic habet margo Ord.) » sive *palam*, ut optime vertit Hieronymus, » et cum eo chaldaeus, syrus et arabs: LXX. » vero Κεβλαάμ. Id ansam errandi prae- » buit scholiasti canonis, qui putavit Zacha- » riam regem Israel percussum fuisse in loco » quem *Cablaam* appellabant. » Conf. Flaminius Nobilius. Non desunt tamen graeci codices qui particulam ἐν praemittunt; reliquis autem graecis qui id habent pro nomine proprio viri, illi codices hebraici favent, qui una voce scribunt קבלעם. Codex alexandrinus aliique pauci graeci cum syro hexaplari geminam lectionem connectunt; nam post *Iabes* addunt καὶ Κεβλαάμ, et hoc loco legunt κατέναντι τοῦ λαοῦ.

11. *Reliqua autem verborum*—Cod. B *Reliqua autem sermonum*. Mox cod. U, Bibl. Ven. 1495.; Ordin. tacent *dierum;* in Bibl. Paris. 1497. desideratur *regum*.

12. *Iste est sermo*—Codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, Bibl. Colon. 1530., Rob. Steph. 1557., Abulensis *Ipse est sermo;* cod. G *Ipse sermo;* tacent *est* Bibl. Paris. 1504., Lugd. 1506. 1509. Cod. Cas. 1. addit *Dominus* post *locutus est*. Pronomen *tui* post *Filii* expungunt sixtini, codd. A, K, veron., quibus favent hebraeus et veteres. Pro *sedebunt super*, codices fere universi et veteres editiones *sedebunt de te super;* Toletus notat: « In hebraeo et graeco est » *sedebunt tibi;* in manuscriptis autem nec » *tibi*, nec *de te* habetur, et sic utraque Con- » gregatio. » Verum ex codice carafiano constat sixtinos non abiecisse *de te*, quod a Sixto praetermissum fuit, quodque dein gregoriani non suppleverunt; huic autem lectioni suffragantur codd. H, L 3., paucique apud Holmesium.

13. *Sellum*—Codd. Cas. 2. addunt *quoque;* accedunt graecus, syrus et arabs. Pro *trigesimo nono*, Bibl. Ven. 1476., Paris. 1504. 1519., Lugd. 1506. 1509. 1510. 1514. 1515. 1520. 1522. 1524., Basil. 1509. 1530., Isidorus Clarius, Dionysius carthus. *trigesimo;* item duo codices holmesiani; cod. K *XXXI*.

14. *Manahem*—Antiquiores editiones minus apte *Manahen;* et pro *Gadi*, multi codices et antiquiores editiones cum graeco *Gaddi;* cf. ad II Reg. XXIII, 36. Post *venitque*, tacent *in* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, K, T, U, V, goth. leg., antiquiores editiones.

15. *et coniuratio eius, per quam tetendit insidias*—Cod. H notat hebraeum legere *et rebellio eius, qua rebellavit;* melius margo Ordin. *et coniuratio eius, qua coniuravit*. Mox cod. veronen. pro *sermonum*, legit *verborum;* quod probatur Vallarsio.

16. *Thapsam*—Codd. G, R, S, Cas. 2., alii apud M, Bibl. Ven. 1489. *Thersam;* graecus Θερσά; Glossa interlin.: « *Thersam*, et hoc in libris incorrectis. » cod. H notat hebraeum legere *Thipsa;* priores editt. Rob. Steph., all. *Thapsa;* « Sic, ait Liranus, habent libri correcti, et sic est in hebraeo. » Bibl. Norimb. 1527. 1529., Lugd. 1535. *Thapsan*. Haec videtur distinguenda ab urbe *Thaphsa* de qua III Reg. IV, 24., etsi utraque hebraice efferatur תפסח. Cod. B post *noluerant* tacet *enim;* codd. F, O, T, U, gothic. legion., Bibl. Rom. 1471., Paris. 1541. 1573., all. legunt *noluerunt;* Bibl. Venet. 1479. *noluerat;* item hebraeus, chaldaeus paucique graeci. Pro *aperire ei*, codd. R, S, Bibl. Ven. 1476. *ei aperire;* cod. veron. tacet pronomen, ut hebraeus. Cod. H notat pro *interfecit omnes praegnantes eius, et scidit eas*, hebraeum legere *interfecit omnes, et praegnantes eius scidit;* at in sacro textu non legitur particula *et;* cod. veron. cum graeco tacet *eius;* cod. Cas. 1. habet *praegnantes in ea;* cf. Holmesius.

17. *trigesimo nono*—Cod. E *trigesimo primo;* cf. supra ad vers. 13.

18. *Fecitque*—Cod. B *Fecit*. Pro *erat malum*, codd. G, R, S, V, Bibl. Ven. 1495., Ord. *malum erat;* codd. C, K *malum est*.

18. 19. *Israel cunctis diebus eius. Veniebat Phul* — Codd. F, L 5., O, S, T, Abulensis, all., favente graeco, periodum claudunt post *Israel;* et pergunt *Cunctis diebus eius veniebat Phul;* idque Menochio probatur; at conf. Lucas Brugensis; cod. H notat hebraeum legere *Venit.*

19. *in terram* — Sixtus, codd. B, C, D, E 2. m., F, G, H, I, K, O, R, S, T, U, V, goth. legion., veron., mediolan. 2. m., complures veteres editiones *in Thersam* vel *in Thersa;* paucae legunt *in Tharsa;* Petrus Com. *in Thapsam.* Mendosam hanc lectionem egregie castigarunt sixtini et gregoriani, quibus, praeter hebraeum et veteres interpretes omnes, adstipulantur codd. A, E 1. m., L, N, mediol. 1. m., Bibl. Complut., Reg., Ordin., Norimb. 1527. 1529., Basil. 1530., Lugdun. 1535. 1540., priores editiones Rob. Steph., all., Isidorus Clarius; hinc merito Toletus adnotat: « Lege *in terram;* sic hebraeus, grae- » cus, Compl., Reg., Ordin., manuscripti et » utraque Congregatio. » Cf. Lucas Brugensis et Bukentopius pag. 183. 409. Epanorthotes quoque in cod. N praeclare animadvertit: « Multi pro *terram* (v. 19.), et pro *terra* » (v. 20.) habent *Thersam,* et *Thersa;* sed » hebraeus et LXX. tam in graeco quam in » latino, et per hoc intelligo de antiquo he- » braeo, et, si bene recolo, Biblia qua Ma- » gnus Gregorius utebatur, habent primam » litteram. Quia igitur in tali casu cum tot » testimoniis similitudo dictionum apparet, » primae adhaereo. » Nempe quia apud latinos facile erat permutare *terram* in *Thersam* (cuius mentio paullo supra facta est), non item apud hebraeos et graecos, manifestum est vitium in latinis codicibus latere. Pro *esset ei in auxilium,* codd. A, C, D, G, S, T, Cas. 5., gothic. leg. *esset ei in auxilio;* cod. veron., Bibl. Ven. 1476. *esset in auxilio.* Mox cod. H notat pro *regnum eius,* hebraeum legere *regnum in manu eius.*

20. *Indixitque* — Vallarsius perperam notat Vulgatum addere *ei,* quod nonnisi in mendosa Calmeti editione habetur. Pro *ut daret,* cod. I, Bibl. Ven. 1495., Basil. 1530., Lugd. 1535. 1540., all. *ut darent;* et post *regi Assyriorum* Bibl. Venet. 1495. mendose addunt *in Thersa.* Ad verba *per singulos* addunt *annos* codd. A, B (uterque 2. m.), C, N* 1. m., R, S, Cas. 3., Bibl. Norimb. 1480.; at recte scholiastes in cod. M scribit: « Subauditur » *homines,* quidam male habent *annos.* » Item in cod. O: « Supple *homines,* unde graecus » *viro uni;* τῷ ἀνδρὶ τῷ ἑνί. » Bene igitur adnotat Liranus: « Libri qui habent *per sin-* » *gulos annos* falsi sunt in hoc, quia libri » correcti non habent *annos.* » Pro eo quod sequitur *in terra,* rursum, ut superius adnotavimus, Sixtus, plerique codices et veteres plures editiones legunt *in Thersa,* quod emendarunt sixtini, gregoriani et Toletus, quibus praeter testes supra laudatos, heic suffragantur codd. H et P; cod. V tacet.

21. *dierum regum* — Bibl. Ven. 1476. tacent *dierum.*

22. *Phaceia* — Cod. H notat hebraeum legere *Phacaia.*

24. *et fecit* — Antiquiores fere omnes editiones *fecit;* cod. F, Bibl. Ven. 1481. *fecitque.* Pro *erat malum,* sixtini, codd. A, K, R, S, V, Bibl. Colon. 1530., all. *malum erat.* Codd. B, V omittunt verba *filii Nabat, qui peccare fecit Israel.*

25. *Coniuravit autem*—Cod. B 1. m. tacet *autem.* Cod. H notat hebraeum pro *Phacee,* legere *Pheca;* pro *Romeliae,* codd. B, G *Romoliae;* et pro *dux eius,* codd. G, R, S, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476. *dux exercitus eius;* at cod. O notat expungendum *exercitus.* Quoad nomen *Arie* magna occurrit lectionum varietas; nam multi codd. habent *Arib;* antiquiores editiones *Ariph;* unde Abulensis notat: « In hebraeo » ponitur *Arie,* ubi nos dicimus *Ariph.* » codd. H, K, mediol. *Ari;* cod. B *Ariheth;* alii aliter. Argob autem et Arie a Hieronymo tamquam nomina locorum accepta fuerunt; at alii existimant esse nomina virorum, qui quidem videntur non fuisse socios coniuratorum, sed potius cum rege fuisse necatos; at contra quinquaginta viri Galaaditae coniurationem

adversus regem fovisse censentur; hinc cod. H notat hebraeum pro *viros*, legere *viri*. Pro *Galaaditarum*, multae ex antiquioribus editionibus *Galaaditiarum*.

26. *sermonum*—Cod. Cas. 1. *verborum*. Pro *Phaceia*, antiquiores editiones plures *Phaceiae*, pauciores *Phaceae*.

27. *viginti annis* — Thenius et Ugdulena existimant legendum *triginta annis;* nam, inquiunt, totidem fluxerunt ab anno quinquagesimo secundo Azariae, quo regnare cepit Phacee, usque ad annum quo Osee eidem successit. Vignolius in *Chron. lib. 2. §. 38.* autumat scribendum *viginti octo annis,* eique suffragantur sex codices holmesiani et Georgius Syncellus in Chron. (edit. Ven. *Scriptt. byzant. V, 162.*), cuius verba excitamus: « Phacee filium Romeliae vel annis octodecim vel certe viginti, tribuum duodecim regnum in Samaria tenuisse, cuncta ferme exemplaria testantur. Alter tamen codex ob summam cum accentuum, tum propriorum cuique dictioni characterum integritatem commendatus, et ex caesariensi Cappadociae bibliotheca ad manus meas delatus, cuius insuper praefixa inscriptio libros priores ex quibus exscriptus fuerat, a Magno Basilio comparatos ad invicem et correctos defert argumentum; codex, inquam, ille annos Phacee regno assignandos *octo et viginti* repraesentat. »

28. *erat malum*—Codd. A, C, E, F, G, H, I, K, O, R, S, T, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1495., Ord., all. *malum erat;* codd. D, V *malum est.*

29. *Theglathphalasar*—Multi codd. et antiquiores editiones *Theglath Phalassar;* codd. P, goth. legion., Bibl. Colon. 1530. *Theglath Phalnasar;* epanorthotes exponit varias lectiones huius nominis scribens: « *Theglath* » *Phallasar*, sed infra XVI. (v. 7. 10.) *The-* » *glat Phalassar;* et in I Paral. V. (v. 6. 26.) » *Theglath Phalnasar;* sed II Paral. XXVIII. » (v. 20.) *Theglath Phalnassar*. Summa est » quod secundum hebraeos et antiquos ali- » quando una littera semivocalis interponi- » tur, aliquando non; et quando una littera » geminatur, alia simplex relinquitur secun- » dum prudentiam interpretum. » Vulgatus in Paral. ll. cc., et item hebraeus, legit *Thelgathphalnasar*. Loco *Aion,* codd. Cas. 2. *civitatem Aion;* Bibl. Complut. et Reg. *Ahilon;* cod. B *Ioan;* Bibl. Norimb. 1527. 1529., Lugd. 1535. 1540. *Ion;* alii aliter; cf. ad III Reg. XV, 20. Pro *Abel Domum, Maacha,* Sixtus posuit *Abeldomum, Maacha,* quod emendarunt gregoriani et Toletus; at debuissent interpunctionis notam expungere, vel transferre post *Abel;* nam recte monet margo Ord. *Domum Maacha* esse *Bethmaacha,* בית־מעכה; cf. ad II Reg. XX, 14. et III Reg. l. c. Cod. M notat: « Hieronymus *Abel Bethmaacha*, et di- » cit quod *Bethmaacha* erat planities illa ubi » erat Abel civitas. » At vero s. Doctor III, 179. scribit: « *Bethmacham* ab Assyriorum » rege captam legimus. Est autem ascenden- » tibus de Eleutheropoli Aeliam in octavo la- » pide, nunc villa quae *Machamim* dicitur. » Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *Abel Domum Machaa.* De *Asor* cf. ad Ios. XI, 1. et I Reg. XII, 9. Ante *universam* tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., Bibl. Ven. 1476.; Toletus autem notat: « *et* » non habetur in hebraeo, graeco, manuscri- » ptis; et prior Congregatio delevit. Sed est » in impressis omnibus. » Legitur quoque nexus in syro, arabe, armeno, georg., slavon. ostrog. paucisque codicibus hebraicis apud Kennicottum et graecis apud Holmesium. Mox pro *eos,* legunt *eas* Bibl. Basil. 1509. 1530., Lugd. 1510. 1514., Paris. 1519., all.

30. *Coniuravit autem, et tetendit insidias Osee filius Ela* — Cod. B *Coniuravit, et tetendit insidias Osehela*. Pro *Ioatham*, multi *Ioathan*, de quo cf. ad vers. 5.

31. *nonne haec scripta*—Cod. H notat hebraeum legere *ecce scripta*. Mox pro *sermonum*, cod. U *verborum.*

33. *Viginti quinque* — Cod. E *Viginti uno;* cod. H notat hebraeum legere *Filius XXV.* Pro *Sadoc*, multae ex antiquioribus editionibus *Zadoc*.

34. *Fecitque* — Codd. E, T *Fecit quoque;* Bibl. Ienson Ven. 1476. 1479. *Fecit.* Mox pro *fecerat,* codd. F, S, antiquiores editiones *fecit;* et pro *pater suus,* codd. E, I *pater eius.*

35. *non abstulit*—Cod. H notat hebraeum legere *non sunt ablata;* et post *adhuc* codd. G, Cas. 3. addunt *enim;* item syrus, arabs, armenus, slavon. ostrog.; cf. vers. 4.

36. *Ioatham, et universa* — Cod. mediol. *Ioathae, universa;* cod. H notat hebraeum non legere *et universa;* et revera multi codices hebraici apud De-Rossi tacent וכל; quibus suffragantur nonnulli codd. chaldaici, et syrus hexaplaris qui obelum praefixit. Pro *verborum dierum,* codd. D 1. m., E, G, I, U, Bibl. Ven. 1511. 1519., Norimb. 1527. 1529., Lugd. 1535. 1540., all. *sermonum dierum.*

38. *Achaz* — Non pauci codices *Ahaz;* hebraeus אחז. Mox tacent *pro eo* Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Paris. 1504., Lugd. 1506., Ven. 1511., Compl., Reg., all.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XV, 4. *Sed a supervacuis non recesserunt* (graeci codd. τῶν μετέωρων οὐκ ἀπέστησαν). . . 5. *Et tetigit Dominus regem Israel* (pro *Israel,* graeci codd. καὶ ἐπέβαλεν αὐτῷ λέπραν) *usque ad diem mortis eius.*

Cap. XVI, 1. *decimo septimo*—Codd. A, C, D, E, F, I, K, T, U, Thomas. I, 107., Bibl. Venet. 1476., Colon. 1530., Hugo, Rabanus, Angelomus *septimo decimo.* Pro *regis Iuda;* cod. U *rex Iuda;* alii cum cod. B *regis Iudae.*

2. *Viginti* — Cod. F addit *quinque;* item armenus; et ad II Paral. XXVIII, 1. accedunt graecus, syrus et arabs; cf. ibidem De-Rossi, qui hanc lectionem probat cum Houbigantio, Dathio, Winero, Ewaldo, aliisque; cod. H notat hebraeum legere *Filius viginti.* Tacent *sui* post *Dei* codd. D, H, gothic. leg., veron.; item graeci codices vaticanus et alexandrinus cum edit. Complut., syrus hexaplaris et armenus.

3. *in via* — Bibl. Norimb. 1527. 1529., Lugdun. 1535. 1540., Dionysius carthus. *in viis;* item cod. 249. Kennicotti et II Paral. XXVIII, 2. Cod. H notat hebraeum legere *abominationes,* pro *idola.*

4. *Immolabat quoque* — Cod. B *Immolabatque.*

5. *in Ierusalem ad praeliandum* — Antiquiores editiones et Angelomus *ad praeliandum in Ierusalem;* tacent *in* Bibl. Ven. 1479., Argent. 1497., Paris. 1504., Lugdun. 1506. 1509. Pro *obsiderent,* cod. B *obsideret;* Bibl. Venet. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. *obsederet.*

6. *In tempore illo* — Bibl. Ven. 1481. *In illo tempore.* Pro *Ailam,* Bibl. Norimb. 1527. 1529., Lugd. 1535., all. *Elam;* cod. H notat hebraeum legere *Eleth;* conf. ad XIV, 22. et Holmesius. Cod. veron. pro *eiecit,* legit *diiecit,* fortasse *disiecit.*

Ibid. *et Idumaei venerunt* — Non modica est hoc loco latinorum exemplarium varietas. Nam alii ponunt Idumaeos, alii Syros, alii utrosque venisse in Ailam, ibique habitasse. Priori sententiae, quam exprimit hodierna Vulgati lectio, favent codd. B, E 1. m., veron. et fere omnes veteres editiones post Complutensem; item quamplures hebraici codices, qui Kerì ואדומים in textu sistunt; ac praeterea alexandrinus, consentientibus omnibus codicibus et versionibus ex eo derivatis, chaldaeus in polyglottis antuerpiensibus et in cod. apud Brunsium *Repert. Or. t. XV, 175.* Hinc Toletus: « Lege *et Idumaei;* sic » hebraeus (intellige edit. Compl.), graecus, » Complut., Reg., Ordin. et fere omnes im» pressi. » Alteri sententiae subscribunt sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, K, mediol., et cod. Hunnaei apud Lucam Brugensem, qui legunt *et Syri venerunt;* hinc Toletus: « Quidam manuscriptus et prior Congregatio » *et Syri.* » Item receptus hebraicus textus וארומים, seu, ut alii legunt וארמים (quam lectionem confirmat syrus hexaplaris dum testatur hebraeum legere ܐܕܘܡܝܐ), syrus, chaldaeus in polyglottis londinensibus cum plerisque codicibus, et diserte Iosephus *Antiq. IX, 12.;* accedit et contextus; nam supra dicitur Rasin Ailam restituisse *Syriae.* Nec

enim audiendi sunt Thenius et Ugdulena, qui, repugnantibus universis testibus, affirmant ibi legendum לאדם pro לארם. Tertia denique sententia, quam plerique latini codices sequuntur, nullum habet praesidium in sacro textu antiquisque interpretibus; eaque ex duabus superioribus simul connexis orta videtur. Quum enim difficile esset inter utramque aliquid tuto definire, credibile est primo ab amanuensibus alteram in textu, alteram in marginis spatio adnotatam; dein in ipso contextu utramque adnotatam fuisse. Nam geminam eiusdem vocis interpretationem Hieronymo fuisse probatam non est verisimile. Itaque codd. D, E 2. m., F, G, H, I, L, R, U, V, Cas. plures, goth. leg., latinus cod. 650. derossianus, antiquiores editiones, Hugo, Abulensis legunt *et Idumaei, et Syri venerunt;* cod. C et alter apud Lucam Brugensem *et Syri, et Idumaei venerunt;* cod. T *et Idumaei Syri venerunt.* Omnes praedictas varietates conciliare nititur Kimchius; conf. Clericus in h. l., Lilienthalius *Comm. crit. p. 255.* et Lucas Brugensis in *notationibus*, ubi scribit: « Minime dubitandum est cum » Idumaeis Syros ad Ailam habitandam ve» nisse; et quidem Syros utpote victores et » dominos Idumaeis praefectos. Civitas erat » Aila in Idumaeorum regione sita, regi Sy» riae subiecta: quam post, a regibus Iu» daeorum occupatam, Rasin et Syrorum di» tioni et Idumaeorum mansioni restituit. » Hinc plerique latinorum librorum utrosque » ad hunc modum iungunt *et eiecit Iudaeos » de Aila, et Idumaei et Syri venerunt in Ai» lam.* Sunt autem nonnulla scriptorum no» strorum, quae primis quidem lectionibus » accedant, sed tertiam hanc redoleant; Hun» naei duo legunt *et eiecit Iudaeos de Ahila » Syriae, et Idumaei venerunt in Ahilam;* duo » alia (item noster cod. S) scribunt *et eiecit » Iudaeos de Ahila, et Idumaea, et Syri ve» nerunt in Ahilam.* » Quamvis vero Lucas Brugensis dicat se nolle pronunciare quaenam lectio nostro interpreti attribuenda sit, tamen subdit: « Forte diversa quae legit, » quia non est improbabile utraque accidis» se, coniunxit. » At vero minus id probabile nobis videtur. Neque enim varias unius eiusdemque vocis lectiones in ipsa versione solet interpres reddere; immo haec plerumque absurda, semper autem falsa esset interpretandi ratio, quae ab ingenio Hieronymi prorsus abhorret. Praeterea hoc loco criticam quaestionem Brugensis haud recte prosequitur. Non enim quaeritur utrum probabile sit Syros Idumaeis permixtos venisse ad urbem Ailam; sed quaeritur utrum hagiographus, vel eius interpres, scripserit venisse Syros, aut potius accessisse Idumaeos, vel denique utrumque populum adfuisse. Haec autem quaestio non ex eo quod in ipsa re gesta et descripta probabile nobis est, solvitur; sed ad fidem testium, qui ad ea quae ab auctore scripta sunt spectant, dirimenda est. Omnia autem suadent auctorem libri et nostrum interpretem unius populi syriaci nomen heic memorasse; alterius vero populi nomen e graeco fonte ad veterem italam propagatum, nostris Bibliis a latinis librariis ante seculum IX. insertum ac superadditum fuisse. Pro *in Ailam,* cod. B *in illam.*

8. *Et cum collegisset* — Addunt *Achaz* codd. E, G, H, L 4., Q, R, S, veron., priores editiones Rob. Steph., Bibl. Paris. 1541., Lugd. 1550., all.; item hebraeus et veteres omnes; at expungitur in codice O; cod. H notat hebraeum legere *Et tulit,* et mox habere *et in thesauris domus regis, et misit.* Pro *argentum et aurum,* codd. E, I et Holmesii 247. *aurum et argentum;* et pro *inveniri,* codd. A, E, F, H *invenire;* et pro *thesauris regis,* cod. B *thesauro regis;* Bibl. Col. 1530. *thesauris regiis;* cf. XII, 18.

9. *ascendit enim* — Codd. R, S, antiquiores editiones *ascendit autem;* codd. Cas. 2. *ascendens enim,* et mox tacent *et.* Verbum *vastavit,* quod posuit Hieronymus, hoc loco mitiori sensu accipiendum est; nam hebraeus et veteres habent *cepit.* Cod. H notat hebraeum pro *Cyrenen* legere *Chira;* cod. mediol. *Cirynen;* varias eruditorum opiniones

de huius oppidi nomine et situ Ugdulena erudite in suis Commentariis exponit.

10. *regi Assyriorum* — Codd. D, E, F, G, I, U, V, veronen., Bibl. Ven. 1476. 1495., ex hentenianis editt. Ant. 1559. 1563. 1565. 1569. 1570., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569. 1573. 1581., Ven. 1571. 1572. 1574. 1576. 1578. 1583. 1599. *regis Assyriorum*.

11. *altare iuxta omnia* — Multae veteres editt. nec male habent *altare. Iuxta omnia.* Pro *fecit sacerdos Urias*, sixtini, codd. A, C, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1495., Ord., Abulensis *fecit Urias sacerdos;* cod. B tacet *sacerdos*.

12. *Cumque venisset rex de Damasco* — In cod. K haec desiderantur; item in graeco et arabe; at leguntur in graeco Compl. et, sub asterisco, in syro hexaplari. Sixtus praetermisit *de Damasco,* quod a gregorianis restitutum fuit, unde Toletus notat: « Repone *de* » *Damasco;* hebraeus, graecus (intellige ed. » Compl.), Compl., Reg. et omnes fere codi- » ces sic habent. Sixtus abstulit. » Codd. C, V post *rex* addunt *Achaz*, quod in cod. O expungitur; syrus id addit, sed post verbum *vidit*. Mox pro *sacrificium suum,* codd. Cas. 2. *sacrificia sua*.

13. *et fudit* — Bibl. Ven. 1476. *et effudit;* graecus καὶ προσέχεε. Pro *quae obtulerat*, codd. E, I, Bibl. Ven. 1476. *quem obtulerat*.

14. *et de loco altaris* — Tacent *et* cod. B, hebraeus et veteres. Post verba *loco templi*, Bibl. Ven. 1489. omittunt *Domini*. Cod. H parum accurate notat hebraeum legere *Porro altare aeneum, quod erat coram Domino inter altare et domum Domini, transtulit dè facie domus, et posuit ex latere altaris ad aquilonem*.

15. *sacrificium eius* — Bibl. Compl., Reg., Paris. 1504., Lugdun. 1506. 1510., Basil. 1509., Ven. 1511., all. *sacrificia eius;* item pauci graeci codices.

16. *quae praeceperat* — Addunt *ei* codd. B, G, R, S, Cas. plures, Bibl. Venet. 1495., Ord., Basil. 1509. 1530., Lugd. 1510. 1514. 1522., Paris. 1519., all., Hugo, Abulensis; item graecus, syrus et arabs; at in cod. O ad fidem priscorum codicum et sacri textus expungitur.

17. *Tulit* — Cod. H notat hebraeum legere *Abscidit*. Pro *qui erat,* codd. R, S, Bibl. Rom. 1471., Paris. 1541. 1549. 1552. 1558. 1566., all. *quae erat;* Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. *qui erant*. Cod. D et margo codicis goth. leg. *sustinebant*, pro *sustentabant*.

18. *aedificaverat* — Veronensis codex cum hebraeo et chaldaeo *aedificaverant*. Cod. H notat hebraeum pro *convertit in templum*, legere *convertit in domum;* codd. A, D, E, N, O, P, T 2. m., V, Cas. 9. *convertit in templo;* epanorthotes in cod. N notat: « Quidam quod » est dictum *in templo*, converterunt in ac- » cusativum dicentes *in templum*, quasi et- » iam non dictum sit *ut transeas in foedere* » *Domini* Deuter. XXIX. (v. 12.) Require » Exod. IV. (v. 27.) Sed et si regula puero- » rum teneret, non tamen hic haberet lo- » cum; non enim quod dicitur per templum » terminum motus consignat, sed quod dici- » tur *exterius*, hoc est divertit ad exteriora. » Simile Iosue XXII. (v. 10.) »

19. *verborum Achaz* — Codd. E, G, I, L, N* 1. m., R, S, T et V 2. m., Cas. plures, antiquiores editiones addunt *et omnia;* accedunt graecus, syrus, arabs et multi codices hebraici apud De-Rossi; cf. II Paral. XXVIII, 26.; cod. N et Bibl. Ordin. addunt *et;* minus accurata est latina versio chaldaei in polyglottis. Pro *sermonum dierum,* codd. B, E, U *verborum dierum*.

20. *Dormivitque* — Codd. F, V *Dormivit itaque*. Mox in cod. B deest *David*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XVI, 5. *et non potuerunt belligerare cum obsiderent Achaz*... 9. *Audito nuntio*.... *et accepit eam, et comprehendit Core et Ose reges eius* (haec et quae sequuntur partim confusa corruptaque sunt, partim utcumque ex hebraeo potius quam ex graeco petita videntur. Vide utrum veluti regum nomina habuerit קירה ואת־רצין)... 15. ? *et profudit*

in praeceps profusionem suam. . . 17. Destruxit rex mascaroth templi, et mechonoth dissipavit (hebraeus המסגרות‎ המכנות, codd. interponunt ואת; graecus retinet μεχωνώθ, de quo cf. ad III Reg. VII, 27. Hieronymus III, 68. « *Mechonoth,* fulturae, quas βάσεις, vel ὑποθέματα possumus dicere. »), *subductis retinaculis, cyrot* (numquid הכיר?), *deduxit mare aeneum, quod vituli subterpositi substinebant: et posuit illud super basem lapideam.* 18. *Et mesech* (hebraeus ואת־מיסך; Vulgatus sequitur Keri מוסך) *sabbathorum* (codd. quoque τῶν σαββάτων) *aedificavit in domum Domini, et introitum domus regis, et quod erat foris convertit in domum Domini, timens a facie regis Assyriorum.* [Alias: *posuit supra basem lapideam, et in fundamentum cathedrae sabbati, quae extruxit in domo Domini; et ingressum regis exterius convertit in domum Domini a facie regis Assyriorum.*]

Cap. XVII, 1. *Anno duodecimo* — Codd. Cas. 2. *Anno vigesimo;* cod. C *Anno decimo;* item duo codices holmesiani.

2. *reges Israel* — Codd. C, Cas. 1. tacent *Israel.* Pro *fuerant,* codd. K, S, Cas. 1. et antiquiores plures editiones *fuerunt.*

3. *Salmanasar* — Alii cum graecis *Salmanassar;* cod. veron. *Salmanaasar;* cod. mediol. *Samanasar;* graecus vatic. Σαμενασσάρ; conf. Gesenii *Thes. p. 1426.* Post *factus est* cod. C, Bibl. Ven. 1476. tacent *ei;* et pro *reddebatque illi,* codd. D, R, S, V, Bibl. Venet. 1476. *reddebatque ei.* Cod. H notat hebraeum legere *munera,* pro *tributa;* immo legit מנחה quod graeci retinuerunt ponentes Μαναά (cod. vatic. Μανάχ), Aquila reddidit δῶρον, Symmachus φόρον; codd. E, I, U, Cas. 12., Abulensis *tributum;* item cod. veron. sequenti versiculo; at Theodoretus notat: δῶρα ἡρμήνευσαν οἱ λοιποί.

4. *misisset* — Cod. D praemittit *et;* cod. Cas. 1. legit *transmisisset.* Pro *ad Sua,* codd. E, I, V, Cas. 1., Petrus Com. *ad Susach;* Hugo notat: « *ad Sua,* vel *ad Sesach.* » Cod. H notat hebraeum legere *ad Zo;* sed cf. Martianaeus ad h. l. Pro *obsedit eum,* Bibl. Basil. 1491. 1495., Ven. 1492. 1497., Paris. 1497., all. *obsedit eam;* ut seq. versiculo, ubi e contrario Bibl. Ordin. habent *obsedit eum;* cod. B 2. m. *et obsedit eam.*

6. *nono Osee* — Cod. R *vicesimo Osee;* codd. Cas. 2. tacent *Osee.* Pro *Hala,* antiquiores editiones paucique codices *Hailam;* alii *Halam;* mox tacent *et* Bibl. Basil. 1491. 1495., Venet. 1492. 1497., Brix. 1496., all. Cod. H notat hebraeum pro *iuxta fluvium,* legere *flumine;* Hieronymus III, 159. « *Alleabar Gozan,* nomina fluminum in terra Medorum, ad quorum montes captivus ductus est Israel. » At enim Habor nomen est fluminis, Gozan vero regionis; hinc sacri textus sensum reddit in *Thesauro pag. 276.* Gesenius; *eosque habitare iussit in Chalcitide et ad Chaboram, Gauzanitidis fluvium, et in urbibus Mediae.* Minus recte nonnulli codices et non paucae editiones *Gozam.*

7. *Factum est enim* — Cod. A *Factum enim est;* codd. B, E, G, H, I, K, O, R, V, Bibl. Ven. 1476. 1482. 1489., Col. 1530., Paris. 1566., Ordin., all. *Factum est autem.* Pro *Domino Deo,* codd. I, R, S, Cas. 7., alii apud O *coram Domino Deo;* et pro *de manu,* cod. E *et de manu;* idem cod. mox tacet *regis Aegypti.* Cod. H notat hebraeum legere *timuerunt,* pro *coluerunt;* codd. D, E, U, V *et coluerunt;* Bibl. Norimb. 1480. *colueruntque;* hebraeus quoque et veteres nexum praemittunt.

8. *iuxta ritum* — Tacent *iuxta* Bibl. Arg. 1497., Norimb. 1501., all. Pro *filiorum Israel, et regum Israel,* cod. D, et Bibl. Venet. 1476. *filiorum et regum Israel;* cod. B omittit *et regum Israel;* item syrus, arabs, nonnulli codd. Holmesii et Kennicotti; et pro *quia similiter fecerant,* codd. Cas. 12. *qui similiter fecerant;* codd. K, N, O, P, U, pauci Cas. *quia similiter fecerunt.*

9. *Et offenderunt* — Bibl. Ven. 1476. *Offenderunt;* codd. G, N*, R, S, V, Hugo, Abulensis *Offenderuntque;* codd. B, C, E, F 2. m., L 4., T, Cas. 2., goth. leg., antiquiores plures editiones *Et irritaverunt;* sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, D, H, I, K, L 10., N,

O, P, Q, Cas. 2., veron., Bibl. Colon. 1530., Rob. Steph. 1557., Heild. 1586., margo Ord. *Et operuerunt;* « ita, inquit Martianaeus, ca- » non hebraicae veritatis, et manuscriptus » codex colbertinus aniciensis, necnon per- » antiquus s. Germani a Pratis n. 3. etsi ab » imperito emendatore corruptus legatur. Ce- » teri legunt *offenderunt* vel *irritaverunt*, cum » tamen in hebraeo sit ויחפאו. » Sixtinorum lectionem diserte amplectitur epanorthotes qui in cod. N scribit: « *Et operuerunt;* sic » habent hebraeus et antiqui; et est tale he- » braicum sicut ibi *populus qui erat cum eo,* » *operto capite*. II Reg. XV. (v. 30.) sic et » Esther VII. (v. 8.) *operuerunt faciem eius*. » LXX. etiam habent *et operuerunt filii Israel* » *verbis, quae non sic.* » Utrum ex hoc testimonio recte colligatur veterem italam posuisse *operuerunt*, nos dubitamus; margo enim codicis goth. leg. aptissime ex graeco habet *Et composuerunt filii Israel verba non recta;* legebat enim cum codd. 19, 82, 108, et Complut. Καὶ ἠμφιέσαντο οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ λόγους ἀδίκους (item Symmachus, teste cod. syro hexaplari, pro οὐχ οὕτως); et sane Schleusnerus in *Lex. V. T. I, 197.* interpretatur verbum ἠμφιέσαντο *occulte egerunt* aut *varios excogitarunt praetextus;* eumdemque sensum eruit Ugdulena in sua italica versione scribens *E foggiarono cose non diritte;* nec longe abest Gesenius in *Thes. pag. 505.* dum ex hebraeo vertit *Et perfide egerunt Israelitae res quae non rectae erant.* Aquila, quemadmodum ex syro hexaplari eruitur, hebraicam vocem de more pressius exprimens vertit ἐπεκάλυψαν. Quum igitur manifestum sit priscorum codicum lectionem *operuerunt* commode ex hebraeo, non item ex graeco hauriri potuisse, illam Hieronymo potius quam auctori veteris italae adscribimus: si enim Hieronymus fuisset interpretatus *irritaverunt* aut *offenderunt,* quae sane verba planum atque perspicuum sensum reddunt, vix cuiquam succurrisset duriorem obscurioremque locutionem sufficere. Toletus adnotat: « Complut., Reg., Ordin. et quatuor » manuscripti legunt *irritaverunt*. Alii manu- » scripti et prior Congregatio habent *operu-* » *erunt*. Verbum hebraicum ויחפאו significat » *operire, occulte detrahere*. LXX. legunt (in » ed. Compl.) *induti sunt verbis iniquis con-* » *tra Dominum*. Lov. autem et glossa inter- » linearis et posterior Congregatio *offende-* » *runt*. Omnes autem hae lectiones in eum- » dem sensum tendunt. » Pro *in cunctis urbibus*, codd. Cas. 2. *in cunctis finibus;* et pro *a Turre custodum*, sixtinis scribere placuit *a turre Custodum.*

10. *Feceruntque sibi* — Codd. D, U *Feceruntque ibi*. Cod. H notat hebraeum pro *statuas*, legere *titulos;* et pro *nemorosum*, cod. Cas. 1. habet *frondosum.*

11. *adolebant ibi*—Tacent *ibi* cod. B, Abulensis et armenus. Cod. H notat hebraeum legere *excelsa*, pro *aras*. Bibl. Ienson Venet. 1476. 1479. *pessima verba*, pro *verba pessima;* cod. veron. tacet *verba.*

12. *praecepit*—Codd. E, F, H, I, Q, Cas. 4., Bibl. Ven. 1495., Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *praeceperat*. Pro *eis Dominus*, sixtini, codd. A, C, D, F, H, I, K, U, V, Bibl. Ven. 1495., Ordin., Hugo, all. *Dominus eis;* Bibl. Ven. 1476. tacent *eis*. Cod. A 1. m. *verbum facerent*, pro *facerent verbum*. Ne quis miretur nefaria Israelitarum vitia heic ab hagiographo descripta fuisse, iuvat praeclaram Ephraemi sententiam recitare: « Non sine » caussa hoc loco Scriptura recenset varias » diversorum deorum religiones ab Israelitis » impie susceptas, et iterata toties flagitia, » obstinatissimam denique in suis moribus » pertinaciam. Haec nimirum explicanda fu- » erunt et posterorum memoriae prodenda ad » tuendum divinae iustitiae iudicium, quae » gentem nefariam et sceleratam natali solo » expulerit, et durissimae servituti subiece- » rit propter duritiem cervicis ipsorum. »

13. *et in Iuda* — Codd. B, G, H *et Iuda*. Bibl. Venet. 1476. post *praecepta* tacent *mea*. Pro *in manu*, codd. B, G, V *per manus.*

14. *cervicem suam* — Cod. V addit *durissimam*. Pro *noluerunt obedire*, sixtini, codd.

A, E *noluerant obedire;* cod. H notat hebraeum legere *non crediderunt*. Mox Bibl. Ven. 1476. tacent *Deo*.

15 *testificationes, quibus* — Glossa interlinearis notat alios legere *testificationem, qua*. Pro *contestatus est*, codd. H, Q, Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *testificatus est*. Pro *vanitates, et vane*, cod. G, Bibl. Venet. 1476. *vanitates, et vana;* Bibl. Ienson Venet. 1476. 1479. mendose *varietates, et vane;* cod. H notat hebraeum legere *vanitatem;* epanorthotes in cod. N animadvertit LXX. seu veterem italam legere *et abierunt post vana et supervacua, et vani facti sunt et supervacui*. Eadem in margine codicis gothic. legion. habentur; attamen graecus legit *καὶ ἐπορεύθησαν ὀπίσω τῶν ματαίων, καὶ ἐματαιώθησαν*; cf. Ierem. II, 5.

16. *feceruntque sibi* — Cod. B tacet *sibi*. Pro *universam militiam*, codd. T, U *omnem militiam;* et pro *servieruntque*, Bibl. Basil. 1491. 1495., Ven. 1492. 1497., Brix. 1496., all. *servierunt*. Bibl. Venet. 1476. *Baalim*, pro *Baal*.

17. *consecraverunt* — Cod. H, Bibl. Venet. 1481. 1482. 1483. 1487., Colon. 1530., all. *consecrabant;* sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, C, D, E, F, G, I, K, T, U, V, Cas. plures, veron., Bibl. Ven. 1476. 1495., Hugo, Abulensis *consecrabant ei;* codd. O, R, S, gothic. legion., Bibl. Ord. *consecraverunt ei;* Toletus notat: « Manuscripti et prior Congregatio ha» bent *consecrabant ei;* sed hebraeus, grae» cus et multi manuscripti et impressi non » habent *ei*, et in praeterito legunt ut in » textu. » Cod. E post *filias* tacet *suas* ut cod. 64. Holmesii. Pro *divinationibus*, codd. R, S, Cas. 2., antiquiores editiones *divinationi;* cod. E addit *suis*, et pro *inserviebant*, legit *serviebant*. Cod. H notat hebraeum pro *et tradiderunt se ut facerent malum coram Domino*, legere *et vendiderunt se ut facerent malum in oculis Domini*. Pro *ut irritarent*, sixtini codd. A, D, E, F, I, K, O, T, V, Cas. 6., antiquiores plures editiones *et irritarent;* codd. B, G, R, S, U, Cas. plures, veron., Bibl. Ordin., Basil. 1495. 1530., Lugd. 1510. 1522., all., Hugo, Abulensis, Dionysius carth. *et irritaverunt*.

18. *vehementer Israeli* — Cod. F *vehementer in Israel;* favent hebraeus et veteres. Cod. B post *abstulit* tacet *eos*. Pro *a conspectu*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, T, U, V, Bibl. Colon. 1530., Angelomus, Hugo, Abulensis *de conspectu;* Bibl. Ven. 1476. *in conspectu*.

19. *Domini Dei sui* — Bibl. Rob. Steph. 1532., Lugd. 1537. 1540., Antuerp. 1537. 1538., Basil. 1538., Ven. 1538. 1544. tacent *Dei;* codd. D, F omittunt *Domini;* cod. vatic. habet *Κυρίου αὐτῶν* suppletum in marg., quod tacuit Holmesius. Pro *verum ambulavit*, codd. B, C, D, E, F, G, I, M, O, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., veteres plures editiones, Rabanus, Angelomus, Abulensis *verumtamen ambulavit;* codd. R, S, Cas. 6., Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483. 1487. 1489. 1511., Lugdun. 1513. 1516. 1522., all. *verumtamen erravit et ambulavit;* hodiernam lectionem invexerunt sixtini, quibus adstipulantur codd. A, H, K, L 2., Q, Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all.; at mendose pro hac lectione editionem Compl. laudavit Rob. Stephanus. « Recte, ait Lucas Brugensis, emendatum est, posito simplici *verum*, pro composito *verumtamen*. »

20. *tradidit eos* — Tacent *eos* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, O, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., Bibl. Ven. 1495., Col. 1530., Angelomus, Hugo, Abulensis.

21. *regem Ieroboam* — Cod. B omittit *regem;* et post verba *Israel a Domino* codd. B, V, Bibl. Basil. 1509., Lugdun. 1510. 1514. 1520. 1522., Paris. 1519., all., Hugo, Dionysius carthus. addunt *Deo*.

22. *et non recesserunt* — Tacent *et* sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, L 5. (seu Q), U, Cas. plures, Bibl. Venet. 1476. 1495., Rob. Steph. 1528. 1532. 1557., all.; unde minus accurate Toletus adnotavit: « Non habent *et* hebraeus, graecus, manu» scripti et prior Congregatio. Est tamen in » impressis omnibus et plurimis manuscri-

» ptis. » Attamen habent nexum syrus, arabs, aliique apud Kennicottum et Holmesium. Codd. T, V, Bibl. Ordin., Hugo legunt *nec recesserunt.*

23. *Dominus auferret* — Codd. A, D, E, F, G, H, I, K, R, S, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1495., Ordin., Colon. 1530., Hugo, Abulensis *auferret Dominus.* Bibl. Ven. 1476. *in manus,* pro *in manu;* et mox tacent *Israel.* Pro *in diem hanc,* codd. K, S, Abulensis *ad diem hanc;* Bibl. Ordin. *in hanc diem.*

24. *Adduxit autem rex Assyriorum*—Cod. L et multae ex antiquioribus editionibus addunt *viros;* idque Houbigantio probatur; at necessarium non est. Nomen *Cutha,* כותה, in antiquis libris saepe corruptum legitur; Bibl. Compl., Reg., all. *Curtha;* Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Paris. 1504., all. *Curha;* alii aliter; Hieronymus III, 194. *Chotha.* Maior est corruptio in sequenti nomine *Avah,* עוה, quod plures scribunt *Ahaiath* vel *Ahiath;* Hieron. III, 159. et graecus 'Αϊά; cod. B *Alutha;* codd. E, I, all. *Aiatha;* codd. H, Q *Ava;* de hisce autem locis erudite atque copiose disserit Ugdulena. Pro *in civitatibus,* cod. U *in civitate;* cf. Holmesius.

25. *immisit in eos Dominus*—Codd. A, C, D, K, R, S, V, Cas. 4., antiquiores editiones, Humbertus card. CXLIII, 1167., Dionysius carth. *immisit eis Dominus;* codd. E, I, Bibl. Paris. 1504., Lugd. 1506. 1509., all. *immisit in eis Dominus;* item versiculo sequenti; cod. U *misit Dominus in eos;* cf. Holmesius; cod. T tacet pronomen.

26. *et dictum* — Codd. K, Cas. 1. addunt *est ei;* accedit syrus. Cod. B 1. m. tacet *et immisit in eos Dominus leones, et ecce interficiunt eos, eo quod ignorent ritum Dei terrae;* cod. H notat hebraeum non legere *Dominus;* cod. G habet *ignorarent;* cod. B 2. m. *ignorant.*

27. *inde captivos* — Codd. R, S, Cas. 3. *in captivitatem.* Pro *et vadat,* codd. R, S, antiquiores editiones *ut vadat;* accedunt armenus, slav. mosq., georg.; tacent *et* Bibl. Rob. Steph. 1557., Heidelb. 1586. et slav. ostrog.

28. *venisset unus* — Cod. Cas. 1. *venisset quidam.* Post *sacerdotibus* cod. mediolan. tacet *his.*

29. *posueruntque eos* — Claudius taurin. CIV, 787. *posueruntque eum;* hebraeus et veteres tacent pronomen. Pro *in fanis excelsis,* cod. E *in fanis et in excelsis;* cod. Cas. 1. *in fanis suis excelsis;* Sixtus aliique minus recte scribunt *phanis.* Pro *fecerant Samaritae,* cod. B *aedificaverant Samaritae;* Eucherius *fecerat samaritana* gens. Pro *habitabat,* codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. plures, gothic. leg., veron., antiquiores editiones, Beda II, 731., Eucherius, Claudius taurin. l. c., Rabanus, Angelomus, all. *habitabant;* consentiunt hebraeus et veteres.

30. *Sochothbenoth* — Codd. S, V, Cas. 14. *Sochoth et Benoth;* codd. Cas. 2. *deos Sochothbenoth;* codd. G, T 1. m. tacent *benoth;* Beda l. c. scribit: « *Sochoth Benoth,* id est taber» nacula Benoth; et melius, ni fallor, faceret » interpres, si *Sochoth* latine in *tabernacula* » verteret, et nomen idoli *Benoth* absolute » poneret. » Eadem leguntur apud Eucherium, Claudium taurin., Rabanum et Angelomum. Hieronymus III, 179. « *Benith,* quam » construxerunt Samaritani, qui de Babylo» nis regione transierant. » At recte Bonfrerius animadvertit illud esse idoli non oppidi nomen. De hoc autem aliisque idolorum nominibus heic occurrentibus plura dabit Ugdulena. Pro *Chutaei,* codices fere universi, antiquiores editiones et latini enarratores legunt *Chuthaeni* vel *Cuthaeni.* Pro *Nergel,* codd. E, U *Neregel,* ut Ierem. XXXIX, 3. 13.; graeci codd. Νηριγέλ; item Hieronymus III, 254. Mox tacent *et* codd. K, U. Pro *de Emath,* apud Bedam l. c. *de Hematha et Hama;* cf. ad Ios. XIII, 5. XIX, 35. II Reg. VIII, 9.; Claudius taurin. et Eucherius *de Emetha.* Pro *Asima,* antiquiores editiones mendose habent *Asuna;* cod. F *Asimuth;* graecus 'Ασιμάθ; Hieronymus III, 159. « *Asyma,* oppi» dum in terra Iudaea, quod aedificaverunt » hi, qui ad eam venerunt de Emath. »

31. *Hevaei* — Cod. H *Avaei;* Vulgatus ad Ios. XVIII, 23. *Avim;* hebraeus עוים; alii le-

gunt *Evaei*. Pro *Nebahaz*, antiquiores editiones *Nebahan* (vel *Nebaam*), de qua lectione conf. De-Rossi. Pro *Tharthac*, corrupte antiquiores editiones *Thacham* vel *Thacan;* alii legunt *Thartha* ut Beda l. c., Eucherius et Claudius taur. Pro *de Sepharvaim*, pauci codices, Bibl. Compl., Reg., Ven. 1511., all., Hieronymus III, 70. 278., Eucherius *de Sapharvaim;* et pro *Adramelech*, Bibl. Ven. 1476. 1495., all. *Adramalech;* item pro *Anamelech*, cod. B, Eucherius *Anamalech;* alii aliter; mendose istud nomen omittitur in Bibl. Rob. Steph. 1557. Hieronymus III, 162. notat: « *Adramelech*, idolum Assyriorum, quod et » Samaritae venerati sunt. » Sed nil habet ibi de Anamelech; de quo agit III, 66.

32. *de novissimis* — Mendose codd. D, Cas. 1. *de nobilissimis;* Bibl. Norimb. 1480. *de novissimo;* codd. F, G, V 2. m., Cas. 14., Bibl. Ven. 1476. addunt *populi;* cf. III Reg. XII, 31. XIII, 33. Cod. veron. pro *fanis*, legit corrupte *finibus*.

33. *iuxta consuetudinem* — Codd. Cas. 3. *iuxta similitudinem*. Mox ante *Samariam* addunt *in* cod. V, Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540.

34. *ceremonias eius, iudicia*—Ante *iudicia* codd. R, S et veteres editiones interponunt *atque;* sixtini ad fidem reliquorum codicum mutaverant *atque* in *et;* coniunctionis particulam, quam prae se ferunt quoque hebraeus et veteres, Sixtus praetermisit; indeque hodierna lectio, quam perperam imitatus est Martianaeus, orta videtur. Pro *quod praeceperat*, codd. Cas. 12. *quae praeceperat;* et pro *cognominavit*, Bibl. Ven. 1495. *cognominaverat*.

35. *colatis eos, et non* — Cod. B *colatis, et ne;* Bibl. Ven. 1476. *coletis, et non;* praeterea tacent *eos* sixtini, codd. A, C, D, E, F, I, K, O, T, U, V, Cas. plures, goth. leg., mediol., veron., Bibl. Colon. 1530.

36. *Deum vestrum*—Cod. H notat hebraeum id non habere. Post verba *ipsum timete* tacent *et* codd. A, D, F, U, V, goth. legion., Bibl. Ven. 1476., Colon. 1530. et Abulensis.

37. *quod scripsit* — Cod. T, Bibl. Venet. 1495., Basil. 1538., Lugdun. 1546. *quod scripsi*.

38. *quod percussit* — Codd. B, F *quod pepigit;* cod. V *quod pepigi;* codd. A, C, D, K, T, mediol., veronen., Bibl. Ven. 1495., Basil. 1530., Paris. 1541. 1549. 1552. 1558. 1566., all. *quod percussi;* item hebraeus et veteres, excepto graeco. Pro *nec colatis*, Bibl. Ven. 1476. *nec coletis;* cod. H notat hebraeum legere *et non timeatis*. Integrum versiculum praetermittunt cod. S et quinque codices holmesiani.

39. *sed Dominum*—Cod. D tacet *Dominum*.

41. *Dominum* — Rabanus et Angelomus *Deum;* item cod. 108. Holmesii et cod. 70. Kennicotti. Ante *idolis* tacent *et* codd. E, R, Bibl. Ven. 1495., Ord., Abulensis. Cod. veron. *serviebant*, pro *servientes;* et mox ante *filii* omittunt *et* codd. K, R, S, mediol., antiquiores editiones, Humbertus l. c. Pro *patres*, sixtini, codd. A, B, D, F, G, I, K, T 2. m., U, V, Cas. plures, goth. leg., veron., mediol., Bibl. Venet. 1476., Colon. 1530., all. *parentes;* Toletus notat: « Manuscripti habent *pa-* » *rentes;* sed hebraeus, graecus et impressi » ut in textu. »

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XVII, 2. *Et fecit malignum in conspectu Domini prae omnibus qui fuerunt ante eum* (graeci codd. 19, 82, 93, 108 παρὰ πάντα τοὺς γενομένους ἔμπροσθεν αὐτοῦ, quae tamen lectio perperam ab Holmesio tribuitur Bibliis Complut.) [Alias: *verumtamen non sicut reges Israel, qui fuerunt ante ipsum*] . . . 4. *Et invenit rex Assyriorum in Osee cogitationem adversus eum* (codd. ἐπιβουλήν), *et misit nuntios Adramelec* (codd. Ἀδραμελέχ) *aegyptium inhabitantem in Aegypto* (codd. τὸν κατοικοῦντα ἐν Αἰγύπτῳ, quod rursum perperam Holmesius tribuit ed. Complutensi), *et erat ferens munera regi Assyriorum ab anno in annum* (it. codd. graeci); *et iniuriatus est eum rex Assyriorum in Gala* (numquid ex כלא? codd. χαλαάδ), *et po-*

suit eum in carcere. . . . 9. *Et composuerunt filii Israel verba non recta adversum Dominum Deum suum* (vide supra ad h. l.). . . . 11. *maligna verba* (cf. Holmesius). . . 13. *Revertimini, redite a via vestra maligna*. . . . 14. *Et induraverunt dorsum suum super dorsum patrum suorum*. . . 15. *Et abierunt post vana et supervacua, et facti sunt vani et supervacui* (vide supra ad h. l.).

Cap. XVIII, 2. *Vigintiquinque*—Bibl. Colon. 1530. *Viginti et quinque;* cod. H notat hebraeum legere *Filius XXV.;* et pro *vigintinovem,* codd. A, C, D, R *viginti et novem;* item hebraeus et veteres. Pro *Abi,* codd. N*, R, S, Cas. 8., antiquiores editiones, Hieronymus III, 66. *Abisa;* at correctoria N, O notant: « Secundum hebraeum et antiquos *Abi;* » non est ibi *Abisa.* » Bibl. Ven. 1476. *Abila;* codd. B, C, E, F, G, K, T, U, V, Cas. plures, Rabanus, Angelomus *Abia;* hebraeus אבי, sed quatuor codices apud De-Rossi et II Paral. XXIX, 1. אביה. Pro *Zachariae,* Bibl. Ven. 1476. et cod. 71. Holmesii *Azariae.*

3. *Fecitque* — Codd. F, K *Fecit.* Pro *quod erat bonum coram Domino,* cod. veron. *quod erat placitum in conspectu Domini,* uti legitur in Paral. l. c.; cod. B *quod rectum erat coram Domino;* conf. Sabatierius. Pro *pater eius,* codd. F, T, veron., Angelomus et Facundus hermian. apud Sabatierium *pater suus.*

4. *statuas*—Cod. H notat hebraeum legere *titulos;* at profecto מצבה significat *statuam,* maxime idoli. Pro *confregitque,* Bibl. Venet. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., all. *fregitque;* Rabanus *confregit quoque.* Multi pro *aeneum,* scribunt *aereum;* et pro *fecerat,* Theutmirus, Claudius taur., Petrus Com., Facundus herm. *fecit.* Pro *vocavitque nomen eius,* codd. A, B, C, D, E, F, I, K, O, U, V, Cas. plures, goth. leg., veron., mediol., Bibl. Ven. 1476. 1495., Theutmirus, Claudius taurin., Rabanus, Angelomus, Hugo, Abulensis *vocavitque eum;* concinunt hebraeus et veteres; unicus cod. 150. Kennicotti habet שמו. In voce *Nohestan* multiplex occurrit apud latinos et graecos varietas; nam antiquiores editiones exhibent *Nehestan;* graecus Νεεσθάν, Symmachus Νεεσθάμ, Theodotio Νεεσθέν; cod. gothic. leg., Bibl. Norimb. 1527. 1529., Basil. 1530., Lugdun. 1535., all. *Nehostan;* cod. L (seu Q), Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., Paris. 1552. 1560. 1566., all. *Nehustan;* codd. A, B, C, U, Bibl. Col. 1530., Theutmirus, Angelomus *Nahasthan;* Aquila Νασσθάμ; Martianaeus notat: « Canon emen» datus habet *Nahustan;* caeteri manuscripti » codices *Naasthan* retinent. » Hieronymus III, 69. legit *Noesthan,* atque interpretatur *aes eorum;* hanc vero interpretationem sequuntur Rabanus, Angelomus, Glossa interlinearis, quam profert quoque cod. T, aliique; at Petrus Com. mendose legit *os eorum;* unde Hugonis postilla habet: « Secundum » Rabanum *aes eorum;* secundum alios *os eo*» *rum.* » De eiusdem nominis interpretatione agit Claudius taurin. CIV, 829. ubi scribit: « *vocavitque eum Nabas* (ex iis quae sequun» tur patet legendum *Nahasthan*); si esset » qui mihi ostenderet etymologiam nominis » huius, quia nec in translatione antiqua ali» ter hoc scriptum reperi nomen: excepto » quod *Nabas* (lege *Nahas,* נחש), *serpens* » lingua illorum dicitur; novissima vero syl» laba (nempe *than,* תן) quid sit, nescire me » fateor. » Adhuc dubitant eruditi utrum etymon petendum sit a נחשת *(aes),* adiecta in fine syllaba formativa, ut significet *aeneus;* exploratum tamen est, quod asserit Claudius, נחש significare *serpentem.*

5. *In Domino*—Codd. G, R, S, V, antiquiores editiones, Rabanus *Et in Domino;* accedunt syrus et arabs; codd. Cas. 2. cum Facundo hermian. *Hic in Domino.* Pro *ante eum fuerunt,* codd. E, G, Bibl. Ven. 1476., Abulensis *ante eum fuerant;* cod. S tacet pronomen.

6. *fecitque* — Cod. H notat hebraeum legere *custodivitque.* Bibl. Colon. 1530. *Mosi Dominus,* pro *Dominus Moysi.*

7. *erat Dominus cum eo*—Cod. E *Dominus erat cum eo;* Bibl. Ven. 1476. *erat cum eo Dominus.* Cod. B *Rebellabat,* pro *Rebellavit.*

8. *usque ad Gazam* — Sixtini, codd. A, C,

D, E, F, G, H, I, O, T, U, V, gothic. legion., mediol., Bibl. Ven. 1495., Ord., Hugo *usque Gazam*. Pro *omnes terminos eorum*, codd. R, S *terminos omnes eorum;* Bibl. Col. 1530. *omnes terminos eius;* Hieronymus apud Sabatierium *usque ad terminos eius;* hebraeus et veteres pronomen habent in singulari numero. Pro *a Turre,* plures ex antiquioribus editionibus *et a turre;* item cod. 187. Kennicotti. Pro *Civitatem munitam,* sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, B, C, D, E, F, G, I, N, O, P, U, Cas. 14., veron., mediol., Hugo, Abulensis, Glossa interlinearis *civitatem muratam;* epanorthotes in cod. N scribit: « Quidam mutan» tes propter nescio quod hebraicum, ponunt » *munitam*. Sed sciendum quod idem hebrai» cum est Num. XIII. (v. 29.) et Deut. I. » (v. 28.) IX. (v. 1.) ubi non ponunt ca» lumniam. Require Num. XXXII. (v. 17.) » Attamen Toletus adnotat: « Prior Congregatio » et quoddam manuscriptum legit *muratam*. » At in hebraeo, graeco, Complut., Reg. et » aliis ut in textu. »

9. *in Samariam* — Tacent *in* sixtini, codices fere universi et antiquiores omnes editiones.

10. *et cepit. Nam post annos* — Codd. G, U *et cepit eam post annos;* item hebraeus et veteres; Bibl. Basil. 1491., Ven. 1492. 1497., Brix. 1496., Paris. 1497., all. *et recepit. Nam post annos*. Cod. F post *Ezechiae* addit *regis*, ut syrus, arabs et cod. armenus apud Holmesium. Pro *nono anno,* cod. K, Bibl. Colon. 1530., Abulensis *anno nono;* cod. veron. tacet *anno*.

11. *collocavitque* — Cod. B, Bibl. Basil. 1491. 1495., Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. *collocavit*. Pro *Hala,* antiquiores editiones, paucique codices *Haila*, vel *Ahyla* vel *Hayla;* conf. ad XVII, 6. et Bonfrerii Onomasticon ad *Alleabar Gozan*. Cod. H notat hebraeum pro *in civitatibus*, legere *et in civitatibus;* nimirum habet ועדי, quod alexandrinus retinuit scribens *καὶ ὄρη*, unde corrupte codices habent *καὶ ἐν ὁρίοις* vel *ὅροις*.

12. *quia non* — Cod. F, Bibl. Ven. 1476. *qui non*. Codd. Cas. 3. *praevaricati*, pro *praetergressi;* et pro *servus*, cod. U *famulus*.

13. *regis Ezechiae* — Bibl. Colon. 1530., Abulensis *Ezechiae regis;* cod. B tacet *regis*. Hoc loco cum graeco pro *Sennacherib*, cod. veron. *Sennacherim*. Pro *ad universas*, Eucherius et Claudius taur. CIV, 787. *super omnes*, ut Isaiae XXXVI, 1.; hebraeus על כל.

14. *Tunc* — Cod. veron. *Et tunc*. Ante *Lachis* tacent *in* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, N, O, P, T, U, V, goth. leg., veron., Bibl. Colon. 1530., Abulensis; epanorthotes in cod. N notat antiquos et hebraeum nullam praepositionem interponere; Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. mendose *in Lenchis*. Pro *et omne, quod,* Bibl. Venet. 1476. *et omnia, quae;* et pro *feram*, codd. K, U, Cas. 12., Abulensis *faciam;* et pro *Indixit*, cod. F, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., all. *Induxit*.

15. *Deditque* — Cod. Cas. 1. *Dedit itaque*. Pro *thesauris regis*, codd. R, V, Cas. 4. *thesauris regiis;* cf. ad XVI, 8.; cod. H notat hebraeum legere *thesauris domus regis,* atque sic habet Hieronymus apud Sabatierium et margo Ordin.

16. *laminas auri* — Cod. H notat hebraeum non legere *auri;* et profecto subintelligitur.

17. *Rabsaris, et Rabsacen* — Antiquiores editiones paucique codices *Rapsaris, et Rapsacen;* accedit graecus; tacent *Rabsaris* codd. G, R, Abulensis et cod. 93. Holmesii. Pro *ad regem Ezechiam*, codd. D, F, V, Bibl. Venet. 1495., Ord. *ad Ezechiam regem*. Pro *valida Ierusalem*, codd. B, E, G, I, V *valida in Ierusalem;* Angelomus *valida ad Ierusalem*. Mox Bibl. Paris. 1558. 1566. omittunt verba *qui cum ascendissent, venerunt Ierusalem*, quae desiderantur quoque in nonnullis codd. apud De-Rossi et Holmesium; post *venerunt* addunt *in* codd. A, B, E, G, I, V, Abulensis; conf. Isa. XXXVI, 2. Pro *Agrifullonis*, apud Isaiam l. c. scribitur *Agri fullonis;* item Hieronymus III, 162.

18. *Vocaveruntque regem* — Codd. Cas. 2. addunt *Ezechiam;* graecus legit Καὶ ἐβόη-

*

σαν πρὸς Ἐζεκίαν. Pro *Eliacim filius Helciae,* pauci codices et antiquiores editiones *Eliachim filius Elchiae;* alii *Eliahim.* Pro *Sobna,* codd. B, T, goth. legion., Hieronymus III, 70. *Sobnas;* graecus Σωμνάς; Bibl. Norimb. 1527. 1529., Lugd. 1535. 1540. *Sebna,* ut hebraeus, quod et cod. H adnotat. Canon emendatus Martianaei pro *Ioahe,* legit *Ioha,* prout habet Vulgatus II Paral. XXXIV, 8., hebraeus יוֹאָח; pro quo idem Vulgatus I Paral. VI, 21. II Paral. XXIX, 12. posuit *Ioah,* et I Paral. XXVI, 4. *Ioaha;* rursum Vulgatus legit *Ioha* I Paral. VIII, 16. XI, 45. pro יוֹחָא. Has aliasque huius nominis varietates, quas adnotare supersedemus, nostri codices hoc loco prae se ferunt.

19. *Dixitque*—Bibl. Lugdun. 1535. 1536. *Dixit;* item mendose latina versio syri. Pro *Haec dicit,* Bibl. Norimb. 1480., Lugd. 1506. 1510. 1514., all. *Haec dixit.* Post *magnus* tacent *rex* codd. G, Cas. 1., Petrus Com. Pro *Quae est ista,* Bibl. Ven. 1476. *Quae ista.*

20. *ut praepares*—Codd. C, D, F, G, R, V, Cas. plures, Bibl. Venet. 1476. 1495., Paris. 1519., all. *ut praeparares.* Pro *ad proelium,* Bibl. Paris. 1504., Lugd. 1506. 1509., all. *ad proeliandum;* et pro *audeas,* cod. B *adeas.* Cod. H minus accurate notat hebraeum legere *In quo confidisti, ut ausus fuisses rebellare mihi? Sperasti.*

21. *Aegypto*—Codd. R, S, Bibl. Ven. 1495. *Aegyptio;* item syrus. Ante *incubuerit* tacent *si* Bibl. Ven. 1476., hebraeus et graecus. Pro *ingredietur,* codd. A, C, D, F, G, H, I, K, O, U, Cas. plures, priores editiones Rob. Steph., all. *ingreditur;* perperam Vallarsius edidit *ingredietur* atque in margine adnotavit Vulgatum legere *ingreditur.* Pro *manum,* cod. E *in manum;* item Hieronymus apud Sabatierium et Isa. XXXVI, 6.; et pro *sic est Pharao,* Bibl. Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., all. *sic et Pharao;* cod. gothic. leg. *sic est et Pharao;* Isa. l. c. cum hebraeo et graeco *sic Pharao.* Pro *confidunt in se,* codd. H, K, T, Bibl. Colon. 1530., Abulensis et Isa. l. c. *confidunt in eo;* codd. C 2. m., D, E, G, O, Cas. plures, Bibl. Ven. et Basil. 1495., Paris. 1541. 1560. 1566., Lugdun. 1550. 1554. 1556. 1567., Ven. 1558., all., margo Ordin. *confidunt in eum.*

22. *si dixeritis* — Codd. B, C, E, I, R, S *si dixeris;* accedunt graecus, syrus, arabs et locus parallelus Isa. XXXVI, 7. Pro *cuius abstulit Ezechias,* cod. K *cui abstulit Ezechias rex;* et post verba *Iudae et Ierusalem* addunt *dicens* cod. V, Bibl. Venet. 1476. et II Paral. XXXII, 12.

23. *habere valeatis* — Codd. E, I *habere possitis.*

24. *potestis* — Codd. K, Cas. 1. *poteritis.* Cod. H minus apte notat hebraeum pro *ante unum satrapam,* legere *uno satrapae.* Pro *minimis,* cod. B *minimissimis,* cuius vocis exemplum apud Arnobium habetur; Bibl. Venet. 1476. *minoribus;* item in loco parallelo Isaiae. Pro *fiduciam habes,* codd. E, F, U, V, Cas. 14. et non paucae ex antiquioribus editionibus *fiduciam habetis.* Hebraeus singularem numerum praefert tum in hoc versiculo, tum etiam in superiori.

25. *Domini voluntate*—Bibl. Ven. 1495., Ordin. *voluntate Domini.* Cod. H pro *demolirer,* legit *demoliar.* Mox Rabanus et Angelomus legunt *Dixit Dominus ad me: Ascende super terram hanc et disperde eam;* conf. Isa. XXXVI, 10. Bibl. Ven. 1481. habent quoque *Dixit Dominus;* Bibl. Norimb. 1480. *in terram hanc;* Bibl. Ienson Ven. 1476. 1479. tacent *hanc.*

26. *et Sobna* — Antiquiores editiones et Rabanus addunt *scriba;* item arabs, cod. 96. Kennicotti et duo codices holmesiani; conf. vers. 18.

27. *Responditque eis* — Codd. A, C, E, G, N, O, P, R, U, Bibl. Ven. 1495. *Responditque ei;* pro hac lectione epanorthotes in cod. N scribit: « Per hoc quod subdit *et ad te;* patet » quod licet vellet quod omnes audirent, tamen ad ipsum solum dirigebat sermonem; » unde evidentius fuit ibi ponere *ei* in singulari, quam *eis* in plurali numero. » Bibl. Lugdun. 1510. 1514., Paris. 1519. *Respondit*

eis; tacent pronomen Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513.; item cod. 44. holmesianus. Tacent *dicens,* post *Rabsaces,* sixtini, codd. A, B, C, H, I, K, N, T 1. m., Cas. plures, goth. legion., Rabanus; Toletus notat: « Non » habent *dicens* hebraeus, graecus et prior » Congregatio. » Mox praetermittunt *potius* sixtini, codd. A, C, D, F, K, O, T, veronen., Bibl. Colon. 1530.; rursum Toletus: « Non » habent *potius* hebraeus, graecus et prior » Congregatio. » Pro *urinam suam,* Bibl. Ven. 1476. *urinas suas;* Eucherius et Claudius taurin. cum Isa. XXXVI, 12. *urinam pedum suorum* (apud Claudium pag. 788. mendose *pecudum* pro *pedum*); in hebraico textu Kerì habet מימי רגליהם, de quo cf. De-Rossi.

28. *exclamavit*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, T, V, Bibl. Ven. 1476. 1495., Ord., Colon. 1530., Hugo, Abulensis *clamavit;* item in loco parallelo Isaiae.

29. *eruere vos* — Codd. E, F, G, I, R, V, Bibl. Colon. 1530., Abulensis *vos eruere.*

30. *tribuat*—Bibl. 1489. sine loco, Norimb. 1501. *tribuet.* Pro *super Dominum,* sixtini, gregoriani 1. m., codd. H, K, T, V, gothic. legion., Bibl. Ven. 1476., Hugo, Eucherius, Claudius taurin., Rabanus, Abulensis *super Domino;* item Isa. XXXVI, 15.; Toletus notat: « Quidam manuscriptus et prior Congre» gatio legunt *super Domino.* » Cod. Cas. 1. et duo Kennicotti tacent. Bibl. Mogunt. 1462. et Norimb. 1480. *in manum,* pro *in manu.*

31. *Nolite audire Ezechiam. Haec enim dicit rex Assyriorum*—Haec deerant in cod. B; tacent *enim* codd. V, Cas. 12. Pro *est utile,* codd. E, I *sit utile.* Ante *egredimini* tacent *et* codd. D, F. Pro *bibetis,* Bibl. Rom. 1471., Paris. 1541. 1549. 1552. 1558. 1566. 1573. *bibet;* item graecus et arabs.

32. *similis est terrae vestrae*—Codd. A, C, D, E, F, G, H, I, Abulensis *similis terrae vestrae est;* Bibl. Ven. 1476. 1495. *similis vestrae terrae est.* Post *fertilem* codd. B, E, I tacent *vini;* et pro *terram panis,* Bibl. Rom. 1471. et laudatae editiones parisienses *in terram panis;* Bibl. Ven. 1476. *et terram panis;* graecus καὶ ἄρτου. Pro *vinearum,* Bibl. Ven. 1489. *vineatam.* In cod. B desiderantur verba *terram olivarum.* Pro *et vivetis, et non moriemini,* codd. Cas. 12. *ut vivatis, et non moriamini;* et pro *decipit,* Bibl. Lugd. 1514. 1515., Paris. 1519. *decepit;* Bibl. Ven. 1558. *dicipiet;* hebraeus יסית, graecus ἀπατᾷ.

34. *Emath, et Arphad* — Non pauci libri praeferunt *Amath, et Arphath;* cod. N notat: « *Amath* per *th,* et *Arphad* semper per *d* » finalem. » De priori nomine cf. supra XIV, 25. XVII, 30; de altero Hieronym. III, 162. Pro *ubi est deus* (editt. vatic. praeter morem *Deus*) *Sepharvaim,* Eucherius et Claudius taurin. *et Sepharvaim;* tacent *est* codd. E, K, goth. leg., veron. Pro *Ana, et Ava,* Bibl. Ven. 1476., Lugdun. 1522. 1524., all. *et Ana, et Ava;* accedunt syrus, arabs aliique apud Holmesium, qui perperam notat syrum hexaplarem habere communem lectionem sub asterisco, nam revera habet ܘܕܥܢ ܘܕܥܘܐ. Hieronymus in Isaiam XXXVII, 13. scribit: « In » enumeratione autem gentium caeterarum » ponit *Ana, et Ava,* quas LXX. miscuerunt » dicentes *Anavegava,* coniunctionemque *et,* » id est *vau* inter duas gentes Ana et Ava, » lingua posuere hebraea, ut ignorantibus » una gens videatur aut civitas. » Et in libro *Locorum* legimus: « *Aneugava;* et huius Isaias » meminit, quam Aquila transtulit *Ane et* » *Gava* (scilicet *u* syllabam, quae in medio » nominis posita est, in coniunctionem *et* est » interpretatus), Symmachus vero *sollicitavit* » *et humiliavit.* » Ex hisce Hieronymi testimoniis Beda II, 731., Claudius taurin. CIV, 789., Eucherius, Rabanus et Angelomus habent notationem quae sequitur: « Pro *Ana,* » *et Ava,* vetus editio quasi unius urbis no» men *Aneugava* posuit; et quidem in hebraeo » ita scriptum est. Verum quia syllaba *u* » (vel *v*), quae in medio nominis posita est, » coniunctionem *et* apud eos significat, potest » etiam ita distingui ut dicatur *Ane et Gava,* » ut Aquila transtulit, sive *Ana et Ava,* ut » noster vertit interpres. » At animadvertendum graecos in libro Regum legere Ἀνὰ,

καὶ Ἀβά, apud Isaiam l. c. Ἀναΐουγάνα. Martianaeus notat manum emendatoris in canone hoc loco posuisse *Hena, et Hiva*; in sequenti capite v. 13. *Hena, et Heva*. Vallarsius mox dicit codicem veron. pro *de manu*, legere *in manu*, consentanee hebraeo ביד, at hebraeus legit מידי.

35. *eruerunt* — Codd. S, Cas. 2. *eruerint*; graecus ἐξείλαντο. Codd. Cas. 2. omittunt verba *ut possit eruere Dominus Ierusalem de manu mea*; cod. F, Bibl. Venet. 1476. legunt *Dominus eruere*.

36. *Tacuit itaque*—Eucherius et Claudius taurin. *Tacuitque omnis*. Mox plerique *quicquam*, pro *quidquam*.

37. *ei verba*—Alii apud cod. O *ei omnia verba*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XVIII, 16. *In tempore illo concidit Ezechias ostia templi Domini, et emanoth* (hebraeus האמנות, Hieronymus apud Sabatierium *clypeos*) *de qua operuit Ezechias rex Iudae* [Alias: *In illo tempore conflavit Ezechias rex Iuda ianuas templi Domini, et indumenta valvarum* (graec. ἐστηριγμένα), *quae deauraverat Ezechias rex Iuda*]; *et dedit ea regi Assyriorum*. . . . 17. *et stetit in ascensu laci* (בתעלת הברכה. cf. syrus, cui consentit Ephraemus, arabs et, apud syrum hexaplarem, Symmachus et auctor Quintae edit.) *superioris, in mesellat* (במסלת) *agri fullonis*. . . 18. *Et cum exiisset ad eum Eliachim, qui erat praepositus domus* . . . *commentariensis scriptor*. . . . 20. *Fortasse verbis labiorum cogitatio, potestas autem in pugna est* [Alias: *Numquid in verbis labiorum atque consilio virtus est belli?*]; *nunc in quem sperasti, quoniam superbe egisti in me?* 21. *Ecce sperasti ipse tibi in bacterio arundineo quassato*. . . . 24. *Et quomodo avertes a te faciem toparchi* (sic, pro *toparchae*) *unius ex servis domini mei novissimis?* . . . 26. *Et istis dictis, dixit Eliachim ad Rapsacem; Loquere ad pueros tuos syriatice*. . . . *Ut quid loqueris ad aures populi sedentis super murum ut teneas eum?* . . . 27. *ut manducent stercum suum, et bibant lotium suum vobiscum simul*. . . . 34. *Ubi sunt dii terrae Samariae?* (codd. item Ποῦ ἐστιν οἱ θεοὶ τῆς χώρας Σαμαρείας;). . . 35. *de brachio meo, sic non liberabit Dominus vester Ierusalem de lancea mea* (reliqui habent *de manu mea*). . . . 37. *commentariorum scriptor*.

Cap. XIX, 1. *Ezechias rex*—Sixtini, codd. A, D, E, F, G, I, K, R, S, V, Bibl. Ven. 1476., Colon. 1530., Abulensis *rex Ezechias*; item Isa. XXXVII, 1.; tacent *rex* codd. Cas. 14., veron., Rabanus, Angelomus et cod. 71. Holmesii. Pro *domum*, codd. Cas. 12. *templum*; codd. E, G, Abulensis *in domum*; item Isa. l. c. Nonnulli codices exordiuntur caput XIX. a verbis *ingressusque est*.

2. *Isaiam* — Multi cum graecis *Esaiam*. Cod. mediol. tacet *prophetam*.

3. *Qui dixerunt* — Addunt *ei* codd. L 5., Q, T, priores editiones Rob. Steph., Lugdun. 1550., Paris. 1560., all., Rabanus, Angelomus; apud Cladium taur. et Isa. XXXVII, 3. *Et dixerunt ad eum*; concinunt hebraeus et veteres. Pro *tribulationis, et increpationis*, Eucherius, Claudius taur. et Isaias l. c. *tribulationis, et correptionis*; Bibl. Venet. 1476. *increpationis, et tribulationis*; cod. mediol., Rabanus, Paterius (Gregorii M. Opp. IV, 173.), Concil. Pistens. edit. Hard. V, 561. omittunt *et increpationis*; et pro *vires non habet parturiens*, codd. Cas. 2. *virtus non est parturienti*; Isa. l. c. *virtus non est parturiendi*; vide infra quae ex margine cod. gothici leg. protulimus.

4. *Si forte audiat* — Cod. B, Bibl. Venet. 1476. *Si forte audiet*; accedunt hebraeus et veteres. Haec autem locutio non est dubitantis, sed optantis. Dicunt enim hebraei Deum *audire* aliquid quando vel praemio vel poena pro meritis afficit homines qui verba proferunt. Pro *quem misit*, Bibl. Ven. 1476. *quae misit*; et pro *audivit*, cod. B *audierat*; mox cod. veron. tacet *Deus*; et pro *et fac*, codd. Cas. 2. *fac ergo*; cod. H notat hebraeum legere *et leva*; Isa. XXXVII, 4. *leva ergo*; cod. F

pro *orationem*, legit *orationes;* post *reliquiis* cod. R, aliique apud O addunt *his;* et post *repertae sunt* cod. V addit *in Ierusalem*.

6. *Dixitque eis*—Tacent pronomen cod. G et Bibl. Colon. 1530. Pro *dicetis*, codd. R, S, Cas. 5., Claudius taurin., Rabanus *dicite;* et pro *Noli timere*, Bibl. Paris. 1504., Lugdun. 1506. 1510., Basil. 1509., all. *Nolite timere;* item cod. 158. Holmesii et chaldaeus in polyglottis antuerpiensibus; et pro *audisti*, codd. E 1. m., R, pauci Cas. et mox laudatae editiones *audistis;* item mendose latina versio chaldaei in polyglottis londinensibus.

7. *immittam ei* — Codd. F, V, Cas. 2. *immittam eis;* cod. K et Eucherius *mittam ei;* cod. H notat hebraeum legere *dabo ei*, ut habet Isa. XXXVII, 7. Pro *gladio*, cod. B *gladium*.

8. *Reversus est ergo*—Sixtini, codices fere universi, Bibl. Ven. 1476. 1495., Ordin., Rabanus, all. *Reversus est igitur;* Eucherius, Claudius taurin. et Isa. l. c. *Reversus est autem*. Cod. H notat hebraeum pro *Lobnam*, legere *Libna;* de varia huius nominis scribendi ratione conf. ad Ios. XXI, 13. Pro *recessisset*, Rabanus *recesserat*.

9. *dicentes* — Cod. S *a dicentibus;* Bibl. Compl. et Reg. *dicens;* item graecus; sed cf. Holmesius et Sabatierius. Cod. H notat hebraeum pro *iret contra eum*, legere *reversus;* at וישב in hac locutione accipi potest pro *iterum*.

10. *Haec dicite* — Cod. E et Isa. XXXVII, 10. *Haec dicetis;* cod. R *Dicite*. Veteres libri plures *Iudae*, pro *Iuda;* et pro *Deus tuus*, codd. Cas. 4., Bibl. Ven. 1495. *Dominus Deus tuus;* at cod. O notat antiquos non legere *Dominus*. Pro *Ierusalem*, cod. Cas. 1. *civitas haec;* et pro *in manus*, sixtini, gregoriani, codd. fere universi, Bibl. Ven. 1476., Abulensis, Isaias l. c. *in manu;* cod. N notat ita legere hebraeum et antiquos; item Toletus; unde miramur hanc lectionem ab editione clementina exulasse.

11. *audisti* — Cod. Cas. 1. *vidisti;* Abulensis *nosti*. Pro *fecerunt . . . vastaverunt*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, I, K, O, T, Cas. 4., goth. leg., veron., mediol. *fecerint . . . vastaverint*. Ante *universis* addunt *in* codd. G, S, Bibl. Lugd. 1510. 1514. 1515., Paris. 1519., all. Pro *num ergo*, codd. E, V, Bibl. Venet. 1476. *num ergo tu;* codd. L 8., Bibl. Ordin., Compl., Reg., priores editt. Rob. Steph., all. *tu ergo;* accedunt hebraeus et veteres.

12. *Gozan* — Non paucae editiones minus recte habent *Gozam;* et sic legitur Isa. XXXVII, 12.; item pro *Haran*, alii cum edit. vatic. 1598. et Isa. l. c. *Haram* mendose; cf. Gen. XI, 31.; rursum pro *Eden*, pauci *Edem;* et pro *Thelassar*, cod. veron., all. cum Isa. l. c. et Hieronymo III, 287. *Thalassar*.

13. *et rex Arphad*—Codd. K, Cas. 14. *ubi rex Arphad;* conf. ad XVIII, 34.

15. *Deus solus*—Codd. K, R, S, Bibl. Ven. 1495., Ord. *solus Deus;* pro *regum omnium*, Bibl. Basil. 1530. *regnorum omnium;* item hebraeus et veteres; Isa. XXXVII, 16. *omnium regnorum*.

16. *Inclina* — Bibl. Lugdun. 1550. 1554. 1556. 1558. 1562. 1567., Ven. 1558., Angelomus, margo Ord. addunt *Domine;* consentiunt hebraeus et veteres; item Isa. l. c. Post *aperi* tacent *Domine* codd. G, I, R, S, Cas. plures, veron., Bibl. Ven. 1476., Angelomus, Abulensis; item quatuor codices Kennicotti et Theodoretus. At contra, addunt *Domine* post verba *oculos tuos* codd. R, S, Bibl. Ven. 1495., Angelomus, Abulensis; et post *vide* codd. E, G, I. Tacent *tuos* Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513. 1526., all. Ante verba *audi omnia* codices et veteres editiones omnes, hebraeus et reliqui interpretes praemittunt *et;* quae particula fortuito excidisse videtur e Bibliis Sixti V.; idque posteriorum censorum diligentiam fugit; at legitur in loco parallelo Isaiae. Hebraeus et graecus tacent *omnia*, sed cf. De-Rossi. Pro *qui misit*, codd. C, E, T, antiquiores editiones, Angelomus et Isa. l. c. *quae misit;* neque obstat hebraeus aut graecus. Post *exprobraret* codd. Cas. 2., Bibl. Compl., Reg., Rob. Steph. 1532. 1557., Norimb. 1527. 1529., Lugdun. 1535. 1540.,

all. tacent *nobis;* cod. H notat hebraeum non legere *nobis;* hebraeo concinunt veteres interpretes, excepto chaldaeo, et sic clarior est sensus, inquit Bukentopius p. 183.; cod. F 2. m. legit *exprobraret in nobis;* et pro *viventem*, cod. E *vivum*.

17. *terras omnium*—Tacent *omnium* cod. L (seu Q), Bibl. Rob. Steph. 1557., Heild. 1586.; legunt *terras earum* canon Martianaei correctus, Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., Basil. 1538., Lugdun. 1529. 1541. 1550., Paris. 1560., all.; consentiunt hebraeus et veteres, excepto graeco, in quo haec desiderantur; at sunt codices qui cum syro hexaplari et Theodoreto supplent τὴν γῆν αὐτῶν; cf. Isa. XXXVII, 18. et Bukentopius l. c.; Bibl. Basil. 1530. *terras eorum*.

18. *Et miserunt*—Cod. H notat hebraeum legere *Et dederunt*, uti habet Isa. XXXVII, 19.; Bibl. Ven. 1476. *Miseruntque*. Pro *deos eorum*, codd. C, F, et Isa. l. c. *deos earum;* et pro *ex ligno et lapide*, sixtini, cod. D *ligna et lapide;* gregoriani *ligna et lapides;* codd. A, C, F 1. m., O *e ligno et lapide;* cod. B *ligno et lapide;* cod. K *de ligno et lapide;* Isa. l. c. *lignum et lapis;* cui consentit hebraeus; graecus ξύλα καὶ λίθος vel λίθοι.

19. *Domine Deus noster* — Bibl. Rom. 1471., Paris. 1541. 1566., all. *Dominus Deus noster;* codd. E, I *Domine Deus meus*. Pro *de manu eius*, codd. D, G, I, O, K, R, S, V 2. m., Cas. plures et antiquiores editiones *de manu eorum;* accedit syrus; cod. vaticanus 2. m. ἐκ χειρὸς αὐτῶν. Pro *Dominus Deus solus*, cod. Cas. 1., Bibl. Lugd. 1510. 1515. 1522., Basil. 1509. 1530., all. *Domine Deus solus;* codd. Cas. 2. et Novatianus apud Sabatierium tacent *Dominus;* cod. B et Isaias loco parallelo omittunt *Deus;* codd. E, I legunt *Dominus solus et gloriosus super omnem terram*.

20. *Misit autem*—Codd. D, F, I, T 2. m., V, Bibl. Venet. 1476. *Misit itaque*. Pro *super Sennacherib*, Bibl. Ven. 1476. *pro Sennacherib*.

21. *Dominus de eo*—Codd. E, I *de eo Dominus;* in cod. A deest *Dominus*. Tacent *te* post *Sprevit* cod. B, post *subsannavit* codd. A, veron., Eucherius et cod. 70. Kennicotti. Pro *caput movit*, codd. D, F, Bibl. Rom. 1471., Paris. 1541. 1549. *caput movet;* Bibl. Venet. 1476. *movit caput;* cod. goth. leg. *caput movebit*. Bibl. Arg. 1497., Norimb. 1501. *filiae Ierusalem*, pro *filia Ierusalem*. Estius in h. l. apposite animadvertit: «Ista sententia admit» tit amphibologicum sensum, quia dubium » est ad quem et de quo dicatur. Nam illud » *virgo filia Sion*, et illud *filia Ierusalem*, vel » accipi potest in casu nominandi, vel in » casu vocativo. Ab interpretibus fere acci» pitur in hunc sensum: *o virgo filia Sion*, » *rex Assyriorum sprevit te, et subsannavit* » *te: o filia Ierusalem, ipse caput suum movit* » *post tergum tuum;* ut sermo sit de rege As» syriorum, et dirigatur ad populum in Ieru» salem. D. Hieronymus scribens in Isaiam, » ubi haec eadem repetuntur, intelligit di» ctum de filia Sion ad regem Assyriorum, » ut sensus sit: *O rex Assyriorum, virgo filia* » *Sion spernet te, et subsannabit te; item filia* » *Ierusalem movebit caput suum post tergum* » *tuum*, quando videlicet, occiso exercitu, » cum paucis turpiter te coniicies in fugam. » Ut prophetice praeteritum pro futuro posi» tum sit: nempe quia ita certa sunt prophe» tis illa quae praedicunt, tamquam si iam » facta fuissent. Atque hic sensus est verior. » Nam licet in latina versione sensus sit am» biguus, in hebraeo nulla est ambiguitas, » ubi manifesta est distinctio generis ma» sculini et feminini tam in verbis quam in » nominibus; et eumdem sensum exprimunt » LXX. » Cf. Bukentopius p. 42.

22. *et quem blasphemasti* — Haec in cod. mediol. desunt. Post *vocem* tacent *tuam* sixtini, codd. A, B, H, K, Cas. 14., mediolan., veron., Bibl. Ven. 1476., Colon. 1530., Rabanus, Angelomus et Isa. XXXVII, 23.; item hebraeus, chaldaeus (cuius mendosa est latina versio) et graecus; sed cf. Holmesius. Pro *et elevasti*, codd. E, K, goth. leg., Bibl. Ven. 1476. et Isa. l. c. *et levasti*.

23. *Per manum . . . Domino* — Cod. E *Per manus . . . Dominum*. Bibl. Colon. 1530. *in*

summitatem, pro *in summitate.* Cod. H notat pro *ascendi excelsa montium in summitate Libani, et succidi,* hebraeum legere *ego ascendi excelsa montium, latera Libani, et succidam.* Ante *electas* tacent *et* sixtini, codd. B, D, E, I, F, K, N, P, gothic. legion.; cod. N notat: « Hebraeus et antiqui non interponunt *et.* » At nexum habent syrus, arabs, tres codices hebraici apud De-Rossi, totidemque graeci apud Holmesium. Errat enim idem De-Rossi, qui pro hac lectione laudat LXX. Pro *abietes illius,* codices fere omnes, Bibl. Ven. 1476. 1495., Abulensis *abietes eius.* Cod. H notat hebraeum pro *Et ingressus sum usque ad terminos eius,* legere *Et ingrediar habitaculum termini eius.* Mox ante *saltum* tacent *et* sixtini, codd. A, B, F, K, L, Cas. 14., veron.; item hebraeus, graecus et Isa. XXXVII, 24. Hoc loco notat Martianaeus post verba *carmeli eius* versiculum habere sensum absolutum non solum in canone, sed apud omnes alios etiam interpretes, qui versiculi sequentis ita ducunt initium *Ego fodi et bibi* etc. Cf. Isa. loc. cit.; cod. H notat hebraeum pro *succidi* (v. 24.) legere *fodi.* Eucherii, Claudii taur., Rabani et Angelomi commentarios in hunc locum deserere cogimur eo quod textum ex loco parallelo Isaiae, potius quam ex Regum libro, fere descripserint.

25. *quid ab initio*—Bibl. Reg. *quod ab initio;* Lugd. 1535. 1536. *quae ab initio;* glossa interlinearis et Isa. l. c. *quae olim.* Pro *pugnantium,* Sixtus et fere omnes veteres editiones, item Isaias l. c. *compugnantium;* mutarunt sixtini et gregoriani quibus universi nostri codices suffragantur; Toletus notat: « Lege *pugnantium;* sic manuscripti et prior » Congregatio. »

26 *velut foenum*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, K, T, V, Cas. plures, gothic. leg., Bibl. Ven. 1476., Eucherius, Claudius taurin. *quasi foenum;* Toletus notat: « Manu- » scripti et prior Congregatio *quasi.* » Cod. I et Isa. l. c. *sicut foenum.* Bibl. Venet. 1495. *venerit,* pro *veniret.*

27. *et egressum tuum*—Tacent pronomen codd. B, D, K, N, O, Cas. plures, gothic. leg. Rursum omittunt *tuum* post *introitum* sixtini, codd. B, D, E 1. m., F, G, I, N, O, V, Cas. plures, goth. legion.; Toletus iterum scribit: « Manuscripti et prior Congregatio non habent *tuum.* » Cod. H mox notat hebraeum non legere *et viam tuam;* nec legitur in cod. mediolan. et Isa. XXXVII, 28. Vallarsius recte animadvertit: « Alterutra ex his lectionibus » *introitum tuum,* et *viam tuam,* abundat, » estque librariorum culpa ex albo libri in » textum importata. Scholiastes postremam » respuit: priorem veronensis manuscriptus » tacet. Suo uterque sensu bene: ex hoc au- » tem ipso liquet, hunc sequiorum glossato- » rum manus minime perpessum esse, pu- » ramque additamentorum, versionem exhi- » bere hieronymianam, ad hebraeum exem- » plar expressam. » Codici veronen. accedit Eucherius; sixtini expunxerunt tantum particulam *et* ante *viam tuam;* codd. Cas. 2. legunt *introitum viarum tuarum.*

28. *Insanisti* — Bibl. Norimb. 1480. *Et insanisti;* cod. H notat hebraeum legere *Eo quod insanisti;* et mox non legere *itaque;* demum pro *camum,* legere *frenum,* quod idem fere significat. Pro *in naribus,* codd. D, goth. leg. mendose *in auribus.* Multi habent *labris,* pro *labiis.* Pro *in viam, per quam,* Bibl. Lugd. 1509. 1510., Basil. 1509. 1530., Col. 1530., all. *in via, per quam;* codd. V, goth. legion. *per viam, qua.*

29. *Tibi autem Ezechia* — Cod. H notat hebraeum non legere *Ezechia;* neque habetur Isaiae XXXVII, 30. ex quo loco idem cod. H eruit sequentia verba veluti ex hebraeo petita *Comede hoc anno quae sponte nascuntur; et in anno secundo pomis vescere: in anno autem tertio seminate et metite.* Pro *quae repereris,* sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, R, S, T, V, Cas. plures, goth. leg., Bibl. Ven. 1476., Colon. 1530., margo Ord., Petrus Com., Hugo, Abulensis *quod repereris;* Toletus: « Manuscripti et prior Congre- » gatio *quod.* » Pro *in secundo autem,* Bibl. Norimb. 1480. *in secundo vero;* pro *nascun-*

tur, cod. veronen. *nascentur;* et pro *in tertio anno*, sixtini, codd. A, C, E, F, H, I, K, T, V, antiquiores editiones, Eucherius, Claudius taurin., Rabanus, Angelomus *in anno tertio;* codd. D, G, Bibl. Basil. 1491., Venet. 1492. 1497., Brix. 1496., all. *anno tertio*. Ante *plantate* addunt *et* codd. C, I, hebraeus et Isa. l. c. Pro *fructum*, codd. E, G, I, L, antiquiores editiones plures *fructus*.

31. *faciet hoc* — Bibl. Lugd. 1510. *faciet haec;* consentiunt codices graeci non pauci cum edit. Complut.; tacent pronomen Bibl. Lugd. 1509.

32. *dicit Dominus*—Addunt *Deus* codd. V, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476.

33. *qua venit* — Codd. D, F, V, Bibl. Ven. 1476. 1495. *quam venit;* cf. vers. 28.

34. *Protegamque*—Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513. 1516. 1526., all., Claudius taurin. CIV, 793. *Protegam*.

35. *in nocte illa* — Tacent *in* codd. G, K, Abulensis. Pro *percussit in castris*, codd. A, B, C, D, E, F, I, K, O, T, Cas. 14., goth. leg., Bibl. Ven. 1476., Eucherius, Claudius taur. *percussit castra*. Pro *octogintaquinque*, codd. E, I *octoginta et quinque*, ut hebraeus; conf. Holmesius; cod. B tacet *quinque*. Cod. H notat hebraeum pro *surrexisset, vidit omnia corpora mortuorum*, legere *surrexissent, ecce omnes corpora mortuorum*. Apud Eucherium et Claudium taur. pro *recedens*, legitur *frendens*.

36. *Ninive* — Alii scribunt *Nineve*, de quo conf. ad Gen. X, 11.

37. *in templo* — Cod. H notat hebraeum legere *in domo*. Pro *Nesroch*, codd. A, B, D, E, F, I, K, veron., Bibl. Ven. 1476. *Nesèrach;* item alii complures apud Holmesium; codd. R, S, T, V, antiquiores editt., Angelomus, Verecundus in *Spicil. solesm. IV, 404.* cum Hieronymo III, 69. *Nesrach;* Eucherius et Claudius taur. *Neesrach;* Eusebius apud Hieronymum III, 253. Νισαράχ. Cod. veron. cum Ephraemo I, 560. *Adarmelech*, pro *Adramelech;* cod. H *Sarazar*, pro *Sarasar*. Pro *filii eius*, plures ex antiquioribus editionibus *filius eius;* cf. Holmesius. Sixtus legit *Armenorum*, pro *Armeniorum;* at hanc lectionem ad fidem veterum restituerunt gregoriani. Pro *Asarhaddon*, codd. B, E, F, H, I, V, goth. leg. *Esaraddon* vel *Eseraddon;* alii cum Hieronymo III, 66. *Asaradan;* Vulgatus I Esdr. IV, 2. *Asor Haddan*. Eucherius et Claudius taurin. tacent *pro eo*.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XIX, 1. *cilicio*... 2. *opertos ciliciis*... 3. *dies tribulationis hodie in me sicut dies doloris descenderunt usque ad genua mea* (haec depravata videntur), *et virtus non est pariendi* [Alias: *dies tribulationis et improperii, odii; quoniam intraverunt filii hodie usque ad parientes, et virtus non est parturientis*]. . . . 7. *Et ecce ego do spiritum in illum, et auditionem malignam*. . . . 10. *Non abalienet te Deus tuus* [Alias: *Non te erigat Deus tuus*] *in quo tu fiduciam habes*. . . 12. *Chus et Arsum et Raphes et Baiham Chtersa natthusus* (haec plane corrupta sunt, at sequitur) [Alias: *Gozam et Carram et Raphes et filios Edom, et qui sunt in mari*] (cf. Holmesius). . . . 16. *Praesta Domine aurem tuam, et audi*. . . . 21. *super te movet caput filia Ierusalem*, 22. *et ideo dedit in eum ubi est* (undenam petita sunt ista?). *Quem improperasti mihi, et irritasti?*... 24. *Et vorans de vertice aquas et eremitavi* (nota verbum pro ἐξερήμωσα; conf. Du Cangii Gloss.) *in manu mea omnia flumina, et dispersi omnem collectionem aquarum*. . . . 28. *et uncinos in labia tua*. . . . 37. *Et regnavit Nacchordo filius* (graeci codd. Ἀχορδάν, all. Ναχορδάν).

Cap. XX, 1. *propheta* — Codd. A, C, D, E, K, R, T, V, antiquiores editiones, Eucherius *prophetes;* conf. IX, 1. Mox tacent *Deus* codd. G, H, L (seu Q), Cas. 3., priores editt. Rob. Steph., all., Eucherius, Claudius taur. CIV, 794., Abulensis; item hebraeus et veteres et Isa. XXXVIII, 1. Pro *Praecipe*, Sixtus, codd. F, G, P, S 2. m., Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Norimb. 1480., Eucherius, Claudius taurin., Petrus Com. et Isa. l. c. *Dispone;* gregoriani communem lectionem, quam intactam dimi-

serant sixtini, restituerunt; unde Toletus: « Lege *Praecipe;* sic hebraeus, graecus, Com» plut., Reg., Ordin., Lovan. et utraque Con» gregatio. » Cf. Bukentopius pag. 409. Post *morieris enim* tacent *tu* codd. A, B, C, D, E, F, I, K, O, T, V, Cas. plures, gothic. legion., veron., Bibl. Ven. 1476. 1492. 1497., Basil. 1491., Brix. 1496., all., Miss. Moz. p. 1003., Rabanus; item codd. 70, 182 Kennicotti, et 245. Holmesii.

2. *et oravit*—Codd. R, S, Bibl. Ven. 1495., Norimb. 1480., Ordin. *et adoravit.*

3. *Domine, memento quaeso*—Tacent *quaeso* sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, I, R, S, T, V, Cas. 8., goth. legion., veron., plures ex antiquioribus editionibus, Hieronymus apud Sabatierium, Paterius ex Gregorio M. IV, 174., Rabanus, Angelomus, Petrus Com., Hugo, Abulensis; at vero Toletus: « Prior Congre» gatio ex quodam manuscripto non legit » *quaeso;* sed est in hebraeo et in omnibus » fere codicibus (!); sunt autem *obsecro* et » *quaeso* אנה et נא praepositiones deprecan» tis. » Cod. E, Miss. Moz. l. c. aliique apud Holmesium *Domine memento mei;* cod. K *memento Domine, quaeso;* et mox pro *coram te,* Claudius taurin. et Hieronymus apud Sabatierium *in conspectu tuo.* Ibidem Miss. Moz., Hieronymus et Bibl. Ven. 1479. *et corde,* pro *et in corde.* Eucherius, Claudius taur., Angelomus et Hieronymus *Flevitque,* pro *Flevit itaque.*

5. *duci populi mei*—Haec deerant in cod. E, neque leguntur Isa. XXXVIII, 5. Mox ante *vidi* tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, H, K, N, P, T, Cas. plures, gothic. leg., antiquiores editiones, Eucherius, Angelomus; cod. N notat: « Hebraeus et antiqui non interponunt *et.* » Item chaldaeus et graecus, sed cf. Holmesius. Veteres libri manuscripti et editi legunt cum hebraeo *lacrymam tuam,* pro *lacrymas tuas,* quod Sixtus invexit, cui consentiunt Hieronymus, Eucherius, Claudius taurin. et Miss. Moz. l. c.; Abulensis iam adnotaverat hic poni *lacrymam* pro *lacrymas.* Pro *et ecce,* Eucherius, Claudius taur. et Isa. l. c. *ecce ego;* tacent *et* cod. L (seu Q), priores editt. Rob. Steph., all.; hebraeus הנני, cui consentiunt veteres interpretes, excepto arabe. Pro *die tertio,* Bibl. Ven. 1495. *die autem tertio;* Eucherius *et die tertio;* nexum habent alii apud Holmesium. Mendose *ascendens,* pro *ascendes,* codd. C, F, Bibl. Rom. 1471., Ven. 1489., Basil. 1491. 1495., all. Cod. H notat hebraeum pro *templum,* legere *domum;* item infra.

6. *Et addam* — Cod. B 2. m. *Et ecce addam.* Tacent *regis* Bibl. Ord., Miss. Moz. l. c., duo codices holmesiani et Cat. Niceph. Pro *urbem istam,* cod. R, Bibl. Ven. 1476. *urbem hanc.*

7. *Afferte* — Cod. S, Eucherius, Claudius taur. addunt *mihi.* Mox pro *Quam,* codd. C, Cas. 1. *Qui;* et pro *posuissent,* cod. G, Bibl. Colon. 1530. *posuisset.* De voce *hulcus,* conf. dicta ad Levit. XIII, 18. Pro *curatus est,* cod. K, Eucherius *sanatus est.* Auctor *altercationis inter Theoph. christianum et Simon. iudaeum* apud Gallandi IX, 254. ex hoc loco ista profert *Accipe tibi massam ficus terrae, et cataplasmare, et sanaberis.*

8. *Dixerat autem*—Tacent *autem* Bibl. Mogunt. 1462., Rom. 1471., Ven. 1476. 1479. 1481., Basil. 1491., Paris. 1541. 1549. 1552., all.; cod. H notat hebraeum legere *Dixit autem,* et sic habent codd. Q, T, Cas. 4., priores editiones Rob. Steph., all. Mox pro *ascensurus sum,* codd. D, F, T, alii apud O, Rabanus *ascensurus sim;* et pro *die tertia templum Domini,* sixtini, codd. A, G, K, R, S, T, V, Bibl. Ven. 1495., Ordin., Hugo, Angelomus *die tertio templum Domini;* codd. F, veron. *die tertio in templum Domini;* cod. I, Bibl. Ven. 1476. *templum Domini die tertio.*

9. *ascendat* — Codd. A et veron. *accedat;* cod. B *descendat.* Cod. H cum marg. Ordin. hoc loco et infra notat hebraeum pro *lineis,* legere *gradibus;* Vulgatus alterutrum eodem sensu usurpat; cf. Bukentopius pag. 42. Pro *an ut revertatur,* antiquiores plures editiones *aut ut revertatur;* cod. I, Bibl. Norimb. 1480., Paris. 1504., Lugd. 1506. 1509., all. *aut re-*

*

vertatur. Bibl. Ven. 1476. *decem gradibus*, pro *totidem gradibus;* item hebraeus et veteres.

10. *sed ut revertatur*—Cod. G, Bibl. Basil. 1491., Ven. 1492. 1497., all. *sed revertatur.*

11. *Invocavit*—Cod. B 2. m. *Innuit.* Cod. H notat hebraeum pro *horologio*, legere *gradibus;* at cum Hieronymo consentiunt chaldaeus et Symmachus.

12. *In tempore illo*—Codd. R, S, Bibl. Ven. 1495., Ordin., all. *In illo tempore.* Pro *Berodach,* codd. E, M, O, T, V, Cas. 5., Thomas. I, 89., antiquiores editiones, Eucherius, Claudius taur., Rabanus, Petrus Com. *Merodach;* eadem lectionis varietas exstat in hebraico textu, ubi legitur בראדך, sed codices nonnulli מראדך, uti habent graecus, syrus, arabs, Talmud babyl. et hierosol., Targum in cod. Kenn. 154. et Isa. XXXIX, 1. A nonnullis minus recte scribitur *Baladam,* pro *Baladan,* quod in cod. veron. aliisque paucis apud Holmesium reticetur; et mox pro *filius Baladan,* cod. goth. leg. *filius Balam.* Eucherius et Claudius taurin. pro *Babyloniorum,* legunt *Babylonis,* consentientibus hebraeo et antiquis; item Isa. l. c. Ad verba *aegrotasset Ezechias* addunt *et convaluisset* codd. R, S, V, Cas. 1., quibus accedunt syrus, arabs, cod. 246. Kennicotti et duo codices holmesiani; at obstant correctoria M, O, et reliqui codices et interpretes.

13. *Laetatus est autem*—Cod. H notat hebraeum legere *Audito autem;* verum pro וישמע, habent cum Vulgato וישמח nonnulli codices hebraici, quibus consentiunt graecus, syrus, arabs, Talmud babylon. et pauci codices chaldaici apud De-Rossi et Brunsium *Repert. Or. XV, 173.;* hanc vero lectionem sequitur Isa. XXXIX, 2. eamdemque complures critici praeferunt. Multae ex antiquioribus editionibus pro *in adventu,* legunt *in adventum.* Alexandrinus pro *aromatum* posuit νεχωθά, quod est ipsum verbum hebraicum נכתה, de quo bene Hieron. III, 69. « *Nechota,* styracem eius, vel aromata. » Cf. Hieronym. IV, 477. et Gesenii *Thes. p. 883.* Pro *aurum et argentum,* Bibl. Ven. 1476. *argentum et aurum;* item hebraeus et veteres et Isa. l. c. Cod. H notat pro *pigmenta varia, unguenta quoque,* hebraeum legere *pigmenta, unguentum quoque optimum.* Pro *habere poterat,* codd. A, D *habere potuerat;* Bibl. Ven. 1495. *habere potuit;* et pro *Non fuit quod,* codd. L (seu Q), N*, R, S, Cas. 6., Bibl. Venet. 1495. 1511., Ordin., Complut., Reg., Norimb. 1527., priores editt. Rob. Steph., all. *Non fuit verbum quod;* item Isa. l. c. et Hieronymus IV, 477. qui notat: « *verbum,* iuxta » hebraicam consuetudinem, pro *re* frequen- » ter accipitur. » Item Rabanus et Angelomus; unde epanorthotes in cod. N scribit: « Antiqui hic non habent *verbum,* sed he- » braeus; *verbum* autem ponitur pro *re* ut » Isa. XXXIX. (v. 4.) *non fuit res quam non* » *ostenderim eis.* Similiter et hic. In hoc enim » quod dicitur *Non fuit quod,* accipitur *res,* » id est *verbum,* quod hebraeus habet. Nec » mirum quia II Paral. XII. (v. 15.) *verba* » interpretatur interpres *opera;* et ibid. XIX. » (v. 3.) *bona opera inventa sunt in te;* pro » quo hebraeus habet *bona verba inventa* » *sunt tibi.* » Codd. H, Cas. 1. *Non fuit quidquam quod;* item chaldaeus et pauci graeci codices. Mox pro *monstraret,* plures ex antiquioribus editionibus cum glossa interlineari *monstrasset;* codd. R, S, Bibl. Venet. 1480. 1482. 1483. 1511., all. *ostenderet;* item Hieronymus apud Sabatierium et Isaias l. c.; alii cum Bibl. Venet. 1495. *ostenderit.* Pro *in domo,* cod. Cas. 1. *in omni domo;* et pro *et in omni,* Bibl. Ven. 1479. *et omni;* Bibl. Venet. 1482. 1489., all. tacent *omni.*

14. *venerunt ad me* — Tacent *ad me* sixtini, codd. A, B, D, E, F, H, I, K, L 8., O, Q, T, Cas. plures, gothic. leg., veron., Bibl. Col. 1530., Rob. Steph. 1557., Heild. 1586., Abulensis; at vero Toletus notat: « Hebraeus » et manuscripti quidam et prior Congrega- » tio non legunt *ad me.* Habent tamen LXX. » et omnes impressi ac plures manuscripti. » Cum hodierno Vulgato faciunt veteres interpretes omnes et non pauci codices hebraici apud De-Rossi, quibus addes cod. 16. bibl.

taurinen.; at syrus hexaplaris ante πρὸς μὲ obelum praefigit.

15. *At ille respondit* — Rabanus, Angelomus et Isa. XXXIX, 4. *Et dixit;* item hebraeus et veteres. Pro *Omnia quaecumque,* sixtini, codd. A, B, C, E, F, G, H, Q, gothic. legion., Bibl. Ven. 1476., Rob. Steph. 1557., Heidelb. 1586., Rabanus et Isa. l. c. *Omnia quae;* et pro *nihil est quod,* antiquiores editiones plures *nihil est enim quod;* pauciores *nihil enim est quod;* Bibl. Venet. 1479. *nihil est autem quod;* cod. P, Eucherius, Claudius taurin. et Isa. l. c. *non fuit res, quam;* Rabanus et Angelomus « non fuit verbum, sive res, quam. » Cf. vers. 13.

16. *Ezechiae* — Cod. E, Rabanus, Angelomus et Isa. l. c. *ad Ezechiam.*

17. *venient*—Codd. G, K, R, Cas. 4., Bibl. Ordin., Basil. 1509., Lugd. 1510., all., Eucherius, Claudius taurin., Abulensis *veniunt;* accedunt hebraeus et graecus. Pro *auferentur,* Gregorius M. apud Paterium IV, 175., Theutmirus CIV, 633. *auferent;* et pro *condiderunt,* cod. goth. legion., Bibl. Paris. 1504., Lugd. 1506. 1509. 1510., Basil. 1509., Norimb. 1523., all. *condiderant.* Cod. veron. tacet *usque in diem hanc.*

18. *ex te* — Bibl. Ven. 1495. *a te.* Pro *tollentur,* sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, E, F, H, I, L 5., Q, Cas. 3., goth. legion., Bibl. Ord., Paris. 1560., priores editt. Rob. Steph., all., Abulensis *tollent;* item Hieronymus apud Sabatierium et Isa. l. c.; favent hebraeus, chaldaeus et graeci codices qui cum edit. Compl. legunt λήψονται. Cod. H perperam notat hebraeum pro *palatio,* legere *templo;* nam היכל מלך est *palatium regis.*

19. *Dixit* — Codd. E, H, I, L (seu Q), T, V, priores editiones Rob. Steph., all., Eucherius, Claudius taur. *Dixitque;* cod. K *Dixit itaque;* nexum habent hebraeus et graecus; item Isa. XXXIX, 8. Ad *Bonus* addunt *est* codd. K, R, S, Cas. plures, Bibl. Ven. 1495., Ordin., Colon. 1530., Abulensis. Pro *locutus es,* codd. C, D, E, F, I, K, R, S, T, V, Cas. 5., mediol., veronen., antiquiores editiones, Eucherius, Claudius taurin., Angelomus *locutus est;* item graecus et Isa. l. c. Pro *sit pax,* codd. C, G, L, R, S, Cas. 5., antiquiores editiones *sit tantum pax;* cod. V *tantum sit pax;* Eucherius, Claudius taurin., Rabanus, Angelomus et Isa. l. c. *fiat tantum pax;* cod. Cas. 1. *sit mecum pax et misericordia;* cod. F *fuit autem pax et omnia.* In sacro textu ista sunt verba interrogantis *Num erit pax?*

20. *introduxerit* — Codd. Cas. 5., Bibl. Ven. 1476. 1495. *introduxit;* cod. F *aquam,* pro *aquas.*

21. *Dormivitque* — Codd. B, I *Dormivit.* Pro *Manasses,* sixtini, codd. A, K, Bibl. Col. 1530. *Manasse;* item hebraeus et graecus cod. vaticanus; item deinceps. Ab hoc versiculo pauci codices, Angelomus, Hugo, Abulensis incipiunt cap. XXI.

Margo codicis gothici legionensis.

Cap. XX, 1. *Haec dicit Dominus: Demanda domui tuae...* 9. *Procedit umbra decem ascensiones, et sic egredietur decem ascensiones...* 11. *Ecce ego averto umbram graduum ascensionis, quae descendit in gradus et detenta est in sole* (haec a graeco prorsus differunt, nec magis consentiunt cum hebraeo).... 13. *Et ostendit illi omnem domum substantiae suae* (graeci codd. πάντα τὸν οἶκον τῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ); *et aurum et argentum, et omnem voluptatem* (videtur id posuisse pro νεχωθά seu נכתה, quod Kimchi exponit *res desiderabiles*), *et odoramina et oleum bonum.*

Cap. XXI, 1. *Duodecim* — Codd. M, Cas. 1. cum hebraeo et graeco *Filius duodecim.* Pro *quinque,* cod. E *et quinque,* ut hebraeus et graecus. Cod. A 1. m. post *nomen* addit *autem;* accedunt hebraeus et veteres. Pro *Haphsiba,* Bibl. Basil. 1477., Norimb. 1523. 1527. 1529., Lugd. 1535., all. *Haphisiba;* nonnulli codices, ut I et veron. *Absiba;* Lucifer calar. *Ebsibas;* accedunt syrus et arabs; cf. Luciferi opera, edit. Ven. 1778. pag. XIV.

2. *quas delevit Dominus*—Codd D, E *quae delevit;* codd. O, T, Abulensis *quae delevit Dominus.* Cod. H notat hebraeum pro *idola,*

legere *abominationes*; verum eodem plane sensu utrumque in sacro textu usurpatur.

3. *Conversusque* — Cod. F *Conversus*. Pro *dissipaverat*, codd. V, veron., Abulensis *dissipavit*. Mox cod. B 1. m. tacet *aras*; et cod. H notat hebraeum pro *lucos*, legere *lucum*. Bibl. Ven. 1495. *coluit ea*, pro *coluit eam*.

4. *ponam* — Codd. Cas. 2., Dionysius carthus. et II Paral. XXXIII, 4. *erit*; post *nomen meum* Bibl. Ven. 1476. addunt *ibi*; conf. III Reg. VIII, 29. IX, 3.

5. *templi Domini*—Bibl. Ven. 1495., Ord., Lucifer calarit. *domus Domini*; item Paral. l. c., et hebraeus, uti adnotat cod. H; at cod. G et Eucherius tacent *Domini*.

6. *traduxit*—Multi veteres libri praeferunt *transduxit*; cf. II Reg. XIX, 15. Pro *observavit*, Bibl. Ven. 1495., Ordin., Basil. 1509., Lugdun. 1510., Paris. 1528. et II Paral. XXXIII, 6. *observabat*; et pro *aruspices*, veteres non pauci minus recte legunt *auruspices*. Vulgati verba paullo aliter ac ferant nostrae editiones, interpungenda videntur; nimirum *et fecit pythones et aruspices: multiplicavit ut faceret malum* etc. Cf. Malvenda.

7. *Posuit quoque* — Codd. K, R, V, antiquiores editiones *Posuitque*. Pro *quem fecerat*, florentini correctores, codd. Cas. 14. *quod fecerat*; pro *in templo*, cod. Cas. 1., Paral. l. c., Lucifer calar. *in domo*, atque ita legi in hebraeo adnotat cod. H tum hoc loco, tum in sequentibus; idem codex monet hebraeum non legere *Domini*. Mox pro *super quod*, nostri codices universi et veteres editiones *super quo*; romani correctores silent: fortasse quum Sixtus adnotavisset in superiori membro legendum *quod fecerat*, ex operarum vitio irrepsit hoc loco *super quod*. Melius autem, nostra quidem sententia, legeretur *Posuit quoque idolum luci, quod fecerat, in templo, super quo locutus est*, etc. Cf. Paral. l. c. Pro *et ad Salomonem*, cod. F et Dionysius carth. *et Salomonem*; post *filium eius* codd. Cas. 2. et Paral. l. c. addunt *dicens*; et pro *quam elegi*, multae ex antiquioribus editionibus minus apte legunt *quem elegi*. Ad *nomen meum* cod. B addit *ibi*, ut syrus, arabs, georg., slav. et multi graeci codices; conf. supra ad vers. 4.; at syrus hexaplaris obelum praefigit.

8. *si tamen custodierint* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, R, S, T, V, Cas. plures, Hugo *sic tamen si custodierint*; antiquiores editiones *si custodierint*; cf. II Paral. XXXIII, 8. Pro *opere omnia*, codd. A, C 1. m., I, K, Bibl. Ven. 1495. *opera omnia*; perperam Vallarsius ex mendosa Calmeti editione hanc lectionem Vulgato adscribit; cod. B legit *per omnia*, ut Lucifer calar. Cod. E post *mandavit* tacet *eis*; cf. Holmesius, qui recte notat *αὐτοῖς* desiderari in graeco vaticano codice; ex mendo enim illud pronomen exhibuit Maius in sua editione eiusdem codicis. Pro *servus meus Moyses*, codd. F, I, V *Moyses servus meus*; item duo codices Kennicotti.

9. *a Manasse, ut facerent malum* — Codd. Cas. 2. *addidit quoque Manasses ut faceret malum*. Ante *contrivit* addunt *et* Bibl. Lugd. 1522. 1524.

11. *fecit etiam* — Bibl. Venet. 1481. *etiam fecit*.

12. *inducam mala* — Codd. E, I, veronen. *inducam malum*; accedunt hebraeus et veteres, excepto graeco. Mox tacent *ambae* Bibl. Ienson Ven. 1476. 1479.; cf. Ierem. XIX, 3.

13. *et delebo Ierusalem, sicut deleri solent tabulae: et delens vertam, et ducam crebrius stylum super faciem eius* — Ante *delens* coniunctionis particulam omittunt veteres codices et editiones, eademque a Sixto addita videtur. Cod. H notat hebraeum legere *solet ampulla*, pro *solent tabulae*, ac praeterea hebraeum omittere verba *et ducam crebrius stylum*. Hieronymianam versionem plane corrumpens Isidorus Clarius aliam a se ex hebraeo confictam interpretationem temere inseruit, nimirum *et delebo Ierusalem, sicut detergi solent patellae, et detersae verti in faciem suam*. Tota quaestio versatur circa hebraicam vocem צלחת, quam plerique autumant non *tabulam*, sed *patinam*, *paropsidem* vel simile vas denotare, prout veteres inter-

pretes exponunt, praeter alexandrinum qui habet ὁ ἀλάβαστρος. At vero Hieronymus alium graecum interpretem qui posuit τὸ πυξίον imitatus est; dicitur enim πυξίον *tabula scriptoria*, quae olim ex buxo fieri solebat. Hanc autem lectionem cum quatuor graecis codicibus exhibet editio Complutensis, in qua legitur καὶ ἐξαλείψω τὴν Ἱερουσαλὴμ, καθὼς ἐξαλείφεται τὸ πυξίον, καὶ καταστρέφεται ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ, cui accedunt Lucifer calaritanus et margo codicis gothici legionensis, quorum prior habet *et delebo Ierusalem, quemadmodum deletur buxum de poste, ante faciem eius;* alter vero legit *et delebo Ierusalem sicut deletur buxum, cum deletur et reversatur* (nota verbum, quod praeter Augustinum habet Vulgatus et vetus itala Ose. VII, 8.) *in faciem suam.* Igitur haud inepte Hieronymi interpretatio hunc sensum reddit: Delebo Ierusalem sicut, verso stilo, litterae in tabulis ceratis deleri solent. Verbum enim מחה ad significandam litterarum abrasionem manifeste usurpatur Exod. XXXII, 32. Num. V, 23.

14. *tradam eas*—Cod. V, Bibl. Ven. 1489., Dionysius carth. *tradam eos;* Abulensis *tradam eum;* Bibl. Paris. 1519. 1528. tacent pronomen. Pro *in manus*, codd. A, B, C, D, E, F, aliique fere omnes, Bibl. Ven. 1476. 1495., Basil. 1480., Col. 1530., Lugd. 1554. 1558. *in manu;* item hebraeus et veteres, praeter graecum. Mox pro *in vastitatem, et in rapinam,* codd. C, D, E, G, I, K, R, S, V; gothic. leg., Bibl. Ven. 1480. 1494., Hugo *in vastitate, et in rapina;* codd. A, F *in vastitate, et rapina;* codd. Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Dionysius carth. *in vastitatem, et rapinam.*

15. *malum*—Cod. B 2. m. addit *magnum.* Pro *perseveraverint,* antiquiores plures editiones *perseveraverunt;* Bibl. Ienson Venet. 1476. 1479. *perseverarunt;* post *irritantes* Bibl. Ven. 1489. tacent *me;* pro *ex Aegypto,* codd. I, R, S, Bibl. Basil. 1480., Ven. 1495., Dionysius carth. *de Aegypto;* et pro *ad hanc diem,* codices fere universi, Bibl. Ven. 1476. 1495., Basil. 1480., Colon. 1530., Ordin., Hugo, Abulensis *ad diem hanc;* Bibl. Venet. 1481. *ad hunc diem.*

16. *donec impleret* — Codd. F, G, R, S, Cas. 4., antiquiores editiones *donec impleretur.* Pro *usque ad os,* Bibl. Ienson Ven. 1476. 1479. *usque os.* Cod. H notat hebraeum pro *peccatis suis,* legere *peccato suo.*

17. *et peccatum eius* — Cod. B tacet *eius;* et mox cod. K omittit *regum.* Petrus Comestor scribit: « Aliqui libri habent in hoc loco » orationem Manasse, quae ponitur in fine » secundi Paralipomenon; ideo non habet ne» cesse hic poni, cum etiam plura exempla» ria eam in hoc loco non contineant. »

18. *in horto Oza*—Codd. A, F, H, K, T *in horto Aza;* codd. C, I, S, antiquiores editiones *in horto Ozam* (vel *Ozan*); codd. R, V, Petrus Com. *in horto Azam;* Martianaei canon emendatus *in horto Huza;* hebraeus בְּגַן־עֻזָּא. Margo cod. gothic. legionensis pro *in horto,* habet *in pomerio.*

19. *Viginti duorum* — Codd. D, G, I, T, V, Hugo, Bibl. Colon. 1530. *Viginti et duorum;* codd. A, C, E, F, K *Viginti et duo;* Bibl. Paris. 1504., Lugd. 1506. 1510. 1514. 1515. 1522. 1524., Basil. 1530., all. *Viginti duo;* item Lucifer calar.; mendose enim apud Sabatierium ponitur *duos.* Pro *duobus quoque,* sixtini, codd. A, B, C 2. m.; D, F, T *duobusque;* codd. E, I, K, Cas. plures, Bibl Basil. 1480., Venet. 1495., Abulensis et II Paral. XXXIII, 21. *et duobus.* Beda I, 534. et Petrus Com. notant graecos pro *duobus,* legere *duodecim;* sic enim legebant apud Eusebium in *Chron.* lib. I. c. 5.; item habent Hieronymus in *Chron.* VIII, 67. et 440. et Nicephorus constantinopolitanus in sua chronographia *(Scriptt. byzant. edit. Venet. t. XIX, p. 4.)*, etsi huius manuscripta exemplaria non consentiant, ut videre est apud Usserium (cui tamen non concedimus versionem alexandrinam in Origenis Hexaplis praetulisse ιβʹ); Syncellus quoque idem testatur de Eusebio, etsi eius sententiam non probet. At vero Maius tum in mediolanensi Eusebii editione, tum in romana *(Scriptor. vett. nova collectio*

tom. VIII. pag. 20.) ad hunc locum adnotat: « Iam in ipso LXX. virorum textu alexan» drino legitur δύο; sed in vaticano δώδε» κα, quam sententiam armeniacus quoque » Bibliorum interpres secutus est. » Quod de armeno interprete asserit Maius verissimum est; re quidem vera omnes editiones versionis armenae, etiam nuperrima Venet. 1860., legunt *duodecim:* at non item quod de graeco; nam vaticanus codex legit δύο perinde ac reliqui graeci codices (quibus, praeter Clementem alex., Sulpicium Severum, Georgium Cedrenum, aliosque, consonant reliqui veteres interpretes, omnesque hebraici textus codices), excepto alexandrino exemplari, in quo habetur δώδεκα; idque, teste Babero, « ibidem habetur ex emendatione manus » antiquissimae; prisca autem lectio nunc » distingui non potest. » Quae quum ita sint, mittimus aliorum commenta, de quibus agit Torniellius ad annum mundi 3393. n. 2.

Ibid. *Messalemeth* — Incredibilis est in latinis libris huius nominis varietas; antiquiores editiones ponunt *Messallemeth;* codd. E, I, T, all. *Mesellameth;* cod. B *Messellameth;* cod. H notat hebraeum legere *Mesullemeth,* et ita habent Bibl. Norimb. 1527. 1529., Lugd. 1535. 1540.; at in Bibl. Colon. 1530., Rob. Steph. 1557., all. *Massalemeth;* alii aliter. Fere eadem est discrepantia in sequenti nomine *Ieteba,* pro quo cod. H et Hieronymus III, 235. scribunt *Ietaba;* cod. Q, Bibl. Ordin. et priores editt. Rob. Steph. *Iateba;* Bibl. Norimb. 1523. 1527. 1529., all. *Ioteba;* alias corruptelas persequi non vacat.

21. *servivitque* — Codd. B, E *servivit quoque.* Cod. H notat hebraeum pro *immunditiis,* legere *sordibus;* verum גלולים nomen est haud dubie probrosum atque *idolis* propter contemtum inditum. Pro *servierat pater eius,* antiquiores editiones *serviebat pater eius;* codd. A, C, D, E, F, K, V, Bibl. Colon. 1530. *servierat pater suus.*

23. *Tetenderuntque ei insidias* — Cod. H notat hebraeum legere *Rebellaveruntque ei;* melius dixisset *Coniurarunt contra eum.*

24. *coniuraverant* — Codd. I, S, Bibl. Ven. 1476. 1482. 1489., Paris. 1566. *coniuraverunt.* Mox cod. F tacet *Amon,* ut duo codd. Kennicotti. Hunc locum ex antiqua versione a graeco petita habet margo codicis gothici legionensis *Et occidit omnis populus terrae omnes qui cogitaverant super regem Amos.* Cf. Holmesius.

25. *nonne haec* — Cod. E et Abulensis tacent *haec.*

26. *Sepelieruntque* — Codd. B, E, I, V, Cas. 2., sangermanensis n. 7. et corbeiensis n. 3. legunt *Dormivitque cum patribus suis, et sepelierunt;* accedit armenus. Cod. H notat hebraeum legere *Sepelivitque;* nam habet ויקבר; at hebraici codices apud De-Rossi et veteres interpretes, excepto chaldaeo in polyglottis londinensibus, legunt ויקברו.

Cap. XXII, 1. *triginta et uno* — Veteres editiones legunt *et triginta uno;* sixtini cum plerisque codicibus scripserunt *et triginta et uno,* prout habetur quoque II Paralip. XXXIV, 1. At priori loco coniunctionis particula in Bibliis Sixti V. excidit, quin id adverterent gregoriani; altero loco paucis in codicibus desideratur. Beda I, 534. notat Septuaginta posuisse *XXXII.,* at hanc lectionem in nullo graeco codice reperit Holmesius. Pro *Hadaia,* fere universi codices et antiquiores editiones legunt *Phadaia,* quod ex cap. sequenti, v. 36. derivatum videtur; pauci cum Hieronymo III, 66. et Roberto Stephano *Adaia;* hebraeus עדיה. Pro *Besecath,* cod. B *Beseceth;* codd. F, I, Bibl. Basil. 1480., Ven. 1495. *Bethsecat;* cf. ad Ios. XV, 39. ubi Vulgatus habet *Bascath.*

2. *David patris sui* — Codd. E, I, Lucifer calarit. *patris sui David.* Pro *sive ad sinistram,* cod. P *vel ad sinistram;* codd. K, R, S, Bibl. Norimb. 1529., Lugd. 1535. 1540., Petrus Com. et Paral. l. c. *neque ad sinistram;* codd. N* 1. m., Cas. 1., Abulensis *nec ad sinistram;* cod. N adnotat: « Antiqui habent » *sive;* unde qui pro *sive* vel *et,* quod he» braeus habet, posuerunt *nec,* male muta» verunt. » At cf. Holmesius.

3. *octavo decimo*—Bibl. Ven. 1476. *octavo;* conf. II Paral. XXXIV, 3. et Ugdulena; Bibl. Ven. Herbort 1483. et Abulensis *decimo octavo*. Quod sequitur nomen *Aslia* in Vulgato ad II Paral. XXXIV, 8. scribitur *Eseliae;* Sixtus, codd. H, K, editt. hentenianae, all. habent *Assia;* aliae veteres editiones innumeris modis hoc nomen depravant; sixtini et gregoriani ad fidem codicum et optimarum editionum hodiernam lectionem invexerunt; unde Toletus: « Lege *Aslia;* sic manuscripti et » utraque Congregatio, et accedit vocabulo » hebraeo אצליהו; in graeco autem Ἐσσε- » λίου; Ordin. *Asalia.* » Nec minus variant graeci codices apud Holmesium, qui adnotare debuisset vaticanum codicem legere Ἐλιού. Pro *Messulam,* plures codices et antiquiores editiones *Mesullam;* hebr. מְשֻׁלָּם. Dein Vulgatus habet *scribam templi Domini,* item graecus; at ex hebraeo potius legendum videtur prout habet Isidorus Clarius *scribam ad templum Domini;* nostri tamen codices non suffragantur. Mox tacent *ei* cod. veron., priores editt. Rob. Steph., all.; item hebraeus et veteres omnes.

4. *ut confletur* — Codd. B, R *et confletur;* codd. V, Cas. 3. *et dic ei ut confletur*. Cod. H notat hebraeum pro *in templum,* legere *in domum;* item infra; cod. F *in templo*. Ante verba *quam collegerunt* addunt *et* Bibl. Ord., Lugdun. 1510. 1522., Basil. 1530., all. Mox tacent *templi* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, N, N*, T, V, Cas. plures, gothic. leg., veron., priores editiones Rob. Steph., Colon. 1530., all., Abulensis; hinc Toletus: « Manuscripti quidam et prior Congregatio » non habent *templi;* hebraeus vero et grae- » cus legunt *liminis custodes.* » Vulgatus verba hebraica שמרי הסף supra ad XII, 9. reddidit *qui custodiebant ostia,* Ier. LII, 24. *custodes vestibuli,* alibi saepius *ianitores,* atque ita habet in loco parallelo Paral.; verisimile igitur est Hieronymum heic non addidisse *templi*. Margo codicis gothic. legion. habet *quod* (argentum) *colligerunt custodientes*. . . .

5. *per praepositos domus* — Sixtini, codd. A, B, C, D 2. m., E, F, H, K, L 4 (seu Q), T, Cas. 2., veron., Bibl. Ord., priores editt. Rob. Steph., all. *per praepositos in domo;* Toletus quoque adnotat: « Manuscripti et prior » Congregatio *in domo.* » Cod. H notat hebraeum legere *praefectis;* cf. vers. 9. ubi eadem est locutio; at utroque loco hebraici codices variant inter בית et בבית. Pro *distribuant,* codd. A, veron. *distribuent;* et post *sartatecta templi* addunt *Domini* codd. B 2. m., G, S, V 2. m., Bibl. Basil. 1480. 1509. 1530., Ven. 1495., Ord., Lugd. 1510. 1514. 1522., Paris. 1519., all.; accedunt syrus, arabs, armenus et cod. 71. Holmesii.

6. *et ut emantur* — Cod. T, Bibl. Basil. 1480., Venet. 1495. tacent *et;* item arabs, graecus Compl. et duo codd. holmesiani. Pro *lapicidinis,* codices fere omnes, et plures ex antiquioribus editionibus praeferunt *lapidicinis,* quod idem est. Mox tacent *Domini* sixtini, codd. A, B, D, E, F, H, K, L 7., Q, T, Cas. plures, veron., Bibl. Colon. 1530., Abulensis; at Toletus scribit: « Hebraeus, grae- » cus, manuscripti aliqui et prior Congrega- » tio non habent *Domini;* sed tamen est in » omnibus impressis et plurimis manuscri- » ptis. »

7. *Verumtamen non supputetur eis argentum quod accipiunt, sed in potestate habeant, et in fide* — Cod. H notat hebraeum reddi posse *Verumtamen non supputetur argentum his qui accipiunt, quia in fide* ipsi faciunt; cod. veron. tacet *et*.

8. *Helcias pontifex* — Cod. D 2. m. addit *magnus;* at Vulgatus posuit *pontifex* pro eo quod hebraeus et veteres habent *sacerdos magnus*. Post *volumen Saphan* codd. G, R, S, Cas. 1. et antiquiores editiones addunt *scribae;* item syrus, arabs, slav. ostrog.; cod. H frustra notat hebraeum legere *librum Saphan*. Pro *qui et legit,* Bibl. Ordin. *et legit;* Bibl. Basil. 1491. 1495., Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496. *qui et elegit*. Legis autographum ab Helcia repertum, haud vero legem ipsam suppositam fuisse evidens est;

alioquin nec tot tantaque convenienter antea emendari, nec illico Paschalis sollemnitas ad legis obrussam ab universa populi multitudine celebrari potuisset. Falso igitur Grambergius aliique legis Mosaicae corpus tunc primum subiectum autumant. Conf. Ghiringhelli op. cit. p. 401.

9. *Venit quoque* — Sixtini, cod. A, Bibl. Norimb. 1480. *Venitque.* Pro *ei quod praeceperat,* codd. Cas. 14. *ei omnia quae praeceperat;* cod. H notat hebraeum legere *regi verbum;* et post *in domo* non habere *Domini;* Vulgato tamen suffragantur graecus, arabs paucique hebraici codices apud Kennicottum. Pro *a praefectis,* codd. G, L, Cas. plures, antiquiores editiones *ac praefectis;* cod. E *atque praefectis;* cf. Lucas Brugensis.

10. *Narravit quoque* — Codices fere universi, Bibl. Ven. 1476. 1495., Basil. 1480., Abulensis *Narravitque;* cod. H notat hebraeum legere *Nuntiavitque.* Pro *Librum dedit mihi,* cod. C, Bibl. Ord., Basil. 1509., Lugd. 1510. 1520., Norimb. 1523. 1529., all., Hugo, Dionysius carth. *Librum legis dedit mihi;* Bibl. Lugd. 1514. 1515. 1522. 1524., Paris. 1519. 1528., all. *Librum legis mihi dedit;* accedunt georgian., slav. et non pauci graeci codices. Ad verba *Helcias sacerdos,* codd. Cas. 2. addunt *Dei.*

11. *Libri Legis Domini*—Codd. Cas. 4. tacent *Libri,* nec legitur II Paral. XXXIV, 19.; codd. G, K omittunt *Legis;* cod. H notat in hebraeo non legi *Domini.*

12. *Achobor* — Hieronymus III, 66. 78. *Achbor;* item hebraeus; pro hoc nomine II Paral. XXXIV, 20. legitur *Abdon.* Pro *Micha,* cod. L (seu Q), Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *Michaia;* Bibl. Norimb. 1523. 1529., Lugd. 1535., all. *Michaiae;* consonat hebraeus. In nomine *Asaiae* plurima est varietas; nam Paral. l. c. scribitur *Asaae;* codd. G, I, Bibl. Basil. 1475., Lugd. 1510. 1522., all. *Asiae;* Bibl. Ven. 1511. 1519. *Azaiae;* all. *Azariae,* ut Bibl. Paris. 1504. Lugd. 1506.; cf. Holmesius, et infra vers. 14.

13. *et super populo, et super omni Iuda* — Codd. F, S, Bibl. Ven. 1476. *et super populum, et super omnem Iudam;* in margine codicis H legitur *et super re . . . et Iuda;* unde Martianaeus animadvertit: «Translatio s. Hieronymi examussim textum expressit; quare scholiastes falsus est quidquid contrarium reposuerit ad marginem.» At vero errat Martianaeus dum scholiastem damnat. Quum enim pro eo quod receptus hebraicus textus legit ובעד כל יהודה, non pauci codices hebraici habeant ובעד הנשאר בישראל וביהודה, profecto haud temere asserimus laudatum scholiastem hos codices sequutum fuisse, eiusdemque lectionem instaurare possumus, quae ad litteram cum eisdem codicibus hebraicis consentit, nimirum *et super residuo* (vel *reliquiis,* ut II Paral. XXXIV, 21.) *in Israel et Iuda;* huic autem lectioni consonat chaldaeus in polyglottis antuerpiensibus. Verba *et super populo,* seu, ut habet graecus, καὶ περὶ παντὸς τοῦ λαοῦ, desiderantur apud Luciferum calar. et in marg. codicis goth. legion., itemque in duobus codicibus Kennicotti; nam prior legit *quaerite a Domino pro me, et pro omnibus Iuda;* alter vero *quaerite ad Dominum pro me, et pro omnibus Iuda.* Mox pro *ira Domini,* cod. B et Abulensis *ira Dei;* et pro *Libri huius,* Bibl. Lugdun. 1510. *legis huius;* et pro *omne quod scriptum est,* cod. E et Paral. l. c. *omnia quae scripta sunt;* codd. R, S tacent *omne,* ut syrus et arabs; cf. Holmesius. Pro *nobis,* Bibl. Basil. 1491. 1495., Ven. 1492. 1497. 1501. 1511., Brix. 1496., Paris. 1497., Lugdun. 1513., all. *a nobis;* codd. F 2. m., Cas. 2. *in eo;* duo codd. hebraici et editio Soncini apud De-Rossi legunt עליו; item arabs paucique codices graeci cum edit. Compl.

14. *Asaia* — Cod. B *Asa;* antiquiores editiones plures et codices nonnulli *Asia;* conf. vers. 12. Pro *Holdam,* alii minus recte scribunt *Oldam,* et sic habet Vulgatus in Paral. l. c.; et pro *prophetidem,* codices nostri omnes et editiones antiquiores *propheten* vel *prophetem;* Abulensis et Lucifer calar. *prophetissam;* at Guibertus in Patrol. CLVI, 501. scribit:

« Holdam liber Regum sub rege Iosia non » *prophetissam*, sed *prophetem* vocat. » Cf. ad Exod. XV, 20. In Paral. l. c. pro *Thecuae*, legimus *Thecuath* (scripsimus haec nomina ut vulgo in nostris editionibus feruntur, at non dubitamus vaticanas editiones efferri oportere *Thecvae* et *Thecvath*); cod. H notat hebraeum habere *Thiceva*, תקוה; et pro *Araas*, in Paral. l. c. *Hasra;* antiquiores editt. et non pauci codd. cum graeco *Aras;* alii *Aaras;* cod. B *Araa;* cod. gothic. leg., Bibl. Norimb. 1527. 1529., all. *Harahas;* Bibl. Norimb. 1523. *Haraham;* Bibl. Basil. 1530. *Harham;* non pauci enim codices hebraici apud De-Rossi prae se ferunt חרחם. Quod sequitur *in Secunda* recte exponitur a Hieronymo II, 756. « Haud dubium quin *Secunda* urbis partem » significet, quae interiori muro vallabatur. » Et rursum VI, 684. « Quod autem ait *et ulu*» *latus a Secunda (Soph. I, 10.)*, secundi » muri in eodem climate portam significat, » de qua et in Regnorum libro scriptum est » *Et ivit Helchias sacerdos, et Ahiham, et* » *Achabor, et Saphan, et Asaias ad Oldam* » *propheten, uxorem Sellum filii Thecuae, fi*» *lii Haras custodis vestium, et haec habita*» *bat Ierusalem in Secunda.* » Item Pseudo-Hieronymus III, 820. « Locus erat Ierosoly» mis extra murum, id est, inter murum ci» vitatis et antemurale, qui vocabatur *Secun*» *da,* cuius mentio fit in Sophonia propheta. » Graecus qui hoc loco ipsum verbum hebraicum ἐν τῇ Μασενᾷ (במשנה) retinet (unde, ut ait Beda II, 732. quem sequuntur Claudius taur. CIV, 802., Eucherius, Rabanus et Angelomus, « vetus editio, quasi pro» prium nomen loci transtulit *in Masena.* » *Masena* quippe interpretatur *Secunda.* » Cf. Hieronymus III, 68.), apud Sophoniam l. c. reddit ἀπὸ τῆς δευτέρας. Ex codice syro hexaplari alterius graeci interpretis, cuius nomen excidit, versionem habemus ܒܡܕܝܢܬܐ, ἐν δυσίν. At perperam Isidorus Clarius cum chaldaeo interpretatur *in domo doctrinae.* In peschito legendum existimamus ܒܡܫܢܝܬܐ (non vero ܒܡܫܠܝܬܐ) *in Secunda;* quamquam Ephraemus I, 565. iam habuerit *in repetitione*, unde censuit hunc locum ad populum docendum fuisse destinatum; conf. Caietanus.

15. *Et illa respondit eis* — Multae ex antiquioribus editionibus tacent *eis*, quibus graecus codex vaticanus suffragatur; Bibl. Paris. 1504., Lugd. 1506., all. *Et illa respondens;* mendose Bibl. Arg. 1497., Norimb. 1501. *Et illa respondebit;* codd. E, G, I *Et illa dixit eis.* Verba quae sequuntur *Haec dicit Dominus* etc. usque ad finem versus in cod. K desiderantur; item in duobus codd. holmesianis. Cod. Cas. 1. addit *sanctus* post *Dominus Deus.*

16. *locum istum* — Sixtini, codices fere universi, Bibl. Ven. 1476. 1495., Bas. 1480., Hugo, Abulensis *locum hunc.* Mox cod. H notat hebraeum pro *Legis*, legere *libri.* Hugo *quam legit*, pro *quae legit.*

17. *dereliquerunt me* — Bibl. Rom. 1471. tacent *me;* et post *indignatio*, Bibl. Venet. 1476. omittunt *mea.* Pro *in loco hoc*, cod. F et Lucifer calar. *in hoc loco.*

18. *Pro eo quod audisti verba voluminis* — Cod. Cas. 1. et Eucherius addunt *huius;* cod. H notat hebraeum non legere *voluminis;* nam habet tantum הדברים אשר שמעת; Bibl. Basil. 1495. loco *Pro*, legunt *Porro;* et Bibl. Norimb. 1480. *audistis*, pro *audisti.*

19. *humiliatus es* — Bibl. Ulmae 1480., sine loco 1482. 1483., Basil. 1491. 1495., Argent. 1497., Norimb. 1501., all. *humiliatus est.* Margo codicis gothici legion. cum Lucifero calar. habet *et reveritus es a facie mea;* cf. Sabatierius et Holmesius. Ad verba *et ego audivi* addunt *te* Bibl. Ordin., Basil. 1509., Lugd. 1510. 1522., Paris. 1519. 1528., Norimb. 1523. 1527. 1529., Ven. 1533., all.; item Vulgatus II Paral. XXXIV, 27.; at obstant hebraeus et veteres interpretes.

20. *ad sepulchrum* — Cod. F 2. m., Eucherius *in sepulchrum;* graecus εἰς τὸν τάφον. Pro *inducturus*, Sixtus, codd. D 1. m., G, R, S, et complures veteres editiones *introducturus;* cod. O utramque lectionem memorat;

Eucherius *adducturus;* hodierna lectio a sixtinis et gregorianis ad fidem optimorum codicum instaurata fuit; hinc recte Toletus: « Lege *inducturus;* sic utraque Congregatio » et manuscripti. » Pro *super locum*, Bibl. Ven. 1481. *in locum;* item Augustinus et Lucifer calar.; accedunt duo codices Kennicotti.

Cap. XXIII, 2. *Ascenditque*—Cod. G, Bibl. Lugd. 1510. *Ascendit;* ab hoc versiculo Hugo incipit cap. XXIII.; alii cum hebraeo a medio versiculo superiori, nempe a verbis *Qui misit.* Pro *universique qui*, codd. B, G, K, Bibl. Ven. Ienson 1476. 1479., Arg. 1497., Norimb. 1501., Paris. 1504., Lugdun. 1506. 1509. 1516., Compl., Reg., all. *universi qui;* Bibl. Colon. 1530. *et universi qui.* Pro *habitabant*, codd. A, K, veron., Bibl. Ven. 1476., Dionysius carth. *habitant;* et pro *sacerdotes*, Bibl. Ven. 1483. 1484., Basil. 1495. *sacerdotesque;* item hebraeus et veteres, ex quibus apparet commatis notam interpungendam esse ante *sacerdotes*. Cod. A ante *omnis* tacet *et*. Addunt *Domini* post verba *libri foederis* codd. R, S, Cas. 4., alii apud O, et cod. 19. Holmesii.

3. *super gradum*—Cod. H notat hebraeum legere *super columnam;* item margo Ordin.; Isidorus Clarius *iuxta columnam;* at vero heic עמוד significat *suggestum;* ut supra XI, 14. ubi Vulgatus posuit *tribunal*. Pro *foedus percussit*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, T, V, Abulensis *percussit foedus;* item II Paral. XXXIV, 31.; Bibl. Ven. 1476. *percussit rex foedus*. Pro *et in tota*, codd. E, I et Lucifer calarit. *et tota;* et pro *foederis huius*, codd. Cas. 14. *foederis Domini*.

4. *de templo Domini* — Bibl. Basil. 1491. 1495., Ven. 1592. 1597., Brix. 1596., all. *in templo Domini;* Bibl. Ven. 1481. tacent *Domini*. Pro *et in luco*, codd. H, L (seu Q), O, Cas. 1., Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532. 1557., Lugd. 1529. 1531., Basil. 1530. 1538., Ven. 1531. 1533., Paris. 1534. 1541., Ant. 1537. 1538., all., Hugo, Isidorus Clarius *et luco;* idque probatur Lucae Brugensi et Bukentopio pag. 183.; hebraeus quoque et veteres consentiunt, unde scholiastes in cod. O recte notat heic *luco* dativi casus esse. Theodoretus autem scribit: « *Lucum* alii interpretes, ut saepe dixi, nominant *Aseroth* vel *Astaroth* (hebr. לאשרה, nonnulli codd. τῇ ἀσηρώθ, Lucifer calar. *Asera*); quod est nomen Vene» ris *Asi ten* nuncupatae, cuius simulacrum » in templo statuerant. » Conf. ad III Reg. XV, 13. Pro *in Convalle cedron*, scribendum videtur *in convalle Cedron;* item infra v. 6. et 12.; cf. ad III Reg. II, 37. Alexandrinus hebraicam vocem שדמות retinens, posuit ἐν σαδημὼθ Κέρδων (item syrus in cod. Usserii, perinde ac in cod. hexapl. parisiensi), unde Hieronymus III, 70. « *Sademoth*, arva » vel regiones. » Aquila enim interpretatus est ἐν ἀρούραις Κέδρων, quod Gesenio (*Thesaur. p. 1367.*) probatur, idque expressit Hieronymus ad Hab. III, 17. At vero hoc loco imitatus est Symmachum et Theodotionem qui habent ἐν τῇ φάραγγι Κέδρων; Lucifer quoque calar., si Sabatierio fides habenda est, posuit *in convalle Cedron;* at vero tum Gallandius VI, 224. tum Coleti in edit. Ven. 1778. p. 181. testantur Luciferum scripsisse *in incendio rivi Cedron;* haec autem interpretatio, quae supponere videtur שדפות pro שדמות, in codice syro hexaplari tribuitur Quintae editioni, quae habuit ἐν τῷ ἐμπυρισμῷ τοῦ χειμάῤῥου Κέδρων; eamdemque quatuor graeci codices prae se ferunt apud Holmesium, qui tamen erravit addens pro illa graecam edit. Compl. Post *pulverem* cod. B tacet *eorum*.

5. *aruspices* — Cod. H notat hebraeum legere *sacerdotes;* hebraicam vocem הכמרים servavit alexandrinus ponens τὸ χωμαρίμ, unde Hieronymus III, 67. « *Chomarim*, aeditui. » Lucifer calar. *sacerdotes;* nam quatuor graeci codices cum graeco Compl. τοὺς ἱερεῖς; accedit Aquila in cod. syro hexaplari. Ad verba *incensum Baal* cod. K addit *in excelsis*. Pro *duodecim signis*, rursum graecus hebraicam vocem retinens posuit μαζουρώθ, unde Hieronymus I, 365. scribit: « *Mazu*» *roth*, hoc est, zodiacum circulum. » Et rur-

sum III, 68. « *Mazaroth*, ζωδίοις, quae » duodecim signa mathematici asserunt. » Theodoretus in h. l. minus recte: « Μαζουρώθ autem puto esse nomen stellae, et » coniicio sic nominatum esse Luciferum. » Conf. Gesenii *Thes. pag. 869.* et Schleusneri *Lexic. V. T.* ad h. v.

6. *in Convalle cedron*—Bibl. Basil. 1495., Complut., Reg., Norimb. 1523. 1529., Lugd. 1535., all. *in convallem Cedron;* alii cum graeco accipiunt נחל pro *torrente,* utrumque enim significat; *Cedron* autem nomen est torrentis cum valle cognomine. Pro *super sepulchra,* codd. K, veronen., hebraeus et graecus *super sepulchrum;* Lucifer calar. *in monumentum;* at cf. Holmesius.

7. *effeminatorum*—Iterum graecus alexandrinus vocem hebraicam retinuit scribens τῶν καδησίμ, unde Hieronymus III, 66. « *Cadesim*, commutati sive effeminati. » Cf. ad III Reg. XIV, 24. et Theodoretus *qu. LV.* et Middeldorpfii notae ad *cod. syriaco-hexapl. p. 457.* Cod. H notat hebraeum loco *pro quibus,* legere *in quibus* (item habet Isidorus Clarius et margo Ordin.); et mox omittere *quasi;* at non sine ratione Hieronymus posuit *quasi domunculas*, pro בתים; alexandrinus, qui posuit χεττιΐμ, legisse videtur כתים; at Hieronymus l. c. habet « *Bethim*, domibus. » Theodotio βεττιείμ; conf. Hexapla, notae Flaminii Nobilii et App. Holmesii.

8. *sacrificabant* — Cod. H notat hebraeum legere *adolebant.* Pro *Gabaa*, cod. veron., all. *Gaba*, uti legit Vulgatus Isa. X, 29.; ante *Bersabee* addunt *ad* Bibl. Ven. 1476. et Abulensis; mox cod. H notat hebraeum pro *aras,* legere *excelsa;* nimirum במות denotat *sacella in montibus extructa;* graecus autem τὸν οἶκον pro *sacello* posuit, sed alibi saepius interpretatur βωμοί, et syrus ܒ̈ܡܘܬܐ, quod *aras* et *excelsa* significat. Pro *Iosue*, codd. C, G, R, S, T, V, Cas. 6., antiquiores plures editiones *Iosiae;* iam adnotaverant Liranus, Caietanus et Magdalius hebraeum legere *Iosue.*

9. *tantum comedebant*—Cod. E tacet *tantum.*

10. *Topheth* — Codd. B, veron. *Thapheth;* Beda II, 732. notat utroque modo scribi; alexandrinus, Symmachus et Theodotio Ταφέθ; Hieronymus III, 287. « *Thapheth,* legimus in Ieremia *aram Thapheth.* Est au» tem in suburbanis Aeliae usque hodie lo» cus, qui sic vocatur, iuxta piscinam fullo» nis et agrum Acheldama. » At ibid. p. 279. legimus: « *Topheth* in valle filiorum Ennom, » ubi populus Israel gentium simulacra ve» nerabatur. Est autem locus in suburbanis » Ierusalem. » Et rursum IV, 897. « Excelsa » autem, quae hebraice appellantur *bamoth,* » sive aram *Topheth*, quae est in valle filio» rum Ennom, illum locum significat, qui » Siloe fontibus irrigatur; et est amoenus at» que nemorosus, hodieque hortorum prae» bet delicias. » Cf. Beda l. c., Claudius taur. CIV, 804., Eucherius, Rabanus, Angelomus. Pro *filii Ennom,* Sixtus, aliique pauci *filii Ennon;* cf. ad Ios. XV, 8.; codd. Cas. 3. *filiorum Ennom;* item hebraeus et ad Ios. XVIII, 16. Vulgatus; at complures hebraici codices apud De-Rossi et veteres interpretes habent *filii;* codices quoque N, O testantur vetera exemplaria legere *filii.* Post *filiam* addunt *suam* codd. A, I, R, Cas. 3., hebraeus et veteres.

11. *reges Iuda* — Fere omnes veteres codices et editiones *reges Iudae.* Cod. gothic. leg. cum arabe tacet *Domini.* Pro *Nathanmelech,* Sixtus et plures veteres editiones *Natamelech,* unde patet Bukentopium pag. 468. errasse dum hanc lectionem inter manifesta menda typographica sixtinae editionis collocavit; perperam graecus reddit Νάθαν βασιλέως. Hugo dicit Hieronymum in libro *de nomm. hebr.* scripsisse *Nathammelech,* at in nostris editionibus id non reperitur. Pro *qui erat,* codd. E, G, I, Bibl. Ven. 1476., Basil. 1477. *qui erant;* melius Abulensis *quae erat,* refertur enim ad *exedram.* Pro *Pharurim,* canon Martianaei 2. m., Bibl. Norimb. 1523. 1527. 1529., Lugd. 1535. 1540., Dionysius carthus. cum hebraeo *Pharvarim;* Vulgatus I Paral. XXVI, 18. hoc nomen interpretatur

de *cellulis;* nec male, ait Gesenius in *Thes. p. 1123.;* cf. Ugdulena.

12. *in Torrentem cedron* — Cod. F, Bibl. Ven. 1476., all. *in torrente Cedron.*

13. *in Ierusalem*—Cod. H notat hebraeum legere *contra Ierusalem;* et sic habet Vulgatus III Reg. XI, 7. ubi eadem occurrit locutio. Post *dexteram* codd. Cas. 2. tacent *partem;* in hebraeo quoque et graeco subintelligitur. Pro *Montis offensionis*, graecus habet τοῦ ὄρους τοῦ Μοσθάθ; alii aliter interpretantur; at reliquis versionem Hieronymi praeferendam docuit Gesenius in *Thesauro p. 1394.*, quem sequitur Ugdulena. « Montem autem *Offensionis*, ait Beda II, 734., » montem idoli dicit, quia nimirum consuetudinis est Scripturarum, *offensionem* idola nuncupare, quia vel in illis offenditur » Deus, vel offensionem et ruinam suis afferunt cultoribus. » Item Claudius taurinen. CIV, 806., Rabanus, Angelomus, Eucherius. Mox tacent *Israel* cod. I, Claudius taurinen. l. c., Lucifer calar. et duo codices holmesiani; apud Bedam l. c. legitur *in Israel.* Pro *Astaroth,* codd. C, D 1. m., I, N, S, Cas. 4., Rabanus *et Astaroth;* et pro *idolo,* codd. C, D, E, I, N, R, S, Cas. 4., Dionysius carth. *idolum;* cod. B *idola;* cod. H notat hebraeum legere *contaminationi;* habet enim שִׁקֻּץ, de quo conf. ad III Reg. XI, 5. 7.; pro eadem voce mox Vulgatus habet *offensioni,* sed codd. C, E, G, N*, S, T, V, Cas. plures, Bibl. Ven. 1476., Basil. 1509., Lugdun. 1510. 1522., Norimb. 1527. 1529., all., Abulensis *offensionis;* cod. I *offensionem;* et pro *Melchom,* cod. V, Claudius taurin. et graecus *Moloch,* quod idem est, uti notavimus ad III Reg. XI, 7.; et pro *abominationi,* codd. I, N, P, R, S, T 1. m., alii apud O, Bibl. Venet. 1476., Basil. 1509., Lugdun. 1510. 1522., Norimb. 1527. 1529., all., Hugo *abominationes;* codd. C, E, G, N*, V, Cas. plures, Bibl. Paris. 1519. 1528., all., Abulensis *abominationis.* Scholiastes in cod. N notat: « Antiqui legunt *Et » Astaroth idolum Sidoniorum, et Chamos offensioni Moab*, supple: quod fuit; *et Melchom abominationes*, supple: existens, *filiorum Amon* (item *Amon* cod. P). Sicut *Astaroth* plurale iunxit singulari quod est *idolum,* licet hebraei habeant singulare *Astarten;* sic singulari *Melchom* iunxit plurale » *abominationes*, quod accipit pro eo quod » est *idolum.* »

14. *statuas* — Cod. H notat hebraeum legere *titulos;* cf. supra ad XVIII, 4.

15. *in Bethel, et excelsum . . . illud, et excelsum* — Priori loco tacent *et,* atque legunt *in Bethel, excelsum* sixtini, codd. A, H, K, L (seu Q), veronen., Bibl. Rob. Steph. 1557., Heidelb. 1586.; consentientibus hebraeo, chaldaeo et graeco. Altero loco omittunt *et,* atque legunt *illud excelsum* fere omnes codices, veteres editiones et graecus; addita autem fuit coniunctionis particula a sixtinis, quibus adstipulantur codd. A, D 2. m., Cas. 12., Bibl. Colon. 1530., Isidorus Clarius, margo Ordin., hebraeus et veteres, excepto graeco, de quo tamen vide Holmesium, qui addere debuisset syrum hexaplarem reliquis testibus legentibus ἐκεῖνο καὶ τὸ ὑψηλόν. Bukentopius de priori illo loco p. 183. scribit: « Quamquam copula *et* non sit expressa » in hebraeo, chaldaeo, graeco, tamen in illis subintelligendam esse, atque *excelsum* » ab altari fuisse distinctum, patet tum quod » hoc ipso versu sequatur in hebraeo, sicut » etiam in Vulgata correcta *altare illud, et » excelsum destruxit,* tum quod hic *excelsum* » sit substantivum, non adiectivum *altaris* (etsi aliter censuerit Alfonsus Tostatus), » quia hoc in hebraeo est masculinum מזבח, » at במה femininum; mendose igitur Lovanienses hoc posteriori hoc habent sine copula *altare illud excelsum.* » Cf. Lucas Brugensis. Pro *peccare fecit,* codd. Cas. 3. *peccare fecerat;* et pro *atque combussit,* Bibl. Venet. 1489. *combussitque.*

16. *misitque* — Cod. B *misit quoque.* Pro *et polluit,* codd. C 1. m., V, posteriores editiones Rob. Steph., all. mendose *et posuit.* Cod. H notat hebraeum pro *locutus est,* legere *acclamavit.*

17. *titulus ille*—Codd. G, M, N*, O, S, Cas. 3., Abulensis *titulus iste;* codd. E, I, R *tumulus iste;* hebraeus הציון הלז; margo Ordin. *tumulus ille.* Pro *urbis illius,* sixtini, codd. A, C, E, F, G, H, I, K, T, V, Bibl. Ven. 1476., Hugo, Abulensis *illius urbis.* Cod. H notat hebraeum legere *viri,* pro *hominis.*

18. *Dimittite*—Codd. A, C, S, V, Bibl. Ven. 1476. 1495., Norimb. et Ulmae 1480., Basil. 1495. 1509., Paris. 1497. 1504., Lugdun. 1506. 1510., Colon. 1530., all. *Dimitte;* item auctor graeci scholii apud Flaminium Nobilium. Pro iis quae sequuntur *Et intacta manserunt ossa illius cum ossibus prophetae, qui venerat de Samaria,* cod. H notat hebraeum legere *Et liberaverunt ossa eius, ossa prophetae qui venerat de Samaria.* Calmetus et Ewaldus pro *Samaria,* legendum autumant *Iuda;* idque habent quinque codices apud Holmesium, qui tamen pro hac lectione Complutensem editionem perperam excitat. At vero si pro *Samariam,* non ipsam urbem, sed samariticam regionem intelligas, nulla erit mutationis ratio.

19. *abstulit* — Bibl. Arg. 1497., Norimb. 1501., Paris. 1504., Lugd. 1506., all. *et abstulit.* Mox antiquiores editiones tacent *opera;* item duo codices holmesiani; dein pro *fecerat,* codd. A 1. m., G *fecerant;* multi graeci codices ἐποίησαν.

20. *Et occidit universos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi super altaria* — Commatis notam addendam existimamus post verba *qui erant ibi,* ne oratio ambigua sit. Nam ob amphiboliam erravit in italica versione Martini dum interpretatus est *E uccise tutti i sacerdoti de' luoghi eccelsi, che avean cura degli altari in que' luoghi;* item gallica versio in Bibliis de Vence *Et il tua tous les prêtres des hauts lieux qui avoient soin des autels en ces lieux.* Cf. Sanctius in h. l. et III Reg. XIII, 2. ex quo apparet sacerdotes super altaria enecatos fuisse. Syrus autem, quem sequitur arabs, dum reddit ܘܣܡܘ ܒܣܡܐ ܒܗ, videtur supplevisse verbum קטרו ex vers. 8. Ante *Ierusalem* addunt *in* codd. B, C 1. m., E, I, T.

22. *a diebus*—Cod. B, Bibl. Norimb. 1527. 1529., Lugdun. 1535. 1540., Dionysius carthus. *in diebus.* Cod. Cas. 1. omittit verba *et omnium dierum regum Israel;* item cod. 245. Holmesii; in codice autem syro hexaplari sub asterisco addita sunt; nonnulli alii codd. Cas. tacent *dierum,* ut Kennicotti cod. 196.

23. *sicut in octavo* — Bibl. Rob. Steph. 1557., Heild. 1586. *sicut octavo.* Ad *Domino* addunt *Deo* codd. E, G, I, veron., Abulensis.

24. *ariolos* — Cod. K addit *et aruspices.* Alexandrinus pro *figuras idolorum,* posuit τὰ θεραφίν, quod est hebraicum חתרפים, unde Hieronymus III, 70. « *Theraphim, in-* » *cendia:* sed melius *imagines* vel *figurae,* » quas graeci μορφώματα (sic habet Aqui- » la) vocant. » Pro *et abominationes,* nostri codices omnes, Bibl. Basil. 1480., Ven. 1476. 1495., Hugo *abominationesque;* et pro *fuerant,* antiquiores editiones plures, paucique codices *fuerunt;* mendose Bibl. Norimb. et Ulmae 1480. *fecerunt.* Ante *Ierusalem* addunt *in* codd. A, B, F, G, I, R, S, V, Bibl. Ven. 1476., Abulensis. Pro *in templo,* Bibl. Rom. 1471. *de templo.*

25. *Similis illi*—Tacent *illi* codd. Cas. 1. et veronen. Pro *in omni corde,* Bibl. Basil. 1480., Venet. 1495. *toto corde;* Bibl. Rob. Steph. 1557., Heild. 1586. *in toto corde;* et mox ante *universa* tacent *in* sixtini, codd. A, N, V, antiquiores plures editiones; epanorthotes notat in cod. N: « Subintelligitur par- » ticula *in,* sed non interponitur propter dif- » ficilem transitum. »

26. *quo iratus est*—Codd. C, D, E, I, aliique *quod iratus est.*

27. *Dixit itaque* — Bibl. Argent. 1497., Norimb. 1501., Paris. 1504., Lugdun. 1506. 1509., all. *Dixitque ita.*

28. *Reliqua autem*—Ex antiquioribus editionibus plures *Reliqua vero.* Pro *sermonum Iosiae,* sixtini, codd. A, B, D, F, G, V, Abulensis *verba Iosiae;* codd. C, E, H, I, K, T, gothic. leg., veron., Bibl. Basil. 1480., Ven. 1495., Colon. 1530. *verborum Iosiae.* Cod. F post *nonne* tacet *haec.*

29. *In diebus eius* — Codd. C 1. m., E, I, Bibl. Venet. 1476. *In diebus illis*. Ab hoc loco nonnulli codices enumerare incipiunt caput XXIV. Pro *Nechao*, sixtini, codd. A, D 2. m., E, F, H, L (seu Q), T, Bibl. Norimb. 1523. 1527. 1529., Col. 1530., Lugd. 1535. 1540., Rob. Steph. 1557., all., Hieronymus III, 69., Conc. Osborien. ed. Hard. VI, 1124., Dionysius carth. *Necho;* item hebraeus נכו, in monumentis Aegypti ⲚⲔⲰ; apud Herodotum et Diodorum Νεκώς; conf. Gesenii *Thes. p. 885.;* cod. B *Nechac.* Nonnulli codices pro *Euphratem*, praeferunt *Euphraten*, uti legitur II Paral. XXXV, 20.; cf. ad Ios. I, 4. Post verba *Iosias rex* addunt *Iuda* codd. R, S, Cas. 5. et plures ex antiquioribus editionibus; at in cod. O expungi iubetur. Codd. I, Cas. 3. tacent *cum vidisset eum*. Eadem loquendi ratio occurrit XIV, 8. 11. de his qui cominus pugnando manus conserunt.

30. *Et portaverunt eum servi sui mortuum de Mageddo: et pertulerunt in Ierusalem, et sepelierunt eum in sepulchro suo* — Cod. K legit tantum *Et portaverunt eum in Ierusalem, et posuerunt in sepulchro;* cod. B legit *portaverunt*, pro *pertulerunt;* ad hoc verbum codd. R, S, T addunt *eum*, ut hebraeus et veteres; contra vero codd. D 1. m., V tacent *eum* post *sepelierunt*. Pro *Ioachaz*, Sixtus, sixtini, codd. A, H *Ioahaz;* hebraeus יהואחז; item infra v. 31. et 34.; codd. B, D, I *Ioaz;* gregoriani communem lectionem instaurarunt; idem *Ioachaz* appellatur *Sellum* Ierem. XXII, 11. conf. I Paral. III, 15. Mox cod. S et Bibl. Lugd. 1506. 1509. tacent *et constituerunt eum*, ut cod. 145. Kennicotti.

31. *Amital* — Bibl. Basil. 1530. *Hamutal;* cod. H notat hebraeum legere *Amutal;* nimirum nunc habet חמוטל, sed multi codices apud De-Rossi, et graecus favent Vulgato quoad mediam syllabam; attamen Hieronymus III, 66. *Amutal.* Pro *Lobna*, Bibl. Colon. 1530. *Lubna;* cod. H notat hebraeum legere *Libna;* cf. ad Num. XXXIII, 20.

32. *fecerant patres eius*—Bibl. Ven. 1476. *fecerat pater eius;* arabs id de proavo intelligit legens صنع منسا, *fecerat Manasse;* conf. infra vers. 37.

33. *Vinxitque*—Mendose codd. F, I, Bibl. Ven. 1481. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496., s. l. 1489., Paris. 1497. 1519. 1528., Norimb. 1501., Lugd. 1510. 1514. 1563. *Unxitque;* cod. B, Bibl. Ienson Ven. 1476. 1479., Paris. 1504., Lugd. 1506. 1509. *Vinxit;* Bibl. Ulmae 1480. *Finxitque.* Pro *Rebla*, Sixtus, codd. C, D, E, F, G, I, K, R, S, V, veteres complures editiones *Reblatha* vel *Rebblatha;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus consentiunt codd. A, B, H, L (seu Q), T, priores editiones Rob. Steph., all.; hinc Toletus: « Lege *Rebla;* sed tamen infra XXV, 6. 20. » 21. legitur *Reblatha.* » Hieronym. III, 263. scribit: « *Rebla,* in terra Emath; unde victor » Pharao adductum Ioacha transtulit in Ae» gyptum. » Et mox idem s. Doctor testatur *Reblatha* nunc *Antiochiam* vocari; item VI, 311.; at rursum V, 599. ait: « *Rebla,* quae » nunc Syriae vocatur *Antiochia.* » Idem Hieronym. III, 69. legit *Reblath.* Margo codicis 243. Holmesii ad XXV, 20. notat Δεβλαθα (sic pro Ρεβλαθα) *ἡ νυν καλουμενη Δαφνη, προαστειον Αντιοχειας.* Conf. Lucas Brugensis, et quae adnotavimus ad Numer. XXXIV, 11. Mox pro *imposuit*, Bibl. Norimb. 1501., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., all. *posuit;* et pro *mulctam*, codd. F 2. m., Cas. 1. *tributum;* graeci codd. φόρον, pro ζημίαν; margo codicis T notat: « vel indictionem, vel » vexationem, vel condemnationem. » Pro *talentis*, codd. B, E, I *talenta;* et pro *talento auri*, cod. B *talenta auri;* alexandrinus enim habet *ἑκατὸν τάλαντα χρυσίου.* Thenius inter centum talenta argenti, et talentum auri non esse aequam proportionem existimat; ac proinde probabilem censet lectionem syri et arabis qui praeferunt *decem talentis auri.* Hanc lectionem sequuntur sex graeci codices cum edit. Compl. et armeno; immo, si fides habenda est codici syro hexaplari, eamdem tuentur Aquila, Symmachus et Theodotio (conf. Middeldorpf, pag. 460.). At alii tres graeci codices habent *τάλαντον χρυσίου*,

ut Vulgatus, hebraeus, chaldaeus, syrus hexaplaris et locus parallelus II Paral. XXXVI, 3. (ubi alexandrinus quoque consentit) III Esdr. I, 36.; quae quidem lectio nobis longe probabilior videtur.

34. *Eliacim* — Quidam codices et nonnullae editiones praeferunt *Heliachim;* melius in II Paral. XXXVI, 4. scribitur *Eliakim.* In nomine quod sequitur, nempe *Ioakim,* multiplex est varietas. Nam plures codices et editiones habent *Ioachim* vel *Ioacim;* cf. Hieronymus III, 82. 590. 637. 681. et III Esdr. I, 37.; codd. A, H, all. *Ioiachim* vel *Ioiacim;* cf. Hieronymus III, 68. 91. Quum vero saepius veteres latini et graeci in huiusmodi nominibus describendis erraverint, adnotandum est *Ioakim,* יהויקים, qui antea *Eliacim* vocabatur, patrem esse *Iechoniae,* qui appellatur *Ioachin,* יהויכין, de quo in sequenti capitulo agitur. Id autem ut declararet epanorthotes in cod. N animadvertit: « Iuxta he» braeum nomen patris per *m* semper finitur » *Iochaim,* sive secundum noviores *Ioachim.* » Nomen filii per *n* semper dicitur *Ioachin.* » Cf. infra ad XXIV, 6. De eisdem nominibus diserte ac perspicue scribit Hieron. V, 623. « *Ioacim* filius Iosiae . . . ipse est qui alio » nomine appellatur *Heliachim,* . . . cui suc» cessit in regnum filius eius *Ioachin* (mendose Vallarsius posuit *Ioachim;* cf. idem Hieronym. V, 3.), cognomento *Iechonias.* . . . Ne» mo igitur putet eumdem in Danielis prin» cipio esse *Ioacim,* qui in Ezechielis exor» dio *Ioachin* scribitur. Iste enim extremam » syllabam *chin* habet, ille *cim.* » Quod scriptorum vitio, et longitudine temporum, apud graecos latinosque confusum est, uti ait idem Hieronymus VII, 11. cf. Middeldorpf, p. 461. Pro *et duxit,* cod. G, Bibl. Ven. 1476. *et reduxit;* in Paral. l. c. *et abduxit.*

Ibid. *et mortuus est ibi* — Sixtus haec non habet; unde Toletus adnotat: « Adde *et mor» tuus est ibi.* Haec desunt in Compl., Reg., » Ordin., Lov. et multis aliis codicibus im» pressis; nec in prima Congregatione ha» bentur. Sunt tamen in hebraeo, graeco et » in margine Ordin. et in posteriori Congre» gatione. » Re quidem vera nostri codices omnes et veteres editiones (quarum ultra ducentas contulimus) omittunt haec verba, exceptis codice D, qui a secunda recentiorique manu habet *mortuusque est ibi,* et Bibliis Basil. 1530., Lugdun. 1536. 1541., qui legunt *ubi et mortuus est.* At cod. H et margo Ordin. notant hebraeum legere *et mortuus est ibi;* immo ista leguntur non modo in sacro textu, consentientibus universis codicibus, sed et apud reliquos omnes veteres interpretes; hisque consentit vaticinium Ieremiae XXII, 12.; ita ut vix aliquod dubium circa genuinam illorum verborum originem moveri possit, quae proinde ad explendam latinorum codicum lacunam recte a gregorianis recepta fuisse profitemur. Conf. Lucas Brugensis et Bukentopius pag. 184. 409. Attamen quum latini codices cuiusvis aetatis et regionis, necnon veteres enarratores illa praetermittant; quumque eadem verba in loco parallelo II Paral. XXXVI, 4. apud hebraeum et Vulgatum desiderentur (etsi ibidem a graeco, syro et arabe suppleta legantur), suspicamur in hebraicis exemplaribus, quibus usus est Hieronymus heic quoque desiderata fuisse verba וימת שם. Si enim ea legisset Hieronymus haud profecto praetermisisset. Praetermisisse autem latinorum testium consensus demonstrare videtur. Hanc sententiam sequuti sunt sixtini, qui non interpretis, sed amanuensium errores castigandos censebant; atque, repugnantibus latinis codicibus, aliquid addendum esse negabant, nisi id evidens ratio requireret.

35. *terrae per singulos* — Addunt *annos* codd. N* 1. m., R, S, Cas. 2.; at recte id abiicitur in correctoriis N et O; cod. veron. tacet *terrae.* Pro *iuxta vires,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, S, V, goth. leg., Bibl. Venet. 1476. 1495., Hugo, Abulensis *secundum vires.*

36. *Vigintiquinque* — Mendose cod. F *Viginti quoque.* Pro *Zebida,* Bibl. Ordin., priores editt. Rob. Steph., all. *Zebda;* Bibl. No-

rimb. et Ulmae 1480. *Zebeda;* codd. H 2. m., L (seu Q), Bibl. Rob. Steph. 1557., Heild. 1586. *Zebuda;* hebraeus זבידה, sed Kerì זבודה, de quo conf. De-Rossi. Pro *Ruma*, codd. G, I, K, V *Rama;* cf. ad Ios. XV, 52.

37. *fecerant patres eius*—Bibl. Ven. 1476. *fecerat pater eius;* syrus ܕܥܒܕ ܡܢܫܐ, *fecerat Manasse;* cf. vers. 32.

Cap. XXIV, 1. *In diebus eius* — Codd. E, I, V *In diebus illis;* item tres codices graeci apud Holmesium. Cod. veronen. *bellavit*, pro *rebellavit*.

2. *Immisitque ei* — Codd. E, K *Immisit itaque ei;* cod. Cas. 1. tacet pronomen. Mox codd. B, I omittunt *latrunculos Chaldaeorum*, ut syrus hexaplaris, cod. 145. Kennicotti, et codex alexandrinus. In Bibl. Ordin. ed. Lugd. 1590., Antuerp. 1634. desiderantur verba *et latrunculos Syriae;* conf. Holmesius. Ante *latrunculos Moab* tacent *et* sixtini, codd. A, C, D, E, F, K, N, O, R, T, gothic. legion., Bibl. Basil. 1480., Venet. 1495.; epanorthotes in cod. N in h. l. adnotat: « Latinus non ponit » coniunctionem, ut pausa recreante in me- » dio, sit delectabilis combinatio. Simile II » Reg. III. (v. 29.) Ex. XXIX. (v. 5.) Ios. IX. » (v. 1.) » Mox cod. B pro *filiorum*, mendose *filios eius;* et pro *eos in Iudam*, codd. E, I, Dionysius carth. *eos in Iudaeam;* cod. goth. leg. tacet pronomen. Pro *disperderent eum*, codd. D 1. m., E, F, I, P, V, goth. leg., Bibl. Basil. 1475., Norimb. et Ulmae 1480., all. *disperderent eam;* cod. N, Bibl. Basil. 1480., Ven. 1495. *disperderet eam;* epanorthotes in cod. N notat: « Accipit *eam* pro *terra;* sed » infra (v. 3.) accipit pro *populo*, cum ait » *contra Iudam, et auferret eum.* » Codd. R, S, Dionysius carthus. *disperderet eum;* Bibl. Venet. 1476. *disperderent eos.* Pro *locutus fuerat*, codd. A, C, D, E, F, G, I, O, T, V, goth. legion., Bibl. Ven. 1476. 1495., Basil. 1480., Abulensis *locutus erat;* cod. K *locutus est.*

3. *hoc per verbum* — Bibl. Antuerp. 1565. 1570., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *hoc verbum.* Ante *universa* addunt *et* codd. C, E, K, R, S, T, V 2. m., Cas. 5., Bibl. Basil. 1480., Ven. 1495., Col. 1530., Ord., Hugo; item syrus et arabs; nec obstant hebraeus et reliqui veteres, apud quos istud *universa* non adiungitur nomini quod praecessit, sed absolute ponitur ככל אשר עשה.

4. *noluit Dominus* — Bibl. Basil. 1480. 1491., Ven. 1480. 1484. 1495., Arg. 1497., Norimb. 1501., Paris. 1504., all. *noluit Deus.*

5. *Et dormivit Ioakim cum patribus suis* — In clementinis quidem editionibus haec versiculo 5. adscribuntur, prout in Bibliis hentenianis factum fuerat; at vero ad sequentem versiculum pertinent, quemadmodum in hebraeo et graeco notatur. Roberti Stephani editio anni 1555., quae primo Vulgati editionibus versiculorum numeros adscripsit, incipit versiculum 6. a verbis *Et regnavit*, quia sollemni mendo habet *Et regnavit Ioacim cum patribus suis: et dormivit Ioachin filius eius pro eo.*

6. *et regnavit* — Sixtini, codices fere universi, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Col. 1530., Hugo *regnavitque.* Pro *Ioachin*, codices et editt. complures *Ioachim;* cod. O notat: « *Ioacim* pater scribitur per *c* sine adspiratione » secundum hebraeum et graecum; filius » cum adspiratione: pater etiam in fine habet *m;* filius vero *n;* et sic debet scribi hic » et alibi. » Recolantur quae adnotavimus ad XXIII, 34.

7. *fluvium* — Codd. C, D, F, R, S, gothic. legion. *flumen.*

8. *Decem et octo annorum erat Ioachin* — Margo codicis goth. leg. *Filius XVIII. annorum erat Ieconias filius Ioahim;* cf. Holmesius. In II Paral. XXXVI, 9. (item apud Sabatierium in III Esdr. I, 43.) minus recte legitur *Octo*, pro *Decem et octo.* Incredibilis est lectionum varietas in nomine *Nohesta;* nam antiquiores editiones habent *Noescha;* codd. A, R, veron. 2. m., Bibl. Colon. 1530. *Nahestha;* all. *Naestha;* codd. B, E, G, I, V cum graeco *Nestha;* all. *Nehesta;* codd. H 2. m., L (seu Q), priores editt. Rob. Steph., all. *Nehusta;* hebraeus נְחֻשְׁתָּא; Bibl. Norimb. 1527. 1529., all. *Nehostha;* alii aliter.

9. *fecerat pater eius*—Codd. C, E, I, K, T 1. m., Cas. plures, Dionysius carth. *fecerant patres eius;* item arabs et cod. 245. Holmesii.

10. *Babylonis*—Codd. D 1. m., R, S, T *Babyloniorum.* Mox tacent *in* Bibl. Basil. 1491. 1495., Ven. 1492. 1497., all. Pro *circumdata est urbs*, codd. E, I *circumdederunt urbem.*

11. *cum servis suis ut oppugnarent eam*—Sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, C 2. m., E, H, L (seu Q), Cas. 14., goth. leg., Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1528. 1532. 1557., all. *cum servi eius oppugnarent eam;* accedunt hebraeus et veteres. Quoad romanos censores et quoad codices manifeste hoc loco Toletus alucinatus est dum scripsit: « In hebraeo, graeco et manuscripto uno legitur » *cum servi eius oppugnarent eam;* sed omnes » latini codices ut in textu (Sixti V.), et » utraque Congregatio non mutavit; prior tamen loco *suis*, posuit *eius* ex quodam manuscripto. » Immo ante sixtinos et gregorianos eamdem lectionem florentini censores iam adnotaverant, eamdemque editiones ex prioribus Roberti Stephani derivatae, quas sequutus est Isidorus Clarius, expresserant. Codd. D 2. m., Cas. 1. legunt *et servi eius ut oppugnarent eam;* Bibl. Compl., Reg., Paris. 1497. 1504., Argent. 1497., Norimb. 1501., Lugd. 1506. 1509., Venet. 1511. 1519., all. *cum servis suis ut oppugnaret eam.*

12. *Egressusque est Ioachin*—Margo codicis goth. leg. *Et exiit Ioachin.* Cod. B 1. m. tacet *ipse et mater eius, et servi eius, et principes eius, et eunuchi eius: et suscepit eum rex Babylonis;* cod. K omittit *ipse;* in cod. D 1. m. deerant verba *et principes eius, et eunuchi eius;* item in cod. 71. Holmesii; post *principes* tacent *eius* Bibl. Rob. Steph. 1557., Heildel. 1586. Pro *anno octavo*, codd. K, veron. *anno octavodecimo*, mendose; nam regnum Nabuchodonosor initium habuit anno quarto Ioakim (Ier. XXV, 1.), qui undecim annis regnavit, uti ex superiori capite v. 36. colligitur.

13. *vasa aurea*—Bibl. Paris. 1558. 1566. 1573. tacent *vasa.* Cod. B pro *in templo*, legit *in domo.*

14. *fortes exercitus*—Codd. Cas. 2. addunt *Israel.* Pro *clusorem*, Sixtus, codd. I, R, S, veteres editiones *inclusorem;* mutarunt sixtini et gregoriani, quibus fere omnes codices et Bibl. Col. 1530. suffragantur; unde Toletus: « Lege *clusorem;* sic manuscripti et utraque » Congregatio. Dicuntur autem *clusores* artifices serarum ac instrumentorum quibus » portae clauduntur. Codices impressi habent » *inclusorem.* » Item infra vers. 16.; Gesenius quoque in *Thes. p. 938.* vocem hebraicam מסגר interpretatur *claustrarius* opifex, qui claustra et pessulos facit. At reliqui alias atque alias interpretationes sequuntur. Estium audiamus: « Pridem legebatur compositum » *inclusorem*, pro *clusorem:* quare ita mutatum sit, non satis liquet. Quid enim per » *inclusores* seu *clusores* intelligatur, non convenit inter interpretes. Quidam intelligunt » ianitores (sic chaldaeus תרעיא), id est » custodes urbis; sed nulla apparet caussa » illos abducendi prae reliquis. Quidam accipiunt eos qui stringunt et recondunt ensem, id est milites; sed supra iam dictum » erat *omnes fortes exercitus;* et mox etiam » subditur *omnes viros fortes et bellatores.* » Proinde eorum sententia magis placet qui » intelligunt *clusores* vel *inclusores* castrorum, id est peritos castrametandi, et similiter per *artifices*, eos qui callebant artes » earum rerum, quae ad usum belli pertinebant. Abduxit ergo hos rex Babyloniae, » partim ut sibi ad bellum essent usui, partim ut civitati Ierusalem in posterum subtraheret occasionem rebellandi. Sane legimus simili consilio usos Philisthaeos, » quando caverant ne faber ferrarius inveniretur in omni terra Israel, ut narratur I » Reg. XIII, 19. » Estio concinunt Vatablus, Sanctius, Weitenaverus, Emm. Sa, aliique. Imprimis animadvertimus Vulgatum adhuc legere *inclusorem* ad Ier. XXIV, 1. XXIX, 2., idque Hieronymus alio sensu exponit in suis Commentariis IV, 1011. scribens: « Fabros

» autem et *inclusores* . . . debemus accipere » artifices *inclusoresque* (alii legunt *clusores-* » *que*) auri atque gemmarum, quae ars apud » barbaras nationes praetiosissima est. » Hieronymo accedunt editores lipsienses Lexici Forcellini ad vocem *Inclusor;* item auctor *Opusc. vet.* apud Maium in Spicil. rom. VIII, 81. (qui scribit quoque *clausor*, pro *clusor*) et Robertus de Sorbona qui in Glossis habet: « *Clusor*, qui gemmas auro vel argento con- » cludit. » Cf. Du Cangii *Glossar. lat.* tum ad vocem *inclusor*, tum ad v. *clusor*, auctor Mamotrecti et Maius *Class. Auctt.* VIII, 107. Apud Bedam II, 735. legimus: « *Inclusor*, » qui vel foedata urbis moenia componit, » vel resarcit dirupta. . . Quod si *inclusorem* » hoc loco non ostiorum sive murorum, sed » auri potius gemmarumque intelligere vo- » luerimus, ad unum profecto eumdemque » spiritalis expositio finem respicit. » Eadem habentur apud Rabanum; item apud Claudium taur. CIV, 807. et apud Eucherium et Angelomum, sed tres isti legunt *clusor*, quod alibi apud Bedam quoque occurrit. Quamvis igitur non omnino certa sit hodierna Vulgati lectio, maximum tamen habet in latinis codicibus praesidium: hieronymiana autem expositio non modicam probabilitatem prae se fert. Certe non repugnat alexandrinus qui posuit τὸν συγκλείοντα, quod syrus hexaplaris interpretatur ܡܟܠܡܣܢܐ *concinnatorem*, adnotans sic vocari ܐܘܡܢܐ *artifices;* idem autem graecus interpres III Reg. VI, 20. pro זהב סגור, posuit χρυσίῳ συγκεκλεισμένῳ.

Ibid. *nihilque* — Bibl. Lugd. 1514. 1522., Paris. 1519. 1528., all. *nihil;* accedunt hebraeus, chaldaeus (in polygl. londinensibus), graecus Complut. et duo codices holmesiani. Mox tacent *populi* cod. E 1. m., graecus et cod. 242. Kennicotti.

15. *Ioachin in Babylonem*—Tacent *in* Bibl. Rom. 1471., Paris. 1541. 1549. 1558. 1566. 1573. Pro *matrem regis*, Bibl. Norimb. 1480. *matrem eius;* item duo codices Holmesii. Mox pro *uxores*, codd. E, I, K, R, T, V, Abulensis *uxorem;* accedunt tres codices holmesiani. Pro *eunuchos eius*, codd. R, S, Cas. 3., antiquiores editiones *eunuchos regis*.

16. *omnes viros fortes et bellatores*—Codd. C, V praemittunt *et;* item syrus et arabs; cod. B post *fortes* non legit *et;* cui accedunt hebraeus et veteres. In cod. F et in cod. 71. Holmesii desiderantur verba *duxitque eos rex Babylonis captivos in Babylonem*.

17. *Matthaniam* — Cod. B *Mathan;* graecus vaticanus 1. m. Μαθθάν, 2. m. Ματθάν; pauci codices et antiquiores editiones mendose *Matthathiam* vel *Mathathiam;* alibi Vulgatus perpetuo scribit hoc nomen *Mathania* aut *Mathanias;* quam scribendi rationem cum unico *t*, sequuntur hoc loco non pauci codices, nonnullae editiones et Hieronymus III, 68. Post *patruum eius* alii apud cod. O addunt *regem*. Cod. H notat hebraeum pro *imposuitque nomen ei*, legere *vertitque nomen eius*. Mox pro *Sedeciam*, Sixtus, codices plures, antiquioresque editiones *Sedechiam;* gregoriani receptam lectionem instaurarunt, unde Toletus: « Lege *Sedeciam;* et sic infra semper. »

18. *Vigesimum et primum*—Tacent *et* codd. G, K, S, all. Post verba *matris eius*, omittunt *erat* codd. D, I, K, S, Cas. 2., Bibl. Ven. 1489. et Ierem. LII, 1. De *Amital* et *Lobna* cf. ad XXIII, 31.

19. *Ioakim* — Sixtus V. habet *Ioachin*, quod emendarunt gregoriani et Toletus. Editio princeps Clementis VIII. anno 1592. legit *Ioakin*, sed reliquae editiones vaticanae recte legunt *Ioakim*, quemadmodum est apud Ier. l. c.; hanc autem legitimam esse lectionem constat ex correctorio vaticano edito an. 1598., est enim in sacro textu יהויקים; cf. Bukentopius p. 409. et quae de hoc nomine adnotavimus ad XXIII, 34.

20. *Irascebatur enim* — Codd. E, I, K *Irascebatur autem*. Mox cod. H notat hebraeum pro *recessitque*, legere *et rebellavit*.

Cap. XXV, 1. *anno nono*—Cod. D, Thomasius I, 89. *in anno nono;* item Ierem. LII, 4. Pro *extruxerunt*, codd. E, I *instruxerunt*.

2. *clausa est* — Codd. E, I addunt *ipsa;* et mox codd. K, V tacent *regis.*

3. *nona die mensis* — Abulensis addit *quarti,* prout legitur Ier. XXXIX, 2. LII, 6.; item arabs et Cyrillus alex. III, 725., idque probatur Houbigantio, qui tamen animadvertere debuisset syrum non modo hoc loco, sed etiam apud Ieremiam legere ܒܝܪܚܐ ܪܒܝܥܝܐ.

4. *fugit itaque* — Codd. K, Cas. 1., veron. addunt *rex;* item arabs, georg., slavon.; at vero hebraeus et reliqui veteres omittunt nomen quod sequitur *Sedecias,* quod nec legitur in codd. A, B, F, H, veron., Bibl. Colon. 1530. Quamvis enim ex contextu manifestum sit Sedeciam cum suis in fugam se dedisse, tamen hoc loco nulla eius fit mentio. Vulgatus ipse in locis parallelis Ierem. XXXIX, 4. LII, 7. habet *et egressi sunt ad viam deserti: et abierunt per viam, quae ducit in eremum.* Cod. H notat hebraeum non legere *solitudinis;* nimirum pro eo quod habet Vulgatus *ad campestria solitudinis,* in sacro textu legitur הערבה, quod graecus retinuit ponens τὴν Ἄραβα; unde Hieronymus III, 139. ex Eusebio: « *Araba,* Aquila *planam,* Symmachus » *campestrem* interpretantur. » Cf. ibid. p. 135. 238. Pauci codices cum graeco Complut. habent τὴν ἐπὶ δυσμάς, quod ad Theodotionem pertinere non dubitamus.

5. *comprehenditque* — Codd. Cas. 2. *et comprehenderunt;* accedunt hebraeus et veteres praeter graecum; cf. Ier. XXXIX, 5. LII, 8.

6. *Apprehensum ergo regem* — Bibl. Ordin., Ven. 1482. 1489. *Apprehensum ergo eum.* Pro *duxerunt,* codd. E, G, R, S, T, Bibl. Basil. 1480., Ven. 1495., Colon. 1530., Rabanus, Abulensis *adduxerunt;* cf. Ier. ll. cc. De *Reblatha* vide supra ad XXIII, 33.

7. *adduxit* — Codd. C, F, Bibl. Ven. 1476., Eucherius *abduxit;* graecus Compl. paucique codices ἀπήγαγεν.

8. *septima die* — Bibl. Basil. 1480., Ven. 1495. *septimo die;* syrus, arabs, tres codd. derossiani paucique holmesiani *nona die;* cod. I et Ier. LII, 12. *decima die.* Ad verba *nonus decimus* cod. I addit *Nabuchodonosor,* ut hebraeus et veteres. Pro *Nabuzardan,* Bibl. Norimb. 1527. 1529., Lugdun. 1535. 1540., all. cum hebraeo *Nabuzaradan.* Cod. H notat hebraeum pro *princeps exercitus,* legere *magister coquorum;* item margo Ordin.; hinc Gregorius M. I, 982. et II, 61. ait: « *Princeps* » *coquorum* destruxit muros Ierusalem. » Cf. Taio LXXX, 941. et Isidorus V, 135.; at recte Augustinus quaest. CXXVII. in Gen. scribit: « Nolunt quidam *praepositum coquorum* » interpretari, qui graece ἀρχιμάγειρος di» citur, sed *praepositum militiae,* cui esset » potestas occidendi. Nam sic appellatus est » etiam ille quem Nabuchodonosor misit, pe» nes quem potius invenitur primatus fuisse » militiae. » Cf. Hieronymus III, 364. IV, 115. et Schleusnerus in *Lex. V. T.* ubi ait: « ἀρ» χιμάγειρος non est *princeps coquorum,* ut » vulgo vertitur, sed *praefectus satellitum,* » seu *princeps militiae regis,* ut Vulgatus » Dan. II, 14. recte transtulit. » Idem dicendum de hebraeo רב־טבחים; conf. ad Gen. XXXIX, 1. Ante *Ierusalem* tacent *in* sixtini, codd. A, D, F, H, T, goth. leg., Bibl. Colon. 1530., Angelomus.

9. *et domos Ierusalem* — Codd. H, L (seu Q), priores editiones Rob. Steph.; all. *et omnes domos Ierusalem;* item hebraeus, veteres et Ier. LII, 13. Pro *omnemque domum combussit,* codices et editiones mox laudatae *omnemque domum magnam combussit;* item Ierem. l. c., hebraeus (quod et Liranus et Magdalius adnotant) et veteres, excepto graeco, de quo conf. Flaminius Nobilius et Holmesius. Bibl. Norimb. 1529., Lugdun. 1535. 1540. tacent *combussit.*

10. *cum principe militum* — Codd. C 1. m., S, et Ier. LII, 14. *cum principe militiae.*

11. *Reliquam autem populi partem* — Codd. R, S, Bibl. Ven. 1476., Dionysius carth. *Reliquam autem partem populi;* cod. K *Reliquum autem populi;* cod. H notat hebraeum legere *Reliquum autem populum.* Pro *quae remanserat,* sixtini, gregoriani, codd. A, D, F, H, K, T, V *qui remanserat;* cod. G *qui remanserant,* ut Ier. XXXIX, 9. Pro *perfugas,* non-

nulli *profugos;* alii plures minus recte *profugas.*

13. *et bases*—Mendose cod. B *et in bases;* graecus καὶ τὰς μεχωνώθ, de quo vide supra in App. ad XVI, 17. Margo graeci cod. vaticani vers. 16. huius vocis interpretationem habet τὰς βάσεις, quod Maius neglexit in sua editione. Pro *aes omne,* sixtini, gregoriani 1. m., codd. A, B, veron., gothic. leg., priores editt. Rob. Steph., Bibl. Ordin., all. *aes omnium,* idque probatur Vallarsio; cod. K, Bibl. Colon. 1530. *omne aes;* hebraeus et veteres, excepto arabe, *aes eorum;* sed apud Ier. LII, 17. *omne aes eorum.*

14. *Ollas quoque aereas, et trullas, et tridentes, et scyphos, et mortariola* — Codd. E, G, H, I *Ollas quoque aereas, et trullas, et mortariola, et tridentes, et scyphos;* cod. H notat hebraeum non legere *aereas;* sixtini, gregoriani prima manu, codd. A, Cas. 1., veronen. tacent *et mortariola;* Toletus notat: « Non habent *et mortariola* hebraeus, manu» scriptus quidam, et prior Congregatio. Le» gunt tamen graecus (at vide infra) et o» mnes impressi ac plurimi manuscripti et » posterior Congregatio. » Codd. K, T legunt *mortariola* sine *et;* Bibl. Venet. 1476. omittunt *et tridentes;* hebraeus enim et veteres ponunt tantum quatuor instrumenta, nimirum 1°. סירות, 2°. יעים, 3°. מזמרות et 4°. כפות; quarum vocum interpretatio tum apud Vulgatum, tum apud graecos non eadem semper est; alexandrinus hoc loco ponit λέβητας, ἰαμὶν (alii legunt κρεάγρας), φιάλας et θυΐσκας; sed apud Ierem. LII, 18. 19. alia plura instrumenta recensentur. Animadverte Hieronymum III, 68. scripsisse: « *Mazamaroth, tridentes* vel *fuscinulas,* quas » graeci ἀναλημπτῆρας vocant. » Ex quo testimonio castigandus est Montfauconius qui ἀναληπτῆρας (quae est Symmachi interpretatio) refert ad יעים; item Schleusnerus qui refert ad כפות; quod postremum *vasa concava* seu σκύφους significat; Vulgatus vero ad Ier. l. c. interpretatur *mortariola.* Hieronymus igitur posuit *ollas, trullas, tridentes et scyphos;* vox autem *mortariola* ex margine in textum illata videtur. Cf. Vallarsius.

15. *Necnon et thuribula* — Tacent *et* sixtini, codd. A, D, E, F, G, I, V, goth. legion., Bibl. Basil. 1480., Ven. 1476. 1495., Rabanus, Abulensis; praeterea Sixtus, sixtini, all. praeferunt *turibula,* de qua scribendi ratione cf. Exod. XXV, 29. Levit. X, 1. Margo codicis gothic. leg. habet ex graeco *Et turibula et phialas aureas.*

16. *id est* — Cod. H notat id non legi in hebraeo. Pro *mare unum,* codd. B, S, Cas. 2., gothic. legion. *mare aeneum;* item arabs et cod. 245. Holmesii; legunt *et mare unum* cod. F, Bibl. Ven. 1476., veteres omnes interpretes, tres codices hebraici apud Kennicottum, et Ier. LII, 20. (ubi tamen eadem est lectionis varietas); at praeter hebraeum, nexum tacent syrus hexaplaris et codex graecus vaticanus. Ante *Salomon* addunt *rex* codd. R, S, antiquiores editiones, Ier. l. c., syrus, arabs paucique graeci codices.

17. *trium cubitorum* — Addunt *erat* codd. E, I; capitelli altitudo non *trium,* sed *quinque* cubitorum dicitur Ier. LII, 22.; sed cf. Caietani et Clerici comm. in h. l. et ad III Reg. VII, 16. Pro *retiaculum,* sixtini codd. A, B, C, D, F, T 1. m., all. *reticulum,* quod Lucas Brugensis magis latinum esse affirmat; cf. Exod. XXXVIII, 5. Vulgatus autem *reticulum* habet tantum ubi sermo est de *lobis* iecoris in Exodo et Levitico; graecus interpres ipsum verbum hebraicum שבכה servavit scribens σαβαχά; sed pauci codices cum edit. Compl. habent δίκτυον, quod ad Symmachum pertinere videtur, etsi huic codex coislin. tribuat hoc loco ἐπίθεμα; Hieronymus III, 45. *Sebacha, reticulum.* Pro *malogranata,* antiquiores editt. *malagranata;* cf. ad Exod. XXXIX, 23.

18. *Saraiam* — Cod. B *Saraim.*

19. *bellatores viros* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, K, T, V, Cas. 14., Bibl. Venet. 1476., Col. 1530., Rabanus et Ier. LII, 25. *viros bellatores.* Pro *quinque viros,* Ier. l. c. et arabs *septem viros;* chaldaeus (in polygl.

londinensibus) *quinquaginta viros;* syrus hexaplaris et octo graeci codices tacent πέντε; suspicamur olim scriptum fuisse utroque loco *quinque ex septem viris;* at nullum huius lectionis testem proferre possumus. Cod. H notat hebraeum legere *de his, qui videbant faciem regis,* pro *de his, qui steterant coram rege.* Pro *Sopher principem exercitus,* Ieremiae l. c. legitur *scribam principem militum;* utroque autem loco hebraeus habet הספר, quo nomine officium illius qui exercitui *conscribendo* praefectus erat denotatur; at Isidorus Clarius posuit *scriba principis militiae;* nam graecus interpretatur τὸν γραμματέα τοῦ ἄρχοντος τῆς δυνάμεως; verum nonnulli codices ex alia interpretatione cum Chrysostomo II, 195. addunt καὶ τὸν Σαφὰν τὸν ἀρχιστράτηγον. Bibl. Bas. 1480., Rabanus, all. scribunt *Sophar.* Pro *sexaginta viros,* Sixtus, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, R, S, T, V, Cas. plures, gothic. leg., veron., veteres quamplures editiones, Rabanus, Petrus Com., all. *sex viros;* huic lectioni favent syrus hexaplaris et decem codices holmesiani; armenus vero cum codice alexandrino habet ἑπτὰ ἄνδρας; arabs mendosius وتسعة رجال. At vero reliqui cum hebraeo consentiunt; unde Toletus notat: « Lege *sexaginta* » *viros;* sic hebraeus, graecus, Compl., Reg., » Ordin., manuscripti et utraque Congrega» tio. » Emendarunt enim sixtini et gregoriani, quibus suffragantur e latinis testibus codd. H, L (seu Q), et praeter laudatas editiones, Bibl. Norimb. 1527. 1529., Basil. 1530., Lugdun. 1535., priores editt. Rob. Steph., all. et locus parallelus Ier. LII, 25. Cf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 184. Cod. H notat hebraeum pro *e vulgo,* legere *e vulgo terrae.*

20. *princeps militum* — Codd. E, I, R, V, Abulensis *princeps militiae;* cf. supra v. 10. et Ier. l. c.

21. *interfecit eos* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, I, K, O, T, V, Cas. plures, goth. legion., Bibl. Ven. 1476., Colon. 1530., Hugo, Abulensis.

22. *Populo* — Codd. G, N, Bibl. Norimb. 1527. 1529., Lugd. 1535. 1540., all. *Populus;* epanorthotes in cod. N notat: « Antiquio» res sic legunt: *Populus autem, qui relictus* » *erat in terra Iuda, quem dimiserat Nabu*» *chodonosor rex Babylonis, praefecit Godo*» *liam* a rege postulando. Alii et non admo» dum antiqui ponunt *Populo.* » At perperam; nam hebraeus et graecus habent nominativum absolutum, cuius constructio per subiunctum pronomen exprimitur, perinde ac si diceretur *Ad populum quod attinet, perfecit eis;* vel ut habet graecus Complut. Καὶ ἐπὶ τὸν λαὸν . . . κατέστησεν ἐπ᾽ αὐτόν. Pro *Ahicam,* cod. B *Aciam;* et pro *Saphan,* Bibl. Lugd. 1535. 1540. *Sophan;* conf. supra XXII, 12.

23. *Maspha*—Legunt *Masphath* codd. G, S, Abulensis, Ier. XL, 8. 12.; cf. ad Iud. X, 17. Pro *Iohanan filius Caree,* Ier. XL, 8. *Iohanan, et Ionathan filii Caree;* prius nomen in multis codicibus et antiquioribus editt. effertur *Iohannan;* pro altero non paucae editiones veteres corrupte *Zaree.* Pro *Saraia,* codd. A, B, F, all. *Sareia;* cod. veron. *Sareiam;* Ierem. l. c. *Sareas.* In sequenti nomine *Thanehumeth* immensa est varietas; antiquiores plures editiones et Hieronymus III, 70. paucique codices *Thanameth;* codd. I, K, R, S, goth. leg., Bibl. Ven. 1476., Lugdun. 1510. 1522., all. *Thenameth;* cod. H *Thenehumeth;* cod. B *Thenaumec;* Bibl. Norimb. 1527. 1529., Lugdun. 1535. 1540. *Thanhumeth;* codd. E, F, V, all. *Thenaan, et;* alii aliter. Pro *Netophathites,* mendose Sixtus posuit *Metophathites,* quod emendarunt gregoriani et Toletus; cf. Bukentopius p. 410.; Ier. l. c. legitur *et filii Ophi, qui erant de Netophathi.* Pro *Iezonias,* cod. R, Bibl. Basil. 1480., Ven. 1484. 1495., all. *Ieconias;* cod. I, Bibl. Norimb. 1527. 1529., Basil. 1530., Lugd. 1535., all. *Iazonias.* De *Maachathi* cf. ad Ios. XIII, 13.

24. *Iuravitque Godolias ipsis* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, K, R, S, T, V, Bibl. Venet. 1476., Colon. 1530., Hugo, Liranus, Abulensis *Iuravitque eis Godolias;* cf. Ierem.

XL, 9. Cod. H notat hebraeum pro *Nolite timere servire Chaldaeis*, legere *Nolite timere servos Chaldaeorum;* at pro Vulgato faciunt quatuor hebraici codices apud De-Rossi et Ier. l. c. Graecus interpres pro מעבדי, legebat מעברי, unde posuit πάροδον; at e contrario apud Ieremiam l. c. (graec. XLVII, 9.) legisse videtur מעבדי, nam interpretatus est ἀπὸ προσώπου τῶν παίδων. Hieronymus IV, 115. controversum verbum praetermittit scribens *Nolite timere Chaldaeos*.

25. *filii Elisama* — Hugo *filius Elisama;* cod. vaticanus υἱὸς Ἐλεισαμᾶ. Pro *qui et mortuus est*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, O, R, T, V, goth. leg., Bibl. Ven. 1476., Abulensis *qui mortuus est;* cod. K tacet *qui;* hebraeus legit וימת. Ad verba *cum eo in Maspha* codd. E, I addunt *occidit Ismahel;* quatuor codices holmesiani habent ἀπέκτεινεν Ἰσμαήλ.

26. *Consurgensque* — Codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, T, V, Cas. 3. *Consurgens autem*. Pro *principes*, codd. B, G, R, S, Bibl. Venet. Ienson 1476. 1479., Paris. 1504. *princeps*.

27. *Factum est vero* — Codd. E, G, I, K, V *Factum est autem;* Bibl. Ven. 1495., Ordin. *Factum vero est*. Mox ante *anno* tacent *in* sixtini, codd. A, B, C, E, F, H, K, T, Thomasius I, 107., Bibl. Ven. 1476. Pro *trigesimo septimo*, codd. C, R, T *trigesimo et septimo;* accedunt hebraeus et veteres; mendose codd. G, K *trigesimo octavo*, et Bibl. Bas. 1480., Ven. 1495. *vigesimo septimo*. Pro *vigesimaseptima*, pauci codices et antiquiores editiones *vigesima et septima;* accedunt hebraeus et veteres; Ieremias LII, 31. et arabs *vigesima quinta;* cod. F et cod. 90. Kennicotti *septima*. Cod. H notat hebraeum non legere *die*.

28. *Et locutus* — Cod. B tacet nexum. Pro *benigne*, codd. A, F *benigna;* Ierem. LII, 32. *bona;* hebraeus טבות, graecus ἀγαθά.

29. *vestes eius* — Bibl. Ven. 1476. omittunt pronomen; pro eo quod Vulgatus legit *vestes eius, quas habuerat in carcere*, hebraeus et veteres ad litteram *vestimenta carceris eius*, prout habet Vulgatus Ierem. LII, 33.; margo codicis gothic. legion. *Et mutavit vestimenta squaloris*. Cod. E post *panem* addit *suum*. Quod sequitur *cunctis diebus vitae suae* ad Ioachin referendum est, non vero, quod placuit Calmeto, ad Evilmerodach; item v. seq. Cf. Mariana, Malvenda et Ugdulena.

30. *sine intermissione* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, T, V, goth. leg., Bibl. Ven. 1476., Colon. 1530., Abulensis *absque intermissione*. Pro *et dabatur ei*, codd. E, G, Abulensis *dabatur ei;* cod. F, Bibl. Ven. 1476. *et dabatur*. Cod. A in fine addit *Amen*.

Rursum pro nostro instituto, quemadmodum in superioribus libris hoc volumine contentis aggressi sumus, heic veterum exemplarium hieronymianae versionis notas ad calcem libri secundi Malachim seu quarti Regum adscriptas, paucis commemoramus. Praemittimus autem illas libri clausulas, quae nullam quidem mentionem numeri versiculorum ingerunt, at innunt veterem librorum Regum distinctionem, de qua alibi disseruimus. Sic codices B et vaticanus 17. b. notant *Explicit Malachim, id est Regum, secundum Septuaginta liber quartus, secundum hanc vero beati Hieronymi editionem secundus; quia in hebraeo canone primus et secundus, unum sunt; similiter tertius et quartus idem sunt*. Mittimus singularem inscriptionem codicis E, quae ordine litterarum praepostero sic se habet TRAVQ V̄GER B̄IL TICILPXE. Reliqui vero latini codices, qui litteris consignarunt versiculorum numerum, huic libro bis mille ducentos quinquaginta versiculos adscribunt; sic codices C et D notant *Explicuit Malachim, id est Regum liber IIII. V. II̅. CC. L.* (Cf. Blanchini *Vindiciae, p. CCCXXIII. et CCCXXXV.*, Thomasii *Opp. t. I. p. 89. et 117.*); cod. T legit *Explicit Malachim, id est lib. Regum quartus: habet v. II̅. CC. L.* Hisce consentiunt codices Lambeth. et Bodl. apud Hodium *(de Biblior. textibus origin. p. 663. col. 124. 125.)*, aliique apud Martianaeum et Vallarsium *(Hier. Opp. t. IX. p. LXXXIII.);* quorum tabulas a Blanchinio perperam ex-

ceptas fuisse, ad calcem superioris libri monuimus, ubi menda quoque Martianaei castigavimus. Hodiernus igitur Vulgatus noster perinde ac masorethicus textus dum versiculos huius libri numerat novemdecim supra septingentos, singulis versibus fere tricolon veteris stichometriae complectuntur; eamdemque sequuntur proportionis rationem, quam in aliis quoque libris custoditam vidimus. Neque ab his procul aberant antehieronymiani codices, quibus a Martianaeo *(Prolog. IV.)* et Hodio *(op. cit. p. 649. col. 46.)* bismille et quadringentos versus adscriptos accepimus. At vero στίχους graecorum vix dimidium numerum attigisse Nicephorus testatur (cf. Pithoei *opp. p. 15.*).

Expleto tandem nostro commentario critico in libros Regum Vulgatae editionis latinae, alterum volumen absolvimus. At ne vacuae relinquantur duae pagellae quae sequuntur, haud absonum visum est capitulum XV. subnectere ex libro Magni Aurelii Cassiodorii *de institutione divinarum litterarum,* quo auctor de methodo servanda atque cautione adhibenda in corrigendis sacrorum Bibliorum exemplaribus diserte agit. Plura enim in hoc capitulo traduntur quae religiose a criticis viris custodienda sunt, ne dum veterum librariorum vitia castigare satagunt, turpiter labantur, antiquisque erroribus novos superaddant. At vero quum ipsius Cassiodorii textus in recentioribus quoque editionibus non satis fuerit expolitus, immo pluribus mendis foedatus appareat, nos illum ad fidem optimorum codicum sedulo recognitum subiicimus. Qua in recognitione praestanda magno usui nobis fuerunt codices vaticanae bibliothecae, ac praesertim palat. n. 274., regin. n. 551. et urbin. n. 67., ex quibus aliisque optimae notae exemplaribus nova editio omnium operum Cassiodorii adornanda foret.

Restat nunc ut dicere festinemus quemadmodum in Scripturis divinis librariorum vitia corrigere debeamus. Nam quid prodest multas transcurrere lectiones, et ea quae sunt probabiliter corrigenda nescire?

Vos igitur, qui divinarum et saecularium litterarum cognitione polletis, et scientia vobis est ab usu communi reperire quod dissonat, tali modo sacras percurrite lectiones; a paucis enim doctisque faciendum est quod simplici et minus eruditae congregationi noscitur esse praeparandum. Quapropter prius introite diligenter, et sic scriptorum delicta corrigite, ne iuste arguamini, si praecipitanter alios emendare tentetis. Istud enim genus emendationis, ut arbitror, valde pulcherrimum est, et doctissimorum hominum negotium gloriosum.

Imprimis igitur idiomata Scripturae divinae nulla praesumptione temeretis, ne cum ad intellectum communem quae dicta sunt trahere cupitis, quod absit, coelestium verborum puritas dissipetur. Idiomata enim legis divinae dicuntur propriae locutiones, quas communis usus non habere cognoscitur; ut est illud: *Secundum innocentiam manuum mearum* (Ps. VII, 9.); vel: *De vultu tuo iudicium meum prodeat* (Ps. XVI, 2.): *Auribus percipe lacrymas meas* (Ps. XXXVIII, 13.). Et: *Effundite coram illo corda vestra* (Ps. LXI, 9.). *Adhaesit anima mea post te* (Ps. LXII, 9.). *Multiplicasti locupletare eam* (Ps. LXIV, 10.). *Ibi laetabimur in idipsum* (Ps. LXV, 6.). *Et inclinavit ex hoc in hoc* (Ps. LXXIV, 9.). *Misit Moysen servum servum; Aaron quem elegit ipsum* (Ps. CIV, 26.). *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum* (Ps. CXVIII, 82.). *Fiat manus tua ut salvum me faciat* (Ps. CXVIII, 173.). Haec et his similia, quae nimis probantur esse numerosa, licet communis usus refugiat, tamen ne dissipare liceat, auctoritas illa procul dubio sancta commendat. Quod si haec latius nosse desideratis, legite s. Augustini septem libros *De modis locutionum,* quos fecit de quinque libris Moysi et uno Iesu Nave et altero Iudicum, et tunc de tali re poteritis abundantissima largitate satiari. In sequenti vero auctoritate vobis similia reperire copiosissime subiacebit.

Hebraea vero quaedam nomina hominum vel locorum nulla declinatione frangatis; servetur in eis linguae suae decora sinceritas. Illas tantum litteras commutemus, quae vocabuli ipsius possunt exprimere qualitatem, quoniam interpretatione nominis sui unumquodque eorum magno sacramento rei alicuius constat appositum: ut est *Seth, Enoch, Lamech, Noe, Sem, Cham* et *Iapheth, Aaron, David,* et his similia. Locorum autem nomina, ut est *Sion, Oreb, Geon, Hermon,* vel his similia, pari devotione linquamus.

Tertio res quae in bono et in malo ponuntur non sunt ullatenus temerandae, ut *mons, leo, cedrus, catulus leonis, clamor, homo, fructus, calix, vitulus, pastor, thesaurus, vermis, canis,* et his similia. Nec illa nomina mutanda sunt, quae pro aliis nominibus

apponuntur, ut *Satanas* qui a recto calle discedit. *Manus lavare* significat *non esse participem*. Quod *pedes*, pro *actu* ponuntur. Quod frequenter *expectactionem*, pro *spe* ponit. *Semel*, pro *incommutabili sententia* denuntiatur. *Iurare Dominum*, pro *confirmare* dicitur. Ista enim nobis ab expositoribus aperienda desideremus, non aliquid eorum sacrilega voluntate truncemus. Nec illa verba tangenda sunt, quae interdum contra artem quidem posita reperiuntur, sed auctoritate multorum codicum vindicantur; corrumpi siquidem nequeunt, quae, inspirante Domino, dicta noscuntur, ut est: *Obliti non sumus te* (Ps. XLIII, 18.). Et illud: *Viri sanguinum et dolosi* (Ps. LIV, 24.). *Fabricatum est templum* (Ioh. II, 20.). Et: *radetur caput suum* (Num. VI, 9.). Et: *inflabitur ventrem* (Num. V, 27.), pro *inflabitur ventre*. Et: *protulerunt exploratores pavorem terrae, quam exploraverant eam* (Num. XIII, 33.). *Viri, si praevaricata fuerit uxor eius* (Num. V, 12.). Et: *Imponent super altare omnia vasa eius, in quibus ministrant in ipsis* (Num. IV, 14.). *Terra in qua habitant in ea* (Ps. XXIII, 1.). Et: *De manu canis unicam meam* (Ps. XXI, 21.). Et: *Flumina plaudent manibus in se* (Ps. XCVII, 8.). *Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum* (Ps. XCV, 12.).

Et quoniam interdum casus generaque nominum vel temporum humanis regulis nequeunt convenire, sed tamen eorum usum ecclesiasticus consensus amplectitur, duorum vel trium priscorum emendatorumque codicum auctoritas inquiratur [Scriptum est enim (II Cor. XIII, 1.): *In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum*]; et praesumi non liceat, quod divino vindicatur eloquio, ut est in Psalmo XXI. *Populo qui nascetur, quem fecit Dominus* (vers. 32.); et illud Evangelii: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti* (Matth. XXVIII, 19.). Similiter et in CXLIII. Psalmo: *Beatus populus cuius est Dominus Deus eorum* (v. 15.); et his similia.

Regulas igitur elocutionum latinarum, id est quadrigam Messii omnimodis non sequaris, ubi tamen priscorum codicum auctoritate convinceris. Expedit enim interdum praetermittere humanarum formulas dictionum, et divini magis eloquii custodire mensuram. In prosa caput versus heroici finemque non corrigas; quinque longas totidemque breves non audeas improbare; trochaeum triplicem laudabilis neglectus abscondat: metacismos et hiatus vocalium omnino derelinque, quoniam hic locum habere non possunt, quae doctores litterarum liberalium regulariter custodire noscuntur. Istud enim inter humanas dictiones convenit praecaveri, in divinis autem eloquiis tales compositiones nullatenus accusantur. Maneat ubique incorrupta locutio, quae Deo placuisse cognoscitur, ita ut fulgore suo niteat, non humano desiderio carpenda subiaceat. Haec enim et simplices suaviter instruit, et doctos pro sua reverentia decenter delectat.

Post superiorem igitur divisionem, ubi diximus idiomata legis divinae non esse tangenda, vel caetera quae sequuntur, locus admonet more maiorum hanc quoque ponere subdivisionem, ut ad particulas partium distinctius venire debeamus. Unde enim doctissimus Aristoteles περὶ ἑρμηνείας suas ad liquidum perducere potuisset, nisi divisionum et subdivisionum, iterumque particularium divisionum ordine custodito, cuncta tractasset? Quem secuti nunc dicimus in quibus litteris sunt librariorum vitia corrigenda. In verbis, quae accusativis et ablativis praepositionibus serviunt, situm motumque diligenter observa; quoniam librarii grammaticae artis expertes ibi maxime probantur errare. Nam si *m* litteram inconvenienter addas aut demas, dictio tota confusa est. Casus vero nominum, exceptis monoptotis declinationesque verborum, quae defectiva non sunt, totasque partes orationis, ubi tamen sacra non impugnat auctoritas, considera diligenter, suisque locis aptata custodi: ne locutionis ordine permixto, totum, quod absit, possideat indecora confusio. *B* pro *V*, *v* pro *b*, *o* pro *u*, *n* pro *m* contra orthographiae praecepta vitiose positas non relinquas. Aspirationem vero superfluam deme, aut adiice competenter. Casus nominum, temporaque verborum, ubi tamen permitteris, custodi diligenter. Reperies enim frequenter in auctoritate consuetudini dissona, quae tibi non liceat immutare. Sed in his emendatorum codicum servetur exemplum. Caetera vero quae sunt male praesumpta recorrige: quoniam antiquarii exinde potius probantur offendere, dum elocutioni latinae linguae nesciunt servire disposite. *Ae* in fine adverbii non relinquas; *ae* iterum casui genitivo non subtrahas. Multa etiam respectu euphoniae propter subsequentes litteras probabiliter immutamus, ut *illuminatio, irrisio, immutabilis, impius, improbus*. *r* litteram *ignorationi* tolle superfluam; a *gnaro* enim, id est *scito* seu *perito* venit nominis ista compositio *(cf. Cassiod. de orthogr. c. IV.)*. *Quod,* cum pronomen est, per *d* non per *t* litteram; cum vero adverbium numeri est, per *t* litteram, non per *d* scribendum est. *Quicquam,* magis in prima syllaba *c* ponendum est, quam *d* propter euphoniam, quam praecipimur sequi. Quid plura? secundum regulas orthographorum, quae tamen sunt emendanda percurre, ne articulatae vocis pulchra modulatio peregrinis litteris maculata, absona potius et indecora reddatur.

Orthographos priscos frequenter relege, quos ego inferius titulo trigesimo, qui *de antiquariis* legitur, propter notitiam librariorum utiliter instruendam, deflorandos esse iudicavi, et extrinsecus huic libro *de Orthographia* titulum dedi. Ita contigit ut et istud studioso prosit legere, ubi cognoscit quae in Scripturis sanctis minime debeat violare, et illud necessario latius discitur, ubi generaliter praesumpta vitia corrigantur. Quod si tamen aliqua verba reperiuntur absurde posita, aut in his codicibus, quos beatus Hieronymus in editione LXX. interpretum emendavit, vel quos ipse ex hebraeo transtulit, intrepide corrigenda sunt; aut, sicut beatus Augustinus ait, recur-

ratur ad graecum pandecten, qui omnem legem divinam dignoscitur habere collectam, vel quibus possibile fuerit, hebraeam scripturam, vel eius doctores requirere non detrectent. Decet enim ut unde ad nos venit salutaris translatio, inde iterum redeat decora correctio. Merito enim patribus nostris de hac re maxima cura fuit, ne tunica Domini Salvatoris, quam truculentis militibus scindere non licuit, lectoribus subiaceat imperitis. Audiat Spiritus sanctus sincerissima quae donavit, recipiat illibata quae contulit. Tunc nos fideles sibi esse cognoscit, si dicta ipsius nulla praesumptione carpamus. Nam quemadmodum salvari volumus si, quod dictu nefas est, remedium salutare pro nostra voluntate corrumpamus?

Sed ut in his omnibus addere videaris ornatum, posituras, quas Graeci θέσεις vocant, id est puncta brevissima pariter et rotunda, praeter translationem s. Hieronymi, quae colis et commatibus ordinata consistit, ut in praefatione iam dictum est, singulis quibusque pone capitibus; quoniam illustrem et planissimam faciunt orationem, quando suis locis, sicut inferius exponitur, aptata resplendent. Quale est enim inoffenso gradu per sensus ire sanctissimos, venasque praeceptorum saluberrimas subtiliter introire, terminos suos modulatae voci competenter affigere, totamque dictionem sic per membra dividere, ut suis partibus considerata pulcrescant? Nam si corpus nostrum indiget per membra cognosci, cur lectio, cum suis partibus videatur esse distincta, confusa relinquitur? Istae siquidem posituræ, seu puncta, quasi quaedam viae sunt sensuum et lumina dictionum, quae sic lectores dociles faciunt, tamquam si clarissimis expositoribus imbuantur. Prima est *media*, secunda *subdistinctio*, tertia *plena*, quas a maioribus nostris ideo constat inventas, ut spiritus longa dictione fatigatus, vires suas per spatia discreta resumeret. Quas si mavis cupidus lector agnoscere, Donatum lege, qui te possit de hac re brevi compendio diligenter instruere. Has distinctiones in Psalterio archetypo nos posuisse retinemus, cuius obscuritates talibus remediis ex maxima parte, Domino praestante, lucidavimus. Ita septenarius numerus ab utraque parte completus est, ut a quibus rebus abstineamus et quas res in auctoritate emendare praesumamus, sicut opinor, evidenter appareat. Quod si tamen hoc desiderium alio modo potuerit adiuvari, adiiciatur studiis vestris, ne more humanitatis nos aliquid necessarium praetermisisse videamur.

Nunc quemadmodum extra auctoritatem reliquas lectiones debeamus emendare, dicendum est. Commentaria legis divinae, epistolas, sermones, librosque priscorum unusquisque emendator sic legat, ut correctiones eorum magistris consociet saecularium litterarum. Et ubicumque paragrammata in disertis hominibus reperta fuerint, intrepidus vitiosa recorrigat; quoniam viri supradicti sic dicta sua composuisse credendi sunt, ut regulas artis grammaticae, quas didicerant, custodiisse iudicentur. Epistolae quoque Patrum, sermones et libri diversorum, nec non et homiliae, vel cum haereticis altercationes fidelium, quoniam diversa loca Scripturae divinae suaviter ac diligenter aperiunt, magno studio relegantur; quatenus in Ecclesia Domini quasi quibusdam lampadibus competenter accensis, totum nitidum, totum splendidum, Domino praestante, colluceat. Si quid tamen in eis ad Scripturas divinas exponendas conveniens invenitur, non dubitetis sociare voluminibus divinis, sicut et nos in libris Regum fecisse cognoscimur. Multa enim reperiuntur a probatissimis hominibus per occasionem alterius operis latius de libris dicta divinis, quae auctoritati videlicet sacrae competenter aptantur. Unde supplico, ut quod nos parva legendo minus explicare potuimus, vos copiosissima lectione saginati, tam de istis codicibus quos dereliquimus, quam quos potueritis feliciter invenire, perfectius in Christi nomine compleatis.

Precor etiam vos, qui tamen emendare praesumitis, ut super adiectas litteras ita pulcherrimas facere studeatis, ut potius ab antiquariis scripta fuisse iudicentur. Non enim in illo decore quidquam turpe convenit invenire, quod postea studiosorum oculos videatur offendere. Considerate igitur qualis vobis caussa commissa sit: utilitas christianorum, thesaurus Ecclesiae, lumen animarum. Studete ergo, ne qua remaneat in veritate mendositas, in puritate falsitas, in integritate perversitas litterarum. Sed quoniam novem codices legis divinae prima fronte posuimus, eorumque introductores cum expositoribus suis, iuvante Domino, quanta valuimus curiositate memoravimus; ad postremum tres divisiones a maioribus datas totius legis divinae tetigimus: deinde adiecimus quemadmodum emendari caute debeat coelestis auctoritas, ne discerperetur praesumpta licentia, aut traderetur sequentium manibus indecora confusio. Nunc de virtute lectionis divinae est omnimodis disserendum ut sua quaeque loca propria dulcedine farciantur.

FRANCISCUS M. CACCIA

CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM S. PAULLI

PRAEPOSITUS GENERALIS

Librum cui titulus *Variae Lectiones Vulgatae latinae Bibliorum Editionis, Tomus secundus complectens libros Iosue, Iudicum, Ruth et quatuor Regum,* a R. P. D. Carolo Vercellone Proc. Gen. Congregationis nostrae conscriptum, et a duobus eruditis viris auctoritate nostra recognitum probatumque, typis mandari atque ad communem utilitatem edi posse, quantum in Nobis est, lubenter concedimus.

In quorum fidem has fieri sigilloque nostro muniri iussimus.

Datum Romae in Collegio nostro ad ss. Blasii et Caroli, Kalendis Ianuariis, anno MDCCCLXIV.

L. ✠ S.

FRANCISCUS M. CACCIA
Praepositus Generalis

ALOISIUS M. CACCIARI
Cancellarius

NIHIL OBSTAT
D. Bernardus Smith Ordin. S. Benedicti Censor Deputatus.

IMPRIMATUR
Fr. Hieronym. Gigli Ord. Praed. S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR
Petrus Castellacci-Villanova Archiep. Petr. Vicesgerens.

154.7/2-8

13203 220.47
Vercellone, Carlo +V58 Vol.2
Variae Lect. Vulg. Lat. Bibliorum
Edn Vercellone
Rev

13203 220.47
+V58
V.2